



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



S V M M A
ONCILIORUM
DUDUM COLLECTA

P E R

ARTHOLOMÆVM CARANZA
ARCHI-EPISCOPUM TOLETANUM
ORDINE FRATRUM PRÆDICATORUM ASSUMPTUM,
ADDITIONIBVS

FRANCISCI SYLVII

QUONDAM ILLUSTRATA:

teratò recognita, & quatuor Controversiis ad Concilia præambulis,
uibusdam Conciliis, & notulis marginalibus, nec non compendiosâ
narratione vitæ omnium, & singulorum Pontificum, & quorundam
Virorum Illustrum aucta

P E R

FRANCISCVM IANSENS ELINGA
usdem Ordinis S. Theologia Magistrum, & in studio generali Antverpiensî
Regentem Primarium.



LOVANIÏ,

Typis HIERONYMI NEPÆI. Anno 1681.
Cum Gratia & Privilegio.

110. 2. 216.



THE BISHOP OF
THE BISHOP OF
THE BISHOP OF

THE BISHOP OF
THE BISHOP OF
THE BISHOP OF

THE BISHOP OF
THE BISHOP OF



THE BISHOP OF
THE BISHOP OF





ILLUSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO DOMINO
D. IOANNI FERDINANDO
VAN BEVGEM
NONO ANTVERPIENSIUM
EPISCOPO.

ILLUSTRISSE DOMINE,



Uodecim nunc anni sunt, quibus rogatus ab amicis, Hispaniarum Primatis, BARTHOLOMÆI CARANZA Archi-Episcopi Tolletani Conciliorum Summam recognovi, & novis typis subjici curavi. Porro, quantò id Reipublicæ Christianæ fructu, vel ex eo solùm liquere potest, quod quantâcumque numerositate ejusdem Summæ exemplaria prælo prodierint, non longo annorum tractu distracta fuerint universa. Cumque non solùm hic in Belgio à Theologiæ, & Canonici Juris Professoribus, ac Alumnis, verùm etiam ab exteris nationibus indes nova exemplaria desiderarentur, Lovanio licet absentem, & studiis aliis occupatum, interpellavit me (qui ad novos typos, continuò ab aliis urgebatur) Typographus, ut denuò

EPISTOLA DEDICATORIA.

eandem summam recognoscerem, & si quid novi studii vellem impendere, eam quibusdam novis additionibus illustrarem: Adhæc, considerans hujuscemodi interpellationis causam rationabilem, ac justam, scientique non minori utilitati, ac Religionis bono futuros novos desideratæ Summæ typos, quam fuerint præcedentes; precibus interpellantis aurem præbui, & in novam recognitionem calamum aptavi. Neque id solùm, sed cum in exemplatibus præteritarum impressionum ejusdem Summæ observassem, quod ejus Author ad quasdam Controversias pro intelligentiâ quorundam Canonum diversis se locis referret, conquirendis præfatis Controversiis omnem operam impendi, miratus, quod cum aditum ad Conciliorum profunda sternerent, eæ nihilominus in tot repetitis impressionibus desiderarentur. Earum porrò copiam mihi fecit perverustum exemplar (primæ, ut apparet, impressionis) in Bibliotheca nostra Bruggensi tanto ampliori meo gaudiò repertum, quanto prospiciebam earundem Controversiarum profundissimam, ac sanam doctrinam, ejusque reductionem in publicum, majori profectui, ac utilitati futuram. Itaque, præteritis impressionibus superaddidi Authoris Controversias quatuor. Præter has, adjunxi Lugdunensia Concilia generalia duo: insuper, notas marginales ac observantias non paucas: ac tandem Summam vitæ omnium ac singulorum Pontificum, & eorum successionem, & ordinem, uti etiam quorundam Virorum illustrium: prout ea ex Cardinali *Baronio*, & post ipsum ex *Spondano*, collegi. Cum enim duo illi

Viri

EPISTOLA DEDICATORIA.

Viri Clarissimi, velut probatiores Ecclesiasticæ historiæ Authores communiter habeantur, operæ præteritæ duxi, Pontificum vitas, & annos, quibus Sedem Petri tenuerunt, & sibi continuatâ serie successerunt, eorum historicæ fidei in omnibus, & per omnia conformare. Velim præterea, ut illos in hac Summa, non me sua *Illustrissima Dominatio*, & quisquis alius legat, & intelligat. Et credidi utile futurum ac gratum, quod præfatis duobus historiographis me conformarem; non eâ etiam ratione dumtaxat, quod probatioris fidei videantur, ut jam dictum est; sed illâ insuper, ut confusio, quæ in prioribus impressionibus irrepsit in determinando tempore successionis, & sessionis singulorum summorum Pontificum, ad receptioris veritatis formam reduceretur.

Hæc ratio iterati operis mei, & laboris. *Illustrissime Domine*. Nunc superest, uti cui is consecrandus sit, mearum partium sit, discretè considerare. Præteritam meam operam, quam impendi primæ revisioni hujus ejusdem Summæ dedicaveram & Episcopo, & ex Ordine nostro assumpto, *Illustrissimo* videlicet, ac *Reverendissimo Patri ac Domino F. AMBROSIO CAPELLO*, eô etiam intuitu, quod Author Summæ ejusdem Hierarchicæ dignitatis, & ejusdem Religiosæ Professionis cum illo extitisset. Alteri proinde præsentem meum laborem offerre quam tibi nefas foret; utpotè non solùm Episcopo, sed *præcedentis* mei *Mæcenatis* dignissimo Successori, & (quod caput rei est) si non habitu ejusdem Ordinis Alumno, at certè affectu ipsius beneficentissimo

EPISTOLA DEDICATORIA.

tissimo Patrono. Patuere hæc à multis retrò annis; antequam, ac dum Bruxellis in *S. Gudula*, tam celebris ac præclari Capituli Decanum summâ cum laude, ac omnium veneratione tam feliciter egisti, ut ea dignitas ad Episcopalem infulam Tibi gradum fecerit. Patent & hæc indies, dum ad Cathedram Antverpiensem tantò Ecclesiæ tuæ bonò provectus, Ordinem, quem tenerè semper amasti, sacratori dilectionis tuæ & dignationis oculo non desinis intueri.

Propter hæc & alia, quæ hîc tacitus prætereo, labor hic meus *Illustrissimæ vestræ Dominationi* dedicandus fuit. Confido autem, quod gratanti animo eum à me suscepturus sis, etiam propter dignitatem, & utilitatem materiæ. Cum enim tota hæc summa ex Decretis, & Sacris Canonibus compilata sit, quos Ecclesiæ Patres, instituendis & reformandis Cleri, ac populi moribus saluberrimè in tot Provincialibus, ac Generalibus Conciliis à promordio nascentis Ecclesiæ utilissimè condiderunt: displicere Tibi non poterit opus illud, quo & *Illustrissima Vestra Dominatio*, & quisquis fuerit alius de tuo grege, uti poterit velut morum suorum idæâ, & regulâ rectè vivendi. Accipe igitur *Illustrissime Præsul* hoc opusculum manu benevolâ, & dum unâ simul cætera mea obsequia in eodem, ac cum eodem desero, immeritâ tuâ gratiâ dignari pergas eum, qui totâ humilitate se profitetur

Illustrissimæ ac Réverendissimæ vestræ Dominationis

Observantissimus Patulum

F. FRANCISCUM JANSSENS ELINGA Ord. Præd.

BENEVOLO LECTORI

Studiose Lector, siste paulisper hoc in limine priusquam ingrediaris ad profundum libri. In hoc solo monitum te velim, ut quid iteras recognitum, quid de novo additum in hac Summa, addiscere digneris ex Epistola dedicatoria. Illic enim reddita est ratio repetiti laboris mei. Tu illo frue: & litterales viros, qui (me Antverpia degente) subterfugerunt Correctoris oculum, vel Typographi manum, pro tua humanitate corrige, & excusa.

Valere Te juberem nisi prius conjicere Te oculos vellem in subsequens Authoris hujus Summa Epitaphium. Posuit illud defuncti Manibus Gregorius XIII. Tu ex illo, velut ex vita ejus quadam etiam Summâ, excellentiam Virt collige, & meritis admirare.

EPITAPHIUM

Authori hujus Summæ Conciliorum à GREGORIO XIII. Pont. Max.

DOMINO

FRATRI

BARTHOLOMÆO CARANZA

NAVARRO, DOMINICANO,

ARCHIEPISCOPO TOLETANO,

HISPANIARUM PRIMATI,

Genere, Vita, Doctrinâ, Concione, atque Eleemosynis Claro:

MAGNIS MUNERIBUS

CAROLO V. & PHILIPPO REGE

SIBI COMMISSIS,

EGREGIE FUNCTO:

ANIMO IN PROSPERIS

MODESTO,

IN ADVERSIS ÆQVO.

Obiit Anno M. D. LXXVI. secundâ Maii, Athanasio & Antonino Sacra,
Ætatis suæ 72.

Fr. ANTONIUS DE MONROY S. Th. Magister totius Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis & Servus, in Dei Filio sibi dilectis A. R. P. P. Magistris. Fr. VINCENTIO STAYACKER & Fr. THOME VAN GODTSNOVEN Provinciæ nostræ Germaniæ inferioris ejsdem Ordinis salutem.

Cum A. R. P. Magister Fr. FRANCISCUS IANSENSIS Elinga, studii Magistri Generalis Antverpiensis Primarius Regens, aliquibus Notis & Additionibus, Summulam Conciliorum nostri BARTHOLOMÆI CARANZA lœcpletarit, desideretq; eandem sic auctam denuò prælo subjici, nos harum serie, nostriq; muneris autoritate præmemoratis imponimus, ut seorsim attentè diligenterq; revidendo examinetis præfatas Notas & Additiones; quas si luce dignas, Orthodoxa nempe fidei ac probatis moribus, nec non summorum Pontificum Sanctorumq; ac Sacrarum Congregationum Decretis, conformes repereritis, adjuncto in Scriptis vestro censuris calculo ex nunc Auctori facultatem quantum duntaxat in nobis est, & servatis aliis de jure servandis impertimur, eisdem in nova prædicti CARANZÆ impressione publica utilitatis & juris faciendi, in Nomine Patris & Filii & Spiritus S. Amen. Quibuscumque incontrarium non obstantibus. Porro in Fidem his Sigillo meo munitis propriâ manu subscripsimus Roma 16. Feb. 1680.

Fr. ANTONIUS DE MONROY Magister Ord.

Fr. GUINANDUS WYNANS Magister & Socius.

approbationes Theologorum Ordinii

Infrascriptus ex commissione R^{mi}. Patris Generalis nostri P. F. ANTONII DE MONROY attentè perlegi, & examinavi, & quæ Eximius Pater Magister F. FRANCISCUS JANSSENS Elinga, Studii nostri Generalis Antverpiensis Regens Primarius præteritis impressionibus *Summæ Conciliorum BARTHOLOMÆI CARANZÆ* superaddidit: nihilque in iis reperi, quæ bonis moribus, ac sanæ doctrinæ adverfetur: plurima verò quæ in profectum, & utilitatem legentium cedere possint: hinc publica luce digna. Datum Mechlinæ die 30. Octobris 1680.

Fr. VINCENTIUS STACKERS S. Th. Magister Ord. FF. Præd.

Reverendi admodum ac Eximii Patris F. FRANCISCI JANSSENS Elinga Ord. FF. Præd. S. Theol. Doctoris, ac Socii Generalis Antverpiensis Regens Primarius, integritas, & additiones ad ritas ac facta Pontificum, quæ de fide habentur in Summa Conciliorum BARTHOLOMÆI CARANZA, de Mandato Rev. Patris Gen. nostri, ANTONII DE MONROY, sedulo perpendi. Cumque Auctoris in iis adinvenientis indifferens, iudicium & studium, ac referendi soliditatem consideraverim, nihilq; Fidei Catholicæ, ac bonis moribus dissonum deprehenderim; verum omnia legentium instructioni profutura judicaverim: ut citissimè in lucem edantur, & omnium manibus terantur exopto. Datum Lovanii 11. Novemb. 1680.

Fr. THOMAS van GODTSNOVEN Ord. FF. Præd. S. T. D

C E N S U R A.

HÆc Conciliorum Summa, juxta Summorum Pontificum seriem jam olim digesta, æt demum nonnullis additis recognita, & copiosiore Indice donata, magnò Theologiæ ac Canonum tum studiosiorum, tum Magistrorum commodò vulgarbitur. Datum Lovanii 27. Februarii anno 1668.

*Simon. Serruati S. T. Doctor
Librorum Censor.*

C E N S U R A.

HÆc Summa Conciliorum collecta per P. Bartholomæum Caranza, Archi-Episcopum Tolontanum, ex Ordine PP. Prædicatorum assumptum, utiliter reimprimetur, dabam Lovanii, 14. Decembris anno 1680.

*Lamb. Vicent S. T. D. & Prof. Ord.
Libror. Censor.*

SUMMA PRIVILEGII.

CAROLUS Dei Gratia Rex Castiliæ, Arragoniæ, &c. Diplomate suo sancivit, ne quis Summam omnium Conciliorum, Auctore *Caranza*, cum Notis *Francisci Sylvii*, præter *Hieronimi Nempæi* voluntatem ullo modo intra novennium excudat aut alibi terrarum excusa, in Germaniæ Inferioris ditiones inferat, venalesvé habeat. Qui secus faxit, confiscatione Librorum, & pœnâ triginta florenorum in singula Exemplaria mulctabitur, uti latius patet in Litteris datis Bruxellæ.

LOYENS Secret.

† 2

BAR.



The following information was obtained from the records of the
 Department of the Interior, Bureau of Land Management, regarding
 the land parcels described herein. The information is being
 furnished to you for your information and use only. It is not
 intended to constitute a warranty or representation of any kind.
 The information is based on the records of the Department of the
 Interior, Bureau of Land Management, and is subject to change
 without notice. The information is being furnished to you for
 your information and use only. It is not intended to constitute
 a warranty or representation of any kind. The information is
 based on the records of the Department of the Interior, Bureau
 of Land Management, and is subject to change without notice.

Bureau of Land Management
 Department of the Interior

BUREAU OF LAND MANAGEMENT

11/11/11

F. BARTHOLOMEUS
CARRANZA

MIRANDEN.

INSTITUTI S. DOMINICI

AD LECTOREM.



Christiane Lector, Cum pararem præsens
sanctorum Conciliorum compendium,
venit in mentem, præmittere in ipsius
Operis vestibulo quarundam contro-
versiarum explicationes, quibus hoc
sæculo potissimum Christi Ecclesia exagitur: quo-
niam citra earum veram cognitionem, rectam & ple-
nam Conciliorum notitiam tenere difficile est, præ-
sertim quando hostes Ecclesie nullum non movent
lapidem, si qua possint Ecclesie, Pontificum, Conci-
liorum, scripturarum Canoniarum auctoritatem
aliqua ex parte labefactare. Neque in his tamen om-
nibus usquequaque inter ipsos convenit orthodoxos.
Quo circa ex re Lectoris esse putavi; primùm om-
nium de Ecclesie auctoritate, mox de Canonicis
scripturis, deinde de potestate Episcopi Romani, po-
stremò de ipsis Conciliis, quoad fieri potuit breviori
compendio, ipsam rei veritatem demonstrare, & ex-
plicare.

PRIMA

Quanta autoritas tribuenda sit consuetudinibus Ecclesia qua per manus ad nostram usque ætatem durarunt, ab Apostolis, & antiquis Patribus? Et an sit certa Regula Ecclesia, sive Ecclesiastica traditionis Autoritas?

Pro intelligentia primæ Controversiæ, ab ipsa nominis notione exordium est. Ecclesia Latine multitudinem, cæterum aut conventum significat. Græcè quæ vox est: *Multitudo filiorum Israël*. Græcè dicitur: *Ecclesia filiorum Israël*. Aliquando locus ipse ubi convenit multitudo, dicitur Ecclesia. Hinc Ecclesiastes dicitur concionator. Isidorus in suis etymologiis vult distinguere inter Synagogam & Ecclesiam; quia Synagoga dicitur à congregatione, Ecclesia verò à convocatione. Convocantur soli homines, congregantur autem etiam & bruta. Non parò hæc dicta secundum proprietatem vocabulorum. Nam Græci promiscuè utuntur utraque voce pro quacunque multitudine conciliata in una aliqua societate. Hinc usurpatum est nomen Ecclesiæ in Scripturis & Ecclesiasticis Scriptoribus ad designandam societatem hominum convenientium in fide cultusque Dei, ac eadem religione; ad fidem supernaturalem comparandum. De quibus consule Hieron. d. 93. Cyprian. 24. q. 1. Sed quoniam est vera & falsa Religio, hinc necessariò duplicem esse dicimus Ecclesiam, sanctam scilicet Ecclesiam, quæ rectam de Deo fidem servans, verâ religione Deum verum colit, & adorât, & ab eo solo salutem expectat; & aliam Ecclesiam, quæ in omnibus non ita sincerè, & rectè sentit ut illa, sed est ubi aberret, appellaturque Ecclesia Sathanæ, quam sacræ Literæ Ecclesiam Impiorum & malignantium appellant. Illa verò prior simpliciter, & sine aditò Ecclesia vocatur. Illæ sunt duæ illæ civitates mysticæ, significatæ per duas illas civitates, quarum alteram ædificavit

Abel, alteram Cain, de quibus Augustinus latè in libris de civitate Dei. Ad horum tamen clariorem noticiam annota, quòd Dei Ecclesia una est, & Catholica, quam profitemur juxta Symbolum Nicenæ Synodi, Una, inquam, nullo tempore conclusa, nullo certo loco, nulla natione aut gente, nullo denique populo determinata, sed ut est generalis, sic palmities suos in orbem universum per tempora qualibet præterita & præsentia, & futura extendit, & quæ à formatione Adæ primi hominis ad finem usque sæculi eadem fuit, & est, & erit semper, sub uno capite conditore generis humani, & redemptore filio Dei. Habuit hæc Ecclesia suum initium in primis illis parentibus, deinde per ætates crevit, habuit progressus, & incrementa sua, usque ad hanc diem, ut rectè possis dicere, ab initio suo, usque ad tempora Noë, habuisse infantiam suam; quò tempore quàm pusilla & modica fuerit hæc nostra Catholica Dei Ecclesia, ut merito possimus intelligere infantiam tunc agere, satis indet & sacra ipsa, & aliorum Scriptorum historia. A Noë verò usque ad initium Abrahami, & sub Abrahamo usque ad Moysen habuisse puritiam suam; sub Moysè vero egit adolescentiam; & sic in adolescentia accepit à Deo Pædagogum, & legem ad coercendas transgressiones, & ut quædam pædagogia duceretur ad Christum, ut testatur Paulus: *Lex pædagogus fuit ad Christum*. Et ita umbris ceremoniarum & multiplicibus figuris erat ibi adumbrata veritas Evangelii; quò circa non poterant filii Israël primùm intendere in apertam revelatamque faciem Moysis, hoc est, in nudam claramque veritatem eorum, quæ per Moysen

De statibus Ecclesiarum.

Galat. 4.

Duplex Ecclesia.

PRIMA CONTROVERSA.

Moysem figuris illis significabatur, sed necesse habebat velare faciem suam quotiens à conspectu, & colloquio divino prodibat ad populum. Plus enim lucis fidei acceperat tunc Ecclesia sub Moyse quam unquam ante acceperat; sic enim loquitur Dominus de prioribus Patribus, *Abrahamo, Isaac, & Jacob, nomen meum tetragrammaton non indicari eis*, significans se illud Moyse prae aliis indicasse, cui loquebatur facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum, quod minime fecit cum aliis. De ea Ecclesia dicit Apostolus: *Quanto tempore heres parvulus est, nihil differit à servo, cum sit Dominus omnium, sed sub iutoribus & actoribus est usque ad profinitum tempus à patre*: ita tunc adolescens erat Ecclesia, & sub tutoribus agens. Adolescentiæ verò solent adhiberi pædagogi & mægisteri, ab adolescentia transitur ad juventutem, hanc ætatem egit ab inducto populo Israëlítico in terram promissionis per J. Sue; & sequentes Judices, & per Reges & Prophetas educato usque ad adventum Salvatoris Domini nostri Jesu Christi. Quo tempore quamvis à pædagogi cura non sit exempta, clarissimas de Christo ejusque Ecclesia & regno, universisque nostræ fidei mysteriis per David, Isaiam, reliquosque Prophetas revelationes accepit.

At ubi venit plenitudo temporis, ut inquit Apostolus, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Nam lex (ut diximus) pædagogi tantum defuncta officio, neminem ad perfectionem adduxerat, nullum salvaverat: ac Christus ubi venit, etiam dudum de crucis paribulo corrumpat Evangelium, velum illud veteris Testamenti scissum est, jam legis abdita, & recondita patuerunt, & velamen illud positum super faciem Moyse abtulit, & claram illam Evangelicæ lucis veritatem sub ritibus, & ceremoniis oblectam & inclusam, palam toti mundo manifestavit: quam Ecclesiam, completis

nostræ redemptionis mysteriis, delectoque chyrographo illo quod adversus nos erat, crucique affixo; reversus Christus ad Patrem, Apostolorum suorum ministerio ex omni gente quæ sub cælo est, talem sibi congregavit, & construxit Ecclesiam, qualem in veteri illa Synagoga, & Tabernaculo & Sacerdotio, figurat & adumbrat. Nam omnia illa figuram fuisse nostræ Ecclesiæ passim traditur à Paulo. Vides, **CHRISTIANE LECTOR**, quomodo una est Catholica Christi Ecclesia, non diversa ab illa veteri, utramque connectente illo angulari lapide Christo Jesu. Est igitur una, & quodammodo diversa; est verus illa, sed novata à Christo; per Apostolos, & usque ad finem sæculi per Apostolicos viros propaganda: donec in gloria suo capiti sine macula, & sine ruga, coronanda copuletur, quæ propter novum statum & ordinem, quem à Christo assumpto accepit; non iustè quenter ab Ecclesiasticis Scriptoribus dicitur nova & diversa Ecclesia à priori, & ortum habuisse ab Apostolorum Collegio.

Una est igitur Christi Ecclesia; sed quò vinctò in unitatem Ecclesiæ Catholicæ colliguntur Christi fideles, ipsius Ecclesiæ membra, id nunc est expediendum. Verus controversia est, apud quos sit Ecclesia vera? Tempore Augustini, Donatus Apher dixit, quòd apud eos solum esset Ecclesia: contra clamabat Augustinus. Vocati Donatistæ dicebant, quòd solà charitate, & gratia colligantur fideles in Ecclesia. Post, alius Apostolus Sathanæ, Joannes Hus, quòd solà gratiæ prædestinationis colligaretur Christi corpus; ita ut non tantum peccatores, sed nec præsciti existentes in gratia, pertinerent ad Ecclesiam. Lutherani nunc sic diffiniunt Ecclesiam: *Est congregatio iustorum verè credentium.* Horum omnium intelligere nequeo; impia magis, an stultior sit assertio? Utrosque aperte damnavit Christus suo ore, qui dixit: Simile est

Apud
sic veri
Ecclesia.

Muth. 13

est regnum cælorum sagenæ missæ in mari, quæ bonos pisces & malos contineret. Rursum & in parabola nuptiarum, servi egressi in vias, congregaverunt omnes, quos invenerunt bonos, & malos; & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Et iterum Matthæi 25. Simile est regnum cælorum decem virginibus, quarum quinque prudentes, quinque autem erant fatuæ. Quibus parabolis regnum cælorum, hoc est, Ecclesiam suam nobis Christus declaravit. Nec minus illud ipsum demonstravit Dominus Matth. 17. cum peccantem in nos fratrem iussit denunciari Ecclesiæ, & contumacem & inobedientem, extra Ecclesiam fieri. Et Apostolus, in domo magna Ecclesiæ non solum vasa aurea, & argentea, sed lignea, & fictilia esse prædicat: quædam in honorem, quædam in contumeliam.

1 Timot. 3

Peccatores non sunt extra Ecclesiam.

Ex quibus colligitur, & iustos & peccatores ad Christi Ecclesiam pertinere, nam & Judas ministerium Apostoli habebat in Ecclesiâ, cum esset sceleratus & malus. Ideo peccatores non sunt extra Ecclesiam, sed adhærent suo capiti, saltem sicut paleæ tritico, ut significanter dixit Augustinus lib. 7. contra Donatistas.

Paganos non pertinent ad Ecclesiam.

1 Corint. 5

Secundò colligitur Paganos ad Ecclesiam non pertinere, cum Paulus dicat, eos esse foris. De hæreticis autem disputatur à Recentioribus Theologis, an pertineant ad Ecclesiam? Nam apud veteres non vertebatur in dubium, cum Cyprianus dicat in epistola ad Rogatianum, *Eos esse egressos de Ecclesia, & aliare profanum, foris collocasse.* Ad eum modum loquitur & Hieronymus. Sed disputatur, quoniam utrimque sunt rationes non inapparentes.

Primo, Paulus dicit: De his quæ foris sunt non iudicat Ecclesia: sed iudicat de hæreticis, ergo non sunt extra Ecclesiam.

Secundò: Hæretici renentur legibus Ecclesiasticis, ergo pertinent ad Ecclesiam.

Tertiò: Sunt baptizati, & deserunt characterem Christi, ergo &c.

Sed his non obstantibus, respondetur: Hæretici hæreticos, & schismaticos non pertinere sunt extra Ecclesiam.

Probatum primò ex suo nomine: esse schismaticos, est esse sectos & divisos à corpore. Hoc. signat nomen *schismaticis*. Græcè, & idem *hæretici*, hoc est, diversa sequentes, & non uniti Ecclesiæ.

Secundò. Sic habet sententia Doctorum, & universalis Ecclesiæ, hæreticos esse separatos, ab Ecclesiâ.

Tertiò: Paulus ad Ephes. 4. inquit, quod his tribus rebus continetur Ecclesiâ, & colligantur ejus membra, pura uno Domino, una Fide, uno Baptismate, uno Deo, qui est Pater omnium &c. Sed non est convenientia inter hæreticos, & Ecclesiam in unitate capitis, Fidei, & Sacramentorum, ergo &c.

Quartò: c. *firmiter de sum. Trinit. &c.* dicitur, *Vna est Ecclesia extra quam nemo salvatur*, & hæreticos non posse salvari, quia sunt extra Ecclesiam, ergo &c.

Ad objecta in oppositum, faciliè respondetur: propter susceptam Religionem jus habet in illos Ecclesiâ.

Est & aliud, quod ab eisdem disputatur: an excommunicati sint extra Ecclesiam? Videretur quod sic: quia idem est, excommunicatum esse, quod reiectum & præcisum à corpore Christi, ergo sicut hæretici sint extra Ecclesiam, & excommunicati.

Respondetur, quod non sunt extra Ecclesiam sicut hæretici, quia dumtaxat excluduntur à Communione bonorum Ecclesiæ, & gratiæ, quia pia Mater Ecclesiæ suarum el. vium potestate, membra quædam arida, intus mortua, & à spiritu vitæ separata reiecit, & exclusit à Communione sui corporis, quod medicinali quâdam pœnâ fit in bonum ejus, qui excluditur, vel aliorum membrorum, cum aliqui habeant integram fidem, & sint Catholici.

Ex

PRIMA CONTROVERSA.

Quo vinculo colligatur Ecclesia membra.

Ex quibus collige, quod vinculo colligantur Christi fideles in unitatem Ecclesie Catholice.

Ipsam est quod annotatur à Paulo: *Vni Domum, una Fides, unum baptisma*; hoc est, in unitate fidei & Sacramento- rum.

Primum principium in rebus religionis Ecclesiastica traditio.

His præmissis, Responderetur ad primam Controversiam. Primum principium certum & infallibile ex quo potest demonstrari aliquid esse verum & indubitatum tenendum in fide & religione Christiana, est, sine aliquo scripto Ecclesiastica traditio, & universalis Ecclesie communis definitio. B. fatiam accipiunt aliquid fideles ab Ecclesia. Primum per traditionem & eam antiquatam sine aliquo scripto; ut de baptismo parvulorum refert Origenes. Secundo per definitionem in scripto; ut de processione Spiritus S. à Patre & Filio in Conciliis definita.

Hanc regulam eripere conantes hæretici à Deo confusi, dubia, incertaque reddunt omnia; ut nec ipsa Scripturæ authoritas (quam solum volunt esse certam regulam fidei) illis certo constare possit. Quocirca demonstratur conclusio sic. Sed prius sunt hæc claves assumentes.

Prima clavis.

Prima clavis. Religio, fidesque Christiana ad supernaturalem hominis finem spectat, & propterea lumen humanæ rationis excedit, & ab aliis supernaturali lumine dependet, puta à Deo ipso revelante & testificante. Hæc omnia oranibus sunt indubitata. Ex quibus colligitur secunda clavis.

Secunda clavis.

Soli divinæ infallibilique veritati in- titur Fides nostra & Religio; quæ divina veritas hominibus suum finem, ad quem conditi sunt, & media, quibus ad Deum pervenire debeant; revelare & ordinare dignata est; quoniam ad utrumque per se infirma est humana natura. Hoc est igitur primum nostræ fidei & religionis principium certum & infallibile, divina veritas quæ nec falli potest, nec fallere, ad quam reducere oportet, quæcumque

tenemus ad fidem religionemque perti- nentia. Ex quibus principiis colligitur sic conclusio.

Si omnes vocem audiremus nobis intus, aut ad extra loquentis Dei, & docentis necessaria cognitu, certique essemus, Deum esse, qui intus nobis loqueretur, aut extra, nihil dubitaremus Deo testificantem cre- dere; nec incidere in Controversiam quod ad fidem religionemque nostram certo pertineret; quoniam omnia & sola illa crederemus necessario tenenda, quæ certo nobis constaret à Deo revelata. Sed non semper per seipsum nobis omni- tus loquitur Deus; nec per se docet; aut proponit necessaria omnia, quæ vult nos credere; ideo multæ frequenter in Ec- clesia incidunt ambiguitates, & fluctua- tiones. Ergo necesse est aliam habeamus regulam infallibilem, ad quam necessario reducendum sit quicquid ad fidem reli- gionemque nostram certo pertinere, oportet credi. In qua reductione, ad ipsius fidei nostræ meritum & profectum, difficultatem nonnullam inesse voluit divina providentia, ut non nihil ad fidem pius cooperaretur affectus; nam Deo ita nobis palam loquenti testificantique quis posset non credere? Deinde ferme com- pulsus crederemus, ut demones qui credunt & contemiscunt.

Vel saltem crederemus ut Thomas, cui volenti credere, condiscipulis testifi- cantibus se vidisse viderem Dominum, nisi ipse suis oculis insperisset, & manibus tractasset, dixit Dominus: *Quia vidisti me Thomæ, tu credidisti; Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Non pronuntiavit Thomam beatum (sicut ante Simonem credentem, & consentientem eum esse Christum Filium Dei vivi) sed eorum fidem beatitudinis premio dignam prædicavit, qui non vi- dentes crediderunt; sed Thomæ dixit, Tu credis, quia vidisti & palpasti, nihil magnum facis; illi demùm beati erunt, qui non videntes, in me credidituri sunt. Hi sunt, qui nunc Ecclesiam Catholicam

6 PRIMA CONTROVERSA

audientes, credunt quæ ab ea in Scripturis vel sine scripto aliquo traduntur. Cum ergo immediate Deus nobis non loquatur, sicut olim fecit Prophetis, hanc debemus habere pro infallibili regula, per quam regulari debent, quæ ad religionem nostram pertineant. Ergo hæc debet esse prima & infallibilis regula rerum ad fidem pertinentium, & eorum etiam, quæ per Scripturas nobis traduntur, & ipsarum Scripturarum.

Ecclesia non potest falli.

Hæc Ecclesia, quæ nobis proponit quæ ad religionem pertineant, immediate & regitur, & docetur à Christo, ergo non potest falli. Patet antecedens, quoniam ipsa est, & vocatur corpus Christi, & Christus caput Ecclesiæ, & est futurum perpetuum caput illius: ergo necesse est, corpus ab illo regatur, & ipsum caput influat in membra; ergo non magis potest falli quam ipsum caput. Quamvis aliqua membra etiam præcipua, ut Prælati, sint mali, in propositione tamen eorum non reguntur suo sensu, sed alieno.

Item Ecclesia vocatur, & est Sponsa Christi, ut in Canticis cap. 4. *Sponsa mea, horum conclusus, fons signatus, &c.* Si ergo Christus habuit hanc Sponsam, & non fuit bigamus assumens aliam, necesse est, perpetuo regatur ab illo. Ad Ephes. 5. *Mulieres viri sui subdita sint, sicut domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ, & sicut Ecclesiæ subiecta est Christo, ita & mulieres &c.* Et ibidem: *Sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret &c.* Et infra: *Nemo eorum suam odio habuit, sed nutrit & fovet eam, sicut & Christus Ecclesiam.* Deinde de viro & uxore, *Erunt duo in carne una, sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & Ecclesia.*

Jerem. 2. *Vides quomodo & nutritur, & fovetur Ecclesiæ à Christo, sicut a te tua caro.* Hunc fontem signatum relinquentes hæretici, fecerunt sibi cisternas &c. Eidem

Matth. 28. *pollicitus est Dominus: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem*

seculi. Et Apostolus de eadem 1. Tim. 3. *Ecclesiæ Dei, quæ est fundamentum & columna veritatis &c.* Item Joan. 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis; ille vos docebit omnia. Non relinquam vos orphanos &c.* Hoc promissit cunctis fidelibus, quia cap. 17. inquit, *Pater non tantum pro his rogo, sed pro his, qui credituri sunt per eos &c.* Unus Paracletus fuit Christus; quo cum fidelibus conversante, Ecclesiæ non potuit errare: loco sui missus est Spiritus Sanctus alter Paracletus; quo regente & docente, equè non potest errare quam cum regetur a Christo, ergo nec nunc, cum regatur & doceatur ab eodem.

Item Matth. 16. *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebunt adversus eam* Relativum, eam, omnes referunt ad Ecclesiam &c. Sed hæc est illa Ecclesiæ, quam Dominus fundavit supra illam petram & Petrum, illum Simonem constituentem Christum Filium Dei vivi.

Ejusmodi testimoniis demonstrant hanc veritatem successores Petri, Leo I. equè sanctus & doctus, ad Augustinum epist. 14. & ad Theodorum epist. 69. Et Julius I. in suis decretis, adducens illud ex Psalm. 7. *Circumdate Sion & complerimini eam.* Postremo, est articulus in symbolo Nicenæ fidei, *Credo sanctam Ecclesiam, & sanctorum communionem.* Credere sanctam Ecclesiam, est credere, quod in terris sit congregatio fidelium, quæ regatur ab Spiritu Sancto, & quæ totam spem suam figit in unum Christum.

De his tractarunt Recentiores latissimè; Cardinalis Cajetanus duobus opusculis. Item Cardinalis de Turrecremata in volumine de summa Ecclesiæ. Joannes Driedo, de Ecclesiasticis dogmatibus lib. 4. cap. 2. Et novissimè Albertus Campensis in primo libro Ecclesiasticæ hierarchiæ.

SECUNDA CONTROVERSIAM.

Primum principium ad fidem pertinentium Ecclesiam.

Sic igitur primum principium rerum ad religionem pertinentium Ecclesiam, sive Ecclesiastica traditio, per Scriptu-

ram, vel per antiquatum usum citra aliquam Scripturam.

Per hæc potest patere ad primam Controversiam.

SECUNDA CONTROVERSIAM.

An idem pondus habeant divina Scriptura?

AD secundam dubitationem responderetur, esse secundum principium nostræ fidei, Canonicam Scripturam.

Subnascitur dubium, quid vocemus Scripturam Canonicam? Si roges, an omnes libri qui sunt in volumine Bibliorum sint Canonici? Respondetur, hos esse distinguendos in tres classes. Prima est eorum librorum, quos omnes Ecclesiastici Scriptores rejecit, & communis consensus Ecclesie exclusit à Canone, ut sunt 3. & 4. Esdræ, 3. & 4. Machabæorum. Ex quibus non sumitur efficax argumentum ad probandam aliquam veritatem nostræ fidei, quamvis permittat Ecclesia eos legi.

Qui libri sunt Canonici.

De Apocalypsi disputat Eusebius in hist. Eccl. lib. 7. cap. 23.

Secunda classis est aliorum librorum, de quibus olim fuit controversia inter Catholicos, ut est liber Judith, Tobie, Sapientia, & Ecclesiasticus, & duo Machabæorum, & Baruc. In novo Testamento liber Apocalypsis cum authore, & epistola ad Hebræos cum authore. Epistola Jacobi, secunda epistola Petri. De epistola Joannis. De sex prioribus libris pertinentibus ad vetus Testamentum olim disputabatur, an haberent Canonicam auctoritatem? Hieronymus in Prologo Galeato, dicit non esse Canonicam; sed inter hagiographa numerandos. Sed jam exclusa est omnis disputatio recipientes eos Ecclesia, & enumerante inter Canonicas Scripturas, ut habes in Concilio

Carthagin. III. cap. 47. cui interfuit & subscripsit Pater Augustinus, ubi legitur: Placuit præter Scripturas Canonicas nihil in Ecclesia legatur sub nomine divinarum Scripturarum. Sunt autem Canonice Scripturæ &c. Recensentur inter eas prædicti, excepto Baruc, de quo ibi nulla fit mentio. Idem in Concilio Florentino, liber Sapientie, & Ecclesiasticus secundum materiam sunt Salomonis, licet ille collectus sit à Philone Judæo, & iste à Jesu Nave, ut volunt Augustinus, & Hieronymus.

De secundo Machabæorum olim fuit majus dubium: nunquam legitur in Canone Hebræorum, nisi solus primus; sed Ecclesia Christiana exceptit illum, ut duos partes publicè legerentur.

De libris novi Testamenti. Apocalypsis Joannis, quod sit in Canone, & quod sit Joannis Apostoli, habes in Concilio Carthagin. III. cap. 47. & in decret. Gregasii Papæ edito in Synodo 70. Episcoporum, & Toletano IV. expressè c. 16. & Florent. Idem de duabus epistolis ejusdem Joannis Apostoli. Item Apocalypsim ab Apostolo Joanne scriptam asserit Iustinus, & Origenes, ut refert idem Eusebius lib. 6. cap. 18. ubi probat 3. epistolas, quas nunc legimus Joannis Apostoli.

De epistola ad Hebræos insignem temeritatem puto dicere, quod non sit Catholica; nunquam à Catholicis Scri-

Deo tibi Machab. canonice.

Apocal. Jo. an. cano. nia. Euseb. hi. Eccl. lib. 7. c. 23. & 9.

Epist. ad Hebr. Pa. canonice.

Script.

Euseb. hist.
Eccles. 1. 3.
cap. 3. & 4.

Scriptoribus fuit explosa. Quod autem author fuerit Paulus Apostolus, istud olim fuit maximè in controversia: nunc tota Ecclesia sentit esse Pauli, & ita legitur tanquam Pauli in Concilio Carthaginens. III. & aliis multis Conciliis. Insigniter errant, qui astruunt non habere authorem Paulum. Consule, *LECTOR*, Hieronymum in epistola ad Dardanum. Et in Commentariis epistolæ ad Titum cap. 2. Quamvis cum scriberet ad Evangelium, & super Isaiam, visus fuerit dubius si Ecclesie Latinorum recepissent illam veluti Canonicam. Tandem citra disputationem, aut novam examinationem, puro recipiendos ab omnibus orthodoxis viris, omnes libros, quos recipit, & probat Gelasius Papa in decreto & Synodo 70 Episcoporum, quod habes in summa Conciliorum, & quos probat D. Augustinus in lib. 2. de doctr. Christ. cap. 8. post Carthaginens. Concil. III. & Laodicenum: quæ licet sint locales Synodi, sunt tamen Ecclesiastica autoritate probatæ, cum aliis, tum in 6. Synodo can. 2. idem habet Innocentius Pontifex in epist. 3. ad Exuperium Tholosanum Episcopum can. 7.

Postremum
caput Mar-
ci canonici-
sum.

Subnascitur dubium de postremo capite Marci: de quo Hieronymus ad Edibiam quæst. 3. dicit, à plerisque non fuisse receptum, quod in paucis Latinorum Codicibus, & Græcorum pæne nullis habeatur: præsertim cum videatur narrare quidam pugnantia cum aliis Evangelistis, ut illud quod refert, Dominum primâ Sabbati surrexisse: cum Matheus dicat, surrexisse vespere Sabbati, quæ lucelcit in primâ Sabbati: pugnant autem inter se, vespere & mane.

Istud dubium dupliciter solvit Hieronymus. Primò, inquit: Aut enim non recipimus Marci testimonium, eò quod in raris fertur Evangelistis &c. Secundam solutionem missam iacjo, utpote impertinentem præsentis disputationi. Sed prior ista solutio impia esset, si tunc temporis

hoc Caput tantum habebat autoritatis, quantum reliquum Marci Evangelium, ego tunc non habebat canonicam autoritatem &c.

Respondetur ad dubium, quod olim disputatum est de postremo Capite Marci, sed nunc citra exceptionem aliquam receptum est ab universis Scriptoribus Ecclesiasticis Latinis, & Græcis, & inter Canonicas Scripturas annumeratur.

Secundò est pro argumento, quod coronide, quædam olim adjecta erat in fine hujus Evangelii, maximè in Græcorum exemplaribus, de qua Hieron. in 2. Dialogo adversus Pelagium. Coronide autem sic habet: post illa verba, *Quia hi, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt: subjugebatur, Et illi satisfaciebant dicentes: Sæculum istud iniquitatis, & incredulitatis substantia est, que non finit per immundos spiritus, veram Dei apprehendit virtutem, idcirco iam nunc revela misitiam tuam &c.* Quæ Coronide jam non extat, sed rejecta est tam à Græcis, quam Latinis, quia desumpta erat ex aliquo apocripho Evangelio, & etiam quia nihil habebat Evangelicæ gravitatis. Cum igitur publicè legat Ecclesia totum Caput postremum Marci sine hac Coronide, signum est, probasse illud Ecclesiam, sicut reliquum Evangelium Marci.

Similiter dicere debes de historia mulieris adulteræ, de qua Joan. 8, quæ olim in plerisque Græcis exemplaribus non ferebat. Et Hieron. in 2. Dialogo adversus Pelagianos allegans hanc historiam, ingenuè fatetur, non in omnibus Codicibus haberi, dicens sic: Hittoria de adultera muliere, quæ in multis & Græcis & Latinis Codicibus habetur, &c. Et Eusebius Cæsariensis Ecclesiast. hist. 13. indicat hanc historiam additam in Evangelio Joannis ex Evangelio, quod inscribitur secundum Hebræos, quod Hieron. testatur à se versum in linguam Græcam. Forsan est illud apocriphum Evangelium, quod inscribitur Nazaretorum: Sed jam autho-

De Coronide, quod adjecta fuerat olim in fine Evangelii Marci

De hist. mulieris adulteræ

authoritatem habet Canonice historia prædicta, eò quod Ecclesie consensus, ut Evangelio dignam comprobavit, & in omnibus Codicibus Latinis, & Græcis Scriptoribus ad ædificationem fidelium in fide, & ad confirmanda dogmata fidei, ut ab August. super Joann. & in omnibus operibus suis, à Chrysof. & Theophyl. &c. & reliquis Scriptoribus Ecclesiasticis.

Alia est & major difficultas de historia Susannæ, de Hymno trium Puerorum, & de historia draconis Belis, an parem authoritatem habeant cum reliquo volumine Danielis?

Ratio difficultatis est, quoniam videntur à Hieronymo abscissa esse, & rejecta, ut idem Hieron. habet in Præfatione Danielis, dicens: Danielis prophetia à Daniele creditur esse conscripta, posita in captivitate Babylonica; sed Daniel hic non inter Prophetas, sed inter eos, qui hagiographa scripserunt computat. Neque habetur in Hebræorum volumine trium Puerorum hymnus, nec Susannæ historia, nec Draconis fabula; quas nos verum anæpofito, easque jugulantes subjecimus, ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncasse.

Secundò, coarguitur à Rufino Hieronymus, quod prædicta tria è proprio loco sint erasa, & inter apocrypha depurata cum publicè legerentur in Ecclesiis.

De historia Susannæ fuit antiqua controversia in Ecclesia disputatum est enim inter Origenem, & Africanum; hoc dicente, historiam hanc esse fabulam: Origine verò defendente contrarium.

Pro solutione hujus difficultatis, notandum, quod olim à Judæis tota Scriptura in tres partes dividebatur; in Legem, Prophetas, & Hagiographa (hæc dicuntur sanctorum virorum scripta) ut Sapientia, Ecclesiasticus, libri Salomonis, inter quos ab Hebræis annumerabatur Daniel, non inter Prophetas. Nunc

congruè possumus sic Ecclesiasticam Scripturam, id est, quæ publicè utitur Ecclesia Catholica, distinguere in Canonicas Scripturas, hagiographa, & apocrypha. Primi generis sunt omnes Scripturas, quas recipit Ecclesia, ut publicè legantur, in ædificationem fidelium, & ex quibus sumitur efficax argumentum ad demonstrandum, quæ sint, quæ ad fidem pertineant.

Secundi generis sunt Scripturæ, quas probavit Ecclesia, ut publicè legerentur ad ædificationem fidelium, non tamen habent Canonice authoritatem; ut sunt volumina eorum sanctorum, quorum doctrinam probavit Ecclesia. Sic olim legebatur apud Hebræos Ecclesiasticus, & Sapientia.

Tertii generis sunt illæ Scripturæ, quas rejecit Ecclesia, ut liber de Infantia Salvatoris; liber de Transitu Mariæ Virginis; Opuscula Tertulliani apocrypha, eo quod post mediam ætatem à fide defecit; Opera Cassiani Monachi. Unde colligitur regula apud Ecclesiasticos Scriptores, quod omnis liber apocryphus, est extra Canonem, non tamen omnis liber, qui est extra Canonem, est apocryphus; ut Augustinus eleganter dixit. In apocryphis est aliquando veritas, nunquam tamen est Canonice authoritas. Ideo apocrypha, & hagiographa conveniunt, & differunt. Conveniunt quidem, quia utraque exclusæ sunt ab authoritate Canonica. Differunt, quia in istis compertum est, fidem non vacillare, ut docet Hieronymus universaliter de scriptis Sanctorum. Ideo sine periculo fidei, & cum ædificatione fidelium leguntur publicè in Ecclesia. In apocryphis autem est comperita falsitas, aut suspecta fidei pietas; ideo remota sunt, ut non legantur publicè in Ecclesiis, quæ tamen sine periculo fidei, aut sine irrisione minimè legerentur.

Ad hunc modum docet Origenes, super Cantic. Homil. 1. Apocrypha con-

Quæ sint
Canonice
hagiogra-
pha, & i
apocrypha.

Tertio es
veniant à
differant
hagiogra-
pha, & a
apocrypha

la dra-
apud
Elem.

ria
nar.

10. SECUNDA CONTROVERSI A.

fueverunt Patres appellare, quæ sunt & occulta de origine, & suspecta de falsitatibus; ideo non placuit Ecclesiæ locum dare illis, nec admittere in auctoritatem. Hoc idem Hieron. in epist. ad Letant.

Respondetur ad difficultatem per tres propositiones.

Prima, tria prædicta notata ex Danièle non sunt tertii generis, scilicet apocrypha.

Primum, quoniam antiquissimi Patres olim ante Christum natum receperunt illa, ut Lxx. Interpretes; & post Christum Theodotion, Tertullianus, Origenes, & ali. hujus antiquitatis.

Secundo: Ecclesia passa est, ut publicè legerentur in Ecclesia, idè, ut minimum, oportet honorare illa ad ædificationem audientium.

Secunda propositio: Prædicta tria, si de piâ legit, & excipit Ecclesia, non tamen pari auctoritate cum Canonicis Scripturis, quoniam propter auctoritatem veterum Sanctorum, qui usi sunt testimoniis ex hujusmodi Scripturis desumptis, recipit illas Ecclesia, nec omnino excludit.

Tertia propositio: Puto, inter ea, quæ sunt secundi generis enumeranda, sicut Ecclesiasticus, Sapientia apud Hebræos. Sic putant & alii Catholici scriptores, ut Joan. Driedo, & Hieron. in locis citatis. De hymno trium Puerorum dicitur in Concil. Toletan. IV. c. 13. qui in tota Ecclesia celebratur.

Si quis objicit, quod Patres Ecclesiastici citent testimonia ex prædictis historiis quæ sunt apud Danièlem tanquam ex Canonicis Scripturis.

Hoc non arguit habere Canonicam auctoritatem, quoniam solent illi facere, maxime Cyprian. & Ambros. ut ex apocryphis citent etiã testimonia, ut ex 3. & 4. Esdræ, non tanquam ex Canonicis libris, sed tanquam ex libris continentibus dogmata pia, & non contraria fidei notæ.

In eodem loco puto reponendum

librum Baruch, & sic probatum à Concil. Florentino.

Ad illa verò, quæ opponit Rufinus contra Hieron. respondit Hieronymus in 2. lib. Apologiæ contra Rufinum in fine.

Hæc sunt quæ pertinent ad secundam classem, de quibus olim dubitabatur, si Canonicam haberent auctoritatem.

Tertia classis est reliquorum voluminum, de quibus nunquam dubitatum est inter Scriptores Ecclesiasticos si hærent Canonicam auctoritatem?

Ad prædicta consequitur nova difficultas. Quando certum est has duas esse regulas in rebus fidei, Canonicam Scripturam, & sine scripto Ecclesiasticam traditionem, utra istarum sit prior, & utra reguletur per alteram? Scriptura Canonica per Ecclesiam, vel Ecclesia, per Scripturas, in definiendis, & distinguendis his, quæ ad fidem, & religionem pertineant Christianam?

Videtur secundum, quod Ecclesia per Scripturas; quia prima radix fidei est revelatio, quæ fit à Deo: sed ea, quæ continentur in Scripturis sunt immediate à Deo, ergo illa erit omnium prima regula.

In contrarium est, quod dicit August. *Evangelio non crederem, nisi auctoritate Ecclesiastica commendaretur.* Ergo auctoritas Scripturarum est ab Ecclesia, non tamen è contra.

In hac difficultate aliqui Catholici noluerunt dicere, quod nunc prædicant Germani, quod Scriptura facta est prima regula, à qua oritur auctoritas Ecclesiæ, & quod si aliquid determinatum fuerit in Ecclesia, & illud fuerit ex sacris Scripturis probatum, in illis audiendi sunt Pontifices, non autem in aliis, quia Pontificibus non est immediate facta revelatio.

Confirmatur. Deuter. 17. habetur, quod si iudices, ubi aliqua juxta legem Domini præceperint, aut determinaverint, audiantur à populo. Hinc colligunt. Ergo

dentur est Canonicus.

Quæ sit prior in dei rebus Canonici Scriptura an Ecclesiastica tititio.

Histor Suttana, & Draconis Belis, & hymnus trium Puerorum & inter bagigrapha recensentur.

Post Concilium Tridentinum, Ecclesiasticus, Sapientia, & illa tria debent censeri Canonice.

Post Concilium Tri-

&

SECUNDA CONTROVERSIA. 11

& nos solum tenemur audire iudices, & Concilia quando probant ex lege, quæ dixerint. Et sic intelligendum illud: *Qui vos audis, me audis &c.*

Lucæ 10.

Scriptura
sacra regu-
lada per
Ecclesiam.

Nos autem dicimus, quod prior regula, & notior, & multo latior est Ecclesia, quam Scriptura Canonica; & hæc per illam debet regulari, & non è contra. Hoc evidenter demonstrat Joannes Echius in suo Enchiridio. Primò: Christus Redemptor noster instituit Ecclesiam, & post illum assumptum, Ecclesia erat in terris quando nulla exarabat Scriptura, exceptis his, quæ ad vetus Testamentum pertinebant; & ab Ecclesia accepimus Scripturas, ergo ab Ecclesia habent aliquam originem Scripturæ.

Prædicare
& baptizare
à Christo
iussi sunt
Apostoli,
non scri-
bere.

Probantur hæc: Christus nihil scripsit, nihilque scribendum mandavit Apostolis, aut Discipulis, sed Matth. 18. dixit: Euntes docete omnes gentes servare quæcumque mandavi vobis. Et Marci u. t. Euntes in mundum universum prædicare Evangelium &c. Docete igitur & prædicare iussi sunt Apostoli, non scribere.

Evange-
lium non
est Scriptu-
ra, sed vo-
calis an-
nuntiatio.

Confirmatur: Quoniam Evangelium non est Scriptura, sed vocalis annunciatio; sed cum audis Evangelium, cave imaginis tractari de Matthæi, Marci, Lucæ, aut Joannis scripturis, quæ tunc nullæ erant; sed illud bonum & lætæ nuntium, quod ascensus ad Patrem mandavit Christus Apostolis prædicare omni creaturæ; quod Evangelium unum est. Evangelium enim bonum nuntium significare, omnibus notum est; sed non pro quocunque nuntio ipsum accepit Christus, sed pro nuntio redemptionis, & salutis æternæ, quæ promissa fuit Patribus, adumbrata in lege, pronuntiata in Prophetis, & tandem in plenitudine temporis exhibita ab uno Christo, ad quam annunciandam orbi universo mittebantur Apostoli.

Evange-
lium, bo-
num dum-
taxat nun-
tium re-
demptionis
dicitur.

In quo lex
vetus à no-
va differat.

Secundo: In hoc differt lex vetus à nova, quod illa constat Scripturis, hæc

autem non. Ideo Jerem. 31. distinguens hanc legem ab illa, dicit: Hanc scriptam in visceribus hominum, illam vero in tabulis lapideis, sic: *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in cordibus eorum scribam eam, &c.* Hoc demonstrat magis. Paulus Hebr. 8. & 2. Corinth. 8. *Epistola nostra vos estis, non in tabulis lapideis, &c.*

Consule Chrysof. Homil. 1. super Matth.

Igitur, si Evangelium non est Scriptura, non erit prima regula in rebus fidei Scriptura.

Confirmatur: Ecclesia est antiquior omnibus Scripturis, antè tamen quam Dominus daret legem Moyfi jam erat Ecclesia, nam post octo annos à passione Christi, primus scripsit Matthæus, & antè illum erat Ecclesia, ergo non regulabatur per Scripturas.

Quando
scripserit
Matth.

Tertio: Scripturæ supervenientes Ecclesiæ, acceperunt robur ab illa. Probatur, quia scriptores erant membra Ecclesiæ in quibus non poterat esse major autoritas, quam in ipsa Ecclesia, sed Scriptura Matthæi habebat autoritatem ab illo: Matthæus autem, sive Joannes, sive Paulus ab Ecclesia: ergo iudex omnium est Ecclesia, non Scriptura aliqua.

Scripturæ
ab Ecclesia
robor ac-
ceperunt.

Confirmatur: Quæ Petrus viva voce docuerat, à subsequentibus Marci scriptis non accipiebant autoritatis robur, aut veritatis aliquod testimonium, sed contra magis hæc ab illis: quia scripta Marci, Apostolicæ prædicationi, & doctrinæ inveniebantur conformia, habebantur rata.

Secundo confirmatur: Deut. 17. non dicitur: Consule legem, ubi questio, vel controversia aliqua nata fuerit: sed Consule iudices, qui dicent tibi veritatem; Ergo ab ipsis est querenda veritas non à lege.

Quarto, Ecclesia visa est aliquando ficere contra Scripturas, & aliquando præter Scripturas: ergo ipsa est regula earum, quæ traduntur in Scripturis. Antecedens patet: quia in Scripturis

Ecclesia al-
liquando
visa est fa-
cere contra
Scripturas:
& aliquan-
do præter
Scripturas

trahatur exercendus Baptismus sub hac forma: *Ego te abino in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti &c.* tamen Apostoli baptizabant in nomine Jesu Christi, ut traditur in Actibus Apostolorum. Ergo credimus Ecclesie contra formam Scripturarum.

Est tamen verum quod id fiat dispen-
sante auctoritate earum legum.

Vel quod magis credo, simul baptiza-
runt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ut nunquam omiserint verba Christi in usu hujus Sacramenti.

Adhuc confirmatur, quia in Scripturis
mandatur cavendum à suffocato, & san-
guine, & tamen per Ecclesiam abrogatum
est illud mandatum: Ergo Ecclesia visa
est habere priorem auctoritatem quam
Scriptura.

Item, traditione Ecclesiastica, obser-
vatio Sabbati mutata est in diem domini-
cam.

Quinto: Ecclesia determinavit multa,
quæ non habentur in Scripturis expressè,
ut de descensu ad inferos, & alia multa,
quæ ad ritum Sacramentorum, & Eccle-
siasticum disciplinam pertinent.

Item, in Ecclesia sunt & alia, quæ
non expressè, nec obscurè habentur in
Scripturis, sed constant ex sola traditione
Apostolorum, & non ex aliqua Scriptura.
2. Thessal. 2. *Teneite traditiones, quas
didicistis si ve per epistolam, si ve per sermonem.*
Et ad Cor. II. *Cetera cum venero disponam:*
& Joan. ult. *Multa sunt alia, que non sunt
scripta in libro hoc &c.* Item de celebrat.
Miss. cap. *Cum Marthe*, habentur hæc
eisdem ex Innocentio III. Cyprianus
sermone de ablutione pedum, hoc idem
dicit: Nec minus ratum est, quod dis-
tante. Spiritu sancto tradiderunt Apo-
stoli, quam quod ipse tradidit Christus.
Præceptor etiam suus Tertullianus in
lib. de *Cocena militum*, scribit; quanta ha-
beat Ecclesia susceptione, & traditione,
de quibus nulla mentio fiat in Scripturis.
Idem in lib. de hæreticor. præscriptione;

Non est permittendum hæreticis ab Ec-
clesia ad Scripturas provocare. Idem &
Irenæus Lugdunens. Archiepiscopus ipso
Tertulliano vetustior, adversus Valenti-
num, cæterisque sui temporis hæreticos
dimicans.

Et si fufius videre velis ad quam multa
se extendat Ecclesiasticæ traditionis
auctoritas, ad quæ non se extendunt
Scripturæ, consule Basilium lib. de S. S.
c. 27. & 29.

Hæc amissi, scilicet traditione Eccle-
siastica, discernebant S. Patres doctrinam
Apostolicam, à falsa, & subrepticia do-
ctrina. Hæc admissum est Evangelium
Matthæi, & eadcm rejectum est Evange-
lium scriptum sub nomine Petri à Beta-
pione Antiocheno Episcopo, ut tradit
Euseb. l. 6. hist. suæ.

Sic habes, **CHRISTIANE LE-
CTOR**, non solum non inferiorem, non
solum parem, sed quodammodo superio-
rera, & notiorera Ecclesie auctoritatem
auctoritate Scripturarum, ut August.
Evangelio non crederem nisi &c. Quod à
quosvis verè Christiano dici, sentiri quæ
oportet.

Sed consulto sub hac forma verborum:
Utra sit prior regula fidei, Ecclesia, vel
Scriptura? Et, utra reguletur per alteram,
movi præsentem difficultatem:
quoniam diversum esse sentio, dicere:
Utra auctoritas sit major Ecclesie, vel
Scripturæ? Et utrius auctoritas sit prior,
aut posterior, vel latior, Ecclesie, vel Scri-
pturæ?

Issud cenfeo, & propriè, & verè di-
ctum: Ecclesie auctoritatem, notiorera,
latiorera, & priorem esse auctoritate
Scripturæ. Non tamen puto appositè nec
verè dictum: Ecclesie auctoritatem esse
simpliciter majorem auctoritate Scrip-
turæ, quoniam propriè loquendo, neutra ab
altera desumit auctoritatem simpliciter,
sed utriusque auctoritas est à Christo,
cujus spiritu dictæ sunt Scripturæ, &
efficax est Ecclesia. Hæc dixerim *vera &*
pia.

Ad multa
se extendit
Ecclesiasti-
ca traditio,
ad quæ non
sacra Scri-
ptura.

Latior, & no-
tior Eccle-
siae au-
thoritas,
quam Scri-
ptura, non
tamen ma-
ior.

SECUNDA CONTROVERSI A. 13

pia; etiamsi medius rumpatur Bucerus in
 prafatis suis in enarrationem epistolatum
 Pauli, & Bullingerus in lib. de firmitate,
 & certitudine Scripturarum. Quorum hic
 contendit probare Scripturam, scilicet
 antiquiorem esse Ecclesiam; ille verò
 Ecclesie autoritatem regulandam per
 Scripturas, explicam prafentem difficul-
 tatem hoc simili. Si Princeps amandat
 aliquò legatos suos cum commentario
 earum rerum, quas velit illos agere
 (quam vocant instructionem) certum est,
 autoritatem Scripturæ non esse à legatis,
 sed contra, legatorum ab Scriptura: Sic
 in re nostra de Ecclesia, & Scripturis
 Canonicis. Sed quam sit hoc extra rem
 prafentem, luce meridiana clarius (ni
 fallor) ostendimus: quoniam Christus
 non amandavit Apostolos cum Scripturis
 aliquibus. Moysi dedit ille legem scrip-
 taram, Apostolis autem non, sed inscul-
 ptam visceribus eorum: Non dixit, Ire,
 scribite, quamvis postea ab eo acti, &
 afflati scripserint.

Hinc collige; traditionis Ecclesiasticæ
 autoritatem in certitudine veritatis;
 eandem, aut parem esse cum autoritate
 Scripturarum, sed illam notiore esse
 manifestè consequitur; quoniam solum
 credimus Scripturis propter Ecclesiam
 testificantem; ergo prior, & magis cognita
 debet esse Ecclesie autoritas, quam
 Scripturarum: secus non eederemus istis
 propter illam. Qui enim scimus, quod
 nostra hæc, quæ legimus Scripturarum
 exemplaria, consonent cum autographis,
 quæ perierunt: fortasse universa ante
 multa secula? Et qui scimus, quod auto-
 grapha illa certè & indubitataque fidei
 fuerint? Quo argumento possunt con-
 stare?

Secundo certò collige; huiorem esse
 Ecclesie autoritatem; & ad plura se
 extendere, quam Scripturarum auctori-
 tas: hoc quis non videt? Quod disertè
 ostendit magnus ille Basilius in locis
 dudum citatis, & simul ostendit, Aposto-

licum esse dogma, non scriptis, sed Ec-
 clesie traditionibus inhærendum esse, ut
 Paulus habet: *Laudo, inquit, vos, quod
 2. Thess. 2. traditiones meas tenetis, quemadmodum
 tradidit vobis; sive per sermonem, sive per
 epistolam.*

Habes etiam de hoc Hieron: strenuam
 fidei assertorem contra Vigilantium,
 quem probat hæreticum, quia negat ve-
 nerandas esse martyrum reliquias contra
 Ecclesiasticam consuetudinem.

Huius Ecclesie testimonium perhibent
 Apostolus, & Christus Matth. 18. Qui
 Ecclesie sententiam non audierit, sit tibi
 sicut Ethnicus, & Publicanus: quoniam
 ad ovile Christi non pertineat. Et
 1. Timoth. 3. quod ipsa Ecclesia sit col-
 umna, & firmamentum veritatis, non
 tamen meminit Scripturæ.

Tertio collige: In rebus dubiis, ad
 fidem, certitudinemque faciendam, effi-
 caciorem esse, & magis idoneam Ecclesie
 autoritatem, quam Scripturam: etiam,
 ubi id, de quo agitur, ex Scripturis
 constare poterit. Liquido demonstratur
 cum Scripturæ plurimum frequenter ob-
 scuritates habeant, non autem Ecclesie
 sententia; quam certum est magis claram
 & magis apertam esse. Nobis Catholicis,
 & cum Judæis in veteri Testamento, &
 cum hæreticis in utroque communis est
 Scriptura, sed diversa intelligentia.
 Nec enim sunt hæretici Novatianus,
 Sabellius, Arius, Macedonius, Fotinus,
 cum reliqua colluvie sociorum suorum
 quia Scripturis non credunt, sed quia
 non credunt Ecclesie, & illius sententiæ;
 & quia Scripturas suos, non Ecclesie
 sensu intelligunt. Non enim desunt illis
 Scripturarum testimonia; quibus sua do-
 gmata communiunt, sed desit illis regula
 rectæ intelligentiæ eandem.

Ideo nunc, *CHRISTIANE LE-*
CTOR; scus sentio faciendum filiis
 Ecclesie cum hæreticis, quam olim Judæi
 scriebant, & ego sensi, ut disputaretur
 cum illis, & Scripturarum efficacioribus

Efficacior
 est Ecclesia
 sententia in
 dubiis di-
 vendis
 quam Scri-
 pturarum
 traditio.

Hæretici
 monendi
 &
 vitandi non
 disputatio-
 nibus con-
 vincendi.

14 TERTIA CONTROVERSIA.

efficacioribus argumentis convincerentur. At nunc longè à iter sentio cum Tertuliano, & Paulo Apostolo dicente: *Hæreticum hominem, post unam & alteram correctionem derelicta, sciens quia subversus est.* Non enim, inquit, post unam, aut alteram disputationem, sed, post unam, aut alteram correctionem. Corripendus igitur est, non disputatione convincendus hæreticus: post verò continuò vitandus, quia subversus est, id est, funditus everfus. Contra Ecclesiam se statuit, nolens illam audire, ideo non denunciandus Ecclesie,

ut emendetur, de quo nulla debet sperari emendatio; sed vitandus, ne illius contagione inficiantur alii: sermo illorum velut cancer serpit. Cùm hæreticis nihil aliud faciendum censeret Apostolus, nisi monendos, & post vitandos: non convincendos Scripturis, non denunciandos amplius Ecclesie, quam nolunt audire. Similem sententiam tenuit Bernardus in Cantic. Homil. 63. & 66. August. lib. 4. de baptis. parvul. cap. 21. & 22. ubi solà Ecclesiastica traditione arguit contra Donatistas, demonstrans illos hæreticos.

TERTIA CONTROVERSIA.

Utrum sit certa regula rerum ad fidem pertinentium sententia, & definitio Apostolica Sedis, sive Episcopi Romani in ea presidentis?

IN tertia controversia tria faciemus. Primo, ostendemus universalem Ecclesie sententiam de Primatu Petri, & successorum illius. Deinde comparabimus illius auctoritatem cum auctoritate Apostolorum aliorum.

Tertio, satisbre dubitationi propositæ.

Ad primum sit regula, & conclusio de fide, quod Petrus, & Romanus Pontifex, ejus Successor habet supremam potestatem, & primatum in Ecclesia Dei.

Secunda conclusio: Romanus Pontifex est Christi Vicarius, à quo habet immediatè potestatem.

Hæc duo comprobantur multipliciter.

Primo est ad hoc locus ille Matth. 16.

Beatus Simon Bar-Iona &c. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Hic c. verbi sunt sensus extorti, quibus servatur hæretici, & infirmant huic locum. Quidam dicunt, hæc verba non peculiariter pertinere ad Petrum, sed ad universos Apostolos, sicut D. Hieronymo alicubi visum esse, dicunt:

Alii ad Ecclesiam aiunt pertinere, cujus personam gessit Petrus, ut Augustino nonnunquam visum est.

Alii per petram, super quam edificaturum se Ecclesiam Christus promittit, nolunt Petrum intelligi; nonnulli ipsam Petri confessionem, vel fidem ut Hilario, & Augustino semel visum est. Alii nec Petrum, nec fidem, sed ipsam Christi, quomodo & Augustino posse intelligi visum est. Sed legitimus & germanus sensus hujus loci est, quem nos indicavimus, in quo accepta sunt hæc verba ab universis Ecclesiasticis scriptoribus, si inchoemus à Clemente Successor Petri, post illum, Anacletus, Tertul. Origen. Cyprian. Basil. Hilarius, & sacer notitæ Ambrosius, D. Hieronymus, B. Augustinus non fuit semper sui similis in expositione Scripturarum: Alicubi placent aliqua, quæ post rursus displicent: Incepit scilicet admodum juvenis; quæquid probabile occurreret, amplectebatur, ut egenti librum Retractionum facile constabit)

Augustinus non fuit semper similis in expositione Scripturarum.

cum

Explicatur illud: Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.

TERTIA CONTROVERSA.

cum disputaret fuit varius in intelligentia loci hujus, sed in concionibus ad populum, semper secutus est hæc communem sententiam, & proposuit tanquam noticiam omnibus & confessam. Quibus adde, si vis, Chryostomi sententiam, & Cyrilli illius Alexandrini orthodoxæ fidei maximi assertoris. His accedit Alexandrina Synodus sub Athanasio.

Est secundus locus consuetæ primatui Petri perhibens testimonium Matth. 17. cum Publicani à Christo peterent tributum, non à Petro, nec pro Petro, & tamen Christus statuit solvendum pro se, & pro Petro, cum solum familiarum capita Judæorum pendere tributum. Planè indicabat futurum Petrum caput, & patrem illius familiæ, sicut & tunc erat Christus, à quo solo, vel à capite congregationis illius exigebatur tributum.

Tertiò, est locus Joan. 21. in quo diligentissimè Christus visus est, ascensus ad Patrem, uni Petro sui gregis curam commississe dicens: *Pace agros meos: Rege oves meas. Græcè *ἄρῃς τὰς οὐσῆς τῆς οἰκίας σου*. Chryostomus. *Esto caput fratrum tuorum: & esto pastor ovium meorum.* Thophyl. & reliqui tam Græci, quam Latini.*

Item, extra de elect. in 6. *fundamenta*, & d. 19. & ex Concilio Lugdunensi. & habetur de elect. c. *ubi periculum*, ubi astruitur, quod Episcopus Romanus est immediatus Vicarius Christi. Et d. 21: c. *Quamvis*, ex Pelagio Papa, quod S. Romana Ecclesia obtinet primatum. Item ex decretali Martini V. confirmantis aliqua decreta in Concilio Constantiensi.

Item probatur ex Concilio Florent. ubi astruitur quod Romanus Pontifex in S. Romana Ecclesia tenet primatum, & est caput omnium, & Petri successor, & habet potestatem à Christo immediatè. S. Thomas hæc multò fufidè, & 4. contra Gent. & in Tractatu: contra errores Græ-

corum cap. 66. Quoniam hujus nulla est controversia apud Orthodoxos, idèò paucis indicavi meram veritatem.

Ad secundum, Hæretici hæc contendunt persuadere, pares fuisse in Apostolicâ dignitate Apostolos omnes, & parem auctoritatem, & potestatem sortitos à Christo in Ecclesiam universalem. Inducuntur rationibus sequentibus.

Prima: Quoniam æquè immediatè omnes à Christo Apostolicam illam auctoritatem acceperunt videntur: quia universis dixit: *Sicut misit me Pater, & ego* Joan. 20. *mitto vos &c.* Rursus: *Euntes in mundum universum predicate Evangelium omni creatura.* Ex quo videtur legatos misisse in orbem universum ad suam Ecclesiam ex gentibus congregandam, & ædificandam. Hoc sonat Apostoli, vocabulum.

Secundò: Nihil videtur præ cæteris accepisse Petrum quia claves, quas singulariter Petro promisit, universi absque ullo discrimine acceperunt Apostoli, Matth. 18. *Quæcumque ligaveritis in terra, erunt ligatæ & in celo, & Joan. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remissionem peccata remissa sunt &c.*

Tertiò: Paulus in nullo se submisit Petro, nec inferiorem facit, sed parem se illi asserere videtur. Ad Galatas inquit, N. è Petrum, nec reliquos Apostolos sibi quicquam contulisse; sed contra (inquit) *Cum vidissem quod creditum est mihi Evangelium præparari, sicut & Petro circumcissionis &c.* Ex quo loco videtur, non solum non fuisse Petrum Paulo superiore, sed tantum fuisse circumcissionis Apostolum, sicut & Paulus Apostolus Gentium.

Et rursus ibidem: *Cum venisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restiti: quia reprehensibilis erat &c.* quod non videtur subditi officium, sed potius fratris, aut socii &c.

Hæc sunt; quibus conatur demonstrare, Ecclesiasticam hanc Hierarchiam esse hominum commentum.

Hunc errorem variè confutant Catholici, variè etiam ipsi in suis sententiis, quas iusto volumine examinavit Cardinalis Caseranus in opusculo de potestate Papæ, cui juxta sententiam S. Thomæ placet hæc distinctio.

Bifariè cum Petro comparati. Primum Apostoli comparati. Primum, quatenus Apostoli, id est, missi à Christo ad prædicandum Evangelium mundo, hoc est, comparati eos in dignitate solà Apostolica. Secundò possunt comparari quatenus erant oves Christi. Si primo modo comparantur

putat, omnes fuisse æquales, quia ex æquo missi sunt ad annuntiandam salutem orbi. Et probatur ex Matth. 10. & Lucæ 9. & Marci 3. ubi vocatis Jesus discipulis, duodecim elegit, & dedit illis potestatem super omnia dæmonia, & ut languores curarent. &c. Et Marci ult. *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium &c.*

Item, 1. Cor. 12. & Ephes. 4. *Alios dedit Apostolos, alios vero Evangelistas, &c.* ubi sine discrimine vocat eos omnes Apostolos. Sic explicatur à D. Thoma in eis locis, quod ejusmodi potestas prædicandi, & faciendi miracula in confirmationem doctrinæ, ex æquo tradita illis fuerit à Christo, quoniam sunt duodecim fundamenta superne Jerusalem, ut habetur Apoc. 21.

Si secundò modo compareretur, Petrus est primus Pastor & caput omnium Apostolorum, quos omnes subiecit Christus Petro quando dixit: *Pasce, sive rege oves meas.* Hæc sunt juxta fidem Catholicam dicta. Et quamvis primum istorum sit in disputatione Theologorum, secundum tamen de quo à nobis tractatur in præsentia non est in controversia ulla apud Catholicos. Ideo statuendum est quod secundò dicitur, tanquam dogma Catholicæ fidei, & diluendæ rationes hæreticorum.

Ad primam: Verum est, omnes Apostolos immediatè accepisse à Christo

Apostolicam illam auctoritatem: & non solum Apostolos, sed & LXXII. illos Discipulos, qui Presbyterorum nobis ordinem referunt, suam auctoritatem immediatè ab eodem accepisse Christo, quos ante mortem suam miserat binos, & binos ante faciem suam prædicare. Post resurrectionem suam simul cum Apostolis misit, dicens: *Sicut misit me Pater & ego Joan. 20; misit vos, &c. Accipite Spiritum sanctum quorum remisistis peccata &c.* Quod si hac ratione vis æquare reliquos Apostolos cum Petro, eadem debes & LXXII. Discipulos, eò quod immediatè sortiti sunt à Christo Apostolicam auctoritatem, & mihi ab eodem in orbem universum, Evangelizare regnum Dei &c. Sed nunquid propterea non subijcimus Discipulos illos, non solum Petro, sed cæteris Apostolis? Nunquid propterea non acceperunt Apostoli auctoritatem alios ordinandi Presbyteros? Acceperunt quidem omnes ordinandi à Christo auctoritatem; sed non parem cum Petro, sed subiectam illi. Certum est, quod non universis Apostolis data est œcumenica auctoritas super Ecclesiam universalem. Alioquin non Ecclesiam ordinasset Dominus, sed Babylonem. Et si daremus, Apostolorum omnium illimitatam atque œcumenicam auctoritatem fuisse in Ecclesiam universalem, nihil tamen hoc ipsum derogaret auctoritati Petri super ceteros Apostolos ut ingeniosè demonstrat Cardinalis Caseranus in Opusculo.

Ad secundam, ubi dicitur, quod soli Petro facta sit promissio clavium, sed universis facta est collatio. Responderetur primò: multi Sancti contendunt in eo loco Matth. 16. non tantum promissas sed collatas Petro claves regni celorum, ut Tertull. lib. de præscript. hæretic. Ambrosius in Lucam, Augustinus, Hilarius, in Matthæum, hæc ipsa verba Domini explicans. Deinde verba illa Joan. ult. *Quorum remisistis peccata &c.* ad universos Presbyteros percutunt, non tantum

ad Apostolos. Verba autem illa Marthæ 18. *Quæcumque ligaveritis &c.* Multi volunt ad Ecclesiam non propriè ad Apostolos pertinere; Ecclesiæ autem Petrus erat caput, & fundamentum.

Secundo: Si ad Apostolos fateamur pertinere (ut ostendemus infra) non tantum sequitur, datam illis tantam jurisdictionis autoritatem, quam tunc dedit uni Petro. Ostendemus in hoc loco, Apostolis, & eorum Successoribus Episcopis datam autoritatem ligandi & solvendi, sed sine præjudicio supereminentis illius autoritatis datæ Petro super totam Ecclesiam.

Ad tertium verò de Paulo quod in nullo se Petro faciat inferiorè &c.

Er probatur ex verbis ejus ad Galat. Nihil mihi contulerunt &c. Hic tantum voluit Paulus significare, se Christum habuisse sui Apostolatus authorem, non Petrum, aut alios Apostolos &c.

Ad aliud verò, quod Antiochiæ restiterit Petro in faciem &c. Scriptores Ecclesiastici variè tractant hunc locum. Quidam negant fuisse illum Petrum Apostolorum Principem; sed quendam ex Lxx. Discipulis. Fuit in hac sententia Clemens ille Alexandrinus, Origenis Præceptor, cujus meminit Eusebius Cæsariensis lib. 1. Ecclesiasticæ hist. c. 14. Fuit hic Clemens temporibus Apostolorum Proximus, & nostræ religionis diligentissimus assertor; sed ut donemus, fuisse illum Petrum Apostolum, (non est omnino improbabilis sententia Hieronymi adversus Augustinum) simulatam fuisse illam reprehensionem Pauli &c. Cujus sententiæ videtur etiam Chrysostomus.

Postremo, demus, illum Petrum Apostolum scribè reprehensum à Paulo, nihil tamen hoc derogat ejus autoritati, Coo venit aliquando Prælatos, si aberrant in fide, aut alio verbo, vel facto aberrare faciant, admonere; etiam publicè eis verbo resistere, si hoc causa fidei, aut religionis postulet.

Ad alia leviora, quæ Recentiores opponunt, super vacancum puto veile satisfacere.

Sed objiciunt hic aliqui: Sic sanè ita, **Unde probetur quæ Episcopus Romanus sit Successor Petri** statuasimus; datam à Christo Petro Apostolo Cathedram hanc, & primatum in Ecclesia, sed quid hæc ad Ecclesiam Romanam & Episcopos Romanos quos solos tu vocas Successores Petri, & Christi Vicarios, de quibus nullum verbum constituit Christus? Quin potius verosimilius erat, ad Ecclesiam Jerosolymitanam & Antiochenam istud privilegium pertinere, quam ad Romanam? Nam in illa Dominus noster Jesus Christus salutem humani generis operari dignatus est, in qua primum cornuscavit Evangelium. In ista verò Petrus fuit certò, & primo Episcopus, quam in Romana.

Ad hoc respondetur. Ingenuè fateor, quod si rationibus humanis hæc res statuerenda esset, essent multum probabiles illæ rationes, ut Ecclesia Romana merito cederet Jerosolymitanæ, sed hic cessat humana ratio à verbo Dei, & ordinatione divina isthæc statuta desumpta sunt.

Quod verò ais, nullam mentionem factam Ecclesiæ Romanæ, quæ possit se esse supra omnes totius orbis Ecclesias, & sibi vindicare hunc primatum, tanquam ipsa sit illa cathedra Petri, in qua hæc ditario quodam jure, dicta Petri & conservetur, & perpetuetur autoritas.

Ad hoc respondetur? In volumine Evangeliorum, fateor, nullam expressè fieri à Christo mentionem Ecclesiæ Romanæ. In traditione autem Ecclesiastica, & publico consensu Ecclesiæ Catholicæ, nego, Per hanc autem statuitur autoritas Evangeliorum, à qua quæ nobis etiam sine scripto aliquo traduntur, non minoris sunt apud nos ponderis & fidei, quam si scripta essent ab Evangelistis omnibus. Hic fuit ab initio Ecclesiæ Christianæ communis sensus, Petrum, & Successores illius in Ecclesia Romana totius Ecclesiasticæ Hierarchiæ tenere primatum.

Hoc

Hoc omnes ab initio recognoverunt, & ad nostram hanc usque ætatem nulla unquam de hoc controversia facta est.

Ecce quod
Romane
non sicut
pressu medi-
tis in vo-
luntate E-
vangeli-
sum.

Joan 16.

Quamvis ergo apud Evangelistas non legatur quicquam de Ecclesia Romana hinc non agitur, Christum nullam ejus fecisse mentionem: quoniam nec Evangelistæ scripserunt universa, quæ Christus verbó dicere; nec Christus Dominus universa verbó voluit docere. Testatur Joannes, præcipua Dominum res. vasse, ut docerentur ab unctione Spiritus Sancti: *Ille vos docebit omnem veritatem, quoniam multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo* &c. Scribit Anacletus B. Petri discipulus in suis decretis, Romanam Ecclesiam non ab Apostolis, sed ad ipso Christo Salvatore nostro primatum tenuisse, & eminentiam potestatis super omnes Ecclesias, & ad ejus Pontifices tanquam Successores Petri pertinere illa universa, quæ dicta sunt à Domino eidem Petro. Et Synodus illa Alexandri; quanta de isthac re scribit Romano Pontifici Petri Successori?

Deinde, esto, Romanæ Ecclesiæ nulla fuerit mentio, tamen cum Petrus constitutus est summus Sacerdos & Pontifex, tunc & locus ubi is residebat, ejusque Cathedra insignita est illo singularis & supremæ autoritatis privilegio: cum Petro enim venit ipsi loco autoritas, non Petro à loco. Et tamen Romanæ Ecclesiæ, in qua, posteaquam Antiochen fundasset, vigintiquinque annis prædicans Evangelium Christi, perseveravit, in morte sua cum suo sanguine confirmavit, & stabilivit dignitatem illam, & Clementi Successoribusque suis in eadem eandem autoritatem potestatemque tradidit, quam acceperat ipse à Christo. Cujus ipse Clemens non vauis testis est scribens de exitu Petri ad Jacobum fratrem Domini dicens in hunc modum: *Simon Petrus, ubi finem vite sue adesse sensit, in corona fratrum positus, apprehensâ manâ hâc, inquit, Episcopum urbis constituo*

Ecce. Ipsi tradidit Dominus mihi traditam potestatem ligandi, & solvendi; ut de omnibus quæcumque dixeritis in terra, hæc decreta sint in cælis &c. Si hoc fecisset Petrus Antiochiæ, in Episcopis Antiochenis esset primatus Ecclesiæ, & autoritas Petri &c.

Sed nunc prodiit apud Germanos quidam Apostolus Sarhanæ, qui non tantum ista negat, sed contendit probare Petrum non venisse Romam. Sed hoc nos minime movere debet, cum habeamus tot testes oculatos, & Ecclesiasticam traditionem, à quibus accepimus, Petrum ab Antiochia venisse Romam, & post 25. annos sub Nerone martyrio coronatum: nec hic impudens est audiendus contra universos Ecclesiasticos Scriptores Græcos, & Latinos, & contra totius Ecclesiæ sententiam.

Ad tertium, in quo quaeritur, An sententia Ecclesiæ Romanæ, seu Pontificis in ea præsentis, sit certa regula fidei?

De hac quaestione sunt duæ extremæ sententiæ inter Catholicos. Prima est, quæ negat, quod in dubitatione proponitur. Author fuit Gersonus, Cancellarius, quem secuta est sua Schola Parisiensis, & quidam alii Recentiores, jurantes in verba Magistri; quam sententiam libenter amplexati sunt Germani.

Altera sententia est communior, & magis Catholica, quæ respondit affirmative propositæ dubitationi, cum qua nos supra posuimus duo principia nostræ fidei, ex quibus ceterò demonstrari possit, quid ad fidem religionemque nostram pertineat, puta Canonicam Scripturam, & Ecclesiasticam traditionem, quæ certum est, descendisse ex viva traditione Apostolica. Et quoniam Scripturas suo quolibet sensu intelligit, nec usquam sunt ita aptæ, ut trahi, torquerique se non patiantur à callido, superboque ingenio; ad Catholicæ Ecclesiæ sensum, velut ad sacram anchoram, velut ad inflexibilem columnam, potius quam ad ipsas Scri-
pturas

Explodit
negator,
qui astruit
Petrum non
venisse Romam,
ne
ibi passum

petras confugiendum docuimus , cum eadem nunc ponimus.

incipium
l termi-
indas rō
del est sen-
entia Ec-
lesie Ro-
mane.

Ter tium principium certum, in eisdem sententiam & definitionem Apostolicę Sedis, nunquam visam discordare à sententia Catholicę Ecclesię, & semper concordavit cum superioribus duobus principis. Post celebrata Constantię, & Basilię Concilia disputatum est de hoc. Olim ante prædicta duo Concilia æquę certum habebatur, in Demonstrandis rebus fidei istud tertium principium, quam erant certa illa duo priora, de quibus à Catholico viro dubitari minime potest. Pro huius rei demonstratione duo sunt præmittenda.

Primum illud Aristot. quod pertinacis ingenii est, querere æqualem evidentiam in omnibus rebus; sed ea exigenda est secundum qualitatem rei, de qua tractatur. In præsentia non est major certitudo petenda, quam quę ex traditione Ecclesiastica, & ex autoritate Sanctorum haberi potest.

Juxta sen-
tem Sancto-
rum intel-
ligendę sunt
Scripturę
sententia.

Secundò statuamus, quod in eo sensu sunt intelligendę Canonice Scripturę, in quo intelliguntur, vel ab Ecclesia, vel à sanctis, vel ab Ecclesiasticis Doctoribus, quos certò credimus, afflatos spiritu divino in intelligentia, & expositione sacram Scripturarum. Hoc ita observatum est in sexta Synodo Constantinopoli celebrata, in qua ex sola intelligentia Sanctorum condemnatus fuit Macharius hæreticus. Hoc idem definiunt illic Patres in Can. 19. dicentes. Sed & si ad Scripturam pertinens controversia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur, quam quomodò Ecclesię luminaria, & Doctores suis scriptis exposuerunt. Idem observatum est in reliquis Conciliis signanter in 7. Synodo generali, ubi præcipuè ex doctrina Sanctorum Patrum damnati sunt demolitores imaginum.

Nunc demonstratur, Romanę Sedis autoritatem esse orthodoxę fidei regulam, ex antiquorum Patrum testimoniis.

Primo, Irenęus, Polycarpi Joannis discipuli auditor; istud latissime docet, scribens adversus Valentinum hæreticūque sui sæculi hæreticos &c.

Habes ad hoc Romanorum Pontific. Sexcentas epistolas decretales: Lucii, Felicis, Eulbii, Evaristi, Alexandri, Julii I. in epistola increpatoria ad Orientales Episcopos, quorum verba brevitatibus gratia hic non transcribo.

Secundò probatur istud ipsa rei evidentia. Quoniam ab exordio nascentis Ecclesię ita se gesserunt universi Romani Pontifices, tanquam hujus hierarchię Principes, supremam hanc autoritatem super omnes mundi Ecclesias exercentes: maximo totius orbis Christiani consensu, & in omnibus gravioribus causis ex toto orbe ad eorum recurrunt judicium; ut clarè indicant eorum Pontificum epistolę decretales ad universas orbis nationes, quę nunc extant religiosissime conservatę, velut Canones quidam Ecclesiastici.

Ab assum-
pro Christo
Ecclesia
Romana
exercuit ju-
dicium in
exteras Ec-
clesias orbis

Primum: Epistola illius S. Anacleti, B. Petri discipuli, & in Cathedra Successoris, ad universos toto orbe Christi Sacerdotes: in qua post alia subjectis, Hęc enim Apostolica Sedes, cardo & caput à Domino, & non ab alio est constituta: & sicut cardine ostium regitur, sic hujus sanctę Sedis autoritate omnes Ecclesię, disponente Domino, reguntur, Hęc ille Anacletus ipis Apostolorum temporibus.

Non minorem autoritatem præferunt, quę scribit Evaristus, illius Anacleti continuus Successor, quod maxime indicat illa Epistola, quã consultationibus Episcoporum Africanę regionis respondit. Olim enim semper consulebatur Pontifex Romanus, ubi aliquid quætionis, difficultatis, aut controversię in aliqua Ecclesia nascebatur. Idem in altera epistola decretali ad Ægyptiorum Episcopos: Vides hic, quod Sedis Romanę autoritate terminaretur quærela, quę etiam in

Ecclesie
Romanę
autoritate
terminantur
controversię,
etiam
transma-
ritimę.

transparinis regionibus nascebatur inter Episcopos. Vides normam Ecclesiasticam. Reserebant olim Catholici ex toto orbe suas dubitationes ad beatissimi Petri Cathedram. Idem testantur Alexandri illius primi, qui Evaristo successe, diversæ epistolæ decretales: præcipuè illa, quæ ad omnes orthodoxos scripta est. Nec minorem fidem facit Sixtus Alexandri Successor in epistola ad totius orbis Episcopos: à quibus per omnes Pontifices, ut sibi successerunt, usque ad Sylvestrum, sub quo Nicænum celebratum est Concilium percurrere libeat, diligenterque perpendere, & quibus, & qualia scriperunt, quid egerint, quò pacto se gesserint, clarissimè videbis, *CHRISTIANE LECTOR*, illos omnes, non Romæ, sed totius Domini gregis gessisse Pastores, & Judices, ad quos velut ad ipsum Christum veniebat orbis universus. Et nunquid hos omnes (ut Lutherani sacrilego ore blasphemant, dicemus, ista sibi tyrannicè usurpasse, aut ubi se dicunt Petri Successores, dicemus, mentitos? Abiit: Sed potius suam stationem, in qua constituti sunt à Domino, tutati sunt, & conservarunt. Nunquid ab aliquibus reclamatum invenies, quoties istà suà auctoritate totius orbis Episcopos sibi faciebant obnoxios? Et non potius omnium confessione, & totius orbis consensu hanc eorum auctoritatem fuisse confirmatam, & recognitam? In toto Consilio Sardicensi tractatur, quod causæ Episcoporum, maxime post appellationem, ad Episcopum Romanum deferantur. Et in Concilio Carthaginens. III. c. 28. quod Episcopi non possint peregrinari ultra mare, sine venia Episcopi Romani. Idem habes in epistola Synodali Synodi Chalcedonens. ad Leonem Papam, in qua non putant esse rata & firma quæ per Synodum sunt decreta, nisi Episcopi Romani auctoritate probentur.

Est in eadem sententia Hieronymus in epistola ad Damasium Papam. Et idem ad

eundem post expositum Fidei Symbolum &c. Quas ab hujus Sedis communionem separantur, non Catholicos, sed hæreticos pronuntiare non dubitet, ut si quis hujus Sedis damnat, impugnavit iudicium &c.

Est ad hoc consensus omnium Ecclesiarum quod in Conciliis Generalibus & Provincialibus. exortas inter se dubitationes, semper ad Petri Cathedram retulerunt, expectantes ab illa postremam sententiam. Sic fecit Concilium Milevitanum, ut constat ex epistola illius ad Damasium Papam: *Unanimiter ad Sedem Apostolicam confugimus, ut certi de veritate simus.*

Concilium Milevitanum postremam sententiam expectat à Damasio Papa.

Gratianus in suis decret. d. 17. & 19. usque ad 24. multis testimoniis confirmat & extra de baptismo. c. maiores ex Concilio Lateranensi.

Item extra de electione. c. significasti. In eadem sententia est Cyprianus lib. epistolarum ad Damasium, & ad Cornelium, Papas.

Idem Ambrosius lib. de excessu fratris sui: Item Augustinus in sexcentis locis.

Ad hunc modum possemus recensere universos Ecclesiasticos Scriptores.

Potest eadem veritas ex rationibus, & testimoniis Scripturarum demonstrari.

Primo, Joan. 11. Cum collegissent Pontifices Concilium, ut Christum peterent, dixit Caiphas, *Expedit unus moriatur homo &c.* ubi subiecit Evangelista: *Prophetaris cum esset Pontifex ante illum.* Si ergo Spiritus divinus sic afflat malos ministros ratione officii publici, quod ab eis geritur, ergo & nunc tantumdem faciet cum nostris Pontificibus: etiam contingat eos esse parum modicos, aut discolos: quoniam & eorum potestas à Domino Deo est.

Secundo probatur, illa Christi fidelis promissa: *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebunt adversum eam,* demonstrat, multo

March. 16.

minima.

minis prevaliturus inferorum portas adversus Petrum, caput & fundamentum Ecclesie, in quo sicut & in Ecclesia fides semper integra, & sincera permansit permansuraque est. Fide enim intelligenda est predicta promissio, non tantum de peccato. Deinde ea promissio non solum Petro sed etiam Successoribus facta est. Si igitur Petrus non erravit ergo nec Successores illius.

Antecedens probatur, quia precedentia verba, *Tu es Petrus &c.* & illa: *Quodcumque ligaveris super terram &c.* omnes intelligunt de Petro, & Successoribus illius, ergo & sequentia sunt de eisdem intelligenda. Tertio Lucæ 22. *Ego rogaro pro te, Petre, ne deficiat fides tua: tu autem conversus confirma fratres tuos.* Hic scimus rogasse Christum pro fide Petri, ut pro aliorum confirmatione ea maneret integra in petra, & capite Ecclesie. Constat autem, Petrum illum Ecclesie caput, & fundamentum gravissimè peccasse post promissas (sive ut alii volunt) acceptas claves regni Cælorum, ter negando suum Dominum, quo minùs de Successoribus mirandum est, si inveniantur fuisse homines peccatores, qui non fuerint in gratia confirmati. Quare Petro sua oratione impetravit Christus non quidem ne peccaturus esset unquam, sed ne deficeret fides ejus, cujus orationis effectus non ad unam ejus singularem personam, sed ad eam tanquam ad caput hujus hierarchie pertinere certum est; & per consequens ad Successores illius pertinet: continuè. Quod & rei ipsius evidentiè probari debet: quia Romana Ecclesia à tramite Apostolicæ traditionis nunquam aberravit, nec hæreticorum novitatibus depravata subeubuit, sed ut in exordio romanæ fidei Christianæ percepit à suis auctoribus, illibatam semper conservavit.

Secundò, ex universalibus Conciliis sacris comprobatur, ut facillè patere potest ex verbis Agathonis Papæ ad

Constantium imperatorem, & sextam Synodum universalem, in qua epistola probat istud ex predicta Christi oratione pro Petro, qui rogavit ne deficeret fides ejus &c. Addens: *Quem certo scimus exauditum pro sua reverentia.* Quam epistolam reverentissimè excepit, & probavit tota Synodus tanquam regulam suam fidei, & tanquam à Spiritu sancto dictatam.

Adde ad hæc definitionem Florentini Concilii, quæ post longam concortationem 15. mensibus inter Græcos & Latinos actam super primatu Ecclesie Romanæ, tandem à toto Concilio præsentè Eugenio IV. & presidente, in hunc modum data est: *Definitum sanctam Apostolicam Sedem & Romanam Pontificem, in universalem orbem tenere primatum; & ipsum Romanum Pontificem Successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & verum Vicarium Jesu Christi, totiusque Ecclesie caput, & omnium Christianorum Patrem & Doctorem existere, & ipsi in Beato Petro pastendi & regendi & gubernandi universalem Ecclesiam à Domino Jesu Christo plenam potestatem traditam esse: quemadmodum in gestis æcumenicorum Conciliorum, & in sacris Canonibus continetur.*

Item Deuter. 17. *Si difficile & ambiguum indicium apud te esse profecerit inter sanguinem & sanguinem, causam & causam; & indicium intra portas tuas videris verbis variari; surge, & ascende ad locum, quem elegeris Dominus Deus tuus, veniesque ad Sacerdotes Levitici generis, & ad indicem; qui fuerit illo tempore, queresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem &c. Qui autem superbiert nolens obedire Sacerdoti Imperii, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreta iudicis morietur homo ille.* Si Sacerdos legalis erat certa regula in his, quæ ad Deum pertinebant, multo melius erit Pontifex Evangelicus consultus in eo loco, quem elegerit sibi Dominus.

Rationibus humanis probatur. Cunctus populus Christianus tenetur obedire Papæ in his, quæ ad religionem Christianam pertinent: ergo ille est certa regula in eorum traditione: quoniam alias tota Ecclesia erraret, si ipse erraret: quod est impossibile. Antecedens probatur ex Concilio Lateranensi: & habetur extra de Baptismo. c. *Maiores*. In Concilio autem Lateranensi demonstratur assumptum nostrum ex inductis testimoniis Matth. & Luc. Hic missa facio, quæ Recentiores quidam contendunt respondere.

Secundò probatur idem assumptum ratione S. Thomæ 2. 2. q. 1. in materia de fide. Quia alias scinderetur unitas Ecclesiæ, si non esset unum caput, cui omnes obedite teneantur, & sic esset schisma, nec constaret veritas aliqua Christianæ religionis.

Tertiò probatur idem ex usu Ecclesiæ, quoniam ab exordio illius semper secuta est Papæ sententiam. Item, quia semper omnes hæretici condemnati sunt per solum Papam, licet in nonnullis post subsecuta sit Conciliorum, & Ecclesiæ sententia.

Tres regulæ
rerum ad
religionem
pertinentiam.

Juxta prædicta tenemus cum veteribus, tres esse certas regulas in his, quæ ad religionem nostram pertinent. Prima, Ecclesiastica traditio; Secunda, Canonica Scriptura; Tertia, Ecclesiæ Romanæ sententia. De primis duabus nulla fuit unquam dubitatio. De tertia post Concilium Constantinens. & Basiliens. disputatum est inter Recentiores. Idem antiquam sententiam sequentes, respondemus ad rationes recentiorum.

Prima est: Aliqui Pontifices errarunt etiam in fide, & fuerunt hæretici, ut dicitur de Honorio Papa, & Anastasio, & de Joanne XXI. qui prædicavit animas justorum expectare diem Judicii, ut fruerentur divina visione, & essent beatæ, quod post recantatum est ab eodem.

Secunda ratio: Extra de divortio. cap.

Quæstio, definit Innocentius III. quod si aliter conjugum labatur in hæresim, non dissolvatur matrimonium; cum tamen oppositum judicatum fuerit à Celestino Papa, ut ibidem notat Innocentius, ergo necesse est alterum errasse.

Tertia ratio: Alexander Papa extra de Sponsa duorum. cap. *Luce*, si aliquis per verba de præfenti contrahat matrimonium cum aliqua, & non consumet, si post contrahat cum alia & consumet, primum esse validum matrimonium non secundum, quamvis aliter à quibusdam prædecessoribus nostris sit aliquando judicatum. Multa opponunt hujus generis.

Pro quorum solutione solet notari distinctio, quod Papam errare duobus modis fingi potest. Primo ut privata & particularis persona est, ut scribendo librum aliquem, aut docendo, ut fecit Innocentius III. & B. Gregorius, & sic non putant absurdum Papam errare posse. Secundò modò, si agat aliquid, ut persona publica, & caput Ecclesiæ, cui putamus assistere Christum sic autem putamus absurdum, Papam in aliqua definitione errare. Hæc distinctione diviunt Recentiores supradicta argumenta, admitentes, quod personæ privaræ errarint, non tamen publicæ, hoc est: cum gerentes personas publicas, proponunt aliquid universali Ecclesiæ, quod ad fidem pertineat, & pronunciant & præcipiunt, ut tale tenendum, sic nunquam errarunt Romani Episcopi, & hoc est eorum privilegium, ut nec possint quidem, sic Christo lux Ecclesiæ consulente. De his autem quæ assumuntur, in argumento primo, quod aliqui Pontifices Romani fuerint hæretici, dicemus in Controversia quarta.

Aliæ obijciunt quidam. Si certum est Papam non errare, cum tractat ad fidem pertinentiam; sequitur quod super vacanteum est congregare Concilia ad tractandas res fidei, quoniam multò facilius est consulere Papam, quam convocare Synodum.

Papa quatenus persona publica est non errat, nec quidem potest, sed quatenus privata persona.

QUARTA CONTROVERSIA.

23

Confirmatur: quoniam aliquando appellatur à Papa ad Concilium. Item in Romana Curia appellant à sententia Papæ ad eundem rectè consultum.

Secundò, Multum difficile videtur, ut credamus, quod Christus fecerit regulam suæ Ecclesiæ sententiam hominis, qui & potest esse & malus, & hæreticus.

Ad hæc: Ad primum debet negari consequentia. Ad alios enim plures effectus expedit convocari Synodum: Deus enim revelatæ Petro cessationem legisiuro in Actis Apostolicis cap. 10. & poterat

solus diffinire; & tamen convocavit Synodum Apostolorum, & Seniorum, ut præmissa rationes, & disquisitione, melius ea res determinaretur.

Ad confirmationem: Ego nondum satis intellexi, nec nunc intelligo, quod a Papa possit appellari ad Concilium, magis quam à Cæsare ad suos Consiliarios.

Quæ in secunda confirmatione inducunt, nihil probant, quoniam illa sunt civilia, non sunt illa de his, quæ ad fidem pertineant.

QUARTA CONTROVERSIA.

Quantam auctoritatem habeant in terminandis rebus Religionis Christianæ, Ecclesiastica Concilia?

IN hac quarta Controversia, primò tractandum est de origine, ratione, & auctoritate Conciliorum, de quorum auctoritate, hac tempestate (hoc est, post tempus Constantiens. Concilii) multum disputatum est inter Recentiores: in quibus disputationibus, multa & præclara divini, & humani juris desulaturum ingenia, & tamen adhuc sub iudicio his est: Sed cum nihil novum, ingenium nostrum patere possit, seligam ex multis, & proponam quam putavero magis sanam & Canonicis Scripturis consonam sententiam.

Conciliorum antiquam inventionem esse, divine, & humane institutionis eorum officium esse, esse etiam in commune consultare. Quod enim uni non succurrit, aliter suggerit: & ut est in Proverbium: *Providus oculi, quoniam unus, sed ut ipsa nominis ratio iudicat, Conciliorum opus proprium, non est nisi consultare, deliberare, consilia, con-*

ferre, quid melius, quid utilius invenire conveniat: Sed legendi, exequendique ea, quæ deliberando, consultando, à Concilio inventa sunt, potestas, non ad eum, sed ad summam in Republica potestatem pertinet, cui adesse quidem, non præesse Concilia, non tantum in Ecclesiastica hierarchia, sed in omni monarchia civiti, in quavis bene instituta Republica, certum est. Præesse dico, cum superiori, eodèque potestate, hoc nunquam plurius in Republica aliqua bene instituta commissum est: multò minus supremæ regiminis auctoritas multitudini committeretur à Christo, qui optimam in terra stitabat Rempublicam, quæ haberet imaginem ejus Reipubl. quæ ab ipso Christo gubernatur in caelis. Semper enim & ratio docuit, & experientia probavit, publicorum, & communiū negotiorum consultationem fuisse penes multos? (nametò tamen mediocri & definito) ingenio, & usque rerum præstantes: sed

Publicorum & communiū negotiorum consultatio apud multos, definitio tamen rei apud unum tantum.

hæc
Concilium
Concilium

rei definiendæ, & gerendæ autoritatem semper fuisse penes unum.

Hoc demonstratur: Primum in Republica civili, in qua ea gubernatio, quæ fit per unum Regem, & ab hominibus, & à Deo præ cæteris probata est, in qua unus rerum omnium summus, regiamque, & liberam autoritatem obtinet: .. penes quem, Senatus, eujusdam Concilii locum tenens, illi consultando, monstrandoque quæ recta sunt, & utilia, & salubriter admonendo, adest sedulo; sed exequendi ea, quæ salubria, & utilia visa sunt, nullam potestatem habet: sed ad solam illam regiam autoritatem hoc pertinet: cui si placeant seniorum Concilia, ea exequitur; sin displicent, contemnit, & negligit. Et quamvis regiam autoritatem, seniorum Conciliorum obtemperare conveniat, ejus tamen est libera absolutaque authoritas; neque seniorum super ipsam, ulla est cogendi potestas, sed contra potius.

Secundo: Habemus ejusdem rei evidens exemplum in nobis ipsis: in quibus est etiam regni quædam absolutam quandam videre imaginem, in quo præst una ratio, cui cæteræ potentie serviunt.

Tertio: Demonstratur hoc ex forma illius Apostolici Concilii primi Hierosolymis celebrati, præsidente Petro, in quo planè vides eam originem, eamque Conciliorum rationem, quam nunc explicuimus. Nam cum Antiochiæ suborta esset questio, & disceptatio, quæ universam illam conturbabat Ecclesiam, (docentibus quibusdam, etiam gentes convertas ad Christum, legem Moysi, unà cum Evangelio servare oportere, contradicentibus autem Paulo, & Barnaba) cum invicem concordari non possent, miserunt Hierosolymam ad Apostolos, & Seniores consultatum super hac controversia. Quibus convenientibus in Concilium, cum diligens feret conquisitio, (quibusdam hanc, quibusdam illam, ac diversam partem tuentibus) surgens Pe-

trus, Ecclesiasticæ Hierarchiæ, ac illi etiam Concilio præsidens, protulit veritatis sententiam: cui à Jacobo in favorem sibi committæ circumcissionis Ecclesiæ, paucula quædam addenda visa sunt, quæ & ipsa placuere Concilio, & sic Antiochenis responsum est, super quæstione proposita, scribentes sibi, ea visa, & Spiritui sancto, &c. Hoc primum fuit Ecclesiasticorum Conciliorum omnium: in quo nihil vides supra rationem Concilii à nobis expositam, nempe consultationem, resolutionemque quæstionis propositæ. Vides hinc clarè, quæ sit ratio Conciliorum.

Quæ autem sit origo eorum, in hac re, **De origi-** variant magis Catholici. Quidam putant, **Concilio** quod nullam supernaturalem, specialemque à Christo institutionem habeant Ecclesiastica Concilia, præsertim generalia, cum in Scripturis Canonicis, nullum de eis verbum fiat, neque ab Apostolorum institutione quicquam de illis accepit Ecclesia primitiva; sed putant esse humanæ rationis institutionem, & inventum Constantini, & Sylvæstri Papæ: non tamen sine suggestione Spiritus sancti. Inducuntur ad hoc ex illo primo Nicæno celeberrimo Concilio: ante quod nullum universale Concilium, annis illis trecentis, aut vidit, aut cognovit illa primitiva, ac verè florens Christi Ecclesia, sed celebrandorum Conciliorum universalium Constantini Principis, & Sylvæstri Papæ pius religiosusque zelus prima causa, & origo extitit.

Sed nos licet sanum, & orthodoxum sensum habere auctores hujus locutionis certò sciamus, quos novimus esse Catholicos: sed tamen loqui convenit: & ita negamus Christianæ Ecclesiæ universalis, & sacra Concilia esse Imperatoris Constantini inventum; quoniam ante illius celebratum est Concilium Hierosolymis ab Apostolis. Similiter negamus, nullam supernaturalem, & specialem institutionem à Deo habere: sed dicimus, **nam** locum

Regia authoritas in homine, ratio ipsa.

Primum Concilium omnium, illud Hierosolymitanum ab Apostolis celebratum.

locum tenere in Ecclesia Christiana Concilia, quem tenent multa alia, quorum non est expressa mentio in Canonicis Scripturis, sed ab exordio nascentis Ecclesie sic observat orbis Christianus. Quae omnia, cum sine inchoatione ullo, Ecclesiastica traditione ceperimus, certo credimus, ab Apostolis descendisse: quos scimus in omnibus, quae Ecclesiae tradiderunt, esse afflatos spiritu divino: praesertim cum constet, eos primum celebrasse Concilium Hierosolymis. Ex quo factum, non leve sumitur argumentum, illos istud Ecclesiae tradidisse, quod illa semper observavit, exceptis trecentis illis annis ante Constantinum, in quibus impietate tyrannorum oppressa Ecclesia Christiana, minime potuit observare.

Confirmatur, quia generalis illa promissio, quam omnes fideles accepimus in *Act. 18*, Apostolis à Domino, *Utrumque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo: in medio eorum ego sum &c.* demonstrat istud non humana ratione, sed divina etiam institutione fieri ab Ecclesia, quoniam ipsum est, quod exercetur in Concilio. Sic igitur dicamus, non esse tantum humanae rationis inventum, sed etiam divinae, duce tamen & magistra etiam naturali ratione, quae simile quiddam observat in propriis rebus, ut graviora negotia consultat iustitiae multorum gerantur.

Probatum istud sic: In umbra illa, & figura nostrae Ecclesiae, Synagoga veteri, praecipuum fuit: cum quaestiones, & controversias inter se haberent, quae per proprios Sacerdotes expediri non poterant, ut eas referrent ad locum, quem elegerat Dominus, hoc est, ad cathedram Moysi, & ad Sacerdotes Levitas, qui in eodem loco ministrabant Domino:

Mat. 17. 22. (inquit Dominus) *inducamini vobis iudicii veritatem &c.* Quibus verbis videtur illis commendata Sacerdotalis Concilii auctoritas: quoniam non praecipit, ut referrent ejusmodi quaestiones tantum ad unum Principem Sacerdotum

praesidentem illi cathedrae, sed ad Sacerdotes Levitas, qui una cum Pontifice praeside administrabant Domino: Qui (inquit) exquirentes annuntiabunt tibi iudicii veritatem. Quibus verbis indicat Dominus singulare privilegium divinae assistentiae in Concilio. Deinde indicat, quod est Concilii proprium opus, cum dicit (exquirentes) hoc est, inter se consultando investigantes. Subindicat etiam & nobis auctoritatem ejusdem Concilii, verbis sequentibus: *Et facies in me verbum, quod annuntiabunt tibi ex loco quem elegerit Dominus Deus tuus &c.*

Ex praedictis vides, *CHRISTIANE LECTOR*, singulare privilegium divinae assistentiae sacerdotalis Concilii in Synagoga illa veteri, ne labi, aut errare sine-retur in suis iudiciis, sententiis, ac definitionibus, siquidem, securos illos reddidit Deus de veritate eorum. Quod si in Synagoga illa veteri tale fuit in sacerdotali Concilio divinae assistentiae privilegium, si talis, & tam sacrosancta ejusdem auctoritas, in Ecclesia Christiana dicemus Concilia sacerdotalia nullam habere divinam, & specialem institutionem? Faciemus hominis ejusdem humanum, & naturale inventum? Absit à corde Christiano tam indignus sensus, praesertim cum efficax argumentum ducatur ad demonstrandum Ecclesiae Christianae solidam veritatem, ab umbra illa, & figura veteri ad corpus Ecclesiae Christianae. Ex quo loco collige quae nos supra diximus. Primum: omnes quaestiones fidei, & graviora iudicia definiendi debent auctoritate unius praesidis, sed non sine sacerdotali Concilio.

Secundo planè intelliges, in sacerdotali Concilio nullam esse nisi consultandi, deliberandi quae rationem, & id cum praeside: definiendi verò, & exequendi summam auctoritatem in solo praeside consistere. Vide quid subjungat: *Qui autem superbi fuerit, nolens obedire Sacerdoti imperio, qui eodem tempore ministrat Domino Deo*

no, *variatur homo ille &c.* Hic, jam non meminit Concilii sacerdotalis, sed unius Præsidis; in quo solo est definiendi; & exequendi auctoritas: quamvis (ut supra diximus) in gravioribus rebus necessarium adhibendum est auctoritati Præsidis sacerdotale Concilium, præcipue eorum Sacerdotum, qui una cum Præside in Ecclesia servantur: non tamen necesse habet. Non habebat legalis Pontifex aliunde, aut undequaque convocare Sacerdotes ex suis locis, & ubi longè distantibus. Quòd si hoc in umbra non fuerat necessarium, minus esse necessarium, liquidò comprobatur in corpore Ecclesie, quantò plus Christus dilectissimam sponsam suam, præ illa Synagoga honorare voluit, & quantum ipsam veritatem, suam umbram, & figuram par est excedere; & quantò magis in expedito, ac promptu est Apostolicam Sedem consulere (in qua, singulari privilegio, conservata semper est orthodoxæ fidei sinceritas, & vera illa, germanaque Apostolica traditio) quam Concilia Sacerdotum ex orbe toto convocare: præsertim, cum nulla (quantumvis, universalis Sacerdotum; aut Christianorum). Concilia, nisi habeant Sedis Rom. næ auctoritatem, & ejus sint suffulta privilegio, à Christo assumpto, usque ad hanc diem fuerunt, aut esse possunt, quæ non errasse posse, & errasse frequenter, etiam in ipsa definitione fidei, post clarè demonstrabimus. Ideò, tam indiscussè, tam simpliciter, tam diligenter ab omnibus servandum, quicquid è cathedra illa nobis annuntiat: etiam si tantum de Sacerdotum illic unà ministrantium Domino, id fiat Consilio, quam si idem fiat de Consilio Sacerdotum totius orbis, immò, longè certius est unius Apostolicæ Sedis cum Concilio domesticorum Sacerdotum judicium, quam universalis Concilii totius orbis Sacerdotum, seclusà auctoritate unius Sedis Apostolicæ. Ideò ad Apostolicam Sedem, & eidem præsentis auctoritatem,

Certius est
Papa cum
Concilio
Cardinalium, quam
Concilio
universalis,
sine Apo-
stolicæ Se-
dis autho-
ritate judi-
cium.

referendæ sunt universæ quæstiones in Ecclesia ambigux: quamvis conveniat ipsam Sedem non temerè, sed mature definire; adhibita pro qualitate negotii divinâ, & humanâ diligentia, sacerdotali- que Concilio Sacerdotum, unâ secum in Apostolica cathedra ministrantium Domino, hoc est, sacri Senatus Cardinalium (quos nunc dicimus) aut etiam vicinorum, vel distantium Episcoporum, si quando, & quemadmodum ipsa negotii qualitas hoc ipsum exigere Præsidi videretur: sicut ab initio ad hanc usque diem factum, & perpetuò observatum universi testantur, & comprobant scriptores, & doctores Ecclesiastici.

Et Canonice Scripturæ illud fieri demonstrant: quoniam uni Petro singularitèr Ecclesiasticæ hierarchiæ præsidi impetratum est, à Christo indefectibilis fidei privilegium, juxta illud: *Ego rogavi pro te ne deficiat fides tua.* Deinde ipsi Ecclesie (supra Petrum tamen structæ) simile quiddam videretur impetratum: *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam &c. & portæ inferi non prevalebunt adversus eam.*

Hæc de origine Conciliorum: in quò etiam indicatum est de eorundem auctoritate, quamvis latius simus nunc dicturi.

De auctoritate Conciliorum: Primum, aliorum explicanda, & explodenda sententia. Patres in Concilio Constantiensi, & Basiliensi congregati talia dederunt decreta.

Primum, quod Concilium habet immediatè auctoritatem à Christo.

Secundum: Papa tenetur obedire in omnibus, & per omnia Concilio universalitèr congregato.

Tertium: Concilium habet potestatem coactivam supra Papam, & potest eum punire, & deponere, si videbitur expedire: quoniam generale Concilium representat Ecclesiam universalem, quæ habet immediatè auctoritatem à Christo, cui subesse.

Negotia
dei per
ma Sedem
Episcopi
cum Co
ncilio Sa
cerdotum
ministrandi

De aucto-
ritate C
nciliorum

subesse debet sentis fidelis, consensumque auctoritatis, etiam Papalis in his, quae pertinent ad fidem, & reformationem Ecclesiae.

Haec contendunt probare multis argumentis.

Primum est, Matth. 18. ubi dicit Christus: *Si Ecclesiam non audieris, sit tibi sicut Ethiopeis, & Publicanis. &c. Quaeque ligaveris super terram &c. Ubi cum Ecclesia, non cum Petro loquebatur Dominus.*

Confirmatur, quia Matth. 16. ubi dicitur quod Petrus accepit claves à Christo &c. August. solet dicere, quod Petrus agebat personam Ecclesiae. 24. q. 1. cap. *Quodammodo* Et idem in sermone Petri & Pauli: *Has claves accepit Petrus, quatenus representabat Ecclesiam universalem: sed vicis huius Ecclesiae habet Concilium generale, ergo ipsum habet has claves.*

Confirmatur 25. q. 1. c. *Contra flatum Patrum* condeci aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest auctoritas: apud nos enim inconvulsa radicebus veras antiquitatis, cui decreta Patrum sanctae reverentiam: ergo Patres habent auctoritatem supra Sedem Romanae Pontificem.

Alias rationes habes in opusculo Cajerani c. 5.

Eadem decreta conatus est comprobare Gerson Cancellarius, in tractat. de potestate Ecclesiastica: quem sequitur Schola Parisiensis: ubi Gerson, vir aliquis & pius, & doctus, congerit multa in defensionem illorum decretorum, volens demonstrare, (magis confideret, quam verè, forsan affectu patriae, vel illorum Patrum auctoritate deceptus) quod in omnibus, & per omnia subiciatur Papa Concilio generali, cujus argumenta nos missa facimus.

Pro solutione huius ambiguitatis notandum, quod bifariam contingit intelligere universalem Ecclesiam. Primò, ipsam totam, & perfectam unà cum suo

capite. Secundò, ipsam distinctam contra suum caput, ut erat in Constantia, & Basilea: & hoc pacto accipi certum est, quando fit comparatio ejus ad suum caput; ut quando dicimus, Petrum & Successores ejus esse pastores rectoresque universalis Ecclesiae; & quando Dominus dixit: *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam &c.* utrovis modo accipias Ecclesiam.

Sit primum paradoxum Christianum: *Nulla jurisdictionis auctoritas data est Ecclesiae distinctae contra caput suum.* Universalis Ecclesia nullam immixtè à Christo accepit jurisdictionis auctoritatem, non solum supra caput suum (quod ipsius Christi agit Vicarium) sed nec supra membra, nec supra ipsum gradus Christianum.

Istud patet, quoniam nullus locus est in Canonici Scripturis, ubi fiat mentio alicujus potestatis datae Ecclesiae universali: quia locus, signatus Matth. 18. (*Si Ecclesiam non audieris &c.*) (quo loco inducti sunt, Basilienses, ut deponerent Eugenium IV. indubitatum Pontificem,) nil habet, quod pertineat ad universalem Ecclesiam, ut infra ostendemus. Quis nam peccantem in se fratrem denuntiare posset universali Ecclesiae? Et esto quod locus ille deserviret huic proposito, quod illi dicunt, & definiunt pro articulo fidei, quod generale Concilium repraesentat universalem Ecclesiam, ejusque auctoritatem supremam exercet. Istud quidem dicunt, & audacter asserunt, sed nescio quomodo possint demonstrare; quoniam primò oportebat ostendere, quod universalis Ecclesia de facto transfuderit, & delegavit auctoritatem suam generali Concilio.

Secundò: si fecisset, quo jure potuisset fecere? Verba igitur haec (*Dic Ecclesiae, & quae loquuntur*) ad universalem Ecclesiam nil pertinere, sed de particularibus Ecclesiis loqui, tam rei ipsius (de qua agitur) natura, quam ipsius universalis Ecclesiae ab initio docet observatio. Et hanc qualemcumque jurisdictionem

Nulla jurisdictionis auctoritas data est Ecclesiae distinctae contra caput suum.

Decretum
Lobini
pape.

accepisse particulares Ecclesias, non solum inferiorem autoritate Petri, sed ei subditam, & subordinatam, indubitatum est, & eandem residere primo in suo capite, hoc est, Episcopo suo, per quem exercenda est omnis iurisdictio.

Hinc collige, etiam Petro datas claves regni celorum, non Ecclesie, (si Ecclesiam distinguas, aut divides a Petro,) nam Matth. 16. *Super hanc petram &c.* & *ipse dabo claves*, sed reversus ad petram illam, *et tibi* (inquit) *dabo claves regni celorum.* Quod autem Augustinus solet aliquando dicere: Petrum tunc gestisse personam Ecclesie, est sane intelligendum, accepisse quidem Ecclesiam claves illas, sed in suo capite Petro.

Secundo paradoxum. Si secundo modo sumamus Ecclesiam, sive Concilium generale, ut erat in Basilea, & Constantia, tantumdem dicere debemus, quod in primo paradoxo. Et probatur, quia nec verbum est in Scripturis Canonis quod proprie loquatur de Concilio universalibus, aut de autoritate eorum, nisi forte quis huc illud accommodare voluerit: *Vbi sunt duo, vel tres congregati &c.*

Secundo probatur. Quia Christus instituit in Ecclesia, ex duobus constant principii; ex Scriptura Canonica, & sine scripto ex traditione Ecclesiastica. Non enim sola ad institutionem Christi referenda sunt, quae in carne conversatus, rudes adhuc, & carnales discipulos docuit, quin potius precipua reservavit docenda perunctionem Spiritus. Modò ex Apostolica traditione observatum habemus, ut Episcoporum ultima iudicia, & omnes majores, Ecclesiasticae causae, ex Christi institutione specialiter, reservarentur auctoritati Sedis Apostolicae, ergo nullam auctoritatem accepit immediate a Christo Ecclesia, sive Concilium generale, nisi in suo capite Petro, & Successoribus illius.

Huius rei primus testis est Anacletus,

Successor Clementis, & Petri discipulus, in epistola ad universam Christi Ecclesiam: *Si difficiliores erit faciant quaestiones, aut Episcoporum, vel maiorum iudicia, quae si aut maiores causa fuerint, ad Sedem Apostolicam pertineant, &c.* quoniam: *Apostoli hoc statuerunt in visione Salvatoris &c.* Consulte locum.

Secundus testis est Evaristus, Anacleti in cathedra Successor, in epistola ad Aegyptiorum Episcopos, & in altera epistola, ad Episcopos Africanos: erat. & tunc superstes B. Joannes Evangelista. Eiusdem paradoxi testis est Alexander, Successor Evaristi, qui sub Trajano Ecclesiae Christi praesuit, in epistola ad omnes Orthodoxos. Idem & Sixtus I., qui sub Adriano Ecclesiam Christi praesuit, ad Episcopos totius Ecclesiae. Idem habet Annicerus ad Gallicanas Ecclesias; idem habet Eleutherius ad eandem Gallicanas Ecclesias scribens. Et Victor, huius proximus Successor, ad Theophilum Alexandrinum, Aegyptiorumque Episcopos, & citat Ecclesiasticum Canonem, quae ab Apostolis constitutus & observatus est deinceps continuò &c.

Eadem penè ad verbum Sixtus II. in epistola ad Hispaniae Episcopos, & in alia ad Gratianum Episcopum. Zepherinus ad Cecilium Episcopos docens, quomodo peragenda sint Episcoporum iudicia. *Fini causa ad Sedem Apostolicam destratur, ut ibidem terminetur, nec antea finiatum (sicut ab Apostolis, & Successoribus eorum, constitutum est) quam eius auctoritate fulciatur.* Marcellus ad universos per Antiochenam provinciam constitutos Episcopos. Melchisedes Papa ad Marinum, Benedictum, Leontinum, ceterosque Hispaniarum Episcopos.

Vides, **CHAISTIANE LECTOR,** omnium istorum Patrum concordia testimonio ab ipso exordio Ecclesiae, ita praedicatum in universo populo Christiano, ita receptum, & creditum, itaque observatum, ut majores causae Ecclesiae

sticæ reservatæ essent Sedi Apostolicæ. Hoc confirmat istorum Patrum auctoritas, sanctitas, & antiquitas: nam fuerunt isti omnes, non solum ante Nicænum Concilium, sed ante universa penè Concilia, sub ipsis continud Apostolorum temporibus, atque aded Apostolorum quorundam adhuc presentia, aliorum secens adhuc memoria. Adde gloriosum susceprum ab illis martyrium.

Fuit & hoc ipsum & in umbra, & figura nostræ Ecclesiæ Synagoga veteri, in qua omne arduum negotium, & quicquid gravis erat, referri oportebat ad Mosaicam cathedram.

Deinde, est ad hoc decretum Nicæni Concilii, & statutum Apostolicum de Episcoporum iudiciis, & celebratione Conciliorum: quoniam nec jud cari Episcopus, nec congregari synodus potest, nisi per Romanum Pontificem. Quæ habes evidenter in epistola Julii ad Antiochenam Synodum congregatam adversus Athanasium &c. Et in Concilio Nicæno est. *Can. 18. Placuit, ut omnes Episcopi &c.* Hæc ad idem celebris epistola Stephani Archiepiscopi in Conc. Mauritanæ præsentis: & trium Conciliorum Africæ provinciæ, quam epistolam ex communi decreto ad B. Damasum scripserunt. Expressius habentur eadem in epistola quam illis scripsit Damasus Papa, sic inquit in calce: *Definire Ecclesiasticas summas querelas confertum, vel damnare Episcopos, absque huius sanctæ Sedis auctoritate, minime licet, qua omnes appellare, si neque fueris, & eius fulcra auxilio oportet. Nam (ut nosti) Synodum sine eius auctoritate fieri, non est Catholicum, nec ulla Concilia rati leguntur, que non sunt facta Apostolica auctoritate.* Hæc Damasus:

Demonstravimus in supradictis, quid in universum ex propria ratione conveniat Conciliis. Nunc explicatius oportet singulorum demonstrare & auctoritatem, & rationem; & quid in singulis probave-

rit, & agnoverit universa Christi Ecclesiæ. Ita penè intelligetur veritas ejus, de quo ambigitur.

Tria genera Conciliorum ednoscit Ecclesiæ Christiana: quorum triam meminit Gratianus d. 3. Universale, sive Oecumenicum; Provinciale; & Sacerdotale medium. Universale Concilium est, in quo totius Ecclesiæ tractantur negotia, & ex omnibus totius orbis provinciis convocatis orthodoxis Episcopis: quare oecumenicum Græcè dicitur: quorum primum Nicænum exitit instantia Constantinæ Imperatoris.

Tria genera Conciliorum universale provinciale, & medium.

Provinciale (ut ipsum nomen indicat) est, in quo sub uno Metropolitano, unius tantum provinciæ Episcopi convenientes, ejusdem tractant negotia. Hæc olim quotannis bina celebrabantur. Patet ex *Can. Nicæni Concilii: Ne quæ clericum &c.* Ejusmodi sunt celebrata multa ante Nicænum Concilium à temporibus Apostolorum, & eorum institutione. In Ecclesiâ fuit istorum Conciliorum usus frequens. In Concilio Nicæno prospectum fuit, ut bina celebrarentur quotannis; quoniam non ita frequenter celebrari consueverant.

Medium est, in quo causa, quæ tractatur, universalis frequenter est, hoc est, fidem; aut Ecclesiasticam observationem concernens: sed convocatio nequaquam. Hæc vel presente Romano Pontifice, vel ejus auctoritate celebrantur. Hujus generis sunt multa celebrata ante Nicænum Concilium in primitiva illa Ecclesiâ: & in primis illud omnium primum Hierosolymis ab Apostolis celebratum: quod universale dici non potuit, cum ex duodecim tres tantum, aut quatuor interfuerint Apostoli: nec apparet aliunde convocatos aliquos, sed ab illis tantum celebratum fuisse, quos missi ab Antiochia consultetis Hierosolymæ offenderant. Ejusdem generis fuere, quæ Victor Papa in Asia celebravit ad abolendum Judaicum ritum celebrandi Paschatis.

Quæ facta Concilia media,

Ad idem genus spectat Antiochenum illud, quod autoritate Dionysii Romani Pontificis adversus Paulum Samosatenum celebratum est: & quod paulo post, sub B. Cypriano Africanum Concilium, ex totius Africæ Episcopis. Hæc, & alia ante Nicænum Concilium; post quod & alia pluraque ejusdem generis Concilia celebrata leguntur: ut Sardicenum, Gangrense, Laodicæense, Neocæsariense, Agathensæ, Carthaginensæ, Milevitanum sub Innocentio, & illa, quæ Romæ Martinus Pæpa, & Simmachus celebrarunt.

Ad idem genus pertinet sacri illius Senatus Concilium, hoc est, Cardinalium (quos vocamus) sive Sacerdotum, qui unâ cum Pontifice ministrant: Dominio in cathedra Apostolica, & ipsi adsunt Concilio, in definiendis, & tractandis rebus gravioribus, quæ ad eandem Sedem ex toto orbe referuntur.

Postquam autem suis notis distinximus Conciliorum Ecclesiasticorum tria genera, nunc demonstrandum, quæ sit, & unde pendeat singulorum autoritas. Sit Paradoxum primum.

Univer-
sum Con-
ciliorum
auctoritas
dependens
est à Ponti-
fice Ro-
mano.

Omniium Conciliorum autoritas subest autoritati Sedis Apostolicæ, & Romanæ Pontificum, & ab illo necessariò pendet. Hoc demonstratur. Primo de provincialibus constitutio est antiquior, & usus frequenter: nulla est dubitandi occasio, nec esse potest, quoniam bina quotannis celebrari debere Nicæni decreverunt Canones: in quibus si causæ contingant majores, ad Apostolicæ Sedis definitionem referendæ sunt: (præmissa Episcoporum in Synodo disquisitione.) Verum tamen nihil ratum, firmumque est, priusquam Sedis Romanæ autoritate roboratum fuerit. De aliis verò duobus generibus Conciliorum, nunc dicamus.

Concilia
per Episco-
pum Roma-
num con-
genda.

Sed ut evidenter **LÆTOR** intel igit, qualis, & quanta sit eorum autoritas, recolenda sunt quædam supra demonstrata. Primum, cum provincialia Concilia ordinaria quadam autoritate con-

vocari possint, & debeant, evidenter consequens est, alia duo genera Conciliorum sola Apostolicæ Sedis autoritate convocari, & celebrari debere.

Secundò, Irrefragabiliter demonstratum est, Petro & Successoribus ejus commissum à Christo curam, gubernationemque universalis Ecclesiæ, & datas illi claves regni caelorum, & illam ligandi, & solvendi potestatem, quam unus ipse, Apostolorum omnium singulari privilegio accepit, ceteris verò Ecclesiarum rectoribus, tantum eis convenit, quantum ab illo velut capite in reliqua Ecclesiastici corporis membra derivatur.

Tertiò, Ostendimus Concilia universalibus, nullam primo, & secundum se datam à Christo jurisdictionis, aut definitionis autoritatem, sed Petro & Successoribus, à qua accipiunt Concilia robur omne, sine qua nullam omnino habent.

Ex his facile divinabis, quod quæretur. Si tamen semper roges, ut expressè dicamus, qualis, & quanta sit autoritas Conciliorum, Respondeo: duo. Primum: Si sine capite, & deservitæ ejus autoritatis celebrata fuerint, nullam prorsus habent autoritatem Apostolicam.

Secundum, Si tamen sint Romani Pontificis autoritate celebrata, talis, & tanta est eorum autoritas, quanta Sedis Apostolicæ, & Romani Pontificis in eis præsentis: & habent idem privilegium super quoscunque, qui membra sunt corporis Ecclesiæ, ut sacrosanctum, & ratum sit in cælo eorum judicium, & certa sententia & indubitata veritatis eorum definitio, sicut ipsius Petri, Christi in terris Vicarii. Dixi, si Romani Pontificis sint autoritate celebrata, nam ad ejus solius autoritatem pertinent graviora quæque & ardua negotia Ecclesiastica: oranis de fide Christi & religione quæstio, omne difficile, & ambiguum judicium. Qui tamen si ad eorum definitionem adhibere d. b. at secum Sacerdotale Concilium, secundum formam expressam

Nulla i-
tudin
Concil
sine ca-
piti
jurisdic-
tionis au-
toritas.

Quid i-
cilia si
Pontif
& cu
Pontif
valeant

in lege veteri, & ab initio observatam in Ecclesia, regulariter quidem, Sacerdotum una seruum ministrantium Domino in cathedra Apostolica. Nonnunquam verò aliorum, vel plurimorum, vel pauciorum, vel distantium, secundum qua ritatem negotiorum: omne tamen Conciliorum iudicium, omnis sententia, & definitio procedere censetur ex autoritate præfatis unius, ut ex verbis legis supra demonstravimus.

Sed hoc magis demonstratur ex traditione Ecclesiastica: quoniam à temporibus Apostolorum, omnia universal. a Concilia, non solum Sedis Romanæ autoritate congregata, & peracta sunt: sed etiam juvenies semper ejusdem Sedis, aut ipsos Episcopos, aut eorum legatos, eisdem præfuisse, qui primi causas proponerent: primi profertore sententiam. Ita in primo illo omnium sacratissimo Concilio Nicæno Victor, & Vincentius Romanæ Ecclesiæ Presbyteri, & Osius Cordubensis Episcopus, pro B. Sylvestro interfuerunt, ut universa testatur antiquitas. Et primi Constantinopolitani, adversus Macedoniam author extitit B. Damascus. Et primi Ephesini adversus Nestorium B. Coelestinus, in quo B. Cyrillum Alexandrinum Episcopum, suum constituit Vicarium, de quo B. Liberatus in suo Breviario, quo universam causam Nestorianorum, & Eutychianorum actionesque Chalcedonens. Concilii complexus est. In Synodo Chalcedonens. Paschasius, & Lucentius Episcopi, Bonifacius, & Basilii Presbyteri Apostolicæ Sedis legati, fuerunt præsidentes sub Martino Imperatore. Ad hunc modum, & in omnibus aliis receptæ autoritatis Conciliis factum est: & nulla absque hujus Sedis autoritate, nec tunc, nec in posterum ullam invenisse autoritatem competier, sed omnia vel probata, vel damnata per hanc Sedem, ut illa, quæ olim in Tyro, & Antiochia, (autore Eusebio Nicomædensi) contra Athanasium Alexandrinum: celebrata

sunt: quæ quamvis celeberrimo, tamen solius Julii Romani Pontificis deiecit autoritas: & Athanasium, ceterosque damnatos restituit, & in ipsis damnatores, damnationis protulit sententiam, approbante iustum ejus iudicium universali Ecclesiâ. Ita Ariminense Concilium à Damaso, Eph. sinum II. à Leone dejecta facte, restituito Fabiano, quem damnaverat impia Synodus, damnato in super impio Diocoro, ejus Concilii auctore. Ad eundem modum B. Innocentius Orientalium Episcoporum Synodum adversus Joannem Chrysostomum Constantinopolitanum Episcopum, & ejus auctores excommunicationi subiecit: quos nisi post condignam satisfactionem, noluit Ecclesiasticæ communioni restituere.

Concilium Ephesin. II. & Ariminense damnata Theodoretus hist. tripart. lib 5. c. 29.

Extat elegantissima epistola Pelagii ad alterum Joannem Constantinopolitanum Episcopum, qui ex Oriente toto, Synodum congregarat: quæ epistolâ, universa illa statuta, vana, & irrita esse declaravit. Confert multum etiam quod scribitur in hist. tripart. lib. 4. c. 7. Eusebius Arrianus Episcopus egit, ut in Antiochia Syriæ Synodus fieret, ad quam Synodum convenerunt ex civitatibus diversis Episcopi nonaginta. Maximus autem Hierosolymitanus, Macarii Successor, non affuit: sed nec Julius interfuit maximæ Romæ Præsul, nec in locum suum aliquem destinavit: cum utique regula Ecclesiastica jubeat, non oportere propter sententiam Romani Pontificis Concilia celebrari &c.

Cognoscunt aliâs Arriani autoritatem Episcopi Romani, & dignitatem illius Sedis: quoniam non negant Julium Romanæ urbis Episcopum iudicem in causa Athanasii, quem Arriani eo tempore persequabantur. Consule hist. tripart. l. 4. c. 12. & 15.

Ibidem de Ecclesia Romana sic scribitur c. 16. *Fatebantur Arriani circa omnes Romanorum Ecclesiam esse insignem, velis quæ Apostolicam haberet curam, & anti-*

quitas

quibus mater pietatis existeret. Fatentur Arriani, quod nostræ tempestatis hæretici à Germania nati, cognoscere minime volunt. Ad idem cap. 9. ejusdem libri.

Et in epistola Antiocheni contra Paulum celebrati, sic dicitur in fine. "Paulus Samosatenus à Sacerdotio abscissus & communione, cum de domo Ecclesie nollet exire; interpellatus Imperator Aurelianus, religiosè satis de hoc, sanctèque decernit, his præcipiens Ecclesie domum tradi, quibus Italie Sacerdotes & Romanus Episcopus scriberent". Quod non nihil juvat ad statuendam excellentiam Episcopi Romani supra reliquos Episcopos orbis, ab exteris testimonium desumere. Euseb. in hist. Eccles. l. 7. c. 25.

Vides, *CHRISTIANE LECTOR*, quanta fuerit Romani Pontificis, à temporibus Apostolorum, supra universalia Concilia autoritas in eorum congregatione, vel dissolutione?

Gēna Synodalia non sunt firma sine Pontificis Romani autoritate.

Secundum Paradoxum: Non tantum in convocacione Conciliorum universalia Concilia pendunt à Romano Pontifice, sed in omnibus actis Synodalibus ab eodem prorsus dependent: ut ipsa rei evidentia fiet manifestum: quoniam hæcenus observatum est, ut acta in universalibus Conciliis (etiam præsentibus legatis Sedis Romanæ) priùs ad ipsam cathedram B. Petri sint relata, & per illam approbata, quam robur ullum haberent. Hoc patet primo ex quatuor illis Conciliis generalibus, quæ velut quatuor Evangelia recipit Christi Ecclesia.

De Nicæno Concilio extat adhuc epistola, quam simul cum actis, decretis quæ Synodalibus miserunt Patres ad B. Sylvestrum, ut sua autoritate confirmarentur, quamvis ejus legati præfuisent Concilio.

Constantinopolitana Synodus prima, quæ Nicænam subsequitur, nihil aliud egit, quam quòd Episcopi ibi, ex universali Ecclesia convenientes, probarent, &

sequerentur sententiam Damasi contra Macedonium, Sabellium, & Eunomium: quos ante Damasus, cum Sacerdotali Concilio (quod Romæ habuerat) anathematizaverat, cum impiis suis ad inventionibus. Idem Damasus damnavit acta in Ariminensi Concilio per Arrianos convocato, ostendens, nullius autoritatis fuisse definitionem illius Concilii, & hanc causam singulariter afferit, quod Romanus Pontifex illi non præbuerit consensum.

In Ephesino primo Concilio nihil aliud egerunt, quam repetere, quæ egerat Cælestinus adversus Nestorium, & in Chalcedonensi secunda Synodo, rursus universa illa repetita est tragedia. Acta in Synodo illa Saranz Ephesina secunda, & Eutycheis blasphemiam, quis, nisi B. Leo (Apostolico mucrone) confodit, scripta pulcherrima illa, Christianissimaque epistola ad B. Flavianum, qua incarnationis Verbi mysterium ad vivum, & doctissime explicat? Simul missis Apostolicæ Sedis legatis, qui exortos, ex ea causa, per Orientem tumultus, Apostolicæ moderationis autoritate componerent.

Habes de ea re epistolam elegantissimam ejusdem Leonis sub hoc titulo: *Synodo apud Chalcedonam constituta, Leo Papa Romanus &c.* in qua leges pericribit, & veluti formam præfigit, quam sequi, amplectique debent in condemnandis Eutycheis, & Dioscoro hæreticis: quas nec per larum unguem prætergressa est tantorum Patrum Synodus. Quanta autem reverentiâ ac veneratione dicta B. Leonis ad Flavianum epistola excepta fuerit in Concilio, testantur subsequæ acclamationes, quæ in actis ejus leguntur. Siquidem tota Synodus, veluti uno ore, *Ter beatissimum* acclamavit Leonem; & Dioscorum hæreticum omni Sacerdotali dignitate exutum, exilio deportandum, seculari potestati tradiderunt. Quam Concilii severitatem ex ea maxime causa processit,

Quatuor prima generalia Concilia recognoverunt Episcopum Romanum.

processisse, testatur Anatholius ille Constantinopol. Antistes, quia contra beatissimum Leonem ausus est dicere excommunicationis sententiam. Nec satis illis Patribus fuerat, quæ secum presentes & consentientes, imò præsidentes sibi, & omnia secum principaliter agentes, habuerant Sedis Romanæ legatos, sed ad ipsum Leonem acta Synodalia remiserunt, ejus auctoritate & judicio eadem confirmari expectantes, & auctoritatis robur eidem impartiri. Scripta simul ad eum Synodali epistola, quam habes ibi in hac forma: *Repletum enim est gaudio os nostrum. &c.* Quibus litteris acceptis, B. Leo decreta Synodi, quatenus ad fidei confirmationem pertinebant, probavit. Sed decretum unum, puta, quod secundæ sedis dignitatem inter Ecclesias Christianas, post Romanam acciperet Constantinopolitana Ecclesia, eò quod nova Roma esset, & Imperialis Majestatis Sedes, irritum fecit; nec voluit probare, sicut decretum fuerat in Synodo, ut liquet ex epistolis Leonis ad Marrianum Imperatorem, & ad Anatholium, qui illud per nuntios instanter rogant Pontificem.

Hæc consideratione dignissimum est illud, quod absolutis negotiis, quæ in Concilio tractabantur, tota Synodus patienter expectavit Apostolicæ Sedis censuram, & de actis Synodalibus confirmationem, congregatis tot Patribus in Chalcedona, donec bis venerunt legati Romam: & jam secundò accepit Synodus epistolas Leonis confirmationis Synodum & actiones illius; ut clarè videas, ad cujus auctoritatem pertinere roborare, & firma facere acta Synodalia. Istud ex quatuor illis generalibus Conciliis (quæ velut quatuor Evangeliorum libros suscipere & venerari se confitetur ille Catholicæ Ecclesiæ Pontifex sanctissimus Gregorius) manifestum fecimus.

Hoc ipsum non minùs apparebit evidenter per reliqua Concilia discurrendo, quomodo ex illis quatuor demonstravi-

mus. Dic mihi, obsecro, quid aliud fuit quintæ Synodi universalis actio, quam auctoritatis Apostolicæ Sedis, super omnes totius orbis Ecclesias, recognitio? Siquidem, hoc unum egit illa Synodus, ut decreta Romanæ Sedis, & prolatas ab eadem in diversos sententias teneret, amplecteretur; & observaret orbis universus: quod luce clarius intelliges ex forma Synodalis sententiæ adversus Anthemium prolata: in qua tantum demonstraverunt Anthonium justè quidem damnatum à Sede Apostolica.

Ventamus ad sextam Synodum universalem. Sepultis cum suis hæresibus Eurychete, Dioscoro, & Anthemio cum Severo Antiocheno, & Petro Apamiano Episcopis: suscitati sunt discipuli eorum Cyrus Alexandrinus Patriarcha, & Sergius Constantinopolitanus Episcopus, Pyrrhus, Eurychete, & successor & discipulus, & post illos Paulus Constantinopol. Episcopus, qui Constantinum Imperatorem in suam seduxit perfidiam. Deinde subsequuti sunt Petrus & Gregorius, & Macharius Antiochenus Patriarcha, & facti sunt socii & participes perfidiæ suæ. Hi primum commentati sunt, non ut priores, unicam esse in Christo naturam, sed unicam esse voluntatem & operationem. In hos exurgens Romana Sedes, gladium suæ potestatis (quam in Beatissimo Petro accepit à Domino) magnà distinxit libertate: & quamvis Patriarchalium Sedium Antistites, à fide, & à Catholicæ Ecclesiæ gremio pronuntiavit alienos. Primum Honorius ille Pontifex damnavit Pyrrhum, quem damnatum constat exilio, relegatum ab Heraclio Imperatore, qui in ea re Apostolicæ sententiæ executor factus est. Secundò, Theodorus Romanus Pontifex. Tertiò, Martinus Theodoti successor congregatà secum Romæ 150. Episcoporum Synodo, in Cyrum, Sergium, & Pyrrhum, prædecessorum suorum damnationis sententiam confirmans, & renovans, omni Ecclesiasticâ dignitate privavit,

Sexta Synodus recognovit Episcopum Romanum.

privavit, & à Christiano nomine judicavit alienos. Sub hoc tempore (sublato divinâ providentiâ Constantio Imperatore) Constantinus ejus filius, magno Constantino (quem nomine referebat) moribus, & fidei zelo similior quam patri, universalem Synodum congregari magnopere studuit: per quam hæc Ecclesiarum scandala è medio tollerentur. Quæ de re ad Donum Romanum Pontificem scribens, rogat ipsum & hortatur, ut suâ auctoritate, missis ab Apostolica Sede legatis, Concilio dignaretur adesse. Quas tam religiosi Principis litteras (mortuo jam Dono) ejus successor Agatho recipiens, nihil cunctatus, suos legatos misit ad Concilium: & ut ipsum legitimè celebraretur Apostolicâ auctoritate confirmavit, non tamen consentiens, quæ Apostolicæ Sedis de prædicto dogmate toties prædicata, & lata sententia contra prædictos hæreticos, disputaretur in Concilio; sed legatis suis dedit mandata, ut Concilio perscriberent rectæ fidei regulam, quam sequi omnes oporteret, ut testatur ejusdem ad Constantinum Augustum scripta epistola. In qua ne utiquam summittit Apostolicæ Sedis sententiam Synodali judicio, sed vice versâ, vult, eam præmittendam judicio Concilii, & censet hoc privilegio commendandam Ecclesiam Romanam, quod nunquam hæreticis novitatibus depravata succubuit sed ut ab exordio normam fidei Christianæ percepit illibata, usque ad finem manet. Quam reverenter, quam sanctè expecterit sancta Synodus hanc Agathonis sententiam, & post Synodum universus Oriens, liquidò constat ex forma Concilii. Exceperunt quidem illam Patres ibi congregati uno ore clamantes, *ter beatissimum Agathonem Papam*, & suas suggestiones à Spiritu sancto dictatas per os sanctissimi, & beatissimi Apostolorum Principis Patris, & digito ter beatissimi Agathonis scriptas &c.

Vides, *LECTOR*, Romanum Pontifi-

cem ab universo semper orbe recognitam universalem Pastorum Principem, & Romanam Ecclesiam fuisse semper universæ Christi Ecclesiæ, & Conciliis omnibus rectæ fidei regulam, & magistram & ob id divino conservatam privilegio, nulli nunquam subjacuisse hæreticæ pravitati: sed Apostolicam traditionem, ut accepit ab Apostolorum Christi Principibus, illibatam conservasse & conservatam perpetuò?

Nolo sub silentio prætereamus septimam Synodum circa annum Dom. 718. non longè post sextam Synodum, sub Leone Imperatore celebratam. Et tempore exorta est alia pestis contra divorum imagines, quibus eatendû usa fuerat Christi Ecclesiâ. Leo I. Imperator, divorum imagines deponi, conterî, comburique jussit. Adversus quem B. Gregorius Papa (ejus nominis) tertius, convocata Romæ generali Synodo, eundem Leonem cum suæ impietatis assertoribus Ecclesiasticæ censuræ mucrone jugulavit. Quo mortuo, ejus filius Constantinus paternâ imbutus perfidiâ, eandem securus est hæresim. In quem exurgens Stephanus Papa, ejus nominis secundus, prolatam à Gregorio III. in Leonem confirmat anathematis, & damnationis sententiam. Quibus extinctis, ex eorum cineribus suscitati sunt ac nostra tempestate per Germaniam Lutherani, ejus impietatis observatores. Tandem alter Constantinus, illius perfidi Leonis nepos, suscepto imperio, visâ ultione divinâ in suos parentes pro peccatiâ, supplices litteras misit ad Adrianum Pontificem, ut Concilio generali (quod secundo celebraretur in Nicæa, suâ auctoritate) adesse dignaretur. Qui ad Augustos respondens, misit Petrum Monachum Cardinalem Presbyterum, & alterum Petrum Abbatem S. Sabinæ de Urbe, Apostolicæ Sedis legatos, qui vice suâ præsentent Concilio &c.

Etiâ & hinc, *LECTOR*, intelliges, quod toties demonstratum est, omnes Conci-

Septimam
Synodum
recognovit
Episcopi
Romæ.

Conciliorum auctoritatem ab hujus sedis auctoritate profus pendere.

ut Sy-
lus es-
pofis-
fcozum

Superest octava Synodus generalis, & Constantinopolitana quarta. Michaël Imperator congregavit numerosam Episcoporum Synodum Constantinopoli, & Ignatium Episcopum damascum dejecerunt ab Ecclesia: qui jure & legitimè præsidebat; & in locum ejus Photium quendam, hominem profanum, eidem præfererunt Ecclesie. Post verò legati à latere missi à Nicolao Papa Rodoldus & Zacharias Episcopi, corrupti Imperiali largitione, prolatam in Ignatium damnationis sententiam, velut ex Apostolicæ Sedis auctoritate confirmaverunt. At Nicolaus Pontifex cum cognovisset hoc per litteras Imperatoris ad se missas, convocata universa Ecclesia Romanâ, in præsentia totius Cleri; & præsentis Imperiali legato, publicè retractatus est, quæ sui legati egissent Constantinopoli minime acta suâ sententiâ, sed contra expressa sua mandata: idcirco in illos ipsos protulit damnationis sententiam: addens, nunquam se consensisse, nunquam etiam consensurum in dejectionem Ignatii, vel promotionem Photii, quia potius eandem, velut Sacris Canonibus contrariam, irritavit, ac repudiavit. Quod ipsum etiam litteris suis Michaëli Imperatori significavit. Horum omnium præter fidem historicam testis est prima epistola ejusdem Nicolai ad universos per Asiam, & Libiam orthodoxæ fidei cultores. Deinde altera ejusdem epistola longissima, & spiritu illo B. Petri plenissima ad Michaëlem Imperatorem. Sed cum non obtemperaret Michaël Imperator Apostolicæ Sedi in judicio de Photio, & Ignatio, decrevit Nicolaus, ut Constantinopoli quartò congregaretur universale Episcoporum Concilium, quo in tanto conventu comprobaretur, atque omnibus palàm fieret, justum fuisse Apostolicæ Sedis judicium, id quod factum est: si quidem conformata est in Photium damnationis sententia, & suæ Sedi Ignatius restitutus est.

Videtur auctoritatem Sedis Romanæ esse, semperque fuisse Concilii omnibus moderatricem, & orthodoxæ fidei regulam infallibilem, non vice versâ? Siquidem hujus Sedis auctoritate seclusâ, quantumvis alioqui frequentia, & universalia Concilia, non solum errare posse, sed errasse frequenter etiam in fidei definitione, & negotio comperimus. Hanc verò nunquam; sed normam orthodoxæ fidei illibatam conservasse perpetuè, & conservaturam in finem, & errantibus Conciliis hanc sedem semper succurrisse.

Hactenus de generalibus Conciliis.

Idem observatum est, in provincialibus Conciliis, quoniam Africanum illud Concilium celebratum sub Cypriano submissum est Stephano Papæ, & correctum per illum in articulo de rebaptizandis hæreticis, ut Hieronymus adversus Luciferianos testis est, & Augustinus adversus Donatistas.

Provincia-
lia Concilia
recognoscunt
Episcopum
Romanum.

Carthaginens. congregata adversus Pelagium, & Cælestium ad Sedem Apostolicam suum reculit judicium, ut restatur corum Patrum ad Innocentium Synodalis epistola: in qua post enarrata gesta Synodalia; sic dicunt: *Hæc gesta frater sancte tue charitati ducimus intimanda, ut statuti nostre mediocritatis, Apostolicæ Sedis adhibeatur auctoritas.*

Extat Innocentii rescriptum ad Patres Concilii sub hac forma: *Innocentius Papa Aurelio & omnibus sanctis Episcopis, & veteris, qui in Carthaginensi affuerunt Ecclesie, in Domino salutem &c.* Est integra in volumine magno Conciliorum.

Simile quiddam factum est in Concilio Milevitano, congregato contra eosdem Pelagium, & Cælestium hæreticos. Extat elegans Synodalis epistola ad Beatum Innocentium, in qua post enarrata causam Synodi, & alia ibidem gesta subiiciunt: *Hæc ad sanctitatem tuam de Concilio Numidia scripta dirigitur, unitantes Carthaginens. Ecclesiam, & Carthaginens. provincie Cæsaris Episcopos nostros, quos ad Sedem*

Apostolicam, quam beatus illustras de hac causa scripsisse comperimus.

Auditis hic planè recognitionem omnium Conciliorum, quæ in Africa celebrata sunt auctoritatis Romanæ Sedis, & quoddam efficacior sit ejus auctoritas ad conviucendos hæreticos, quam omnium Sanctorum, doctrumque disputationes, ut restatur etiam D. Augustinus lib. 2. ad eosdem illos Pelagium, & Cælestium hæreticos, qui nullis disputantium, aut scribentium potuerunt superari rationibus, & tamen Cælestius uni B. Innocentii auctoritatis non fuit ausus resistere; sed promisit, omnia, quæ Sedes ista damnaret, se etiam damnaturum. Rationes autem, & Scripturas omnes argutus, & Ingeniosus homo eludere facile, sed hujus sedis auctoritatem toto orbe regnum, nec eludere potuit, nec contemnere.

Adjunge his Innocentii responsum ad Patres Milevitani Concilii, quibus in hæc verba respondit. Innocentius Silvano seni, & cæteris, qui in Milevitana Synodo interfuerunt: *Dilectionis vestrae litteras, quas ex Milevitano, vestra auctoritate, celebrato Concilio sanctæ fidei prospensari misistis* &c. Est integra in volum. Conciliorum.

Non mediocriter puto argumentum, si hoc, quod nostri Scriptores universi affirmant, dixerint etiam exteri & hospes. Refert Amianus Marcellinus lib. 15. de Constantio Cæsare, qui cum jam cognosceret Athanasium ejectum à sua Sede per Synodum Episcoporum, adhuc ardenti desiderio nitobatur id fieri per Liberium Episcopum Romæ, credens, viz aliqui hæreticus, minus ratum, quod fiebat per Synodum, nisi auctoritate, quæ portuuntur ægyptiæ urbis Episcopi (ut verbis Amiani uter) firmaretur.

Ex his credo me factis evidentem ostendisse, proposita duo paradoxa, idque non saphisticis, aut vulgaribus, sed certissimis argumentis; nempe ex ipsissima sententia Conciliorum.

Suboritur dubium, quorum suffragiis

celebranda sint Concilia: & ad quos ex certo spectet Synodale iudicium de suffragiis quæstionibus gravioribusque causis, quæ deferuntur ad Concilium universale; ad Sacerdotes & Episcopos tantum, an etiam ad Reges & Principes, cæteroque ordines laicos?

Germaniæ bona pars sequens M. Lutherum, volens, quod ad universos ordines laicos pertineat interesse iudiciis Synodalibus: quoniam sunt membra Ecclesiæ. Sed hæc ratione ad universos etiam Christi fideles pertineret, etiam ad futores & factores, quoniam universi sunt membra Ecclesiæ.

Ego non satis possum intelligere, unde inducantur in talem sententiam, quod jus sit cujuscumque gradus Christi fidelibus definiendi, quæ ad religionem communem pertineant. Quoniam si ex lege sumas argumentum, olim solius munus Sacerdotalis erat docere populum legem Dei, & quæcumque ad ejus cultum pertinebant. Sic Dominus ad Aaron: *Preceptum sum. Levit. 10. piternum est in generationes vestras, ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum, & profanum: Inter pollutum, & mundum: devotissq; filios Israël omnia legitima mea* &c. Et in Deuter. *Accedent Sacerdotes filii Levi, quos elegeris Dominus Deus tuus, ut ministrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad verbum eorum omne negotium pendebis.* Et per Ezechiel: *Populum meum docebit, quod sit inter sanctum & pollutum: inter mundum & immundum ostendent eis, & cum fuerit controversa, stabunt in iudiciis meis, & iudicabunt.* &c.

Vides, LECTOR, non Regum, aut Principum, non cuiusvis ex laico ordine in Ecclesia, sed Sacerdotalis officii esse, docere populum, quæ ad legem Dei, religionem, divinumque cultum pertinent & stare ad iudicandum in iudiciis Domini, cum de his exorta fuerit quæstio, & controversia? Similiter & in omni ambiguo, & difficili negotio; quoniam preceptum erat in lege hæc universa ad locum.

Cælestius cedit auctoritati Episcopi Romani non tamen argumentis dilectissimi

Non est laicorum definire quæ ad religionem pertinent.

locum, quem elegerat Dominus: refectri debere, ubi residebat principalis cathedra, & Sacerdotes in ea pro tempore servientes Domino, una cum ejus præsidente, nec declinandum ad dexteram, nec ad sinistram ab eorum judicio.

Et cum sit familiaris modus arguendi ab umbra legis ad veritatem Evangelii, nescio qua fronte contendant, Regum universorumque secularium ordinum esse ejusmodi iudicii interesse.

Quod si objicias contra hoc. Primum, interfuisse olim Romanos Principes Conciliis universalibus; fateor, non tamen ut cognitores, aut iudices, ut isti novi opinatores volunt; sed tantum pro servanda tuendaque Concilii autoritate, unitate, & concordia. Sic magnus ille Constantinus in Concilio Nicæno, norma & exemplum reliquorum Principum, (cujus exemplum imitandi essent hujus ætatis Principes) qui non præsumpserit ingredi ad Concilium nisi prius posita ab Episcopis facultate, & tunc accepta postrema sede, ut liquidò constaret illum non iudicem sedere, sed expectatorem, ministrum, & custodem Synodalis auctoritatis. Sic Theodosius ille minor scribens Synodo Ephesæ I. post alia subjicit: *Illius non tamque est: cum, qui non sit in ordine sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis admisceri tractatibus.*

Audi, *LECTOR*, quid cognoscat, & dicat Imperator. Nunquid sui juris esse, ut præsideat, aut intersit Synodalibus cognitionibus? Minime: Sed affirmat, illicitum, ut qui non sit ex Sacerdotali ordine Ecclesiasticis admisceatur tractatibus.

Idem exemplum secutus est Marcianus Princeps Christianissimus in Chalcedon. Synodo, cum ejus instantia ex Nicæna urbe, ubi B. Leonis auctoritate secundo congregatum erat universale Concilium, translatum est ad Chalcedonam pro majori commoditate Imperialis præsentia.

Idem agnovit, & confessus est Theodoricus Rex Gotorum (parum alioquin orthodoxus) in Concilio quodam, quod in causa Symmachi Romani Pontificis Romæ celebratum est. In quo cum Concilium diceret, a se iudicari non posse primæ Sedis Episcopum, provocabant adversarii ad Regis arbitrium: ille sive tantorum Patrum exemplo perhorus, sive divinitus inspiratus, respondit: ad Synodum solam pertinere in tanto negotio loquenda præscribere, nec ad se quicquam propter reverentiam de Ecclesiasticis rebus pertinere.

Hoc idem statuente Patres in octava Synodo generali in cap. 17. in hunc modum: *Illud autem tanquam perosum, quiddam ab auribus nostris repulimus, quod a quibusdam imperitis dicitur, non posse Synodum absque principali præsentia celebrari, cum nunquam Sacri Canones convenire seculares Principes in Conciliis sanxerint, sed solos Antifites.*

In eodem Concilio sine in allocutione Basilii Imperatoris ad eorundem Synodum, fateor ipsemet Imperator, non datum esse his, qui civilibus officiis incipiunt, dicendi quicquam penitus de Ecclesiasticis causis, sed vale. nunc esse tantum Pontificum & Sacerdotum. Nunquam à fundata Ecclesia usque ad hanc diem tenuerunt alium locum in Conciliis Principum laici.

Deinde hoc ipsam suadet ipsa ratio, quoniam (ut supra ostendimus) solius Pontificis Romani est congregare Synodum, & definire, sive exequi, quæ in Concilio tractantur. Tractantur autem quæstiones fidei, & graviore aliz causæ, quæ ad Religionem nostram pertinent, hæc autem neutiquam tractari possunt per seculares ordines, qui non sunt idonei ad hæc ministeria sacra cognoscenda: ergo ad eos non potest jus aliquod pertinere, quo iure interesse debeant conventibus Synodalibus.

Item solum Episcopus Romanus est *Præfatus*, & caput in Ecclesia universali, ergo ad illum solum pertinebit vocare pro qualitate negotii Consiliarios, quos ille idoneos judicaverit; sed qui sunt ex ordine laico, sive Principes, sive Reges non sunt tales, ergo ut cognitores negotiorum ne cuiquam sunt vocandi.

Si secundo contra hoc objicias, quod in actionibus sextæ Synodi universalis legitur: *Presidente Constantino Magno Imperatore, & presidentibus patriis, & consiliis Civ.*

Ad hæc responderetur, fuisse Constantinum quod fecit Martianus in Chalcedonensi Synodo, & Magnus ille Constantinus in Nicæna, nempe sedisse vel custodem & prorectorem Concilii, ut Imperiali autoritate à factionibus improborum, & seditiosis tumultibus tutaretur Concilium, ne simile aliquid accideret, quomodo in Ephesina Synodo, quæ plena fuerat seditiosis tumultibus. Et mirari desines cum intellexeris, eâ tempestate nec electionem Romani Pontificis haberi ratam, nisi Imperiali autoritate, vel ejus vices gerentis in Italia probaretur: Cùm tamen perspicuum sit, hoc ne cuiquam pertinere ad secularem aliquam potestatem. Omitto quod in exemplaribus prædictæ synodi multa sunt per Episcopos Orientis falsata & corrupta.

Si objicias tertid, & urgentius, quod Nicolaus Papa I. arguens Michaëlem Imperatorem, eod quod interfecerat Synodali judicio, quo damnatus fuerat Ignatius, scribit sub hæc forma. *Vbi non legis, Imperatoris auctoritate vestras in Synodalibus conventibus invasisse, nisi forte in quibus de fide tractatum est, quo universalis causa est, & ad omnes omnino Christianos pertinet?* Hæc ille. Quibus verbis videtur innuere, quod Synodalibus judiciis, quæ poraguntur de questionibus, & negotiis fidei, Impetratores & seculares Principes interesse possunt & debeant.

Pro-intelligentia præpositæ objectioni annota, quod in triplici differentia occurrunt causæ, propter quas peraguntur Synodales conventus.

Primo, ubi occurrunt questiones, & negotia fidei.

Secundo, ubi occurrunt aliqua quæ pertineant ad reformationem Ecclesiasticam.

Tertid, sunt etiam interdum Episcoporum peculiare causa, & judicia.

Quod Ecclesia Christi hactenus observavit fuit hoc: quod in tractando primo genere causarum, eod quod communes sine, admissum est, ut interfint, Principes seculares, non tamen suo jure, sed petita Episcoporum licentiâ (ut Constantini exemplo demonstratum est.) in his interfuerit aliquando, non tamen ut cognitores, aut judices: sed ut fautores, & Synodalis doctrinæ assertores adversus hostes pietatis, & orthodoxæ fidei. At in Conciliis, in quibus secundi & tertii generis tractantur causæ, nec decet, nec honestum est, imò scandalosum est, interesse seculares, ac laicos. Indecens valde est verenda Patrum detegi coram filiis, nisi eam, illum filium Noë, imitari velimus, & maledictionem cum illo suscipere, qui non erubuit verenda Patris sui revelare. Ex Ecclesiasticis autem ordinibus vocabit ad Consilia Pontifex Romanus, quos sua prudentia idoneos judicaverit, Episcopos, Presbyteros, vel Monachos.

Potremò, subnasctur questio illa, An Pa vulgatissima quidem, sed difficilis: An possit Romanus Pontifex possit judicari, sive rei personam sustinere in Concilio, aut in Ecclesia, sive congregatione aliqua fidelium, ut volunt nunc Lutherani, & instanter perunt.

Hoc primum videtur contra ipsam rerum naturam, oves in pastorem suum posse sibi præsumere auctoritatem judiciariam; & subditos in Principem sibi divinitus constitutum, esse superiores, qui solius Dei & Christi (cujus inter nos

agit

comple
derint
utares in
ocellis.

Quand
Princip
seculare
Concili
interess
possat.

agit Vicarium) videtur iudicio subiectus, & ideo eius solius reservandus tribunali.

In contrarium clamat ratio, & turba multorum, quod in casu notorii & incorrigibilis criminis, & publicè scandalizantis Ecclesiam, etiam Papa iudicio universalis Ecclesie efficiatur obnoxius, salioqui Christus non satis prospexisset Ecclesie in similibus periculis.

Hanc controversiam voluerunt absolvere, qui in Constantiensi, & Basiliensi multitudine congregati sunt Patres, intrepidè desinentes, Ecclesie & universalis Concilii iudicio Papam in similibus casibus obnoxium, & ab eodem posse deponi, & in ordinem redigi. Puraverunt illi Patres autoritate generalis Concilii regulandam omnem autoritatem Ecclesiasticam, etiam Papalem, ut in suis decretis videbis in compendio. Sed horum sententia quam falsa sit, puto me satis bene demonstrasse, & adhuc demonstrabo. Quos secuti sunt, & nunc sequuntur multi, potissimum eorum, qui dicuntur esse ex professione Juris Canonici, aut Civilis.

Alterum est in controversia omnium, quod quamvis prima auctoritas in Ecclesia sit Petri, & Successorum eius ex iure divino, cum subiecta debet esse universalis Ecclesia cum membris suis, an ab hoc Canone generale possit excipi casus aliquis, ut si Papa sit hæreticus, quem casum omnes excipiunt. Vel si Papa suo exemplo scandalizet Ecclesiam, essetque adeo incorrigibilis, ut tenderet in evitentem Ecclesie perniciem, an tunc eorum auctoritati subesse cogeretur?

Quantà varietate tractetur questio, puto neminem fugere, tantum si sit mediocri Theologus. Canonistarum una est & communis sententia, in casu hæresis Papam subesse humano iudicio, fundamentum sumentes ex c. Si Papa 40. D. in quo dicitur: *Cunctos indicatorum est, ipse à nemine indicandus, nisi deprehendatur à*

fide dei. &c. Canonistis sufficiens argumentum est, quod Gratianus in suum volumen decretorum illud infecerit undecunque sit desumptum.

Theologorum maxima pars amplectitur hanc sententiam, sed putant levius esse fundamentum istud, quo nituntur Canonistæ ad tantam assertionem: idè aliud aliud ex iure divino petendum iure optimo existimant. Quoniam si ex iure divino Petro & Successoribus illius datam supremam jurisdictionis auctoritatem supra universam Christi Ecclesiam demonstratum est: ergo si aliquo casu, vice versa, Successor Petri sit universali Concilio subiectus, juris divini dispositione id fieri oportet: quoniam contra dispositionem juris divini nihil potest humana exemptio: sed nulla est dispositio juris divini circa hoc, ergo in nullo casu iudicandus est ab Ecclesia Papa. Quis ergo suo sensu cetera juris divini auctoritatem potest excipere casum aliquem, etiam si alioqui videatur maxime rationi consentire?

Cardinalis Cajetanus in opusculo speciali hanc sententiam assertens, sed insufficientiam fundamenti videns: & inefficaciam rationum considerans, solum casum hæresis dicit exceptum, in quo Papa iudicari debet, & deponi, si oportuerit ab Ecclesia, seu Concilio, ut ex iudice in eo casu fiat reus, & ex superiori fiat inferior. Quare necesse est aliam rationem, pro qua præmittit supponendum unum, scilicet, quod ad esse Papam exiguntur quedam conditiones necessariæ simpliciter, sine quibus nullà ratione potest aliquis esse Papa, ut sunt istæ. Quod sit Christianus. Deinde quod sit voluntarius & consentiens.

Aliæ sunt non simpliciter necessariæ, sed congruentes, & debent esse: ut illæ, quas requisivit Dominus à Petro. Prima, excellens & singularis quedam dilectio. Secunda, divinæ legis scientia. Si desint illæ, erit malus Papa, sed erit Papa. At si

si priores desint, jam non erit Papa. Hinc colligit: Sed si sit hæreticus deest prima, simpliciter necessaria conditio de requisitis ad esse Papam, ergo hoc solo casu hæresis potest deponi Papa. Hæc Cardinalis post alia multa in opusculo.

Examinan-
tur rationes
Cardinalis
Cajetani.

Sed utinam sit tam vera & efficax ratio ista, quam est arguta, & authoris ingenio digna. Quoniam si quis dicat secundam conditionem, scilicet, ut sit consentiens, esse quidem necessariam ut fiat Papa, non tamen simpliciter necessariam, hoc est: postquam factus est Papa, non capio, quomodo probaret quod assumit. Quoniam ut fiat Papa, necesse est, ut sit voluntarius: sed postquam factus est Papa nunc probaret esse necessariam conditionem, ut permaneat Papa; quia si consentiat, si ve poñteat, æquè manet Papa: sicut in Baptismi & aliorum Sacramentorum susceptione *in fieri* necessarius est consensus, sed *in facto* esse non est necessarius, ut in contractu Matrimonii facillè videtur: ut Petrus sit maritus Mariæ, necessarius est consensus: sed postquam factus est semel maritus, si ve consentiat, si ve poñteat, manet maritus.

Altera conditio est simpliciter necessaria *in fieri*, & *in facto* esse, ita si per impossibile desineret esse Christianus, simul desineret esse Papa, sed Christianum esse, pendet à caractere Baptismi indelebili, cui non contrariatur hæresis, sed magis supponitur ad illam (nemo enim est hæreticus nisi sit Christianus:) non ergo per hæresim deponitur Papa, quando manet, utcumque Christianus per characterem. Sic harum duarum conditionum utraque est necessaria, ut aliquis per electionem fiat Papa, sed jam factus Papa, ut idem permaneat, altera est necessaria, altera vero minime.

Deinde hæc ratio non solum demonstrat, Papam posse deponi in casu hæresis, sed coartatio cum est hæreticus, jam non esse Papam; quia jam desinunt adesse conditiones necessariz ad esse Pa-

pam, quibus absentibus non magis potest esse Papa, quam homo potest manere homo absente anima: & tamen juxta Cardinalis Cajetani sententiam, si Papa incidat in hæresim est, & manet verè Papa donec deponatur; & per consequens, juxta illum, simul se comparantur in eodem hæresis & Papalis auctoritas. Sic eluditur Cardinalis ratio à Alberto Campensi in sua hierarchia, sed infra stabilietus prædictum fundamentum.

Habemus in hac questione magis auctoritatis adversarios, Patres illos Concilii Constantiensis, & Basiliensis, & tot illorum Conciliorum defensores & assertores. Quocirca non ex rationibus humanis, quæ in hac parte sunt parum efficaces, sed ex ipsa traditione Patrum, & sacrorum Conciliorum investigemus veritatem.

Casum prædictum hæresis omnes tam Theologi, quam Canonistæ merito putant esse exceptum, ut non obstante jurisdictione prædictis supra Ecclesie membra, occurrente tamen eo casu, Ecclesie & universalibus Conciliis competat jurisdictionis auctoritas in suum Præsidentem cui alioqui subjiçatur. Tantum ambigitur & inquiritur, an præter hunc casum hæresis sit alius casus ob quem caput totius Ecclesie humano judicio sic obnoxius? Ad quam questionem respondetur cum magna caterva Theologorum, quod non est alius casus, in quo in Episcopum Romanum competat alicui aliqua jurisdictionis auctoritas.

Pro demonstratione hujus statuiamus illud: Petrum à Christo constitutum universalem Ecclesie pastorem, & præsidem cum suprema jurisdictionis auctoritate, & indefectibilis fidei singulari privilegio, & Petro ut in officio, ita etiam in omnibus aliis, quæ ad officium illud pertinent, & sunt necessaria successisse, & succedere Romanos Pontifices, & per consequens sicut Petro, ita aliis Romanis Pontificibus subesse

QUARTA CONTROVERSA.

subesse universalem Ecclesiam, ut potest esse ab illis est pascenda, & gubernanda, & non vice versa. Ipsa autem rerum natura & ordinem patitur, ut subditur, & inferior in suum perpositum; jurisdictionis autoritatem exerceat; ergo si aliquo casu hoc licet Ecclesiam in Petrum, aut aliquem Successorem illius, ut si criminofus sit, aut vitia sua scandalizans Ecclesiam, necesse est eo casu exemptam fuisse Ecclesiam à Christo à lege subjectionis, quæ ab alio excipi non potuit; sed nullus casus potest demonstrari exceptus à Christo, ut subditus exerceat judicium potestatem supra Prælatum suum, sed contra districtè præceptum est, ut universi Christi fideles suis prælatis obediant, etiam discipulis, ut dicit Petrus; & Dominus in Evangelio: *Super eos ibidem Moysi sederunt &c. que dixeritis vobis facite &c.*

23.

Vides, quòd propter operam, vitamque perditam Prælatorum, nobis non licet debitam illis obedientiam denegare; sed, omnia, inquit, que dixerint vobis servate & facite &c. Qui verò Ecclesie nomine in Conciliis arrogat sibi judicium auctoritatem in universalis Ecclesie Principum & Pastorem, nescio cujus personam assumat, nisi Cham, qui visis & non cooperitis verendis patris sui, maledictionem meruit accipere: quantum magis morebuntur tales accipere, qui non solum vident, sed etiam scrutantur? Universalis Concilia, quo titulo possint præsumere judicium auctoritatem in suam caput? & Vicarium Christi, non satis intelligo.

Primum, suo nomine non possunt quoniam in Scripturis nullum est verbum, quod propriè de eis, aut de eorum auctoritate loquatur.

Secundò, nec nomine universalis Ecclesie, à qua nullam commissionem proficere poterunt.

Tertiò, ostendimus, omnem Conciliorum auctoritatem dependere ab auctoritate Sedis Apostolicæ, & Romani Pontificis, quæ si desit, aut resistat, non jam Concilia, sed conspirationes, & illi-

eitos conventus, & nullius omnino momenti esse ex prædictis perspicuum est.

Multis exemplis antiquorum Conciliorum poteramus istud confirmare, sed insignis factum Concilii Sinvesani 180. Episcoporum in Campania congregati, ob causam Marcellini Pontificis nolo sub silentio præterire. Marcellinus in severissima illa, motà per Diocletianum persecutione, ad impia pertractus sacrificia, metu suppliciorum thura coniecit in execrandas aras. Propter gravissimum ex eo opere natum in Ecclesia Dei scandalum, sanctorum Patrum Sinvesæ Campaniæ urbe convenit Concilium: ad quod ipse Marcellinus, non Pontificali, sed penitenti habitu & amictu, sacco, cilicioque indutus ingreditur, Synodali se subiciens judicio; culpam suam; nec negans, nec excusans; sed palam aperiens. Verum in tanto Concilio, qui illum judicare præsumeret; etiam confidentem idololatriæ & negatè nominis Christiani crimen, nemo inventus est. Sed dicebant uno ore omnes: *Quoniam primò sedes non iudicabitur à quoquam. Noli ergo audiri in iudicio nostro, sed collige vasum tuum: in fine tuo, tuo ore castus tuam iudica, non nostro iudicio.* Tandem cum à sancto Concilio aliud impetrare non posset; hanc in se ipsum statuit, & exocutus est sententiam, ut qui negationis inconstantia, Christi scandalizaret Ecclesiam, eandem confessionis suæ constantia ad faceret. Quare Romam reversus, & fiducialiter agens, etiam Diocletianum ipsum magna libertate corripuit, cujus iussa, cum tandem duceretur ad martirium, Marcellum presbyterum suum, & in Episcopatu successorem admonuit, ne corpus suum sepulture Ecclesiasticæ traderet, quia se ob negatum Christum reputabat indignum.

Simile quiddam factum est cum Sixto prædecesore illius beatissimi Leonis in frequentissimo Concilio Romæ congregato (procurante Valentiniano Imperatore) cum gravia crimina obijcerentur

Synodus non vult iudicare Marcellinum per idololatriam.

Synodi Sacerdotes non audent iudicare Pontifices Romanos.

ab æmulis suis. Vide in compendio. Nec secus factum est in causa Symmachi Papæ in Concilio congregato procuratione Theodorici Regis, ut de his, quæ obijciantur ab adversariis, Synodali ter judicaretur. At congregati in Concilio Episcopi una voce dixerunt: *Symmachus Papa Sedis Apostolica Præsul ab eiusmodi oppositionibus, quibus est impeditus, quantum ad homines respicit, sit immunis, & liber cuius causam totam Dei iudicio reservamus, quia inconfesso est, non licere homini adversus Romanum Pontificem dicere sententiam &c.* Hæc in Synodali definitione ejusdem Concilii, cui sententiæ subscribunt universi Episcopi præsentates.

Acceder huc, quod factum est cum Leone, ejus nominis tertio, à Concilio Romæ congregato in præsentia Caroli Magni. Idem omnino, quod cum præmissis Pontificibus fecerunt notata Concilia.

Habes etiam de hoc in octava Synodo generali in can. ar. Ubi definitur à Patribus, quantà reverentiâ agendum sit, si qua contra summum Pontificem Romanum controversia oritur. In eadem etiam Synodo actione septima dicunt Patres, propter solam causam hæresis licere inferioribus contra majores agere.

Si rationibus humanis velis hanc partem juvare, non minus apparebit fixa, Primo die, mihi, **LECTOR**, si nulla ratione possunt cogi Concilia nisi per Pontificem, nec habent robur aliquod nisi ab illo, qui fieri potest, ut ipsi judicetur per illa? Item cum plerique eorum, qui adversam partem opinantur, dicant (Concilia sola humana autoritate introducta) quomodo dicunt per illa judicandum Pontificem divinitus institutum? Item, Ecclesia est respublica optimè instituta: si hanc auctoritatem haberent oves in suum pastorem, esset ipsissima Babylon, ut consideranti erit perspicuum. Item, sua jura clamant, quod facta Papæ tantum à Deo judicantur, & quod prima Sedes non judicatur à quoquam; & in

Proverbio est apud illos: *Erubescimus sine lege loqui, cur hoc loco tantopere gaudemus sine lege loqui?* Imò contra leges divinas, & antiquas Patrum sanctiones, ut ostendimus, tantum propter unam, aut alteram Glossam, quæ dixit, quod Papa in casu criminis incorrigibilis, & scandalizantis Ecclesiam potest deponi, voluerunt indurcere in Ecclesiam novum hoc dogma? Quod verum sit, an falsum, utile, an inutile, Deus viderit: hoc tamen certum scimus, quod hæc causâ post congregationem Basilienseni nulla sunt celebrata Concilia, & timco nulla, aut rata legitima celebranda, nisi Christus secus prospexerit Ecclesie suæ.

Hoc unum puto me tibi ostendisse, **LECTOR CHRISTIANE**, ejusmodi voces, Papam, si fuerit ab usus suâ auctoritate, judicandum à Concilio, & in crimine scandalizante Ecclesiam corrigendum ab illa, & similes, quibus passim nunc utuntur multi, esse novas voces, inauditas & iguoratas à veteri Ecclesia, incognitas à Patribus. Quod ergo nunc parere possint præsentis Ecclesie disputatores, quod olim ignorarint Patres in antiqua Ecclesia, tibi permitto iudicium: mihi sat est ad hujusmodi vocum novitates cavendas, nuperas voces esse, & post Constantiensem, & Basiliensem congregationem natas. Hoc ipsum facio in omnibus, quæ infelicia seculi præsentia pepererunt, vel pariunt, si contingat in aliquo ab antiquis dissidere, qualia sunt multa, quæ & si dolens, prudens tamen prætereo, ne novam camerinam.

Ex omnibus prædictis colligitur, nullum esse criminis casum, in quo Ecclesie universalis pastor judicari, aut deponi possit ab ullo Episcoporum Concilio. Casum tamen hæresis omnes excipiunt. Multi tantum argumentum sumentes ex cap. si Papa 40. D. Canonice nihil aliud respiciunt, quam si in uno aliquo capitulo juris (ut illi aiunt) aliquo modo indicetur. Theologi, qui ad rationem & divinas

Scripturâs

Scripturas magis arctodunt, intelligentes difficultatem, quam hæc assertio implicat, aliquid sublimius auctoritate Bonifacii martyris citati à Gratiano investigare.

Quod autem Papa hæreticus esse possit, nemo est qui ambigat, perinde quasi sæpè fuerit: ideo multi putant ejusmodi Papam hæreticum, non ab Ecclesia, aut Concilio judicandum, aut deponendum, sed ipso jure divino privatum auctoritati Papali ob hæresim. Quoniam hæc pugnant inter se ut sit Papa & hæreticus, & cum nulla humanâ auctoritate judicari possit, consequens est, ea ipsa, quod cadunt in hæresim, jure divino privatos auctoritate Papali. Habent alias rationes quas recenset Cardinalis Cajetanus in suo opusculo cap. 17.

Aliis durior videtur ista sententia; volunt, eò ipso quod labatur in hæresim, privatum jure divino auctoritate Papali, sed opus esse; ut privetur per sententiam Ecclesie, aut Concilii. Hanc Cardinalis Cajetan. contendit probare in tract. suo cap. 19. & 20. multis rationibus, omnium potissima est hæc.

Episcopus, hæreticus corde tantum, non continuò privatur jurisdictionis auctoritate, ergo nec Papa; cum non debeat esse deterioris conditionis quam inferiores Episcopi. Hæc ratione colligit, Papam hæreticum non ipso facto depositum, sed deponendum.

Secundò addit, quod Papa manens Papa in nullo casu superiorem judicem in terris habeat. Intelligens autem, quod ista non possint coherere, quod Papa hæreticus sit deponendus, & quod nullum habeat in terris judicem, manens Papa. Commisiscitur ministerialem quandam auctoritatem in Ecclesia, & Concilio generali, cui Papam subesse dicit quoad solam depositionem; & in solo casu hæresis incorrigibilis. Ministerialem autem hæc potestatem esse vult non super ipsam auctoritatem Papalem,

sed super applicationem; aut unionem ejus ad hoc suppositum Petri, aut Clementis (qualem auctoritatem habet nunc Ecclesia in electione Episcoporum & ipsius Papæ) non quidem super auctoritatem Episcopalem, aut Papalem, quæ à solo Deo est, sed est ministerialis quædam potestas ad illam prævia, sicut Papa constituitur Papa à conventu Cardinalium ministeriali quâdam auctoritate, quam potestatem electivam possis dicere; ita destituitur ab Ecclesia, simili ministeriali auctoritate.

Sed hæc ratio quam multis partibus claudico, quanta sumat ambigua nemo non videt. Primum jam illud, quod Episcopus hæreticus mentalis non privatur auctoritate aliqua, nec punitur aliqua pena Ecclesiastica, ægrè recipiunt Canonistæ cum 24. q. 1. cap. *Dicitur*, scribatur absolvent, omnes hæreticos & schismaticos nihil habere potestatis & jurisdictionis.

Secundò, quod additur, secundum actum interiorem nullum hominem subesse humanæ auctoritati, de hoc sciinus antiquam esse Scholasticorum controversiam, & adhuc forsitan lis sub judice est. Adrianus Papa VI. non æquanimiter fert eam sententiam.

Tertid, conveniebat maximè, ut probiretur, quod illa eadem potestas ministerialis (quam commisiscitur Cardinalis) suo jam defuncta officio, & postquam suo ministerio à Deo alicui collata est illa Papalis auctoritas, rursus possit auferre eandem, aut aliquam efficaciam habeat ad ejus ablationem à suo subjecto, quod in similibus minimè invenimus. Est enim in ministrantibus Sacramenta ministerialis quædam potestas super Sacramentorum ipsorum proprios effectus: sed postquam horum ministerio effectus illi supernaturales à Deo inducti sunt, jam non sunt amplius in eorum potestate, nec possunt auferri à subjecto, sicut potuerunt ab initio introduci. In vinculo matrimonii est

44. QUARTA CONTROVERSIÆ.

legis perspicuum, pender enim in initio à viri & mulieris consensu; quorum tamen quamvis mutuo consensu dissolvi minimè potest. Quod si demus ad eandem illam ministerialem potestatem pertinere electionem Papæ, & applicationem hujus Papalis autoritatis ad hæc personam: ita & depositionem, & separationem ejus ab eodem. Certum est ad universalem Ecclesiam non pertinere electivam potestatem Romani Pontificis, nec unquam ab assumpto Christo ad hunc usque diem pertinuisse (nisi forsan in uno casu) sed ad solum clerum Romanum, & populum. Populus exclusus est propter illius & insolentiam, & dissidia, relictus est solus delectus clerus (quos Cardinales nunc appellamus), quare penes eosdem deberet esse potestas illa depositiva Papæ hæretici, & non penes universalem Ecclesiam, quod nemo tamen dicit.

Deinde, quomodo hæc cohzreant posse Ecclesiam, aut Concilium deponere Papam hæreticum, & in nullo casu habere autoritatem super ipsum, non satis intelligo. Quoniam si deponendus est, necesse est, ut in illum proferatur à Concilio depositio sententia, & per consequens quod Papa, rei, & Concilium iudicis induat personam. Deinde depositio ordine judiciario necesse est fiat; sed ordo judiciarius observari minimè potest sine aliqua coactiva potestate super Papam deponendum, ut citetur ad iudicium, examinetur judicialiter, cogatur ad interrogata respondere, tandem convincatur de crimine hæreticos &c. Dicere, Concilium habere vim coactivam non supra Paulum aut Julium, sed supra unionem Papalis autoritatis, & hoc in casu dumtaxat hæretis, nescio, si tam simpliciter & verè dicatur, quam acutè. Cum citatur Paulus & examinatur, & cogitur respondere, hæc super Paulum, aut super unionem autoritatis Papalis ad Paulum exercerentur? Nonne super Paulum? Certè talia videntur magis sophisticè, quam Theologicè dicta.

Vides, *CHRISTIANE LECTOR*, quam multis perplexitatibus involvatur hæc assertio?

Ideo alii secus explicant hunc nodum. Putant, falsum esse fundamentum illud, quod supponitur tanquam verum, puta, quod Papa possit esse hæreticus, quod nec fuit unquam, nec erit, nec potest esse, secundum legem à Christo ordinatam, quia exauditus est pro sua reverentia. Christus, rogans Patrem, ne deficeret fides Petri propter necessitatem totius Ecclesie, ex qua ad illius autoritatem, & definitionem referenda est omnis fidei questio. Quod enim ab initio non fuerit ab ipso Petro usque ad præsentem Pontificem Romanus Episcopus hæreticus, sed quæque infamant hujus criminis, fuisse revera, orthodoxos, & catholicos, putant rei evidentiæ posse demonstrari. Hunc modum secutus est & Albertus Campanus in sua hierarchia, vir verè Catholicus & doctus. Quare juxta prædictum modum puro hoc subjiciendum Paradoxum.

Ecclesiastica hierarchia Princeps, *Opinio Alberti Campani.*
Episcopus Romanus, nullo criminis casu suorum subditorum iudicio potest fieri obnoxius. Nam hæretis casus ne locum aliquem in eo haberi possit, Christus misericorditer suæ providit Ecclesie; ob alia autem crimina ferendos, non ferendos, esse à suis subditis Prælatos, certum est. Probatum paradoxum: quoniam oratio Christi ad Patrem, ne deficeret fides Petri, ad Successores illius necessarii debet pertinere; quoniam non tantum pusilli illius gregis curam gessit, sed multò magis, universæ Ecclesie per orbem terrarum propagandæ necessitati prospexit; ergo privilegium indefectibilis fidei, impetratum à Christo, est in Romana Ecclesia, & in Romano Pontifice, sicut fuit olim in Petro. Confirmatur ipsa evidentiæ, quoniam unica cathedra Petri conservata privilegio divinæ protectionis, nulla unquam hæreticæ pravitatis contagione infecta fuit, sed fidem, quam

quam à Principibus Apostolorum Petro & Paulo accepit, illibatam semper conservavit.

Secundò, si omnis fidei questio, & omnis controversia suborta in Ecclesia ad Romanum Pontificem referenda; & ejus judicio terminanda est, quam & universi necessariò sequi debemus fideles, quomodò Christus providisset Ecclesie suae, si nullo singulari privilegio donatum reliquisset Vicarium suum, quem solum voluit esse omnibus fidelibus orthodoxae fidei regulam, & magistrum? Si ille ut unus nostrum errare permitteretur in fide, quomodò omnis fidei questio ad eum referenda est? Aut quomodò ejus judicium, & sententiam nos sequi oportet, qui nihil plus habet quam nos? Aut quomodo potest confirmare ceteros fratres, si ipse labi potest, ut illi labantur.

Math. 16.

Tertio, ex verbis illis Christi ad Petrum, *Super haec petrum edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebunt adversus eam*, non incongruenter probatur. In quibus verbis primo Petrum caput Ecclesiae constituens, Petri cognomen indidit. Secundò, subjecit *& porta inferi non prevalebunt adversus eam*, hoc est, haeresis aut infidelitas, non prevalebunt adversus illam, ubi necesse est; quod petram aut Ecclesiam intelligamus. Ex utroque autem colligitur, illam petram supra quam fundatur Ecclesia esse firmam & indefectibilem: quoniam, si illa firma non est, quomodò subsistet Ecclesia, quae illi fundamento innititur. Confirmatur: Si contingat, Papa schismaticus, aut haereticus; quomodò potest esse Papa, quoniam eo ipso divisus est, nec communicare ei, sed evitare debemus: Confirmatur secundò, quoniam plurimorum Doctorum sententia; haereticus non habet auctoritatem Ecclesiasticam.

Quandò, Nonnihil juvat & illud, quod volens Dominus pronuntiare, Petrum caput in sua Ecclesia, exegit fidem ab illo dicens (*vos autem quem me esse dicitis?*)

Responder Petrus: *Tu es Christus filius Dei vivi*. Istud est quod necessariò supponitur, ut super hominem constituatur Ecclesia Dei. Math. 16.

Unum est, quod contra hoc apparenter potest objici, quod habuerit Ecclesia aliquos Romanos Pontifices haereticos, v. g. Marcellinum, Liberium, Pelicem II. Anastasium II. Joannem XXII. Honorium, quibus annumerant aliqui Benedictum XI.

De Marcellino jam diximus, quam falsò notà haereticos inuratur à quibusdam. Scandalizavit quidem Ecclesiam, sed illam post ad cor reversus, edificavit glorioso consummatus martyrio. Liberio etiam falsò impingunt haereticos crimen, cujus extant pro fide multa certamina, extant persecutiones, & exilia ob defensionem rectae fidei. Probabunt forsàn, illum victum exilio tradidit, & sic haereticorum se communionem polluisse, sicut probabunt, Marcellinum victum metu tormentorum; sed haereticum fuisse, nunquam probabitur, istud non est esse haereticum. Haereticus separatur se ab Ecclesia, quam non vult audire, quoniam rectius se sentire & credere praesumit, quam Ecclesia, ideo haeresis Graecè, Latine, electio appellatur, electio scilicet alicujus novitatis, aut singularis opinionis à communi Ecclesiae sententia. Electio autem certam scientiam importat, qui autem hoc facit, non audit admonentem Ecclesiam, de quo tunc certi erimus, si post unam, aut alteram correctionem Ecclesiae, in sua persistat sententia, tunc certò est haereticus. Potest esse ut quis erret in fide, & non sit haereticus, ut de se dicit August. errare quidem poterò, at haereticus esse non poterò. Si ignorans se errare à fide Ecclesiae cum admonetur ab illa, & sit certior, communem Ecclesiae sequitur sententiam abjecto singulari, & proprio sensu, is errat, sed non est haereticus. De Liberio sic scribitur hist. Eccles. lib. 10. cap. 27. Liberius urbis Romae Episcopus,

Constantio Atriano vivente, ab exilio regressus est. Sed hoc, utrum acquieverit voluntati suæ ad subscribendum: an ad populi Romani gratiam à quo proficiscens fuerat exoratus; indulsit, pro certo competum non habeo. Sed in hist. tripart. lib. 5. cap. 18. scribitur, quod propter ptoeces & clamores mulierum Romanarum, & populi revocavit illum ab exilio Constantius Imperator.

De Felice II. falsi sunt aliqui, ut puto in nomine Felicis cujusdam intrusi à Constantio hæretico Imperatore pro Liberio, cum Liberius exularet pro fide Catholica. Sed hic non est enumerandus in catalogo Romanorum Pontificum. De quo tamen scribit Theodoretus in hist. tripart. lib. 5. cap. 18. Felix I. sub Probo Imperatore martyrium consummavit. Felix II. sub Zenone præfuit Ecclesiæ Christi circa annum Domini 486. in qua sententia est Archiepiscopus Florentinus.

Anastasium II. infamavit Gratianus decretorum compilator. D. 19. cap. *Anastasis*, & l. q. 1. cap. *Dicitur est*, recensens inter hæreticos, & damnatos Pontifices, quia communicavit Photino Diacono hæretico. Sed puto, hæc desumpta ex historia quadam Romanorum Pontificum, quæ exigua, aut nullam habet fidem apud peritos. Deinde si daremus istud verum esse, quomodo probatur Photinæ hæreticus, quia communicavit cum Photino, quasi non sit in potestate Papæ restituere ad Ecclesiasticam communionem eos, quos eadem propter communionem cum excommunicatis privaverat? Certe ex epistola decretali ejusdem ad Anastasium Imperatorem liquet illum fuisse Catholicum, cui magis puto credendum, quam auctori illi, à quo accepit Gratianus, quæ de isto recenset. Habetur epistola in volumine Conciliorum, in qua nihil est non Catholicum, & piæ.

Arguitur etiam non esse verum quod de isto dicitur, quoniam & Doctores Ca-

nonistæ in cap. *Secundum D.* 19. vassant in sententiis de ea re, ut licet ibi in Gloss. videre.

De Benedicto II. nihil invenio, quod vel minima possit hæreses nota inuri. Novem mensibus sanctè & piè administravit Pontificatum, assumptus in Cardinalem ex generali magistro institutus B. Dominici. Deinde electus in Romanum Pontificem.

De Joanne XXII. variant sententiæ historicorum. Nescio quibus debeamus credere. Sed ego nolo adduci, ut credam tam immane crimen de quopiam, nisi aperte Ecclesiæ judicio de eodem notatus fuerit, quod non est ab Ecclesiâ notatus Joannes XXII.

De Honorio Papa, qui in sexta Synodo inter hæreticos recensetur, magis miror, quoniam ex Scriptoribus Tertissimæ fidei illorum temporum nullus est, qui non dicat Honorium fuisse primarum damnatorum ejus hæresis de qua in ea Synodo tractabatur.

Simile quiddam factum est in quinta Synodo, & de hoc queritur beatissimus Leo, idem accidisse in epistolis suis. Erant enim ad hoc multum proclives Græci, ut de eis testatur quinta Synodus generalis Constantinopoli celebrata. Huc accedit epistola Agathonis, quam dicta Synodus ut dictatam à Spiritu sancto amplexata est, & secuta in omnibus est, veint orthodoxæ fidei regulam, quæ prædictum Honorium ab omni hæreses nona proflus vindicavit. Qui postquam diligenter enumeravit Auctores præfate hæresis de unitate voluntatis, & operationis in Christo, nullam proflus mentionem fecit Honorii, sed magis subiecit damnatos illos ab Apostolica & Romana Ecclesiâ, quæ Chr. gratia & præsidio ab omni errore illibata semper permanet. Ubi astringit & docet, ex Cathedra Petri nullam unquam prodisse hæresim; sed potius Evangelicæ & Apostolicæ fidei rectitudinem in eadem fuisse conserva-

tam.

tam. Quod quâ fronte dixisset, si Honorius ex eadem cathedra mansisset, qui eandem, quam impugnabat hæresim, publicè docuisset & probasset, non sit verimile. Hæc juxta Campensem, & alios.

in la
ois.

Hæc solutio non involvitur tantis perplexitatibus atque aliæ præcedentes, sed usquam tam vera esset, quam est facilis & pia. Non ausim affirmare, nec est verò simile, nullum Episcopum aliquem Romanum fide errasse. Ad bonum universalis Ecclesiæ, cui præfectus est, satis est personam publicam in rebus publicis, & ad religionem pertinentibus non errare, ut supra semel explicuimus. Ideo potest & aliter dici: quod in casu hæresis (si contingat) potest simpliciter processu judiciario Papa ab Ecclesia deponi, quod potest in hoc solo casu Respublica Christiana, & hoc jure naturalis defensionis. Sic dicendo, vitabis innumeras perplexitates, à quibusvis te poteris explicare, si aliter respondes, quamvis & hæc sententia suas patiatur calumnias, sed in hoc loco non est exigenda mathematica cognitio, in quo humanis agitur conjecturis. In se tam perplexa volui plura proferas, ut expectans universis lector eligat ceteriora.

Si autem roges quo fundamento excipiamus casum hæresis: Mihi placet fundamentum indicatum à Cajetano, quod esse Christianum est conditio simpliciter necessaria, ut aliquis sit caput alicujus Ecclesiæ. Hæreticus autem præcisus est ab Ecclesia, & alienus a religione in qua designatus erat caput, ideo merito declaratus talis deponitur, sicut si inventus esset Paganus, Judæus, aut non baptizatus.

Contra assertas veritates opponunt multipliciter Recensiones. Primò rationibus humanis, à quibus consulto abstinui in hac disputatione, quoniam in ista materia & similibus est infirmissimus modus arguendi ex humana ratione, cum ista robur habeant, tantum ex institutione divina, & traditione Scripturarum. Secundo,

quoniam in promptu sunt eorum opuscula, quæ qui volent liberè potest legere, sed proponam ex illis duas, ut ex eis divines & cæteras.

Prima, Jus naturæ docet ut respublica se defendat, ergo hoc maxime licebit quando suus Princeps desumit furiosè gladium in perditionem Reipublicæ ergo licebit eximere ab illo gladium; is autem est autoritas spiritualis illi commissa; ergo licebit illum eâ privare &c. Confirmatur, quoniam Aristot. astruit in 5. Polit. istud esse liberæ communitatis, ut Principem suum convertentem se ad tyrannidem, possit corripere, atque amovere ubi desperata esset correctio; sed Respub. Christiana est maxime libera, ergo si suus Princeps &c.

Ad hoc respondeatur; licere quidem Ecclesiæ se defendere, sed cum modestia, & salvâ debitâ obedientiâ & reverentiâ suis Pontificibus, vitato omni scandalo: liberè, sed modestè admonendo, & id per personas tales, quarum sit gravis autoritas: verum judicariam & superiorem autoritatem nobis usurpare nequaquam licet; nec hoc ullum jus naturæ docuit, sed maxime prohibuit.

Quod assumitur in confirmatione, fortasse est verum in communitate, quæ nulli alteri subjecta est, sed ex communi consensu, & electione proprium habet Principem, cujus autoritas ab ipsa communitate desumpta est, secus ubi communitas alteri subjecta est, sicut Ecclesia, quæ Christo subjecta est, à quo accepit eum Præsidentem quem habet, cujus solius judicio subjectus, reservatusque est. Ille nobis adeundus est, ille interpellandus, ut delinquentem Vicarium corrigat, aut magistratu amoveat, qui verè facit vindictam servorum suorum ad se clamantium, & sedabit tempestates, quibus navicula hæc Perri laborare solet in hoc seculo. Non enim dormitabit, nec dormiet, qui custodit Israel.

Secunda ratio. Cum Papa de scandaloso crimine infamatus est, tenetur ad sui purgationem Canonicam, quoniam necessaria est illi, & conscientie, & fame integritas, sed purgationi subjectus, si debet, est iudicandus, ergo Papa potest esse reus. Sic Damasus se purgavit, & Symmachus, & Leo III. Sixtus III. & alii quam plures.

Ista ratio levis est. Verum est, Papam infamatum teneri ad sui purgationem debito charitatis, & eo purgationis genere, quæ ultro sumitur ad removendum scandalum Ecclesie, non quæ à superiori iudice, quoniam nullum habet in terris.

Si contra hoc objicias, quia leguntur multi Romani Pontifices propter vicam perditam, & scandalosam iudicati, & depositi, ut dicitur de Felice II. Joan. XII. Benedicto V. & Christophoro. Istud facile dilui poterat sic distinguendo assumptum. Depositos Romanos Pontifices de facto, fatemur, de jure negamus, de quo hic tractatur. Quanquam nec assumptum est certum, indubitatam Romanum Pontificem de facto esse depositum; nam Felix ille non fuit Pontifex, sed substitutus à Constantio impio & hæretico Imperatore, & vivente Liberio, vero & indubitato Pontifice. Sic nec Christophorus enumeratus fuit Papa. Joannes XII. deseruit ille cathedram Petri, non fuit depositus, quo deserente, Romanus electus cum populo elegerunt Leonem, sed parum post poenitentia ducti, quod vivente Joanne (quamvis scelerato) elegerunt contra jus omne alium Episcopum, eiecerunt Leonem, & aggressi sunt reducere Joannem, quod minime tamen impetraverunt: quod mortuo elegerunt Benedictum V. Sed Leo ejectus, ad Imperatorem confugit, qui eum exasperatus, Romam repetiit, & Romanos dumtaxat arctissimaque obsidione pressos, ad deditionem cogit, & ab eisdem Benedicto in Germaniam (quem in ipsa obsidione, Romani in sede beati

Petri consecratum de more collocaverunt) Leonem vi & armis intrusit in cathedram beati Petri, quam non diu vindice Deo occupare permissus est.

Ad eam rationem (quæ cum dubio proponebatur de casu criminis scandalizantis Ecclesiam, quia alioqui videretur minus prospectum Ecclesie Christianæ, si non posset deponi &c.) Respondetur.

Primo: Sunt alia media, quibus occurramus malo Ecclesie quam passim proponitur ab Ecclesiasticis scriptoribus. Secundo: Cum dicimus, Episcopum Romanum Vicarium Christi, cave intelligas absse Christum, nisi tantum juxta corporis presentiam. Christus enim presens est Ecclesie suæ, qui dixit, *rohisum sum usque ad consummationem seculi*. Et iterum, *Non relinquam vos orphanos, vado & venio ad vos &c.* Quare non tantum quando corpore versabatur in terris, sed & nunc ipse est proprium Ecclesie caput, ut Paulus docet Ephesios, *Et ipsum habet caput super omnia ipsi Ecclesia, quæ est corpus ipsum &c.* Et iterum, *Vos estis proprii viri subditi suis, veluti Domino, quoniam ipse est caput universi, sicut Christus caput Ecclesie &c.* quia caput totum corpus absolvit & perficit, sic spiritu Christi perpetuo regitur, vegetatur, & animatur Ecclesia. Is ergo occurreret impiis pastori- bus, cum contingat, propter peccata nostra tales regnare.

Cæterum in scripturis per tropum, capita vocantur præsides, Reges populique proceres, ut cum Saule loquens Samuel dixit: *Nonne cum parvulus esses in oculis tuis, caput factus es in tribus Israel?* Hoc dixerim propter Lutheranos inculcantes nos, quod cum Christo capite fingamus nos aliud secundum caput in Ecclesia. Tertio, ratio illa nihil te movere debet, quoniam longè majora mala nascerentur, si passim per alios terminibus (propter hæresim) posset iudicari primus Pastor à suis ovibus.

Eph.

Eph.

QUARTA CONTROVERSIA:

49

Postremò volo te commone-
re, ut caveas ab ea interpretatione,
quam commenti sunt patres congrega-
tionis Basiliensis, quod Papa est caput
supra particulares Ecclesias, non autem
supra universalem, cujus solus Christus
est caput. Hoc est primò contra Scri-
pturam Matth. 16. *Super hanc petram
edificabo Ecclesiam meam*, haud dubi-
m quin loquatur de universali. Secundo
est contra sententiam Patrum, expressè
docentium, Petrum esse Præsidem in

universali Ecclesia. Item contra Syno-
dum Chalcedon. qui apertè definit op-
positum. Item est quiddam involvens
contradictionem, esse caput singularem,
& non universalis Ecclesie.

Quod allegatur ex Concilio Con-
stantin. nullius est momenti; quam ge-
sta illius congregationis non sunt rara,
nisi quæ probavit Martinus V. In Bulla
autem prædicti Martini, nulla profus
mentio fit eorum Decretorum, quæ ci-
tant adversarii, idèd non debent haberi
firma illa Decreta.



I N D E X

CONTROVERSIARVM.

A.

A Cra Synodalia non sunt firma sine
 autoritate Pontificis. 32.
 Apocalypsis auctoritatem habet Cano-
 nicam 7. est Joannis Apostoli. Ibid.
 Apocrypha quæ sint, & in quo conven-
 niant & differant ab hagiographis? 9.
 non possunt publicè legi in Ecclesia,
 & quare? Ibid.
 Apostolus Christi Ecclesiam declarat
 per vasa aurea & fictilia. 4.
 Apostoli prædicare Evangelium à Chri-
 sto iussi sunt, & non scribere. 11. Ba-
 ptizabant in nomine Christi. Ibid.
 Apostoli bifariam comparati possunt
 cum Petro. 16. Quomodo ipsi sint
 æquales, & quomodo subiecti? Ibid.
 Appellari non potest à Papa ad Con-
 cilium. 23.
 Ariani cognoscunt auctoritatem Pon-
 tificis. 31.
 Augustinus non semper sui similis in
 expositione Scripturarum. 14.

B.

Basiïenses ex quo loco inducti fue-
 rint ut deponerent Eugenium IV. 27.
 Bucerus asserit auctoritatem Ecclesie
 regulandam esse per Scripturas. 13.
 probat hoc à simili. Ibid.
 Bullingerus probare contendit, Scriptur-
 ram esse antiquiorem Ecclesiã. 13.

C.

Canonica quæ dicantur? 9. libri Ca-
 nonici. Vide Litterã L. verbo
 liber.
 Cælestius hæreticus cedit Auctoritati

Ecclesie, non tamen argumentis dif-
 putantium. 36.

Christus Evangelicæ lucis veritatem
 sub ritibus, & cæremoniis oblectam
 toti mundo manifestavit. 3. Eccle-
 siam suam diversis declaravit para-
 bolis, & quibus? 4. orat pro fide Petri,
 & quare? 21.

Claves assumendæ ad demonstrandum
 quodnam sit principium infallibile in
 rebus fidei: quæ, & quot sint? 5

Conciliorum origo. 24. non sunt hu-
 manum inventum, sed speciale habent
 à Deo institutionem. 24. 25.

Conciliorum officium. 23. 25.

Conciliorum omnium auctoritas de-
 pender ab auctoritate Pontificis 30.
 sine illa errare possunt, & sæpè erra-
 runt, etiam in definitione fidei. 26.

Conciliorum convocatio, cujus autho-
 ritate sit faciendã, & semper facta
 fuerit à temporibus Apostolorum?
 30. 31. Propter quas causas fieri de-
 beat? 38. Libi, & à quibus, & sub
 quo Præside prima omnium facta
 fuerit? 24. Non est supervacanea,
 quævis Pontifex solus definire pos-
 sit. 23.

Conciliorum diversorum varii recen-
 tur auctores & Præsides. 31.

Conciliorum quot sint genera? 29.

Concilium universale quid sit? 29. Quod-
 nam fuerit hujus generis primum?

24. 29.

Concilium Provinciale quid sit, &
 quando celebrari inceptum? 29. Quot
 olim quotannis celebrabantur? Ibid.

Concilium medium quid sit, quando,
 ubi, & à quibus primum omnium ce-
 lebratum? 29. Hujus generis varia re-
 censentur. 29. 30.

Concilia varia tam generalia, quam
 Pro-

INDEX CONTROVERSIARUM.

Provincialia, quæ recognoverunt
Summum Pontificem. 32. 33. 34. 35.
Concilia quid sine Pontifice, & cum
Pontifice valeant? 30. Quorum sus-
fragiis celebranda? 36.
Concilia varia cum suis auctoribus
damnata, & quare? 31. 32.
Concilium Sinvesanum Marcellinum
idololatriæ crimen confitentem, &
alia alios Pontifices judicare nolunt,
quia sunt caput Ecclesiæ. 41. 42.
Concilium milevitanum supremam sen-
tentiam expectat à Damaso Papa. 29.
Concilio olim adjecta ad caput ultimum
Marci tam à Græcis, quam Latinis est
rejecta, & quare? 8.
Constantinus Imperator Leonis primi
Nepos visâ ultione divinâ in paren-
tes suos ad Pontificem supplices lit-
teras mittit. 34.
Constantinus Magnus non præsumpsit
ingredi Concilium Nicænum nisi
prius petirâ ab Episcopis facultate,
& postremâ Sede acceptâ. 37.
Constantius Hæreticus facta per Syno-
dum rata non habet nisi autoritate
Apostolicâ firmentur. 36.

D.

Damasus Papa auctor Concilii pri-
mi Constantinopolitani adver-
sus Macedonium. 31.
Dioscorus in Concilio Chalcedonensi
Sacerdotali dignitate exurus pote-
stati sæculari traditur exilio relegan-
dus. 32. Ejus Discipuli, & eorum
errores. 33.
Donatistarum error de unione fidelium.
37.

E.

Ecclésiæ nomen quid significet? 2.
Ecclesiæ duplex est, Dei scilicet,
& Sathanz, quam Sactæ Litteræ Ec-
clesiam impiorum & malignantium
appellant. 2. Significantur per duas

illas civitates, quarum alteram Abeli
alteram Cain ædificavit. Ibid.
Ecclesiæ Dei una est, & Catholica. 2. Ha-
bit initium in primis parentibus, &
dein per diversas crevit ætates. Ibid.
Ejus infantia, pueritia, adolescentia,
juventus, ætas virilis & perfecta. 2. 3.
in infantia Pædagogum à Deo acce-
pit. 2.
Ecclesiæ vera apud quos sit? 3. Quo vin-
culò ejus membra colligentur? 4. 5.
non potest falli aut errare, & quare? 6.
Est Sponsa Christi, & ab ipso regit-
tur, nutritur & fovetur. Ibid.
Ecclesiæ aliquando fecit contra Scriptu-
ras, aliquando præter. 11. Abroga-
vit præceptum de abstinence à san-
guine & suffocato. Ibid. Item muta-
vit observationem Sabbathi in diem
Dominicum. Ibid.
Ecclesiæ autoritas laetior & notior est,
quam Scripturæ: non tamen major.
12. 13.
Ecclesiæ sententia in rebus dubiis effi-
caciore est ad fidem faciendam, quam
Scripturarum traditio. 13.
Ecclesiæ Romanæ non sit expressa men-
tio, in Evangelio. 18. Habet tamen
primatum & eminentiam super om-
nes Ecclesiæ 17. 18. A quo eam ac-
ceperit? Ibid.
Ecclesiæ Romana ab assumpto Christo
exercuit judicium in cæteras orbis
Ecclesiæ. 19. Ejus autoritate om-
nes controversiæ terminantur. Ibid.
Ejus sententia & Pontificis in eâ
præsidentis definitio est certa fidei
regula, & tertium principium ad ter-
minandas res fidei. 19. Negat hoc
Gersonus cum schola sua Parisiensis.
13.
Ecclesiæ universalis bifariam accipi po-
test, primo modo ut tota & perfecta
unâ cum suo capite, secundo ut di-
stincta contra caput suum. 27. Quan-
donam hoc secundo modo accipiatur?
Ibid.

INDEX CONTROVERSIARUM.

- Ecclesie ut distincte contra caput suum
nulla est auctoritas. 27. 28. 29.
- Ecclesie universalis cura cui a Christo
commissa? 30.
- Ecclesiastes dicitur concionator, &
unde? 2.
- Epistola Agathonis ad Constantinum
Imperatorem, & sextam Synodum
universalem excepta est tamquam
contra fidei regula, & tamquam a Spi-
ritu S. dictata. 21.
- Epistola Anacleti Papae ad universam
Ecclesiam. 28.
- Epistola Leonis Papae ad Flavianum. 32.
- Epistola Theodosii junioris ad Conci-
lium Ephesinum I. 37.
- Errores varii cum suis auctoribus dam-
nati. 32. 33.
- Evangelium non est Scriptura, sed vo-
calis annuntiatio. 11. Ejus significa-
tio & antiquitas. Ibid.
- Evangelium scriptum sub nomine Petri
a Scapione Antiocheno Episcopo
traditione Ecclesiastica est rejectum.
12.
- Excommunicari pertinent ad Eccle-
siam. 4.
- Explanatur illud: *Super hanc petram
aedificabo Ecclesiam meam.* 14.

F.

- F**ideles bifariam aliquid accipiunt
ab Ecclesia, per traditionem scili-
cet, & definitionem. 5.
- Fides cui innititur, & ad quem finem
spectet? 5.
- Fides eorum qui videntes credunt non
est digna Beatitudinis premio. Ibid.
- Filii Israel non possunt intendere in fa-
ciem Moysi, & quid hoc sit? 2.

G.

- G**ermani predicant quod Scriptura
Sacra sit prima regula, a qua

- oritur auctoritas Ecclesie, & quod
Papa solum sit audiendus in iis, quae
ex Scriptura Sacra probantur, non
autem in aliis. 10. Item dicunt quod
ad Laicos pertineat interesse iudicis
Synodalibus. 36.
- Germanus quidam negans Petrum ve-
nisse Romam, & ibi passum, explo-
ditur. 18.

H.

- H**agiographa quae sint, & in quo
convenient, & differant ab apo-
cryphis? 9. Possunt publice legi in
Ecclesia sine periculo fidei & cum æ-
dificatione fidelium. Ibid.
- Hæreticus unde aliquis dicatur? 13.
- Hæretici non pertinent ad Ecclesiam. 4.
- Dicunt omnes Apostolos æqualem
sortitos auctoritatem. 15.
- Hæretici nomen quid significet? 4. Non
est cum iis disputandum. 13.
- Hieronymus dicit libros Judith, Tobiae,
Sapientiae, Ecclesiastici, & duos Ma-
chabæorum non esse Canonicos. 7.
- Historia Mulieris adulteræ est Canoni-
ca. 8. In multis & græcis & latinis
codicibus non habetur. Ibid.
- Historiae Susannæ, & Draconis Belis-
ante Tridentinum inter Hagiogra-
pha, post illud inter Canonica enu-
merantur. 10.
- Homo est quoddam regnum, in quo
preest ratio, & cæteræ potentie de-
serviunt. 24.
- Honorius Papa erravit in fide, non ut
persona publica, sed tamquam privata.
22.
- Hymnus trium puerorum ante Triden-
tinum inter Hagiographa computa-
batur, post illud inter Canonica re-
cenferi debet. 20.

I.

- I**esu Nave collegit librum sapientiae.
7.
- Ignatius Archiepiscopus Constan-
tinopolitanus damnatus ejicitur
ab Ec-

INDEX CONTROVERSIARUM.

ab Ecclesia, & à Nicolao I. restituitur. 35.
Ingenii pertinacis est querere æqualem evidentiam in omnibus. 19.
Joannes XXII. docuit animas justorum expectare diem iudicii ut essent Beata. 22.
Joannes Apostolus est auctor Apocalypsis. 7.
Judzi, quomodo dividebant Scripturam? 9.
Judicium Papæ cum Concilio Cardinalium certius est, quam Concilii universalis sine autoritate Sedis Apostolicæ. 26.

L.

Lici non possunt definire quæ ad Religionem pertinent. 36.
Leo Papa irritat Decretum quo Ecclesia Constantinopolitana secunda post Romanam decernitur. 33.
Leo I. Imperator imagines Sanctorum comburi iussit. 34. Cum suis assertoribus & filio excommunicatus. Ibid.
Lex Pædagogus Ecclesiæ in adolescentia. 2.
Lex vetus in quo differat à nova? 11.
Libri Canonici quinam sint, & quot eorum classes? 7.8.9.
Liber Baruch inter Hagiographa à Concilio Florentino, inter Canonica à Tridentino enumeratur. 10.
Liber Ecclesiastici post Tridentinum est Canonicus. 10. Apud Hebræos inter Hagiographa computatur. Ibid.
Libri sapientiæ, & Baruch ejus sint secundum materiam, & à quibus collecti? 7.

M.

Marcellini Pontificis accusatio quod idolis thurificaverit. 41. sui ipsius condemnatio. Ibid. Martyrio coronatur. Ibid. Reputat se indignum sepulturâ Ecclesiasticâ Ibid.
Matthæus primus omnium Evangelium

scripsit. 11. Quondam illud scripserit? Ibid.
 Moy si locutus est Deus facie ad faciem. 3. Sub eo Ecclesia plus lucis accepit, quam sub aliis Patribus. Ibid.

N.

Negotia fidei sunt terminanda, & semper terminata fuerunt, per Pontificem cum Concilio Cardinalium. 26. 30.
 Negotiorum publicorum consultatio apud multos, definitio apud unum. 23. 30.

P.

Præesse cum potestate coactiva in republicâ bene instituta nunquam pluribus commissum est. 23.
Pagani non pertinent ad Ecclesiam. 4.
Papa summam habet potestatem in Ecclesia Dei. 14. Eam immediatè accepit à Christo, cujus est Vicarius. Ibid. Est successor Petri. 21. Unde hoc proberetur? 17. 18. Errare potest in fide, non ut persona publica, sed privata. 22. Plures sic erraverunt & quinam? Ibid.
Papæ autoritas efficacior est ad convincendos hæreticos, quam Sanctorum & Doctorum disputationes. 36.
Papa non subest humano iudicio. 38. 39. 42. Excipitur casus hæresis, & quo jure? 39. 47. Fundamentum Cajetani circa hoc examinatur. 40. 43. 44. Refertur opinio Alberti Campensis. 44. 46. Rejicitur, & amplectitur Cajetani. 47. Satis sit argumentis in contrarium. Ibid.
Papa infamatus tenetur ad sui purificationem debito charitatis. 47. Varii ab hæresi purgantur. 45.
Patrum in Concilio Constantiensi & Basiliensi congregatorum Decreta. 26. Definiverunt Papam in casu notorii, & incorrigibilis criminis, publicè

INDEX CONTROVERSIARUM.

Scandalizantis Ecclesiam iudicio Ecclesie, & universalis Concilii posse deponi. 39. Eorum sententia falsa demonstratur. 40. 41. Numquam hoc fuisse factum ostenditur. 47. Peccatores non sunt extra Ecclesiam. 4. Petrus propter fidem à Christo beatus appellatur, & non Thomas, quare? 5. Ipsi datæ sunt claves Regni Cælorum. Non Ecclesie, si eam ab ipso divides. 28

Petro non à loco, sed ipsi loco à Petro venit authoritas. 18. Prius fuit Episcopus Ierosolymitanus, quam Romanus Pontifex. 17.

Philosodus collegit librum Ecclesiastici. 7.

Praelati Ecclesie, quamvis mali, in iis, quæ ad Religionem pertinent, non reguntur sensu suo, sed Dei. 6. 20.

Principes sæculares interfuerunt olim Conciliis, non tamen ut iudices, sed ut ministri, & custodes synodalis authoritatis. 37. 38. Quando sic Conciliis interesse possunt? 38.

S.

Sacerdos Legalis in Veteri Testamento erat certa regula in his, quæ ad Deum pertinebant. 21.

Scriptura quomodo dividatur? 9. Hæreticis & Catholicis est communis, sed diversa intelligentia. 13. Quò sensu

sit intelligenda. 19. Est regulanda per Ecclesiam. 11. Ab ea robur suum accepit. Ibid.

Scriptores Ecclesiastici variè tractant quomodo Paulus Antiochiæ restitit Petro in faciem. 17.

Schismatis nomen quid græcè significet. 4.

Synogoga quæstiones & controversias, quæ per proprios Sacerdotes expediti non poterant, debebat ad Cathedram Moyse, & Sacerdotes Levitæ deferre. 25.

T.

Theodoricus Rex Gottorum electus arbiter in rebus Ecclesiasticis, earum iudicium ad Synodum pertinere respondit. 27.

Traditio Ecclesiastica est primum principium certum, & infallibile in rebus fidei 5. Est prior quam Scriptura Canonica: 10. 11. Ad multa se extendit, ad quæ se non extendit Scriptura. 12.

V.

Veritas Divina est primum principium Fidei, & Religiosus. 5.

Z.

Zosimi Papæ Decretum. 26.

CANONES APOSTOLORUM.



De Canonibus Apostolorum variè tradiderunt Scriptores Ec- Author.
clesiastici, ut diligenter annotavit Gratianus in suo volu-
mine Decretorum d. 16. Quidam in totum rejecerunt tam-
quam apocryphos. Alii admiserunt sexaginta, ut Zephyrinus
Papa scribens Episcopus per Siciliam constitutis. Alii verò
quingaginta recipiunt, ut Leo IX. Papa contra Epistolam
Niceti Abbatis. Sexta autem Synodus recepit, & proba-
vit 85. in Can. 2. prout in Græcis & Latinis exemplaribus feruntur. Quam Sy-
nodum secutus, integros 85. Canones ex Græcis & Latinis codicibus transcripsit.

ADDITIO FRANCISCI SYLVII.

Non magnam habendam esse rationem Canonum sextæ Syn. eò quòd illi, qui sub
ejus nomine feruntur, non sint ullius legitimi Concilii, videri potest infra post
illam Synodum. Canones autem Apostolorum etsi declarati sint esse apocryphi à Gelasio
diàl. 15. Can. *Sancta Romana*; quòd modò etiam illos vocant Baronius ad an. Christi 58.
Bellarminus lib. 1. de verbo Dei c. 20. & alii; quia tamen in eis multa sunt utilia, &
omnes præter 65. & ultimum, qui manifestissimè est supposititius, vel Romanorum
Pontificum autoritate, vel aliorum Conciliorum decretis, vel Patrum sententiis in-
veniuntur confirmati; quemadmodum videri potest apud Turrianum lib. 1. pro Cano-
nibus Apostolorum, & Coriolanum in Summa Conciliorum: ideo non sunt con-
tenuendi.

Canon 1.

Episcopus à duobus aut tribus
Episcopis ordinetur.

Canon 2.

Presbyter ab uno Episcopo
ordinetur, & diaconus, & reliqui clerici.

Canon 3. Quid offerendum sit in sacrificio Altaris.

Si quis Episcopus, aut presbyter præter
ordinationem Domini alia quædam in
sacrificio offerat super altare, id est, aut
mel, aut lac, aut pro vino siccetam, &
confecta quædam, aut volatilia, aut ani-
malia aliqua, aut legumina contra con-
suetudinem Domini faciens, congruo
tempore deponatur.

Canon 4. Que liceant ad altare offerri.

Offerri non liceat aliquid ad altare
præter novas spicas, & uvas, & oleum ad
luminaria, & thymiana, id est, incensum
tempore quo sancta celebratur oblatio.

Canon 5. Inter quos primitiæ dividende.

Omniùm aliorum primitiæ Episcopo,
& presbyteris domum mittuntur, non su-
per altare. Manifestum est autem quòd
Episcopus & presbyterij inter di. conos, &
reliquos clericos eas dividunt.

Canon 6.

Episcopus, aut presbyter uxorem
propriam nequaquam sub obtentu reli-
gionis abiciat. Si verò rejecerit, excom-
muni-

A

muni-

Si Ar-
fo-
re.

Ep-
De
ne
ind.

Sciam
na do-
cull.

CANONES APOSTOLORUM.

municerit : sed si perseveraverit, dejectur.

Aditio F. 5.

Itô Can. Episcopus aut presbyter non sic prohibetur abjicere uxorem antea dicitam, ut jubeatur operam dare liberis procreandis, sed tantum juberet ejus curam habere, ipsique de omnibus ad vitam honestè degendam requisitis providere. Ut cum dicitur, *ne adiciat*, subaudiatur, vel intelligatur, à sua cura.

Can. 7.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus nequaquam seculares curas adsumant; sin autem, efficiantur.

Can. 8.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus sanctum pasche diem ante vernalè æquinoctium cum Judæis celebraverit, abjiciatur.

Can. 9. Vt omnes ex sacerdotali catalogo factâ oblatione communicent.

Missæ, et sacrificium et oblatio est.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo, factâ oblatione non communicaverit; aut causam dicat, ut si rationalis fuerit, veniam consequatur: aut si non dixerit, communionem privetur, tanquam qui populo causa læsionis extiterit, dans suspicionem de eo, qui sacrificavit, quod rectè non obulerit.

Aditio F. 5.

De clericis illis, qui diebus solemnibus assistunt, & ministrant solemniter celebranti, canonem hunc esse intelligendum colligitur ex epist. 1. Anacleti.

Can. 10. Vt sine communionis perceptione fideles ab Ecclesia non discedant.

De conf. d. 1. Omnes fideles.

Omnes fideles, qui conveniunt in solemnibus sacris ad Ecclesiam, scripturas Apostolorum, & Evangelium audiant. Qui autem non perseveraverint in oratione usque dum missa peragitur, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines Ecclesie moventes, conveniunt communionem privati.

Can. 11.

Si quis cum aliquo communicato, saltem in domo locurus fuerit, iste communionem privetur.

Can. 12.

Si quis cum laico clerico, veluti cum clerico, simul oraverit, iste damnetur.

Aditio F. 5.

De tribus illis canonibus vide Conc. Antiochen. can. 1.

Can. 13. Sine commendatione litterarum ab uritate non suscipiatur excommunicatus.

Si quis clericus, aut laicus à communionem suspensus, seu communicans, ad aliam properet civitatem, & suscipiatur præter commendatitias litteras: & qui suscipiatur, & qui susceptus est, communionem priventur. Excommunicato verò proteletur ipsa correptio, tanquam qui mentitus sit, & Ecclesiam Dei seduxerit.

Can. 14. Vt propter maiorem religionis profectum Episcopum de sua ad alienam liceat transferre Ecclesiam.

Episcopo non licere alienam parochiam, propria relicta, pervadere, licet cogatur à plurimis. Nisi forte quis cum rationali causa compellatur, tanquam qui possit ibidem constitutus plus lucri conferre: & in causa religionis aliquid profectus prospicere: & hoc non à communi pertrahere; sed multorum Episcoporum iudicio, & maxima supplicatione perficiat.

Can. 15. Vt presbyteris non liceat propriam relinquere parochiam.

Si quis presbyter aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum relinquens propriam parochiam pergat ad alienam, & omnino demigrans præter Episcopi sui conscientiam, in aliena parochia commoretur, hunc ulterius ministrare non patimur; præcipue si vocatus ab Episcopo redire contempserit, in sua inquietudine perseverans. Veruntamen tanquam laicus ibi communicet.

Niceæ
Cone.
can. 1
Antio
can. 2

Can. 16.

CANONES APOSTOLORUM.

Can. 16. *Episcopi qui commemoratos in precedenti canone presbyteros admiservit, communionis privetur.*

Episcopus vero apud quem notatos esse confiteris, si contra eos decretam ecclesiam pro nihilo reputans, tanquam clericos forte susceperit, velut magister iniquitatis in communionis privetur.

Can. 17. *Si non licet bigamo gradum ecclesiasticum suscipere.*

12 Si quis post baptismum secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse Episcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deserviunt.

Can. 18. *Qui viduam in uxorem ducit, Episcopus aut presbyter esse non potest.*

12 Si quis viduam aut ejectam accepit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de iis, quae publicis spectaculis manducantur, non potest esse Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deserviunt.

Can. 19.

Qui duas in conjugium forores accepit, vel viduam fratris, et filiam fratris, clericus esse non potest.

Can. 20.

Clericus fidei iuramentis interveniens abjiciatur.

Can. 21.

12 Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione ejus sunt amputatae virilia; vel si ita natus est, & est dignus, efficiatur Episcopus.

Can. 22.

12 Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputavit sibi virilia, non fiat clericus, quia sui ipsius homicida est, & Dei conditionis inimicus.

Can. 23.

12 Si quis, cum clericus fuerit, absciderit semetipsum, omnino damnatus, quia sui ipsius est homicida.

Can. 24.

Laicus semetipsum abscidens, anathematis communione privetur, quia vitæ suæ insidiator extitit.

Can. 25. *Si Episcopus in fornicatione deprehensus deponatur.*

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur; non tamen communionis privetur. Dicit enim Scriptura: *Non vindicabis Dominus tibi te ipsum.*

Can. 26.

Similiter & scilicet clerici huic conditioni subjaceant.

Can. 27. *Qui clerici debeant conjugibus copulari.*

Innuptis autem, qui ad electam proventi sunt, precipimus, ut si voluerint, uxores accipiant: sed lectores, cantoresque tantummodo.

Can. 28. *Quid Episcopus, aut presbyter, fideles peccantes revertari non debent.*

Episcopus, aut presbyterum, aut diaconum perveritatem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & errorem ipsis per hypocrisis volentem incurere, desinet ab officio suo precipimus; quia nunquam nos hoc Dominus docuit; è cœterariis vero ipse cum percuteretur, non repercutiebatur: cum malediceretur, non remaledicebatur: cum pateretur, non comminabatur.

Can. 29.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus depositus iuste super certis criminibus, ausus fuerit attentare ministerium datum sibi commissum, hic ab Ecclesia penitus abscindatur.

Can. 30.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, deiciatur, & ipse ordinator ejus; & à communionis modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus à Petro.

Calced.
Concil.
can. 1.
Act. 2.

Can. 31.
Si quis Episcopus sæcularibus potestatibus usus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur & segregetur, omnesque qui illi communicant.

Can. 32. Presbyter qui contempto Episcopo seorsum conventus congregaverit, deponatur.

16. q. 2. h. 1.
Episcopus.

Si quis presbyter contempnens Episcopum suum, seorsum collegerit, & altare aliud exerit, nihil habens quo reprehendat Episcopum in causa pietatis & iustitiæ, deponatur, quasi principatus amator existens; est enim tyrannus. Et ceteri clerici quicumque tati consentiunt, deponantur; laici verò segregentur. Hæc autem post unam, & secundam, & tertiam Episcopi obsecrationem fieri conveniat.

Can. 33.

Si quis presbyter, aut diaconus ab Episcopo suo segregetur, hunc non licere ab alio recipi, sed ab ipso, qui eum sequestraverit, nisi forsitan obierit Episcopus ipse, qui eum segregare cognoscitur.

Can. 34. Vt nec etiam Episcopus sine commendatitio litteris in aliena Ecclesia recipiatur.

Nullus Episcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commendatitio suscipiatur epistolis. Et cum scripta detulerint, discutiantur attentius, & ita suscipiantur. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint, suscipiantur; sin minus, ubi necessaria ipsis suppeditaveritis, ad communionem, & ulteriorem ipsos consuetudinem non admittite: multa enim per subreptionem proveniunt.

Can. 35. De Metropolitanis.

Episcopos gentium singularum scire convenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existimant; & nihil amplius præter ejus conscientiam gerant, quam illa sola singulari, quæ parochiæ propriæ & villis, quæ sub ea sunt, competunt. Sed nec ille præter omnium conscientiam faciat aliquid in eorum patro-

Antioch.
Concil.
can. 2.

chiis. Sic enim unanimiter erit, & gloriabitur Deus per Christum in Spiritu S.

Can. 36. Quod non liceat Episcopo in aliena provincia clericos ordinare.

Episcopus non audeat extra terminos proprios ordinationes facere in civitatibus, & villis, quæ illi nullo jure subjectæ sunt. Si verò convictus fuerit hoc fecisse præter eorum conscientias, qui civitates ipsas, & villas detinent; & ipse deponatur, & qui ab illo sunt ordinati.

Can. 37. Vt qui proprium non receperint Episcopum excommunicentur.

Si quis Episcopus non susceperit officium, & curam populi sibi commissam, hic communionem privetur, quousque consentiat, obedientiam commendans. Similiter autem & presbyter, & diaconus. Si verò perrexerit, nec receptus fuerit non pro sua sententia, sed pro malitia populi; ipse quidem maneat Episcopus, clerici verò civitatis communionem priventur, cõ quod eruditores inobedientis populi non fuerunt.

Antic.
Conc.
can.

Can. 38. Vt bis in anno Concilia celebrentur.

Bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur, ut inter se invicem dogmata pietatis explerent, & emergentes Ecclesiasticas contentiones amoveant. Semel quidem quartâ septimanâ Pentecostes; secundò verò 12. die mensis Hyperbetei; id est, juxta Romanos, 4. Idus Octob.

Nica.
Conc.
can.

Can. 39. Vt non liceat Episcopo parentibus ex Ecclesia bonum aliquid condonare.

Omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam Episcopus habet; & ea velut Deo contemplante dispenset; nec ei liceat ex eis aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis (quæ Dei sunt) condonare. Quòd si pauperes sunt, tanquam pauperibus subministrare, ne eorum occasione Ecclesiæ negotia deprædentur.

Can. 40. Vt ab Ecclesia bonis, sint Episcopi bona divisa.

Presbyteri & diaconi præter Episcopum

12.
Sim.
can.

pum.

CANONES APOSTOLORUM.

nam nihil agere pertinet: nam Domini populus ipsi commissus est, & pro animabus eorum hic redditus est rationem. Sint autem manifestæ res Episcopi (si tamen habet proprias) & manifestæ dominicæ, ut potestatem habeat de propriis meritis Episcopus sicut voluerit, & quibus voluerit delinquere, ne occasione Ecclesiasticarum rerum, quæ Episcopi esse probantur, interdicant. Fortassis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut servos; & justum est hoc apud Deum & homines, ut nec Ecclesia detrimentum patiatur ignorantia rerum Pontificis: nec Episcopus, vel ejus propinqui sub obreptu Ecclesiæ describantur, aut in causis incidant, qui ad eum pertinent, morsque ejus injuriis malæ famæ subjaceat.

Can. 41. Ut sicut spiritualium rerum cura ad Episcopum pertinet, sic etiam & temporalium.

10. 8.
11. 1.
12. 1.
13. 1.

Præcipimus, ut in potestate sua Episcopus Ecclesiæ res habeat: Si enim anime hominum pretiosæ illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate ejus indigentibus omnia dispensentur per presbyteros, & diaconos, & cum timore omnique sollicitudine ministrantur. Ex iis autem quibus indiget (si tamen indiget) ad suas necessitates, & peregrinorum fratrum usus ipse percipiat, ut nihil eis possit omnino defesse: Lex enim Dei præcipit, ut qui altari deserviunt, de altari patiantur: quia nec miles stipendiis propriis contra hostes arma sustulit.

14. 1.
15. 1.
16. 1.
17. 1.

Can. 42.

18. 1.
19. 1.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus alicæ arque ebrietati deserviens, aut desinat, aut certe communionem privetur.

Can. 43.

Subdiaconus, aut lector, aut cantor similia faciens, aut desinat, aut communionem privetur. Similiter etiam laicus.

Can. 44.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus

ufuras à debitoribus exigens, aut desinat, aut damnetur.

Can. 45.

Episcopus, presbyter, & diaconus qui cum hæreticis oraverit, tantummodo communionem privetur. Si verò tanquam clericos hortatus eos fuerit agere, vel orare, damnetur.

Can. 46.

Episcopum, aut presbyterum, hæreticorum suscipientem baptismum, damnari præcipimus: *Quæ enim conventio Christi ad Belial? Aut, quæ pars fidelium cum infidelibus?*

Can. 47. Qui verè baptizatos rebaptizaverint, deponantur.

Episcopus, aut presbyter si eum qui secundum veritatem habuerit baptismum, denudè baptizaverit, aut pollutum ab impiis non baptizaverit, deponatur tanquam deridens crucem, & mortem Domini, nec sacerdotes à falsis sacerdotibus discernens.

Can. 48.

Si quis laicum uxorem propriam pelens, alterum, vel ab alio dimissam duxerit, communionem privetur.

Can. 49. Versat baptismum trina merione.

Si quis Episcopus, aut presbyter non trinam immersionem unius mysterii celebret, sed semel mergat in baptismate, quod dari videtur in Domini morte, damnetur. Non enim dixit nobis Dominus: In morte mea baptizate, sed: *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Loquitur hic Car de hæreticis, qui debent e ferebant Baptisma 1. Cor.

De con dist. 4. qui pr

Matth.

Can. 50. Nisi quis ex clero non propter abstinentie bonum à carnibus abstinuerit, deponatur.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quisvis omnino de sacerdotali consortio, nuptiis, & carnibus, & vino abstinerit, non propterea quod mens ad cultum pietatis reddat exercitiorum, sed propter abstinentiam, obliis quod omnia pukhra valde, & quod masculinum & feminam Deus creavit hominem; sed difamationibus lactens, creationem Dei

peccat.

vocat ad calumniam, aut corrigitor, aut deponitor, & ex Ecclesia rejicitur. Consumiliter & laicus.

Can. 51. Quod si penitentem presbyter non receperit, deponatur.

Si quis Episcopus, aut presbyter, eum qui à peccato revertitur, non recipit, sed rejicit, deponitor, eò quod Christum offendat, qui dixit, ob unum peccatorem qui respicitur, gaudium ordiri in caelo.

Can. 52. Qui propter abominationem tantam, carnibus in diebus festis non utitur, deponatur.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus carnibus & vino festis diebus non utatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui caetero notatam habeat conscientiam, & multis auctor sit offendiculi.

Can. 53. Si deponatur clericus, qui in caupona cibum sumpserit.

Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, à communione excluditor, exceptò tamen eò, qui necessarid in itinere in commune divesterit hospitium.

Can. 54.

Si quis clericus Episcopum contumelià affecerit, deponitor: *Principi enim populi tui non maledices.*

Can. 55.

Si quis clericus contumelià affecerit presbyterum, aut diaconum, à communione legregator.

Can. 56.

Si quis mancum aut mutum, surdumve aut cœcum, aut eum, cui vitiosus incellus est, subsannaverit, communione privator. Consumiliter & clericus.

Can. 57.

Episcopus, aut presbyter qui negligentius circa clerum aut populum agit, nec in pietate eos erudit, à communione legregator. Si verò in exsacordia perseveraverit, deponitor.

Cep. 58. Si Episcopi in negligentiâ de vices alant.

Si quis Episcopus, aut presbyter clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditaverit, à communione rejicitur. Sin perseverat, deponitor, ut qui fratrem suum necaverit.

Can. 59.

Si quis falsò inscriptos jaspiorum libros tanquam factos in Ecclesia ad populi, & cleri corruptionem publicaverit, deponitor.

Can. 60.

Si accusatio contra fidelem instituitur de fornicatione, aut de adulterio, aut quacumque alia actione prohibita, & convictus fuerit, in clerum non producitor.

Can. 61. Qui Christi nomen molis causà negaverit, ab Ecclesia reiciatur.

Si quis clericus per metum humanum, vel Judæi, vel Græci, vel hæretici, negaverit, si quidem nomen Christi, ab Ecclesia rejicitur: si verò nomen clerici, deponitor; Penitentia tamen ductus, ut laicus recipitor.

Can. 62.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicumque ex sacerdotali consortio comederit carnes in sanguine animæ ejus, aut à bestiis abseptum, aut suffocatum, deponitor. Hoc enim lex prohibuit. Sin verò laicus sit, à communione excluditor.

Can. 63. Si deponatur qui cum hæreticis oraverit.

Si quis clericus aut laicus synagogam Judæorum, aut hæreticorum conventiculum ingressus fuerit, ut preces cum illis conjugat, deponitor, & à communione secluditor.

Can. 64.

Si quis clericus in concertatione aliquam pulsaverit, & uno ictu ac pulsatione interemerit, deponitor, propter temeritatem suam. Sin verò laicus sit, arector à communione.

Can. 65.

57. *Can. 54.*
 Si quis Dominicum diem, aut Sabbathum uno solo tempore jejunare deprehendatur, deponitur. Sin laicus, è communione ejicitur.

Can. 66. P' quoniam qui violaverit virginem, ducatur in uxorem.

Si quis virginem sibi non desponsatam adnec vi detinet, à communione suspenditur. Non licitum autem esto ei aliam ducere, sed eam detinere, quam sollicitavit, quavis paupercula sit.

Can. 67. P' in ordinarij deponatur.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus secundam ab aliquo ordinationem susceperit, deponitur tam ipse, quam qui ipsum ordinavit, nisi forte constet ordinationem cum habere ad haereticum. Qui enim a talibus baptizati aut ordinati sunt, hi nec fideles, nec clerici esse possunt.

Secunda pars huius Canonis intelligenda est de haereticis, qui in iura ritum Ecclesie Catholicae non ordinabant, nec baptizabant, et Paulianis, & Cataphrygæ, qui sine invocatione trium Personarum dispensabant baptismi sacramentum, à quibus baptizati (ut explicat Can. 19. Concil. Niceni & Can. 95. fratre Synodi) sunt rebaptizandi.

Can. 68. P' si deponatur quicumque ex clericis Quadragesimam non tenuerit.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor sacram Quadragesimam Paschæ, aut quattam festam, aut Parasceven non jejunaverit, deponitur: præterquam si infirmitate impediatur corporis. Sin laicus sit, communione privatur.

Can. 69. P' si cum muliere non licite iugare.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicumque ex clericorum consortio cum Judæis jejunaverit, aut communem festum diem cum ipsis egerit, aut laucia fasti, nempe azimæ, aut aliud hujus generis ab eis susceperit, deponitur. Si laicus, à communione segregatur.

Can. 70.

Si quis Christianus oleum ad sacra Gentilium, aut ad synagogam Judæorum in festis eorum derulerit, aut hucinas incendit, à communione excluditur.

Can. 71.

Si quis clericus aut laicus ceram, aut oleum ex sancta sumpserit Ecclesia, à communione sejungitur.

Can. 72. Qui in profanorum vase sacra assumpserit, excommunicatur.

Vas aureum & argenteum sanctificatum, aut velamen lineum nemo amplius in suos usus assumpto: iniquum enim est. Ceterum si qui deprehensus fuerit, excommunicatione mulctatur.

Can. 73. Quodlibet contra Episcopum procedendum.

Episcopum de aliquo per fide dignos accusatum homines, ab Episcopis vocari necessariam est. Et si quidem comparuerit, & confessus convictusque fuerit, censura irrogatur Ecclesiastica. Si vero vocatus non obtemperaverit, secundam quoque vice vocatur, missis duobus ad ipsam Episcopis. Quid si per contumaciam nec sic quidem comparuerit; synodus suam contra ipsum pronuntiato sententiam, ne quid tergiversando detestandoque iudicium, luctu facere videatur.

Can. 74.

In ditionem testimonii contra Episcopum haereticus non admittitur, sed nec fidelis, si solus sit. *Math. 18. trium testium consistet omne dictum.*

Can. 75. P' si bona Ecclesiastica consanguineus Episcopum non constat.

Item, non oportet Episcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato, humano gratificari affectu; nec enim Ecclesiam Dei conferre debet in haeredes. Enimvero, si quis id fecerit, irrita permanet ordinatione; ipse autem excommunicatione percellitur.

Can. 76.

Si quis oculo defectus, aut obruto cruce exilit, & dignus sit, Episcopus efficer:

Non enim mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinatio animæ.

Can. 77.

Qui verò mutus, surdusve, & cæcus est, Episcopus non efficitur: non quia oblatio corpore est, sed ne Ecclesiastica impediantur munia.

Can. 78.

Si quis dæmonium habeat, clericus non efficitur: sed nec cum fideibus preces fundito. Mundatus verò recipitor, & si dignus fuerit, efficitur.

Can. 79. Ut à gentilitate conversus non statim in Episcopum promoveatur.

Qui ex vita gentili advenit, & baptizatus est, aut ex conversatione prava, eum iustus non est protinus promovet in Episcopum: Injurius enim est, eum, qui non prius specimen & documentum de se præbuerit, aliorum doctorem existere: nisi alicubi donò divinæ gratiæ hoc fiat.

Can. 80. Quòd non oportet Episcopum publicis se implicare administrationibus.

Dicimus, quòd non oporteat Episcopum, aut presbyterum publicis se administrationibus immittere; sed vacare, & commodum se exhibere usibus Ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere: aut deponitor: *Nemo enim potest duobus dominis servire, juxta præceptum Dominicum.*

Can. 81. Sine dominorum manu missionis servi in clerum non promoveantur.

Servi, si in clerum promoveantur citra dominorum voluntatem, hoc ipsum operatur redhibitionem. Si quando verò servus quoque gradus ordinatione dignus videatur (qualis & noster Onesimus apparuit) & domini consenserint, manuque miserint, & domo sua ablegaverint, efficitur.

Can. 82. Ut Episcopus militia vacans deponatur.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus

qui militiæ vacaverit, & simul utrumque retinere voluerit tam officium Romanum, quàm functionem sacerdotalem, deponitor: *Que enim Cæsaris sunt, Cæsari; & que Dei, Deo.*

Can. 83.

Quisquis Imperatorem, aut magistrum contumeliâ affecerit, supplicium luto: & quidem si clericus sit, deponitor: si laicus, à communione removeror.

Can. 84. Quilibet libri sunt canonici.

Sunt omnibus vobis clericis simul & laicis venerandi ac sacri, libri veteris quidem Testamenti, Moyſis quinque; Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; Jesu filii Nave unus, Judicum unus, Ruth unus; Regum quatuor, Derelictorum ex libro Dierum duo, Esdræ duo, Esther unus, De Machabæorum gestis tres, Job unus, Psalterii unus, Salomonis tres, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum: Prophetarum duodecim unus, Eiaiz unus, Hieremias unus, Ezechielis unus, Danielis unus. Inquiratur autem à vobis extrinsecus, ut adolescentes vestri addiscant item sapientiam erudiri Syrach.

Nostra verò (hoc est) novi Testamenti, Evangelia quatuor, Matth. Marc. Luc. Joan. Pauli epistolæ quatuordecim, Petri epistolæ duæ, Joannis tres, Jacobi una, Judæ una, Clementis epistolæ duæ, & præceptiones, quæ vobis Episcopus per me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt, quas omnibus publicare non oportet ob quædam a cana, quæ in se continent: & actiones nostræ Apostolorum.

Explicunt Canones Apostolorum.

Additio F. S.

Certum est hunc ultimum canonem esse apocryphum & addititium: Nunquam enim epistolæ Clementis habitæ fuerunt ut Scripturæ sacræ & Canonice, sicut nec ejusdem Constitutiones.

S U M M A

CONCILIORUM, PONTIFICUM,

ALIORUMQUE SS. PATRUM,

Succinctè complectens, quæ alibi sparsim tradita sunt.

PETRUS PAPA PRIMUS.

PETRUS Apostolus, & Princeps Apostolorum, natione Galilæus, ex vico Bethsaida, filius Joannis, frater Andreæ, primò sedit in Cathedra Episcopatus Antiochiæ annis septem. Hinc ingressus est in Urbem Romanam, Claudio Cæsare, ibique sedit in Cathedra Episcopatus annis 24. mensibus quinque, diebus undecim. Fuit autem temporibus Tiberii Cæsaris, & Caii, & Tiberii, Claudii, & Neronis. Hic scripsit duas Epist. quæ Catholicæ & Canonice nominantur, & Evangelium Mærci, quia Mærcus auditor ejus fuit & filius à baptismo. Hic ordinavit duos Episcopos, Linum, & Clerum, qui præsentialiter omne ministerium sacerdotale in Urbe Roma populo, vel supervenientibus exhiberent. Beatus autem Petrus orationi, prædicatione populum erudiens, vacabat. Hic cum Simone Mago multas disputationes habuit &c. Idem Petrus beatus Clementem Episcopum consecravit, cui & Cathedram, vel Ecclesiam omnem disponendam commisit, (ut testetur idem Clemens in epistola prima ad Jacobum fratrem Domini) dicens: *Sicut mihi gubernandi tradita est à Domino, quæ Iesù Christo potestas ligandi solvendiq; sit & ego tibi commisit; ut ordines dispositores diversarum in consensum: per quos & illius non Ecclesia*

sici profugerent; & tu minime curis secularibus dedimus reperiaris, sed solummodò orationi, & prædicationi ad populum vacare stude. Deinde martyrio cum Paulo coronatur, anno post passionem Domini 38. qui sepultus est viâ Aureliâ in templo Apollinis, juxta palatium Neronianum in Vaticano 3. cal. Julii. Sub Petro celebratum est Concilium primum Hierosolymis, cujus exemplar habes in Actis Apollitorum cap. 15.

Linus Episcopus.

LINUS, natione Italus, de Regione Tusciæ patre Herculano, sedit Episcopus annos 11. menses 2. dies 23. Fuit autem temporibus Neronis & Vespasiani; martyrio coronatur à Saturnino Consule, & sepultus est juxta corpus B. Petri in Vaticano 9. cal. Octob.

Cletus Episcopus.

CLETUS, natione Romanus, patre Emiliano, sedit annos 12. menses 7. dies 8. Fuit temporibus Vespasiani & Titi, & sub Domitiano martyrio coronatur, & sepultus fuit juxta corpus B. Petri in Vaticano. Constituit Romæ 25. Presbyteros.

Clemens Papa secundus.

CLEMENS, natione Romanus, de regione Cælio monte, ex patre Eaufino, sedit annos 9. menses 6. Fuit autem temporibus Domitiani, Nervæ, & Trajani. Hic ex præcepto B. Petri suscepit Ecclesiæ Pontificatum gubernandum, sicut ei fuerat

Primum Concilium Hierosolymis sub Petro.

An. Do. 70. Linus Episcopus. Hic, nulla capite summis Ecclesiam interdidit.

An. D. 82. Cletus Episcopus.

An. D. 96. Clemens 2. Pont.

Nic Pontificum ornamentum instituit. Math. 16. Linum, & Cletem premisit, ambitionis exempli de- elinatione.

fuerat à Domino Jesu Christo Cathedra tradita & commissa, ut ipse in epistola, (quæ ad Jacobum scripta est) explicat. Sed Linus, & Cletem ante eum consecrarentur, qui ab ipso principe Apostolorum ad ministerium sacerdotale exhibendum, sunt Episcopi ordinati. Verius à Bano, & aliis ponitur successor Lini, & Cletem: ut qui quidem manus impositionem à B. Petro acceperit, sed Episcopatum recusavit usque ad bitum Lini, & Cletem. Clemens tamen fuit immediatus, & proximus successor Petri in Cathedra Pontificali. Obiit martyr anno Traiani 3. Tenet h. c. Joannes Papa tertius in epistola decretali ad Episcopos provinciarum Germaniæ, & Galliæ; & Alexander primus in epistola decretali prima ad Orthodoxos. Eusebius verò Cæsariens. Ecclesiast. hist. 1. 3. cap. 14. de Clemente scribit dicens: *In urbe Roma, 12. Anacleti annis in Episcopatu exaltis, sacerdotii sedem Clementi tradidit.* Et cap. 14. *Igitur in urbe Roma tertius ab Apostolo Clemens, 9. annis sacerdotio persuaclus, Evaristo divini Verbi tradit ministerium.*

Clemens secundus Hieron. quartus Pont.

Opinio Anacleti.

Platina enumerat Clementem, Papam quartum à Christo post Linum & Cletem; & D. Hieronymus dicit fuisse quartum, sed aliâ ratione: quoniam recenset Anacletum præcessorem Clementis, & tertium Papam; quod tamen communis sententia non recipit. Ego tamen puto secundum: sed in re tam perplexa lectoris arbitrio iudicium permitto.

Additio F. S.

Clemens etiam ordinatus à Petro, cessit Lino & Cleto, qui Petri viventi fuerant coadjutores. Baron. ad ann. 69. Unde etiam Bellarminus, & alii Clementem post illos duos collocant.

Extant epistolæ Clementis decretales quinque.

Anacletus Papa.

An. D. 103. Anacletus 4. Pont.

ANACLETUS tertius, Papa, natione Græcus, ex patre Antiocho, sedit annos 9. menses 6. dies 6. Fuit temporibus Tra-

iani: sepultus est in pace juxta corpus B. Petri, in cuius honorem Ecclesiam extruxit in Vaticano.

Eusebius Ecclesiast. hist. lib. 3. cap. 14. ait sedit annos 12. & tradidisse sacerdotium Clementi.

Additio F. S.

Anacletum sedit post Linum, Cletem, & Clementem tradunt Platina, Baronius, Bellarminus, & alii.

Decreta Anacleti in epistola prima.

Sacerdotes, quando Domino sacrificant, non solum hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, ut Domino perfectè in sacratis Deo locis sacrificare probentur; juxta illud Deut. 12. *Vide, ne offeras holocausta in omni loco quem videris; sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus.* Episcopus Deo sacrificans testes secum habeat, & plures, quàm alius Sacerdos, cum quo perfecta consecratione, omnes ministri communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus. Sic Apostoli statuerunt, & S. Romana tenet Ecclesia, de consecratione d. v. cap. *Episcopus Deo &c.*

Additio F. S.

Tam in epist. Anacleti, quàm in cap. *Episcopus Deo, de consecr. d. 1.* abest illud, cum quo. Et recensitis ministris, qui Episcopo debent in solemnioribus diebus assistere, ita sequitur: *peractâ autem consecratione communicent;* non dicitur: *omnes ministri;* sic tamen intelligi oportere, contextus requirit.

In fine ejusdem epistolæ: *Si difficiliore ortu fuerint questiones, ad sedem Apostolicam (si appellatum fuerit) referantur: quoniam Apostoli hoc statuerunt iussu Domini Salvatoris, ut maiores, & difficiliore questiones semper ad sedem referantur Apostolicam, super quam Christus universam construxit Ecclesiam, dicente ipso: Tu es Petrus &c.*

Epistola secunda eiusdem, in qua de fide & aliis causis scriptus respondit ad

Episcopos Italie.

Primo de ordinatione Episcopi habetur ex ejus decretis, & d. 64. & 75. can.

Quo

Joan. 1. Solus: gravit: Dominis

Quo lo: & qui testibus crificans dam

De Pri Eccles Romæ

Matth

A qui accus

Ordinationes, quod per tres Episcopos fiat consecratio, reliquis consentientibus.

Secundò, habetur de eorum accusatione, quod non nisi ab idoneis, & probatissimis viris, qui suspicionibus & sceleribus careant, fieri debeat; quia Dominus sacri sui Corporis tractatores, à vilibus, & reprobis personis infamari noluit, nec calumniati permittit, sed ipse, proprio flagello peccantes Sacerdotes à templo eiecit, habetur 2. q. 7. c. *Accusatio quoque*.

**Electio-
pito-**

Tertio de electione. Cùm ejectionem summorum Sacerdotum sibi Dominus reseravit, electionem tamen eorum bonis sacerdotibus, & spiritualibus populis concessit. Habetur d. 79. cap. *Electionem*.

**nomine
hyer.**

Ante Abraham nullus alius vocatus est presbyter, id est, senior, cùm ab Adam usque ad eundem, nongentos & amplius annos, multos homines vixisse legimus; Abraham verò multò paucioribus annis vixisse convincitur. Unde non propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam, sacerdotes presbyteri nominantur. Exod. 29. Moysi præceptum est, ut eligeret presbyteros.

l. 24.

**origine
notam.
on pri-
Pont.
Tel.
d. 29.**

Initium sacerdoti fuit Aaron, licet Melchisedech prius sacrificium obtulerit, & post hunc Abraham, Isaac, & Jacob; sed hi spontaneâ voluntate, non sacerdotali autoritate ista fecerunt. Quo loco contemplari oportet Aaron summum Sacerdotem, id est, Episcopum fuisse. Porro filios ejus presbyterorum demonstrasse figuram d. 21. ca. *In novo Testamento*.

**primatu
d.
nh. 26.**

In novo Testamento, post Christum Dominum, à Petro sacerdotalis coepit ordo, juxta illud apud Marthæum: *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam*. Et primus ille ligandi, & solvendi potestatem accepit à Domino, primusque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Cæteri verò Apostoli cum eodem pati consortio honorem & potestatem acceperunt, ipsumque Principem eorum esse voluerunt, ipsis quoque decedentibus, in locum eorum

suecesserunt Episcopi, d. 2. c. *In novo Testamento*.

Filius est æqualis Patri, quia licet Verbum fuerit abbreviatum, non tamen minuto deitatis in Dei Filio significatur: sed dispensatio susceptæ carnis annunciat. In qua dispensatione non solum à Patre, sed etiam Angelis, hominis filium legimus minoratum. Idque probat multis testimoniis Scripturarum.

Tertia epistola eiusdem.

Quæ in summa tractat Anacletus in hac epistola, sunt ista; Primum: à Domino constitutos esse hos duos ordines, Episcoporum & Sacerdotum; & amplius quam isti duo, nec Apostoli docuerunt. Ex quo colligitur reliquos ordines, aut gradus notos in Ecclesia, non à Domino ordinatos, nec ab Apostolis. Secundò colligitur, Episcopos superiores esse sacerdotibus aliis, cùm loco Apostolorum suecesserint. Presbyteri verò septuaginta discipulorum locum tenent. In sacerdotio complexus est Anacletus diaconos, & subdiaconos.

Additio F. 5.

Verba Anacleti malè hic feruntur. Ita enim habent: *Sacerdotum ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari*. Et postea: *Amplius quam isti duo ordines Sacerdotum, nec nobis à Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt*. Unde patet quod Pontifex non dicit, tantum esse duos ordines, sed tantum esse duos ordines Sacerdotum. Quod sequitur in Summa *ex quo colligitur reliquos ordines, aut gradus notos in Ecclesia, non à Domino ordinatos, nec ab Apostolis*, non est Anacleti, sed collectoris Summæ, perperam concludentis. Observa autem duos illos ordines Sacerdotum, esse Episcopatum, & simplex sacerdotium.

Secundum: Romana Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super universas Ecclesias, ac

De equalitate Patri & Filii.
Hebr. 2.

Sacerdotum & Episcoporum 9 do à Deo constituit

Nota be

Quod Ec-
clesia Rom-
sic caput
omnium
Ecclesiar-
um.

totum Christiani populi gregem assequuta est. Secunda sedes est apud Alexandriam sub Marco Evangelista. Tertia apud Antiochiam sub Petro Apostolo, qui illic priusquam Romam veniret, habitavit, & Ignatium Episcopum contulit.

Petrus, &
Paulus una
die passi
sunt.

Petrus, & Paulus eodem tempore, & uno die sub Nerone Principe passi sunt, & ambo S. Romanam Ecclesiam sui morte consecraverunt, & aliis omnibus urbibus in universo mundo, eam suo venerando triumpho præulerunt.

Juxta me-
rita plebis
datur Sa-
cerdos.

Pro meritis plebis sæpè Pastores depravantur Ecclesie, ut proclivius corruant, qui sequuntur. Capite enim languescunt, facilius reliqua corporis membra inficiuntur, juxta illud Esaiæ 1. *Omne caput languidum, & omne cor merens* Et illud.

Isai. 24.

Sicut populus, sic sacerdos, & sicut servus, sic & dominus eius, & sicut ancilla, sic & domina eius.

Contra de-
tractores
Prælatorum
suarum,

Contra detractores prælatorum suorum, qui sententia Cham filii Noë damnantur, quia patris pudenda non operuit, sed magis decidenda aliis fratribus suis monstravit. Quia doctor, vel pastor Ecclesie, si à fide exorbitaverit, erit à fidelibus corrigendus; sed pro reprobis moribus magis est tolerandus, quam distringendus, quia rectores Ecclesie à Deo judicandi sunt, ut dicitur in Psalmista 81. *Deus sedit in synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat.* 2. q. 7. c. *Sententia Cham*; & 24. q. 3. c. *Tam sacerdotes.*

Decreta Evaristi Papa.

EVARISTUS quartus Papi, natione

An. D. 112,
Hic titulus
in urbe Ro-
mae divisit
pnebytech.

Græcus, ex patre Judæo, nomine Juda, de civitate Bethlehæm, sedit annos 9. menses 3. Fuit temporibus Domitiani, Nervæ, & Traiani. Martyriò coronatur, sepulchro juxta corpus S. Petri in Vaticano. Eusebius autem Ecclesiast. hist. 1. sæculi illius annos prosequitur.

*Epistola prima ad Episcopos Aphri-
canos.*

Quale debet esse legitimum conjugium

fideliū, ut à patribus, & Apostolis, eorumque successoribus traditum invenimus. Non fit conjugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem videntur habere. Uxor petatur, & à parentibus propinquioribus sponsetur, sub tempore sacerdotaliter (ut mos est) cum precibus, & orationibus à sacerdote benedicatur, & à paranymphis (ut consuetudo docet) custodiatur, & consocietur, & bido, & triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, ut bonæ soboles generentur, & Domino in actibus suis placeant. Aliter verò præsumpta, non conjugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, vel fornicationes potius quàm legitima conjugia esse non dubitate, &c. Habetur 3. q. 5. *Aliter legit.*

Qualis sit
Christiani
conjugia.

Evaristus
matrimonii
publica bo-
dedicit.

Lanon renovandus in reformatione, ad cavenda clandestina matrimonia, quæ ipsa Venus solet contrahere.

Autho-

De hoc quod Paulus 1. Timot. 6. dicit: *Qui solus habet immortalitatem, & lucem illi expliat* *habitas inaccessibilem*; quòd non de solo Patre dictum sit (ut quidam malè interpretati sunt) probat rationibus, & testimoniis. De Filio etiam hunc locum intelligendum, post pauca subiungit:

Locus Pau-
lus ille expliat

Eam lucem inaccessibleem (quam Pater, & Filius inhabitant,) nullus in hoc mortali corpore constitutus potest aliquatenus contueri. Sed dum apparuit, tunc verè cum videbit sicuti est. Et non sicut Moyses, ceterique Prophetæ per ænigmata, & figuram, sed ipsam veraciter in Filio contuebitur Deitatis imaginem. Hic sentit, nullum Prophetam, nec Moysen vidisse Deum in natura sua.

Quod ad
lucem mortu-
um videt
Deum in
essentia.
1. Joan.
1. Cor. 13

*Epistola secunda eiusdem ad Episcopos
Aegypti, quòd Christus sit sponsus
Ecclesie.*

Autho-

Sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec Episcopus Ecclesiam suam, id est, ut illam dimittat ad quam sacratus est, absque inevitabili necessitate, aut Apostolicâ, aut regulari mutatione: neque alteri se ambitus causâ conjungat.

Episcopus
Ecclesiam
suam non
dimittat.

Es.

111-
95-
127-
128-
129-
130-
131-
132-
133-
134-
135-
136-
137-
138-
139-
140-
141-
142-
143-
144-
145-
146-
147-
148-
149-
150-
151-
152-
153-
154-
155-
156-
157-
158-
159-
160-
161-
162-
163-
164-
165-
166-
167-
168-
169-
170-
171-
172-
173-
174-
175-
176-
177-
178-
179-
180-
181-
182-
183-
184-
185-
186-
187-
188-
189-
190-
191-
192-
193-
194-
195-
196-
197-
198-
199-
200-

Et velur uxor, quæ sub manu viri est, obedire debet viro suo, cumque diligere & amare; sic Ecclesia Episcopo suo in omnibus obedire, & amare (ut animam suam) debet: quia illud fit carnaliter, istud verò spiritualiter 7. q. 1. *Sicut vir non.*

Deus omnipotens, ut nos à præcipitata sententiæ prolatione compesceret, cùm omnia nuda & aperta sint oculis ejus, mala tamen Sodomæ noluit audita judicare, priusquam manifestè agnosceret Genes. 18. *Descendam & videbo* &c. Cujus exemplo monemur, ne ad profertendam sententiam unquam præcipientes simus, aut temerè, & indiligenter indiscussa quæ que, quò modo judicemus, dicente veritatis voce: *Nolite indignari* &c.

Decreta Alexandri Papa.

127-
128-
129-
130-
131-
132-
133-
134-
135-
136-
137-
138-
139-
140-
141-
142-
143-
144-
145-
146-
147-
148-
149-
150-
151-
152-
153-
154-
155-
156-
157-
158-
159-
160-
161-
162-
163-
164-
165-
166-
167-
168-
169-
170-
171-
172-
173-
174-
175-
176-
177-
178-
179-
180-
181-
182-
183-
184-
185-
186-
187-
188-
189-
190-
191-
192-
193-
194-
195-
196-
197-
198-
199-
200-

ALEXANDER primus Romanus, patre Alexandro natus de regione Caputtauri. Causâ persecutionis cum multis fidelibus latuit in Catacumbis. Martyrium conficitur sub Hadriano ob multos nobiles Romanos ad fidem conversos. Sedit annos 10. menses 7. dies aliquot.

Epistola ad omnes orihodoxos & eradita epistola.

111-
112-
113-
114-
115-
116-
117-
118-
119-
120-
121-
122-
123-
124-
125-
126-
127-
128-
129-
130-
131-
132-
133-
134-
135-
136-
137-
138-
139-
140-
141-
142-
143-
144-
145-
146-
147-
148-
149-
150-
151-
152-
153-
154-
155-
156-
157-
158-
159-
160-
161-
162-
163-
164-
165-
166-
167-
168-
169-
170-
171-
172-
173-
174-
175-
176-
177-
178-
179-
180-
181-
182-
183-
184-
185-
186-
187-
188-
189-
190-
191-
192-
193-
194-
195-
196-
197-
198-
199-
200-

In sacrificio Missarum, panis tantum, & vinum aquâ permixtum offeratur. Non debet in calice Domini, aut vinum solum, aut aqua solâ offerri, sed utrumque permixtum, quia utrumque ex latere ejus in passione sua profluxisse legitur. *De consecratione d. 2. c. In sacramentorum.*

111-
112-
113-
114-
115-
116-
117-
118-
119-
120-
121-
122-
123-
124-
125-
126-
127-
128-
129-
130-
131-
132-
133-
134-
135-
136-
137-
138-
139-
140-
141-
142-
143-
144-
145-
146-
147-
148-
149-
150-
151-
152-
153-
154-
155-
156-
157-
158-
159-
160-
161-
162-
163-
164-
165-
166-
167-
168-
169-
170-
171-
172-
173-
174-
175-
176-
177-
178-
179-
180-
181-
182-
183-
184-
185-
186-
187-
188-
189-
190-
191-
192-
193-
194-
195-
196-
197-
198-
199-
200-

Aquam sale conspersam p. pulis benedicimus, ut eâ cuncti aspersi sanctificentur, ac purificentur, quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus sanguine populum sanctificabat, multò magis aqua sale aspersa divinisque precibus sacrata. Et si sale asperso per Elissam prophetam, sterilitas quæ sanata est, quantò magis divinis precibus sacrata, sterilitatem rerum auferet humanarum, & insidias diaboli auerret, & à phantasmaticis ver-

sutis homines defendet, & coinquinatos sanctificabit.

Ibidem de fide S. Trinitatis docet, & tradit multa, congestis multis testimoniis veteris Testamenti.

Decreta Sixti Papa.

SIXTUS I. Inscriptis se in suis litteris Universalis Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus, ut proinde recens inventum non sit, quoddam Romani Pontifices Universalis Ecclesiæ inscribantur Episcopi. Sedit annos 9. menses 10. dies 9. Martyrio coronatur sub Antonino Pio.

Hic constituit sacra mysteria, & ministeria, id est, sacrata vasa non tangi, nisi à ministris sacerdotis.

Constituit etiam, ut sacerdote incipiente actionem Missarum, à populo cantaretur: *Sanctus, Sanctus, &c.*

In prima epistola ostendit, secundum fidem, Patrem esse Deum, & ingenitum, Filium verò (in quo Pater visus est) esse genitum, unumque cum Patre Deum, non alium Deum Patrem, alium Filium. Hæc epistola scripta est ad universos Christi fideles.

Decreta Telesphori Papa.

TELESPHORUS fuit natione Græcus, temporibus Antonini Imperatoris, sedit annos 11. menses 8. dies 28

Summa epistolæ decretalis ad universos scripta.

Statuit, septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha clericos omnes à carnibus jejnare, quia discreta debet esse vita clericorum, & hæcorum, dicens: Sic ergo à carne, & delictis jejnent, & hymnis, & vigilis, atque orationibus Deo inhærare diu, nocturnè studeam d. 4. ca. *Statuimus.*

Statuit etiam, ut nocte Nativitatis Dominicæ Missas celebrent, & hymnum Anglicum in eis solemniter decantent: quoniam eâ nocte ab Angelo pastoribus nunciatus est. Reliquis verò temporibus Missarum celebrationes ante iteram diurnam minime sunt celebrandæ: quia eadem

De fide Trinitatis.

An. D. 193
Sixtus 7-
Pontificatus
Hic. Gallus
in fide con-
tinuit.

A Sixto hæ-
buerunt
initia Mis-
sarum so-
lemnia.

De fide Tri-
nitatis.
An. D. 193

An. D. 147
Telespho-
rus Pont. 8.
Hujus tem-
poribus in-
valuit Va-
lentiniana
hæresis.

De jejunio
Quadrage-
simæ.

Ter Missæ
celebrandæ
in nocte na-
tivitatis
Dominicæ.
Lucæ 2
Marci 15
& AA. 42

eâdem horâ Dominus crucifixus est, & Spiritus Sanctus super Apostolos descendisse legitur.

Decreta Hyginii Pape.

An. D. 154. **HYGINIUS** Papa, natione Græcus, ex Athenis, sedit annos 4. duobus diebus minus. Nonus sub Petro.

Hic, Patrum, & Martirum baptismo, & confirmationi adhibuit.

Extat epistola decretalis, ad omnes Christi fideles, de fide Trinitatis satisfrudita, in qua de æqualitate personarum in divinis multa congerit testimonia.

Ibidem, epistolam primam Joannis docet ad Parthos scriptam.

Extat secunda epistola ejusdem ad Athenienses parænetica.

Decreta Pii Pape.

An. D. 156. **PIUS I.** natione Italus, sedit ann. 9. menses sex, minus 3. diebus.

Hic, Novæ thesauri, divæ Potestatis, & Pastoris inscribitur ille liber.

Hermes, frater hujus, librum scribit, in quo refert, quod ei præcepit Angelus Domini (cùm veniret ad eum in habitu pastoris) ut Pascha die Dominicâ celebraretur. Hoc approbat in epistola prima Pius Papa, & habetur de consecratione d. 3. ca. *Nesse vos volumus.*

In secunda epistola ad Italos directâ.

Non prophanandæ res Ecclesiasticæ.

Author.

Lutheranorum iniqua facta.

Prædia divinis usibus tradita, quidam humanis applicant usibus, & Dominò Deo, cui tradita sunt, ea subtrahunt, ut suis usibus inserviant; quod si quisque præsumpserit, sacrilegus habeatur, & sicut sacrilegus judicetur. Quod hac tempestate fecerunt Lutherani. 12. q. 2. c. *Prædia divinis.*

Decreta eiusdem Pii Pape.

Pœna perjurii. Qui compulsus.

Qui compulsus à domino, sciens pejerat, utrique sunt perjuri, & dominus & miles. Ille, quia præcepit; hic, quia plus dominum, quam animam suam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & septem sequentes annos. Si servus est, tres quadragesimas, & legitimas festas pœniteat.

Ex eodem.

Si quis per capillum Dei, vel caput jurerit, vel alio modo blasphemiâ contra Deum usus fuerit, si in Ecclesiastico or-

dine est, deponatur; si laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturam juraverit, acerrimè castigetur, & juxta hoc, quod Synodus judicaverit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifestaverit, divinâ condemnatione similiter coetceatur. Et si Episcopus emendate neglexerit, acerrimè corripitur.

De pœnitentia ejus, cujus negligentia aliquid de sanguine Domini distillat: de consecratione d. 2. c. *Si per negligentiam.*

Laudabilis est consuetudo, quâ nihil fidei contrarium agitur.

Consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem Catholicam nil usurpare dignoscitur.

De consuetudine servanda, quæ non est contra fidem.

Peristis per Hilarium Chartularium nostrum à beatæ memoriæ Decessore nostro, ut omnes vobis retrò temporum consuetudines servarentur, quas à Petri Apostolorum Principis ordinationum initis hæcenus vetustas longa servavit. Et nos quidem juxta seriem relationis vestræ consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem Catholicam nihil usurpare dignoscitur.

Decreta Aniceti Pape.

ANICETUS, natione Syrus, filius Joannis. Ipsum Romæ convenit S. Polycarpus Smyrnæ Episcopus ut dissidia quæ erant oborta circa festum celebrandi Paschatis componeret; defendente Polycarpo partem Asianorum de Paschate celebrando Lunâ decimâ quartâ. Sedit annos 8. minus tribus mensibus ac diebus 7. Martyrio coronatus sub Marco Aurelio.

Extat epistola decretalis ad Episcopos Gallie, in qua docet sequentia.

Primo tradit, Jacobum, (qui dicebatur Justus) à Petro, Jacobo, & Joanne Apostolis, Hierosolymorum Episcopum fuisse ordinatum: citat Anaclerum 2. epistolâ.

Secundò ibi, quod Archiepiscopi ab omnibus Episcopis suffraganeis ordinentur. 66. d. c. *Archiepiscopus ab omnibus.*

Tertiò

12. q. 2. c.

Anic. Pont. Hic i. panibus, tribus conficitur 2 pas.

10— Tertio ibi, ut clerici comam non nutriant, sed desuper caput in modum sphaerae radant: quoniam laetis & simplicibus, virtutis, honestatis, pudicitiae, & gravitatis exemplar esse debent. d. 23. c. *Prohibet fratres*

Decreta Sotherii Papae.

179. SOTHER, natione Campanus, ex Fundis, ex patre Concordio. Tempore maximae persecutionis sub Marco Aur. li. Ecclesiam longè postea eâ persecutione vexatas non solum literis consolatus est, sed & pecuniis Christianos ad metalla damnatos sublevavit, martyrio coronatus sub eodem Imperatore postquam sedisset annos 4. Scripsit epistolas duas.

Epistola prima tota est de fide, in qua docetur, quòd Christus in divinis Scripturis dicitur secundum carnem factus: nam secundum divinitatem nusquam à Patre dicitur factus, sed genitus.

Secunda epistola ad Episcopos Italiae.

Primo constituit, sacratas Deo fominas vel monachas, sacra vasa, aut sacratas palas non contingere, nec incensum circa altaria deferre. 23. d. *Sacratas Deo.*

Secundo praecipitur ab eodem, ut sacrificans habeat secum adiutorem sacerdotem, ut si aliquò casu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram elisus; à torgo s' mper habeat, qui ejus vices insequaret intrepidus, & officium inceptum adimpleat. d. 2. d. *consecratione.*

Tertio ibi, ut nullus post cibum poturque, sive quodlibet minimum sumptum Missas facere; nullus absque parentis necessitatis proventu minuter, vel sacerdos imperfecta officia praesumat omnino relinquere. Si quis hæc temerariè praesumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit. Habetur ubi supra c. *Pro illud*, & 7. q. 1. c. *Illud divinum.*

Quarto idem, ut nullus presbyterorum Missarum solemnia celebrare praesumat, nisi duobus praesentibus, sibi que respondentibus, & ipse tertius habeatur. Quia

cum ab eo dicitur, *Dominus nobiscum*, & *Orate pro me*, aptissime convenit, ut in ipsius respondeatur salutationi. de consecratione d. 2. c. *Hoc quoque.*

Quinto, si aliquid incautus aliquem jurasse contigerit, quod observatum, in peiorem vertat exitum, illud salubri consilio mutandum novimus, & magis instante necessitate perjurandum nobis, quàm pro facto juramento in aliud crimen majus divertendum. 22. q. 4. c. *Si aliquid.*

Sexto; idem; quòd à nullis in cena Domini perceptio Eucharistiae negligatur, exceptis his, quibus pro gravibus criminibus inhibetur; ab omnibus aliis percipiendam esse, Ecclesiasticus usus demonstrat: cum & poenitentes eadem die ad percipiendam corporis, & sanguinis Domini sacramenta reconcilientur. de consecratione d. 2. c. *In carne.*

Decreta Eleutherii Papae.

ELEUTHERIUS, natione Graecus, patriâ Nicopolitanus, ex patre Abundis. Ad eum Lucius Britannorum Rex Legatos suos direxit ad suscipiendos ab eo sacros fidei Ministros, quos & obtinuit. Sedit annos 15. dies 23. Martyrio affectus sub Commodo.

In epistola unica ad Gallos provincias.

De quibus audierat, ut certas escas vitarent, instruit eos (secundum Evangelium) nullas escas, tanquam communes, refutari debere: quoniam universas Deus ad cibos tribuit fidelibus suis: probat ex Matth. 19. & Act. 10.

Decreta Victorii Papae.

VICTOR, Afer, Felcis filius. Theodorum coriarius (qui quidem arte coriarius, sed magnae eruditionis, & doctrinae) afferentem, Christum hominem tantummodò, ab Ecclesia eject. Totius Africae Ecclesiae decreto suo de celebrando Paschate die Dominico obtemperare recusantes, facti necessitate excommunicavit. Sedit annos 9. mensem unum, dies 28.

Incauta iocamenta non tenenda.

In cena Domini ab universis sumenda Eucharistia.

An. D. 179. Eleutherius Pont. 13. Hujus tempore Martionis secta variè divisæ est.

Non quòd intrat peccos, &c. Postera autem die, &c.

An D 194. Victor Papae 14. Hujus temporis fuit heresis Pauli Samolitanæ.

Martyrio coronatus sub Severo Imperatore.

Sequentia in epistola ad Theophilum Alexandria Episcopum.

Primò, hic instituit die Dominicà Pascha Domini celebrari, sicut constituerat & Pius Papa. de consecrat. dist. 3. c. *Celebritatem.*

Tempore necessitatis, quolibet tempore vel loco baptismi.

Secundò idem præcepit, ut si necesse fuerit, aut mortis periculum ingruerit, Gentiles ad fidem venientes, quocumque loco vel moment (ubicumque evenerit) sive in flumine, sive in mari, sive in fonte, tantum Christianæ credulitatis confessione clarificatà, baptizentur.

Controversia, quo tempore celebrandum sit Pascha.

Eusebius lib 5. Ecclesiasticæ historiz, ca. 22. & 23. & infra, scribit quanta fuerit controversia inter Episcopos, & alios fideles de celebratæ Paschæ tempore hujus Victoris Papæ. Quibusdam volentibus 14. luna Pascha Domini celebrandum, quacumque die septimanæ luna 14. venisset, quando Judæis Agnus præcipitur immolari, & tunc solvi debere jejunium. Aliis verò volentibus, ne aliquando, nisi in die Dominica, quando Dominus surrexit à mortuis, Dominicum Paschæ celebraretur mysterium, & in hac sola solvendum esse Paschæ jejunium. Ex ob hujusmodi causam congregata sunt Concilia nonnulla provincialia.

Extat epistola prima Victoris ad Aphros patznetica.

Decreta Zepherini Papa.

ZEPHERINUS, patria Romanus, Abundii filius; Tertullianum, aliosque Pseudo-paracleti Montani assertores excommunicavit. Sedit annos 18. dies 18. Martyrio coronatus sub Elagabalo.

In epistola prima ad Episcopos Sicilienses.

Tradit illud, quod & alii multi tradiderunt, quòd judicia Episcoporum, & majores Ecclesiæ causæ à Sede Apostolica sunt terminandæ, quia sic Apostoli, & sancti successores eorum statuerunt.

Scribit alteram epistolam Episcopis

Ægypti, quâ hortatur eos ad patientiam quia persequerentur, bonis suis spoliabuntur. Est epistola commendatione digna.

Decreta Calixti Papa.

CALIXTUS, patriâ Romanus, ex parte Andreæ Domitio; erexit Ecclesiam S. MARIE Calixtinae trans Tyberim. Martyrio coronatus est sub Alexandro Imperatore, postquam sedisset annos 5. mensem unum, dies 12.

In prima epistola ad Benedictum Episcopum.

Constituit jejunium quatuor temporum, propter fructuum terræ abundantiam; juxta prophetiam Zachariæ c. 8. *Jejunium 4. & jejunium 5.* Quia sicut repleremur à Domino frumento, vino, & oleo ad alenda corpora, sic repleremur jejunio ad alenda animas.

In secunda epistola ad Episcopos Galliarum.

In ea generaliter instituit per divinas Scripturas, servandos esse à causis illicitis, & commonet delinquentes ad poenitentiam. Ibi etiam vetat, excommunicatos à sacerdotibus, ab aliquo recipiendos, ante utriusque partis justam examinationem, & ne cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicent, nec ave eis dicatur; & quòd simili excommunicationi subjacebunt, juxta Apostolorum institutionem, qui cum scicnter excommunicatis communicaverint.

Hic, primus prohibet matrimonia inter consanguineos. Hos verò consanguineos appellat, quos divinx, atque Imperatorum, & Romanorum, atque Græcorum leges consanguineos appellant, & in hereditatem suscipiunt, nec repellere possunt. Talium enim conjunctiones nec legitime sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendæ. Et si quæ aultu temerariò attemptatæ sint, autoritate Apostolica rescindendæ veniunt, & ca. 3. q. 4. c. *consanguineam.*

Ibi, leges humanas rationi & honestati non repugnantes, esse amplectendas censet.

A. D. 209. Zepherinus Pont. 15. Graviores causæ ad Sedem Romanam deferendæ.

Ad consanguineos manent.

consensus, præsertim ubi Reipublicæ consulunt utilitati, vel Ecclesiasticæ dignitatis authoritatem defendunt, atque pro adminiculo tuerentur, &c.

Decreta Urbani Pape.

An. D. 327. **Urbanus** Pont. 17. **An. D. 350.** **URBANUS**, patriâ Romanus, patre Pontiano, cum plurimos ad fidem convertisset, & suis hortationibus ad gloriam martyrii perduxisset, & ipse capite truncatus, martyrio coronatus est sub Alexandro, cum sedisset annos 6. menses 7. dies 4.

Hic suâ traditione multos ad baptismum, & fidelitatem convertit; ac inter alios Tiburtium, & Valerianum nobilem virum, sponsum S. Cecilie, quos etiam usque ad martyrii palmam perduxit: cuius monitis, & doctrinâ multi alii martyriò coronati sunt.

Extat ejus epistola decretâlis ad universos Episcopos spiritu Paulinò digna, per quam statuit, ut oblationes fidelium relinquatur Ecclesiis matricibus dispensandæ per Episcopos, juxta necessitatem fidelium.

Hic refert in eadem, quòd in exordio nascentis Ecclesie, cum fideles universi venderent omnia, quæ possiderent, & pretium eorum ponerent ad pedes Apostolorum (ut legitur in Actis) tunc videntes Sacerdotes summi, & alii, atque Levitæ, & reliqui fideles plus utilitatis posse afferre, si hereditates, & agros, quos vendebant, Ecclesiis (quibus præsidebant Episcopi) traderent, eò quod ex sumptibus eorum tam præsentibus, quàm futuris temporibus plurima, & elegantiora possent ministrare fidelibus communem fidem ducentibus, quàm ex pretio eorum: cæperunt prædâ, & agros, quos vendere solebant, matricibus Ecclesiis tradere, & de sumptibus eorum vivere. Ipsæ verò res in ditione singularum parochiarum Episcoporum (qui hæc tenent Apostolorum) erant, & sunt usque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. E quibus Episcopi, & fideles dispensatores

eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur: Ipsæ enim res fidelium, oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in aliis usibus, quàm Ecclesiasticis, & prædictorum Christianorum fratrum, vel indigentium converti, quia vota sunt fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonium pauperum, atque ad prædictum opus explendum Domino traditæ. Si quis autem (quod absit) secus egerit, videat, ne damnationem Ananiz & Saphiræ percipiat, & reus sacrilegii efficiatur, sicut illi effecti sunt, qui pretia prædictarum rerum fraudaverunt, ut legitur Actuum 5.

Addit ad prædicta: Hæc igitur fratres, quæ Ananias, & Saphira passi sunt, valde cavenda sunt, & timenda; quia res Ecclesie, non quasi propriæ, sed ut communes, & Domino oblatæ cum summo timore non in alios quàm in præfatos usus sunt fideliter dispensandæ, ne sacrilegii reatum incurrant, qui eas inde abstrahunt, ubi traditæ sunt, ne poenam & mortem Ananiz & Saphiræ incurrant, & (quod pejus est) anathema Maranatha fiant. Et si non corpore, ut Ananias & Saphira, mortui ceciderint, anima tamen (quæ potior est corpore (mortua, & alienata à fidelium consortio cadat, & in profundum barathri labatur.

Unde attendendum est omnibus, & firmiter custodiendum, ne prædâ usibus sacrorum celestium dedicata, à quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit, post debitas ultionis a. rimoniâ (quæ erga sacrilegos jure promenda est) perpetuâ damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis servetur: quoniam (juxta Apostolum) tradere oportet hujuscemodi hominem Satanæ, &c. Memoratis ergo augmentationibus & cultibus, in tantum Ecclesie, quibus Episcopi præudent, Domino adminiculante creverunt, & tantis maxima

12 qu. 1.
Res Ecclesie

17 qu. 4.
Attendendum est.

11. qu. 1.
Fideliis

12. qu. 4.

Oblationes
Episcopis
dispensanda,
juxta
necessitatem
fidelium.

Ecclesie
sua non
privata
sunt, sed ad
necessitatem
singulorum
fidelium.

part earum abundat rebus, ut nullus sit in eis communem gerens vitam, indigens; sed omnia necessaria ab Episcopo, suisque ministris percipit. Ideoque subiungit: Si aliquis extiterit modernis aut futuris temporibus, qui hæc avellere nitatur, jam dicta damnatione feriatur.

11. q. 3.
Quibus Episcopi non.

Quod autem sedes in Ecclesiis Episcoporum excelsæ, constitutæ, & præparatæ inveniuntur, ut thronus; speculationem, & potestatem judicandi & solvendi, atque ligandi à Domino sibi datam docent. Unde Matth. 16. legitur: *Quicumque ligaveritis &c.* Et Joan. 20. *Quorum remisistis.* Ideo ista prætulimus charissimi, ut intelligatis potestatem Episcoporum vestrorum, in eisque Deum veneremini, & eos (ut animas vestras) diligatis, & quibus illi non communicant, non communicetis, & quos ejecerint, non recipiatis. Valde enim timenda est sententia Episcopi, licet injustè liget aliquem: quod tamen summo opere prævidere debet.

Sententia Episcopi valde timenda.

De confirmatione.

Omnes fideles per manuum impositionem Episcoporum, Spiritum Sanctum post baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inveniuntur: quia cum Spiritus Sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & constantiam dilatur. De consecratione, q. 5. c. *Omnes fideles.* Et infra in epistola Melchiodis Papæ.

Decreta Pontiani Papæ.

An. D. 155.
Pontianus Papa 18.

PONTIANUS Romanus, sedit annos quinque: qui cum Hyppolito presbytero in Sardiniam insulam à Maximino Imperatore deportatus est, & ibi 12. calend. Decembris martiratus: cuius corpus Fabianus Papa reduxit, & Romæ in cœmeterio Calixti sepelivit.

Scripsit duas epistolas ad universos fideles. In prima tractat de honore, quò prosequendi sunt Sacerdotes, quoniam proprio ore corpus Domini consociant, & populus tradunt.

In secunda generaliter hortatur ad fraternam dilectionem.

Decreta Antheri Papæ.

ANTHERUS, natione Græcus, temporibus Maximini martyrio coronatus. Hic gesta martyrum diligenter exquisivit, & in Ecclesiâ recondidit. Propter quod, à quodam Maximo præfecto martyr effectus est. Sedit mense uno. Decimus novus Papa sub Petro.

An. D. Antheri Papa 18.

Scribit, rogatus ab Episcopis Bithiciæ & Toletanæ provinciæ, si liceret mutari Episcopum de una civitate in aliam. Respondit, licere quidem communi utilitate, aut necessitate fieri, sed non libitu cujusquam, aut dominatione. Ut Petrus princeps Apostolorum de Antiochia translatus est Romanus, & alii quidam Apostolica auctoritate mutati sunt: Eusebius de quadam parva civitate, auctoritate Apost. translatus est Alexandriam, & Felix electione civium, propter doctrinam & bonam vitam, quam habebat, communi Episcoporum, & reliquorum Sacerdotum, ac popularum consilio translatus est Ephesum. Verùm avaritiæ, vel præsumptionis, aut propriæ voluntatis causa non sunt Episcopi mutandi de civitate in civitatem, sed utilitatis, & necessitatis.

7. qu. 1. Antheri Episcopi Quibus causis ferendi Episcopi de una ecclesia in aliam.

Decreta Fabiani Papæ.

FABIANUS Papa, natione Romanus, sedit annos 15. dies 4. temporibus Decii martyrio coronatur, 20. Papæ.

An. D. Fabiani Papa 18.

Hic fecit septem subdiaconos, qui septem notariis imminerent, ut gesta martyrum in integrum colligerent. Tempore hujus, Novatus hæreticus venit ex Aethiopia, & separatavit Novatianum ab Ecclesiâ, & quosdam confessorum.

Sub. 11. 20. 21. Novatus hæreticus

Hujus etiam tempore passa est Ecclesia persecutionem, & multi Christiani à Roma fugerunt.

Eusebius lib. 6. c. 21. hist. Ecclesiast. tradit, Fabianum signò columbæ apparentis, super ipsum signò ostensæ, quæ ferebat figuram illius, quæ super Christum in Jordane descenderat, ab universo cœlo & populo electum fuisse Episcopum, qui

Sub. 16. Pont. Cæsar. Hyppolitus

qui ante Episcopatum, habuit uxorem, quae post martyrio coronata est.

Epistola prima est lectioe digna.

Præcipit universis Ecclesiis, ut ad officia Divina peragenda ordinentur diaconos septem, cum subdiaconis, & acolytis, qui diebus Dominicis & festivitatis solemnibus Divina peragant ministeria, & omni hora parati sint ad divinum officium, & quidquid eis injungitur peragendum. Quod & ipse servabat Romæ.

*ma-
si-
m.*

Ibidem commonet, ut caveant se ab hoc Novato, & similibus, qui alteram fidem & doctrinam tenent quam Apostoli & successores eorum tenuerunt, & docuerunt, ne (quod absit) post eum abeuntes, in laqueum Satanz cadant.

A quibus abstinendum est, sicut ab illis, quos Apostolus commemorat, dicens: Cum eis nec cibum sumere. Quoniam sic Apostoli statuerunt, dicentes: Cum excommunicatis non est communicandum. Et si quis cum excommunicatis, avertendo regulas, scienter psallar in domo, aut simul locutus fuerit, aut oraverit, ille communione privetur. 11. q. 1. *Sicut Apostolus; & supra in Canonibus Apostolorum can. 10.*

In secunda epistola ad Episcopos Orientales.

*annus
non
cien-
confes-
d p-
re m-*

Intellexerat litteris eorum, nonnullos Episcopos non per singulos annos in cœna Domini chrisma conficere, sed duos vel tres annos consecrationem sancti chris-matis semel actam conservare, quoniam nec balsamum per singulos annos poterant repetire, nec necesse est singulis annis chrisma conficere, dum una consecratio chris-matis abundat. Ad quos ait: *Errant, qui talia excogitant, & mente vesana potius quam rectâ sentientes, hæc dicunt. In illa enim die Dominus Iesus, postquam carnavit cum discipulis suis, & lavit eorum pedes (sicut à S. Apostolo predecessores nostri acceperunt, nobisq; reliquerunt) chrisma conficere docuit. Ipsa enim lavatio pedum, nostrum significat baptismum, quando sancti*

chris-matis consecratione perficitur, & confirmatur. Sicut igitur ipsius dies solemnitas per singulos annos est celebranda: ita ipsius sancti chris-matis consecratio per singulos annos est agenda, & de anno in annum renovanda, & vetus chrisma in Sanctis Ecclesiis cremandum: ista à S. Apostolo, & successoribus eorum accepimus, vobisq; tenenda mandamus.

Hæc, S. Romana Ecclesia, & Antiochena à tempore Apostolorum custodi: hæc, Hierosolymorum & Ephesianorum tenet; in quibus Apostoli presidentes hæc docuerunt, & vetus chrisma incendi, & non amplius quam uno anno uti permiserunt.

Quomodo Sacerdotes non temere accusandi aut reprehendendi sine, nisi à magistris suis, quoniam eorum causas sibi Dominus reservare voluit, & suo iudicio vindicari. Tolerandi hi sunt potius à fidelibus, quam exprobrandi: veluti palea cum tritico, usque ad ultimum ventilabrum, & sicut pisces mali cum bonis, usque ad segregationem, quæ futura est in littore, id est, in fine sæculi. Hinc colligitur, Sacerdotes Domini non gladio, nec morte feriendi.

Mali Sacerdotes tolerandi, non feriendi.

Matth 13.

Nullus in iudicio presumat accusator simul esse, & iudex, vel testis: quoniam in omni iudicio quatuor periculas necesse est semper adesse, id est, iudices electos, & accusatores, ac defensores, atque testes.

11. qu. 3. Statuimus ut si quis

In tertia ad Hilarium Episcopum.

Primo, nullus accusetur alicubi quam in suo foro. Si quis verò iudicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat. Appellatorem autem non debet afflictio ulla, aut detentionis injuriæ custodia: sed liceat appellatori vitiatam causam appellationis remedio sublevare, &c. Liceat etiam in causis criminalibus appellare. Nec vox appellandi ei denegetur, quem supplicio sententia destinavit.

2. qu. 6. Si quis iudicem. De remedio appellationis.

Si quis crimen alteri objecerit, nisi per Scripturam se probaturum esse fateatur, non est pro accusatione habendum. Si

3. qu. 6. Qui crimen. De poena rationis.

verò scripserit, si non probaverit quod obicit, poenam quam intulerit, ipse patiarur.

Ter in anno communicent fideles.

De consecrat. d. 1.

Et si 100.

30 annorum presbyter ordinetur. 79.

Si quis tringinta.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Diebus Dominicis fiat oblatio panis, & vini.

Tertio idem; & si non frequentius, saltem in anno ter, homines communicent (nisi forte quis majoribus criminibus impediatur) in Pascha, (videlicet) & Pentecoste, & Natali Domini.

Quarto idem: Siquis ætatis suæ tringinta non impleverit annos, nullò modò presbyter ordinetur, etiamsi valdè sit dignus; quia & ipse Dominus 30. annorum baptizatus est, sic cepit docere.

Quinto idem decrevit: ut in omnibus diebus Dominicis ab omnibus viris & mulieribus oblatio tam panis, quam vini fiat, ut per has immolationes à peccatorum suorum falcibus liberentur.

Sextò idem: ut presbyter illitteratus Missam celebrare non audeat.

Decreta Cornelii Papa.

An. D. 354.
Cornelius
Papa 21.

CORNELIUS Romanus sedit annos 2. vigesimus-primus Papa sub Petro.

Hujus tempore Novatus Novatianum extra Ecclesiam ordinavit, & in Aphrica Nicostatum. Hic à Decio martyrio coronatus est quia noluit ductus ante templum Martis adorare.

Quomodo
reconciliandi sint
hæretici.

Eusebius hist. Ecclesiast. lib. 7. cap. 2. refert, eodem tempore Cornelium Romæ, & Cyprianum apud Carthaginem Episcopatum gessisse. Et tunc in Aphrica questio exorta est, si oportet hæreticos rebaptizari. Cumque id à Cypriano, & cæteris penè omnibus per Aphricam Sacerdotibus oportere fieri decerneretur; Cornelius, & cæteri omnes per Italianam Sacerdotes, hujusmodi decretum; manente sacerdotali concordia, refutarunt: ita venientes antiquam à Patribus super hoc traditam regulam debere servari, quæ continebat: *Hæreticos solum manus impositione purgandos.*

In epistola prima

Tractat de translatione corporum Apostolorum Petri & Pauli, quæ rogatu

devotæ matronæ Lucinæ levata sunt à Cathecumbis.

In epistola secunda ad Rufum Episcopum Orientalem

Vocat, à summis Sacerdotibus, & Dei ministeris exigi sacramentum juramenti, nisi pro recta fide.

Ibidem, testimoniis Scripturarum ostendit, quàm alienum sit ab hominibus Christianis jurare, exponens illud Domini: *Quod autem his abundantius est, à Marc. 16. 16. id est, ab exigente, & à jurante.*

Idem decrevit dicens: Honestum etiam videretur, ut qui in sanctis audeat jurare, hoc jejunus faciat, cum omni honestate, & timore Dei. Et pueri annos 14. non cogantur jurare.

De hoc Pontifice meminit Eusebius lib. 6. cap. 33. Et de Novato hæretico, qui spem salutis ademerat peccatoribus, etiam si dignè poenitissent: Hic extitit princeps Novatianorum, qui ab Ecclesia separati (superbò nomine Catharos, id est, mundos appellarunt sanctipios. Ob hanc rem Concilium Sacerdotale Romæ congregatum est Episcoporum 60. videlicet presbyterorum, cum diaconis multis. Et itaturus, Novatum cum his qui eum sequerentur, alienum esse ab Ecclesia. Eos verò quæ lapsi fuerint in certamine, fraternâ commiseratione curandos, & fomentis poenitentiae medicandos. Scribit de hac re Cornelius Urbis Romæ Episcopus ad Ecclesiam Antiochenam, indicans quid statuerit Concilium Romæ congregatum, & quid Italici, Aphrici, cæterisque Occidentalibus visum fuerit. De quo Cyprianus librum edidit, lapsos ad poenitentiam cohortando.

Hujus tempore (ut refert idem Eusebius) jam Ecclesia habebat ad Divina mysteria peragenda cum Episcopis Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Acolytos, Exorcistas, Lectores, Oltarios. Et vides habebat Ecclesia, quas cum aliis indigeantibus alebat.

CONCILIUM
CARTHAGINENSE,

Tempore CORNELII Pape.

111
112
113
114

Tem sub hoc Pontifice celebra-
tum est Concilium Carthagi-
nense super ea quæstione: *An*
baptizati ab hæretico, venientes ad
Eclesiam essent rebaptizandi? In quo Con-
cilio ab omnibus unan. miter decretum est:
ab hæreticis non confertur verum baptis-
ma, sicut nec datur Spiritus Sanctus, nec
vera remi. sio peccatorum. Inixi verbis
Pauli ad Ephes. 4. *Vna fides, unum bap-*
tisma.

115
116

„Audiſtis, collega dilectissimi, quid
„mihi Jubaianus Coepiscopus noster scri-
„pserit, consulens mediocritatem nostram
„de illicito, & prophano hæreticorum
„baptismo. Et quid ego ei rescripserim,
„censens scilicet, quod semel, atque ite-
„rum censuimus, hæreticos ad Ecclesiam
„venientes, Ecclesie baptismò baptizari,
„& sanctificari oportere. Item: Lectæ
„sunt vobis, & aliæ litteræ Jubarani,
„quibus pro sua sincera, & religiosa de-
„votione ad epistolam nostram rescri-
„bens, non tantum consensus, sed & in-
„structum se esse gratias agit. Superest,
„ut de hac ipsa re quid singuli sentiamus,
„proferamus, neminem judicantes, aut à
„jure communionis aliquem (si diversum
„senserit) amoverentes. Neque enim quis-
„quam nostrum, Episcopum se esse Epis-
„coporum constituit, ut tyrannicò ter-
„rore ad obsequendi necessitatem colle-
„gas suos accegerit, quandoquidem ha-
„beat omnis Episcopus, pro licentia li-
„bertatis & potestatis suæ, arbitrium
„proprium, tanquam iudicari ab alio

„non possit, cum nec ipse possit alterum
„judicare. Sed expectemus universi ju-
„diciam Domini nostri Jesu Christi, qui
„unus, & solus habet potestatem, & præ-
„ponendi nos in Ecclesie suæ governa-
„natione, & de actu nostro judicandi.
„Ego unum Baptisma in Ecclesia sola
„scio, & extra Ecclesiam nullum. Hoc
„erit unum, ubi spes vera est, & fides
„certa. Sic enim scriptum est: *Vna fides,*
una spes, unum baptisma: Non apud hæ-
„reticos, ubi spes nulla est, & fides falsa.
„Ubi omnia per utraduciam aguntur:
„Ubi exorcizat demoniaeus; Sacramen-
„tum interrogat, cujus os & verba cancer
„cer emittunt, Fidem dat infidelis; Ve-
„niam delictorum tribuit sceleratus, & in
„nomine Christi tangit Antichristum;
„Benedicit, à Deo maledictus. Vitam
„pollicetur mortuis; Pacem dat impaci-
„ficus; Deum invocat blasphemus; Sa-
„cerdotum administrat prophanus; Ponit
„altare sacrilegus. Ad hæc omnia acce-
„dit & illud malum, ut Antistes diaboli
„audeat Eucharistiam facere, aut qui
„illis assistunt, dicant hæc omnia falsa
„esse de hæretico. Ecce ad quali Ec-
„clesia consentire cogitur, & sine bap-
„tismo, ac venia delictorum communicare
„compellitur. Quam rem (fratres) fu-
„gere, ac vitare debemus, & à tanto sce-
„lere nos separare, & unum baptismum re-
„mere. Quod soli Ecclesie à Deo conce-
„sum est.

Responſo
Cæcilli A-
bilis.
Ephes. 4.

Cyprianus Carthagensis dixit.

„Censeo, secundum Evangelicam &

Sententia Cypriani.

1, Apostolicam contestationem, adversarios Christi, & Antichristos appellatos, quando ad Ecclesiam venerint, unio Ecclesie baptismò baptizandos esse, ut possint fieri de adversariis amici, & de Antichristis Christiani.

Nota.

Revocata sunt hæc per Cornelium in Sacerdotali Concilio Roma, & per Stephanum Papam.

Decreta Lucii Pape.

An D 236. Lucius Pont. 22. Fuit temporibus Galli, & Volusiani.

LUCIUS Romanus, sedit annò unò, à Valeriano martyrio coronatur. Hic præcepit, ut duo presbyteri, & tres diaconi in omni loco Episcopum comitantur propter testimonium Ecclesiasticum.

Hic Episcopum 30. annis misericordiam repudiavit.

Idem cum ad passionem pergeret, omnem potestatem Ecclesie reliquit Archidiacono suo Stephano successori suo.

Hujus meminit Eusebius hist. Eccles. lib. 7. c. 3.

In epistola prima ad Episcopos Gallie, & Hispanie

Excommunicavit bona Ecclesie expoliantes, vel Ecclesiis vexationem inferentes, quoniam erant pauperibus dedicata.

Ecclesia Romana in fide numquam erravit.

Ibidem de Romana Ecclesia tradit, quòd est Apostolica, Mater omnium Ecclesiarum, que à tramite Apostolica traditionis nunquam errasse probatur, vel heretici novitatus depravata succubuit, secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, qui Principi discipulorum dixit: Petre ecce Satanas &c. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, &c.

Luc 22.

Idem fecit decretum, ut ministri altaris presbyteri, & diaconi, tales eligantur, qui continentiam servent.

s. d. c. Ministri.

Idem, ut clericus solus ad foemina tabernaculum non accedat, nec frequenter propter sine majoris natu Sacerdotis iussione. Et ne solus presbyter cum sola foemina fabulas miscat. Et si quid agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus Ecclesie arceatur.

Clericus matronarum domicilia frequentans deponitur. Ne clericus solus cum foemina loquatur.

Idem, ut nullus clericus cum extranea haberet foemina, nisi soror, aut proxima

fuerit, & cum magna sollicitudine fiat. Non enim ignoro militias Satanæ.

Extant epistolæ Cypriani ad Lucium.

Decreta Stephani Pape.

STEPHANUS, patria Romanus, Julii filius. Excommunicavit Orientales reicientes baptismum hæreticorum, martyrium passus sub Valeriano cum sedisset annos 3. menses 3. dies 22.

An. D. Stephanus Pont. 2. Fuit temporibus Iuliani.

In epistola prima ad Hilarium Episcopum.

Quòd non sint admittendi ad gradus Ecclesiasticos omnes illi, qui pro crimine aliquo, norantur infamia. Vide 6. q. 1. c. Infames, ubi omnes fete peccatores excludit.

Qualia debent esse vestimenta, quibus Domino ministratur, & cultus celebratur divinus. Ut sint sacra, & honesta, quibus in aliis usibus Ecclesiasticis non utuntur. Nec ab aliis contingantur, aut ferantur, nisi à sacratu hominibus, ne ultio, quæ Balthazarem Regem percussit, super talia præsumentes veniat divina.

De eccor. d. Postum. Quibus sibus branda Punib. Baltha. Regia.

Idem à Sixto Papa decretum est.

In secunda epistola.

De accusationibus Sacerdotum, de quare in decretis Telesphori, & Higinii.

Ibi, Apostolò prohibente, inter Christianos non debent accusationes exerceri: ex quo docemur à Paulo, lites non probari inter fideles. Eusebius de Sixto l. 7. cap. 23.

Galat. 1. Co.

Decreta Sixti Pape.

SIXTUS II. natione Græcus ex Athenis, sedit annò unò: 24. Papa sub Petro.

An. D. Sixtus Pont.

Hic sub Decio, & Valeriano martyrio coronatur. Quia noluit sacrificare demoniis, capite truncatus est, & cum eo sex diaconi. Et die tertio post passionem illius, passi sunt Laurentius ejus Archidiaconus, Claudius subdiaconus, Severus presbyter, Romanus ostiarius, & Crescentius lector.

In epistola ad Gratian Episcopum explicat processum personarum divinarum.

In secunda ad Episcopos Hispania.

de
exor-
sabel-
um.

Agit de accusationibus, & persecutio-
nibus Episcoporum &c. Consule Euseb.
hist. Eccles. lib. 7. cap. 4. Et infra tradit
multa, quæ hujus tempore contigerunt.

Decreta Dionysii Papæ:

l. 207
fines
294
tem-
us
de
fice-
it
6

DIONYSIUS Monachus, sedit an-
nos 11. menses 3. dies 14. Fuit 25. Papa.
Hic presbyteris Ecclesias divisit, &
cimiteria, parochiasque, & dioceses con-
stituit. Ejus epistolæ nihil habent nisi
generales commotiones ad observatio-
nem legis Christianæ.

Hujus tempore congregatum est pro-
vinciale Concilium in Antiochia.

Hujus meminit Eusebius hist. Eccles.
lib. 7. cap. 23. & infra. Aggregatum verò
contra Paulum Samosatenum, qui abje-
ctus, & indigna de Christo sentiens, nega-
bat eum de cælis descendisse, sed à Maria
originem coepisse, & initium habuisse de
terra, & communis naturæ hominum
tantum fuisse.

Extat epistola Episcoporum Antioche-
ni Concilii ad Dionysium Papam, & ad
alios Episcopos, & universum clerum &
plebem, contra prædictum Paulum, apud
Eusebium c. 26.

Additio F. S.

Sub Dionysio Papa duo fuerunt Con-
cilia Antiochena: in quorum uno Paulus
Samosatenus hæresim suam abjuravit; in
altero convictus, quod hæresim abjura-
tam resuscitare conaretur, fuit condem-
natus, & de throno Episcopali depositus.
Vide Baron. tom. 2. 34 ann. 207. 272.

Decreta Felicis Papæ.

Da 79.
si.
6. 26.
tem-
bus
nihil
hoc
fidei
tes Pap
nihil

FELIX Papa primus, Romanus, sedit
annos 2. menses 5. Papa 26. sub Pe-
tro.

Hic constituit, supra memoratas, ac se-
cundum, & pulchra martyrum, Missas celebrari. Quod
destruxerunt Lutherani hæc nostrâ tem-
pestate.

Hujus meminit Euseb. lib. 7. c. 27.

Extat epistola ejus ad Paternum Epis-
copum, & altera ad Episcopos Galliarum,

quæ tantum generales commotiones introductæ
continent.

Extat alia ad Benignum Episcopum, à
quo consultus est in rebus hidae, quoniam
quidam in sua Ecclesia dicebant, Filium
non posse propriè videre Patrem; juxta
illud: *Deum nemo vidit unquam.* Et alii
fingeant Filium minorem Patre, quoniam
Pater illi perhibet testimonium. Et quia
Pater invisibilis dicitur, Filius verò visi-
bilis comprobatur. Ad quæ consultus,
respondit Felix: „ Isti ignorantes divi-
„ narum Scripturarum, & Apostolorum
„ jura, ex proprio & adulterino sensu
„ talia fabricant: Nos verò evidentiori-
„ bus testimoniis veteris & novi instru-
„ menti, Filium Patrem semper videre
„ posse docentur, Salomone dicente:
„ *Est tecum sapientia, quæ novit opera tua,* Sap. 9.
„ *quæ affuit tibi cum faceres orbem terrarum,*
„ &c. Et in Evangelio: *Nemo novit filium* Matth. 11.
„ *nisi pater, nec patrem qui novit nisi filium,*
„ &c. Et iterum: *Deum nemo vidit un-* Joan. 1.
„ *quam, sed unigenitum,* &c. Item: *Vos* Joan. 8.
„ *novi nos cum, ego autem novi eum.* Et
„ iterum: *Qui ex Deo est, hic novit Deum,* Ibidem.

„ Si sereno sensu recenseas Scripturas,
„ invenies, non solum Patrem Filio testi-
„ monium perhibentem, sed totam si-
„ mul inseparabilem Trinitatem: *Ego sum*
„ *qui testimonium perhibeo de me, & testimo-*
„ *nium perhibet de me, qui misit me pater.*
„ Joan. 8. Et, *Cum venerit paracletus*
„ *spiritus veritatis, ille testimonium perhibe-*
„ *bit de me,* &c. Joan. 15. Intende, quo-
„ niam in quibus una rectificationis vic-
„ tus ostenditur, nullus ab alio neque
„ potior, neque inferior judicatur.

„ De alio sæpè diximus, quod secun-
„ dum hominis formam Filium visibilis
„ dicitur, secundum vero Deitatis sub-
„ stantiam invisibilis prædicatur; ut Pau-
„ lus multis in locis ostendit. Hæc est
„ Apostolorum viva traditio. Hæc sancta
„ & Apostolica Mater omnium Ecclesia-
„ rum Christi Ecclesia, quæ per Dei em-
„ nipotentis gratiam à tranite Apostolicæ
„ traditionis

Röm. 24

24 VITA, ET DEC. EUTYCH. GAIJ, ET MARCEL. PP.

Ecclesia Romana hereticis pravitatibus nonquam polluta est.

traditionis nunquam errasse probatur, nec ab hereticis pravitatibus depravata succubuit, sed, ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab authoribus suis Apostolorum Christi principibus, illibata manet; juxta illud Luc. 22. *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* 24. q. 1. *A recte ergo fide.*
Et supra in decretis Lucii Papæ.
Additio. F. 5.

Eadem, de Christi Ecclesia (quod à *tranne Apostolica traditionis nunquam errasse probatur*) dudum postea dixit Agatho Papa in Synod. 6. A. 4.

Decreta Eutychniani. Papa.

An. D. 275. EUTYCHIANUS primus, natione Eutychnianus, Tuscus, sedit annos novem. Papa 27. sub Petro.

Hic temporibus suis per loca diversa 342. martyres propriis manibus sepelivit. Qui etiam statuit, ut cum Dalmatica, aut Colobio sepelirentur. Hujus meminit Eusebius hist. Eccles. lib. 7. cap. 7.

1 Pont. 26. Fuit tempore Aureliani.

Extat epistola ejus prima ad Episcopos Bithicæ provincie, in qua veritatem Dominicæ Incarnationis explicat, quomodò salvâ proprietate utriusque naturæ, Deus verus, & verus homo erat.

Extat altera ad Episcopos Siciliæ, tantum continens generales commonitiones ad fidem, & pietatem pertinentes.

Extant decreta ejus apud Gratianum 20. q. 2. c. *Statimus.*

Abbatissa præsumens velate virginem, vel viduam, excommunicatur. Qui perjuriam perjuri agere noluert, excommunicatur. 20. q. 1. *Predicandum.*

Quam dicit fidelis ante baptismum, liberum est illi habere, vel non habere. Contra ebrietatem.

In potestate fidelis erit, si quis gentilis gentilem uxorem duxerit ante baptismum, post baptismum eam habere, vel non habere. Et infidelem discendum si fidelis sequi non cogitur. 28. q. 2. *Si quis gentilis.*

Magnum malum ebrietatis, ex quo omnia vitta pullulant, Christianis modis omnibus cavere precipiunt. Qui autem hoc vitare noluert, excommunicanduni

esse decrevimus usque ad congruam emendationem.

Idem: Episcopi, & Dei ministri non debent comestationibus, & vinolentiis nimis incumbere, considerantes sententiam Domini dicentis: *Attendite, ne graventur corda vestra* &c. Luc. 21. Moderatè enim cibum, & necessarium sumptum sumant, ut (juxta Apostolum) sobrii sint, & parati ad servitium Dei.

Decreta Gaii. Papa.

GAIUS, natione Dalmata, sedit annos 12. menses 4. dies 5. temporibus Diocletiani Imperatoris, cujus meminit Eusebius hist. Eccles. lib. 7. cap. 27. Papa 28. sub Petro.

An. D. Gaius Pont. 4.

Hic constituit, ut omnes ordines in Ecclesia sic ascenderent. Si quis Episcopus fieri mereretur, primò sit ostiarius, lector, exorcista, acolythus, deinde subdiaconus, presbyter; & exinde Episcopus ordinaretur.

Gratus quibus ordinibus Episcopus.

Extat epistola ejus elegantissima ad Felicem Episcopum de veritate Incarnationis Dominicæ. Ubi ostendit primò, quòd nullius innocentis occisio fuerit redemptio mundi, nec alicujus debitum quisquam suo sine persolvit, nisi filius hominis Jesus Christus, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes etiam sunt suscitari, de quibus ipse dicebat: *Ego cum exaltatus fuero, &c.* Joan. 12. Ubi secundò, postquam multa elegantissima collegit, subdit: Mundum Deo in Christo reconciliatum, ut nisi Verbum dignaretur caro fieri, nulla caro posset salvari.

a. Cor.

Decreta Marcellini. Papa.

MARCELLINUS, natione Romanus, sedit annos 8. minus 7. diebus, temporibus Diocletiani. Quò tempore fuit persecutio magna, ita ut intra 30. dies, 17. millia hominum promiscuo sexus per diversas provincias martyrio coronarentur. Et ipse Marcellinus ad sacrificium ductus est, ut thurificaret. Quòd & fecit. Et post paucos dies penitentia ductus, ab eodem

An. D. Marcellinus Pont. 29. Sub quo circa 17. milia hominum per diversas provincias martyrio coronarentur.

Dio-

Dioletiano pro fide Christi cum Claudio, & Cyrino, & Antonino capite truncatus est, & martyrio coronatus. Jacuerunt verò corpora Sanctorum in platea dies 36. jussu Dioletiani. Deinde Marcellus presbyter noctu collegit cum presbyteris, & diaconis, & cum hymnis sepelivit.

Exstat epistola ejus prima ad Salomonem Episcopum; in qua damnat errores quorundam dicentium Patrem majorem esse Filio, quia illi soli sacrificium immolatur: Et quòd Filius nullam cum Patre communionem operum habeat: Et quòd illud propheticum: *Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus, tu solus altissimus*, de solo Patre dictum sit, Psalm. 82. Hæc refellit, adductis testimoniis satis idoneis Sacrarum Scripturarum.

Exstat altera epistola ad Episcopos Orientales, solas monitiones generales continens.

Alia
notia
i, à
te ho-
m
abilis
mas-

Hic etiam Marcellinus convictus est, quòd thurificasset in templo Isis, & Vestæ, per Gaium, & Innocentium diaconos, & Urbanum, Castorium, & Juvenalem presbyteros, & per 28. alios testes. Et tandem in Synodo 300. Episcoporum,

& 30. presbyterorum, caput cinere convolutum habens Marcellinus Episcopus Urbis Romæ, voce clara clamans, dixit; *Peccavi coram vobis, & non possum in ordine esse sacerdotum, quoniam avarus me corrupit aurò.* Et subscripserunt in ejus damnationem, & damnaverunt eum extra civitatem, dicentes: *Quia ore suo condemnatus est, & ore suo anathematizatus accepit Maranatha. Nemo enim unquam indicavit pontificem, nec presul sacerdotem suum, quoniam prima Sedes non indicabitur à quocumque: Tu eris iudex, ex te condemnaberis, tamen in nostra presentia. Tu enim iudex, & rex.* Hoc autem factò, Dioletianus (dum esset in bello Persarum) audiens, quòd 300. Episcopi, & 30. presbyteri in ejus damnationem convenissent, iratus in eandem civitatem misit, & multos Episcopos ad martyrii coronam traxit. Inter quos damnatus est & Marcellinus, & (ut tradunt multi) vacavit Episcopatus ejus annos 7. De condemnatione Marcellini est sermò inexplicabilis scriptorum differentia. Diximus certiora in controversia quarta.

De con-
demnatio-
ne Marce-
lini Pont

CONCILIUM

ANCYRANUM.

edit-
m F.S.
ad
Con-
suetud-

Concilium Ancyranum post tempora Marcellini Papæ celebratum parùm ante Nicenum Concilium, circa annum Domini 308. Sub quo Constante, ex scriptoribus constare non potest. Fuit provinciale Concilium, sed receptum in 6. Synodo generali Constantinopoli in Trullo celebratà, ut patet ex 2. Canone 6. Synodi.

no-
mellus
m' ab
m ci-
fuit
Hic,

Hoc Concilium vocatur à Gratiano in decretis Ancharitanum, ab aliis Anquyratum: cui interfuerunt aliqui Episcopi, qui etiam affuerunt in Concilio Nicæno,

Continet Canones generales 24. contra eos, qui invicti, vel Diis thurificant, vel immolabant.

Cap. 1. *De presbyteris, qui immolaverunt tempore persecutionis.*

Presbyteros, qui immolaverunt, & postea certamen iterum inierunt, si hoc ipsum ex fide & non aliquò argumentò sibi met præparantes egerunt (ut iterum teneri viderentur, aut tormentis subjeti putentur tanquam inviti) si ex fide ergò luctati sunt, & non ex compacto ad ostentationem ut caperentur ipsi fecerunt; hos

d. 50. Pres-
byteros, q

D

placuit

placuit honorem quidem sedis propriæ retinere ; offerre autem illis , & sermonem ad populum facere , aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi , non liceat.

Cap. 2. De Diaconis, qui immolaverunt.

d. 50. Presbyteros, qui.

Diaconi similiter , qui immolaverunt , postea autem iterum reluctati sunt , illum quidem honorem habere oportet : cessare veto debent ab omni facto , ita ut nec panem , nec calicem offerant , nec pronuncient , nisi fortè aliqui Episcoporum consensu sint laboris eorum , & humilitatis , & mansuetudinis , & voluerint eis aliquid amplius tribuere , vel adimere. Penes ipsos ergo erit de his potestas.

Cap. 3. de his, qui ex fuga comprehensi sunt.

Qui fugientes timore persecutionis comprehensi sunt , vel à familiaribus , seu à domesticis traditi , & vel bona propria amisserunt , vel sustinuerunt tormenta , vel etiam carceribus inclusi sunt , & tamen proclamaverunt se esse Christianos ; quin etiam perseverante violentiâ , ad id usque perducti sunt , ut manus eorum apprehensas , & violenter attractas , super sacrificia imponerent , illis licet perseverantibus in fide , & Christianos se esse vociferantibus ; hoc ergo quod eis invitis , & aliis cogenitibus contigit , si lætæ & motore animi acerbè se ferre demonstrant , ipsique humili per bonam conversationem habitu incedentes , dolere se , quòd inviti coacti sunt , doceant ; hos tanquam inculpatores à communione non vetari. Si autem jact prohibiti sunt ab aliquibus à communione , majoris diligentæ & inquisitionis causâ , aut per aliquorum ignorantiam , statim recipi oportet. Hoc autem observari convenit , & de clericis , & de laicis omnibus. Laicos sanè , qui in similes necessitatis causas inciderunt , tanquam si nihil peccaverint , maxime si eos probabilis vita commendat , ad ordinationem recipi placuit.

Cap. 4. De his, qui in templis idolorum commaverunt.

De his , qui sacrificare coacti sunt , insuper in templis idolorum commaverunt , si qui eorum cum habitu cultiore ad templa producti sunt , atque ibi pretiosiori veste adhuc mutati ; commæ participes facti sunt idolorum , indifferenter sumentes omnia , quæ fuerunt apposita , placuit , eos inter audientes unò annò constitui , tribus autem aliis annis agere penitentiam. Sed ex ipso triennio per biennium tantummodo orationi communicare , tertio autem annò reconciliari sacramentis.

Cap. 5. De his, qui in locis idolorum manducaverunt.

Quotquot autem ascenderunt templorum veste lugubri , & recumbentes inter alios manducaverunt stentes (si compleverint penitentiam triennii temporis) , sine oblatione suscipiantur ad communionem , id est , ut ipsi oblationem non offerant. Si autem perducti ad templa , non manducaverint ; biennio maneat in penitentia. Tertio vero annò communicent , sed sine oblatione , ut dictum est. In quarto autem anno , perfectionem suam recipiant. Episcopum autem hanc habere solentiam oportet , ut perspectâ singulorum conversatione , normam , regulamque conversationis attribuat , id est , ut humanius ageas , secundum vitæ modum , tempus alicui penitentiae breviate , aut etiam prolixius , quod correctioni necessarium viderit , addere. Discutiatur autem omnium horum & præcedens vita , & posterior. Et ita circa eos sacerdotalis se humanitas moderetur.

Aditio F. 5.

Confes. Nic. Conc. cau. 11.

Cap. 6. De his, qui timore ritum gentium peregerunt.

De his , qui minis tantum cessaverunt , aut bonorum ablatione , aut transportationis poenâ deterrii sacrificaverunt , & nunc usque non penituerunt , neque conversi sunt , modo autem , id est , tempore hujus

Hujus Synodi se obtulerunt; conversionis suae confilium capientes, placuit, eos usque ad magnum diem inter audientes suscipi, ac poenitentiam agere triennio, & post duos alios annos sine oblatione communicare, & ita decem sex annis completis ad perfectum pervenire. Quod si aliqui ante hoc Concilium suscepti sint ad poenitentiam, ex illo tempore imputabitur eis initium sexuosi constituti. Quod si alicui horum quodlibet mortis periculum aut ex agitudine, aut ex aliqua causa acciderit, his communio propter viaticum suum non negabitur.

Cap. 7. De his, qui frequenter idolis immolaverunt.

De his, qui in festis diebus paganorum in remotis eorum locis convivis interfuerunt, & suas nihilominus epulas ibidem portaverunt, & comederunt, placuit, ut post biennium poenitentiam suscipiantur; ita tamen, ut utrum cum oblatione recipiendi sint, an ad solam communionem admitti debeant, unusquisque Episcoporum examinet, vitae eorum praevertit, ac praesentis habitus consideratione.

Cap. 8. De his, qui vi coacti idolis immolaverunt.

Hi autem, qui secundo, vel tertio sacrificaverunt vi coacti, quatuor annis sese ad poenitentiam submitant, duobus autem aliis sine oblatione communicent, septimo anno perfectionem recepturi communionis.

Cap. 9. De his, qui alius sacrificandi causam attulerunt.

Quotquot autem non solum a fide Dominica deviarunt, sed etiam insurrexerunt in alios, & fratribus persuaserunt, & rei facti sunt persuasionis, hi per triennium quidem inter cathecumenos habeantur; per aliud autem sexennium poenitentiae recipiant locum; aliud vero anno, id est, decimo, communionem sine oblatione recipiant, ut completo decenniis perfectione fruantur. In eo autem ipso tem-

pore etiam vita eorum, & conversatio consideranda est.

Cap. 10. De Diaconis protestantibus cum ordinantur.

Diaconi quicumque (cum ordinantur) si in ipsa ordinatione protestati sunt, dicentes, velle se habere uxores, nec posse se continere; hi postea, si ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propterea quod his Episcopus licentiam dedit. Quicumque sane tacuerunt, & susceperunt mandis impositionem professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, a ministerio cessare debebunt.

Aditio F. 5.

Quoniam ordo sacer non semper fuit impedimentum dirimens matrimonium; matrimonii eorum qui erant in sacris, non fuerunt ab initio irrita, sed temporis progressu editi sunt canones illa irritantes, ut diximus Suppl. q. 53. art. 3. Hujus ergo canonis prior pars accipienda est pro illo tempore, quod sacer ordo etsi impediret, non tamen dirimebat matrimonium.

Cap. 11. De desponsata puella.

Desponsatas puellas, & postea ab aliis corruptas, placuit erui, & his reddi, quibus fuerant ante desponsatae, etiam si a raptoribus florem pudoris sui amississe constiterit.

Cap. 12. De his, qui ante baptismum sacrificaverunt idolis.

Eos, qui ante baptismum sacrificaverunt, & postea baptismum consecuti sunt, placuit ad ordinem promoveri, tanquam ab omni crimine, lavacri salutatis sanctificatione, purgatos.

Cap. 13. De Chorepiscopis, & eorum potestate.

Vicariis Episcoporum (quos Graeci Chorepiscopos vocant) non licere, vel presbyteros, vel diaconos ordinare, sed nec presbyteris civitatis sine Episcopi praescepto amplius aliquid imperare, nec suae auctoritate litterarum ejus in unaquaque parochia aliquid agere.

*Cap. 14. De presbyteris à carnibus
se abstinentibus.*

De his, qui in cleto sunt presbyteri, vel diaconi, & abstineant à carnibus, hoc placuit statui, ut non eas tanquam immundas contemnant; sed contingant. A quibus quidem, qui se abstinere volunt, habeant potestatem: ita tamen, ut si quando cum oleribus coquuntur, eadem tanquam carnibus polluta non iudicent, sed ex his cibum assument, quamvis, à carnibus se abtineant. Quòd si in tantum eas immundas, & abominabiles iudicaverint, ut nec olera, quæ cum carnibus coquuntur existiment comedenda; tanquam non consentientes huic regulæ, cessare eos oportet & à ministerio, & ordine suo. Si quis autem hujus regulæ monitis non obedierit, sed carnes (ut dictum est) immundas & abominandas existimaverit, cessare debet ab ordine suo.

*Cap. 15. Non debere presbyteros Eccle-
siastica iura vendere.*

Si qua de rebus Ecclesiæ, cum Episcopus non est, presbyteri vendiderint, placuit, relicto contractu, ad jus Ecclesiasticum revocari. In iudicio autem erit Episcopi, si constitutum pretium debeat recipi, necne? Propter quod læpè contingit, distractarum rerum reditus, ampliore summa pro accepto pretio reddi.

*Cap. 16. De his, qui irrationabiliter
vixerunt.*

De his, qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur. Quotquot ante vicessimum ætatis suæ annum tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in pœnitentiâ, communionem mereantur orationum. Deinde quinque annis in hac communionem durantes, tunc demùm oblationis sacramenta contingant. Dicitur autem & vita eorum, quales tempore pœnitentiæ extiterint, & ita misericordiam consequantur. Quòd si inexplabiliter his hætere criminibus; ad agenda pœnitentiæ prolixius tempus insumant. Quotquot autem peractâ viginti annorum

ætate, & uxores habentes, hæc peccatâ prolapsi sunt, viginti quinque annis penitentiam gerentes, in communionem suscipiantur orationum. In qua quinquenniò perdurantes, tunc demùm oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui, & uxores habentes, & transcendentes quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ, communionis gratiam consequantur.

*Cap. 17. De his, qui alios ad antedicta
peccata induxerint.*

Hos eisdem, sanè non solum leproso crimine hujusmodi factos, sed & alios isto suo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui tempestate jactantur, qui à nobis emergence intelliguntur.

*Cap. 18. De his, qui ad Episcopatum
promoti sunt, nec recepti.*

Si qui Episcopi suscepti non sunt à sua diocesi in qua fuerant denominati, compellantur ad eandem judicis edictò redire. Quòd si voluerint alias Ecclesias occupare, & vim facere aliis Episcopis, quos ibi invenierint, seditiones excitando adversus eos, hos segregari oportet. Quòd si volunt in presbyterio in Ecclesia ubi prius fuerant tanquam presbyteri residere, non repellantur à propria dignitate. Quòd si etiam ibi seditiones concitare probantur, Episcopis ibidem constitutis, segregari eos necesse est; & nihilominus presbyterii dignitate privari.

*Cap. 19. De his, qui virginitatem
profiterentur.*

Quotquot virginitatem pollicitam prævaricati sunt, professione contempta, inter bigamos, id est, qui ad secundas nuptias transferunt, haberi debebunt. Virgines autem puellas, quæ tanquam sorores cum nonnullis vitis habitare volunt, ab eorum consortio prohibemus.

Additio F. S.

Canon iste aut loquitur de illis qui simplex votum castitatis emiserant, sed non fecerant professionem: aut cum Stanislao Hosio lib. de Traditio. dicendum quod

quod cedere debeat Concilio Chalcedonenſi, quod fuit generale. Vide can.^o di-
ſi Chalcedon. Conc.

*Cap. 20. De adulterio, & eorum
penitentia.*

Si quis adulterium commiſerit, ſeptem
annis in poenitentia completis, perfectioni
reddatur ſecundum priſtinos gradus.

*Cap. 21. De mulieribus, quæ partus
ſuos ex fornicatione necant.*

De mulieribus, quæ fornicantur, &
partus ſuos necant, ſed & de his quæ
agunt ſecum, ut utero conceptos excu-
tiant, antiqua quidem definitio eſt, uſque
ad exitum vitæ, eas ab Eccleſia removeri.
Humanius autem nunc definiimus, ut eis
decem annorum tempus tribuatur.

Cap. 22. De homicidio:

Leo
Qui voluntariè homicidium fecerint,
ad poenitentiam quidem jugiter ſe ſub-
mittant. Circa autem exitum vitæ com-
munionem digni habeantur. Eos verò, qui
non voluntate, ſed caſu homicidium fece-
rint, prior quidem regula poſt ſeptem
annorum poenitentiam communionem ſo-
ciavit ſecundum gradus conſtituitos: hæc
verò humanior definitio, quinquenni
tempus tribuit.

*Cap. 23. De his, qui divinationes
expetunt.*

**11^o 2^o
ninos.**
Qui auguria, vel auſpicia, ſive ſomnia,
vel divinationes quaſlibet, ſecundum mo-
rem Gentilium obſervant, aut in domos
ſuas hujusmodi homines introducunt in
exquirendis aliquibus arte maleficâ, aut
ut domos ſuas luſtrent; conſeſſi, quin-
quenni poenitentiam agant, ſecundum
antiquitatis conſtitutas regulas.

*Cap. 24. De his, qui virginum corrup-
tionibus conſentunt.*

Si quis ſponſam habens, ſorori ejus
forſitan intulerit violentiam, eiſque in-
hæſerit, tanquam ſux; hæc autem dece-
ptâ, poſtea uxorem duxerit deſponſatam,
illa verò quæ violentiam paſſa eſt, ſi fortè
necem ſibi intulerit: omnes hi, qui facti
hujus ſunt conſeſi, decem annis in poeni-

tentiam redigantur, ſecundum Caſones
conſtitutos.

In eodem Concilio mandatur decreto
generalis, ut Epifcopi, eorumque miniſtri
ſtudeant, pernicioſam, & à diabolo in-
ventam maleficam artem & ſortilegam
penitus à parochiis ſuis eradere, & ab
Eccleſia ejicere; juxta illud Pauli:
Hereticum hominem poſt, &c.

Ibidem: Quòd ſceleratæ quædam mu-
lieres dæmonum illuſionibus ſeductæ, no-
cturnis horis cum Diana Paganorum Dea,
& innumera multitudinem mulierum cre-
dunt ſe equitare ſuper quaſdam beſtias, &
multa terrarum ſpatia pertranſire, quæ
faſa opinione deceptæ, hæc vera eſſe cre-
dunt, & credendo à recta fide deviant:
Ideo ſacerdotes per Eccleſias ſibi com-
miſſas populo prædicare debent, hæc om-
nino eſſe falſa, & à maligno ſpiritu talia
phantasmata mentibus fidelium irrogari.
Si quidem Satanas tranſiguar ſe in An-
gelum lucis, & eum mentem cuiuſque
mulierculæ ceperit, & hanc ſibi per in-
delitatem ſubjugaverit, illico tranſformat
ſe in diverſarum perſonarum ſpecies, atque
ſimilitudines, & mentem, quam captivam
tenet, in ſomnis deludens, modo læta,
modò triſtia, modò cognitæ, modò incog-
nitas perſonas oſtendens, per devia quæ-
que deducit. Et cum ſolus ſpiritus hoc
paritur, infidelis mens hæc non in animò,
ſed in corpore opinatur evenire; cum E-
zechiël Propheta viſiones Domini non in
corpore, ſed in ſpiritu viderit. Et Joannes
ſacramentum Apocalypſis in ſpiritu, non
in corpore vidit. Et Paulus non aude
dicere, ſe raptum in corpore. Omnibus
itaque publicè annuntiandum eſt, quòd
qui talia, & ſi ſimilia credit, fidem perdit.
Subſcripſerunt 18. Epifcopi, qui in eo
Concilio convenerunt.

Additio F. 8.

Non damnantur hic qui exiſtunt,
maleficas operâ dæmonis aliquando trans-
ferri de loco ad locum; ſed mulieres illæ
damnantur, quæ credunt ſe noctu cum

Tit. 8.

De maleficis mulieribus.

2. Cor. 11.

Apo. 16

2. Cor. 11

Diana Paganorum Dea, vel cum Herodiade (nam & hæc exprimitur 26. qu. 5. can. *Episcopi*) & innumera multitudine mulierum equitate super quasdam bestias, & multarum terrarum spatia pertransire, ejusque jussionibus velut Domine obedire. Vide per nos dicta 1. part. qu. 31. art. 2.

Decreta Marcelli. Papa.

An. D. 304.
Marcellus
Pont. 30.

MARCELLUS Romanus, sedit annos quatuor, mensem unum, dies 25. Hic à Maxentio comprehensus est, ut negaret se esse Episcopum, & sacrificiis se humiliaret damnosorum. Qui semper contemnens, & deridens dicta Maxentii, damnatus est in cacabulo. Ubi dum multis diebus serviret, orationibus & jeuniis Domino deservire non cessabat. Mense vero nono venerunt clerici ejus omnes, & eruerunt cum noctu de cacabulo. Et matrona Lucina vidua suscepit beatum virum, quæ domum suam nomine tituli B. Marcelli d. dicavit, ubi die, noctuque hymnis & orationibus Domino Jesu Christo confitebatur.

Marcellus
Cardinalium
titulum
assumpsit.

His auditis à Maxentio, tenuit iterum B. Marcellum, & jussit in eadem Ecclesia iterum plateas externi, ut ibidem animalia cacabuli congregata starent, & ipsis B. Marcellus deserviret. Qui tandem in servitio animalium nudus, amictus cilicibus defunctus est.

De primatu
Ecclesie
Romane.

Extat epistola ejus decretalis ad Episcopos Antiochenæ provincie. Ubi primo definit de primatu Ecclesie Romanæ, ad quam omnes, quasi ad caput juxta Apostolorum sanctiones, Episcopi suffugere, eamque appellare debent, ut inde accipiant liberationem, unde acceperunt informationem, & consecrationem. Cui cessit Antiochena, quæ olim erat prima.

2. q. 2. Ad
Romanos.
Concilium
abique Ro-
mani Pont.
authoritate
actum.

Ab eodem constitutum est, ut nulla Synodus ferret præter ejusdem Sedis auctoritatem.

Extat alia ejus epistola ad Maxentium tyrannum, quæ commonet, ut cesset servare adversus Christi fideles.

Extat ab eodem decretum 10. q. 1. *Nullum autem statendum esse censuimus*, ut si in minore ætate filii monasterio oblatus fuerint, vel sacram tonsuram, vel velamina susceperint, dignum duximus, ut 15. annis à Prælati moniti, verbis inquirantur, utrum in ipso habitu permanere cupiant, an non? Si verò permanere profecti fuerint, ulterius poenitendi locum minimè amplecti possunt: si verò ad secularem habitum reverti voluerint, redeundi licentia nullò modò denegetur, quia satis inutile est, ut coacta servitia domino præstentur.

Decreta Eusebii. Papa.

EUSEBIUS, Græcus, sedit annos duos, menses 7. dies 21. temporibus Constantini. Fuit sub Petro 31. Papa.

An. D.
Eusebi
Pont.
De co
entio
d. s. e. c.
Domini
De co
entio
d. s. a
papa.

Sub hoc, Crux Domini nostri Jesu Christi 5. nonas Maii inventa est; & festum de ea celebrandum instituit, ut haberetur in epistola ejus tertia ad Episcopos Tusciæ, & Campaniæ provincie.

Ibidem definit: Hæreticos in S. Trinitatis nomine credentes, & sub hac invocatione baptizatos, per solam manuum impositionem reconciliandos. Ibidem: manuum impositionis Sacramentum magnæ veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis Sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab aliis, quàm ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur esse peractum: Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter Ecclesiastica unquam reputabitur sacramenta.

De Sac
mento
Conse
crandi.

Decretum est ab eodem, de postquam 27. qu
puellam, non licere parentibus alii virò tradere. Licet tamen illi, monasterium sibi eligere, si voluerit.

Idem; Consulto omnium statuimus, ut sacrificium Altaris non in seculo panno, aut tracto quisquam celebrare præsumat; sed in puro lineo ab Episcopo consecrato, sicut corpus Domini nostri Jesu Christi si in sindone lineo munda sepulchrum fuerit.

De co
entio
d. s. c.
Quibus
sibus
scimus
taris
rendi

Idem;

De consecratione. Idem; jejunium Ecclesie à sacerdotibus constitutum, sine necessitate rationabili non solvatur.

Prescribitur qualis debet esse mensa Episcoporum. Idem; oportet Episcopum moderatis epulis contentum esse, suorumque convivas ad comedendum, & bibendum non urgente; quin potius sobrietatis præbeat exemplum. Removeantur ab ejus convivio cuncta turpitudinis argumenta, non ludicra spectacula, non fatuorum stultiloquia, non scurrilium admittantur præstigia. Adfint peregrini & pauperes, & debiles, qui de sacerdotali mensa Christi benedictes, benedictionem percipiant. Recitetur facta lectio; subsequatur viva vocis exhortatio, ut non tantum corporali citò, immò verbi spiritualis alimentò convivantes se refectos gratulentur, ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum Dominum nostrum.

Extant alie duæ epistolæ ejusdem; una ad Episcopos Gallie, altera ad Episcopos Ægypti.

Decreta Melchias Papæ.

An D. 112. Melchias Pont. 32. MELCHIADES Apher, sedit ann: 2. menses 2. dies 7. Papa 32. Hic constituit, ut die Dominica, & quinta feria jejunium nullus fidelium ageret, quia eos dies Pagani, quasi sacrum jejunium, celebrabant.

De primatu Petri. An. 16. Extat epistola ejus ad Episcopos Hispanie, in qua primum docet, quòd inter B. Apostolos fuit quædam discretio potestatis. Et licet cunctorum par electio foret, beato tamen Petro concessum est, ut aliis præmineret.

An Baptismus, sacramentum majus sit quam Consecratio? Ibi respondet ad questionem; scilicet utrum sit majus Sacramentum manus impositionis Episcoporum, an Baptismus, dicens: Scitote utrumque magnum esse sacramentum; & sicut unum à majoribus

fit, quod à minoribus perfici non potest; De consecratione. Ita & majori veneratione tenendum est. Sed ita conjuncta sunt hæc duo sacramenta, ut ab invicem, nisi morte præveniente, nullatenus possint segregari; & unum sine altero ritè perfici non potest. Nam (præveniente morte) unum salvare sine altero potest, aliud autem non potest. Ex quibus colligitur, quòd baptismus est majoris necessitatis, manûs vero impositio majoris dignitatis ex ministro.

Ibi distinguit effectus utriusque sacramenti, quia in baptismo regeneramur ad vitam; post baptismum verò confirmamur ad pugnam: in baptismo abluimur, post baptismum roboramur. Et quàmvis transcuris sufficiant regenerationis beneficia; victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Nam regeneratio per se salvat mox in pace beati sæculi recipiendos: confirmatio verò amat & instruit ad agones mundi hujus, & prælia reservandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus pervenit ad mortem, confirmatur morte, quia non potest peccare post mortem.

Ad hoc profuit Apollolis adventus Spiritus Sancti; quia ante descensum Sancti Spiritus, usque ad negationem Apostoli deterrerent: post visitationem verò ejus, usque ad martyrium contemptu salutis armantur. Igitur secundum hoc per Christum redimimur; per sanctum verò Spiritum donò sapientiæ spiritualis illuminamur, ædificamur, erudimur, instruimur, confirmamur, ut illam Sancti Spiritus vocem audire possimus: *Intellectus tibi dabo, & instruat te in via hac, quib gradibus, Psal. 31. De consecratione d. 5. c. Spiritus sancti.*

CONCILIUM NEOCÆSARIENSE.

Concilium
Neocæsariense sub
Melchisede
Pont.
Secundum
Binium in
notis ad
Concilia,
sub Sylve-
stro.

Sub hoc congregatum est Concilium Neocæsariense parùm ante Nicænum, quoniam idem Episcopus reperitur hîc, & illic assignatus. Est verò civitas Neocæsariensis c. ara, nunc Trapezuntium, Imperii Turcici sedes antè captam Constantinopolim, in provincia Cappadociæ, in qua Partes xvii. conveniunt. In Concilio Neocæsariensi adfuit Episcopus Longinus, & in Concilio Nicæno. De hoc scribit Gratianus d. 16. Sub quo Cæsare celebratum fuerit, ex Scripторibus constare non potest.

Habet Concilium canones 14. parùm ad hæc tempora pertinentes.

Probavit canones hujus Concilii 6. Synodus Constantinop. in Trullo celebrata, ut ex secundo canone editionis Græcæ constabit.

Additio F. S.

Probationis canonum Concilii Neocæsariensis, per sextæ Synodi canonem 2. parva aut nulla habenda est ratio; cum illi canones, Synodo sextæ ascribantur potius, quàm sint illius. Sed magni momenti est quod Leo IV. canones Neocæsarienses probavit d. o. can. *De libello*: quodque sess. 7. Conc. Flor. de conventibus Antiochiæ, Ancyræ, & Neocæsareæ celebratis ante priam Nicænam Synodum, ita legitur: *Quos tamen convenimus omnes Synodus in ipsa Nicæna comprobavit, nonnulli eiusdem Neocæsariensis conventus de septem diaconibus actu exceptis, quæ cum probanda non essent, rescilii.*

Cap. 1. De presbyteris, quod uxores ducere non debent.

Presbyter, si uxorem duxerit, ab or-

dine suo illum deponi debere: Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abjici, & ad poenitentiam inret laicos redigi.

Additio F. S.

Matrimonia Sacerdotum necdum videntur fuisse irrita istò tempore; cum hîc graviùs puniatur Sacerdos fornicans, quàm matrimonium contrahens.

Cap. 2. De mulere, quæ duobus fratribus nupsit.

Mulier, si duobus nupsit fratribus, abjiciatur usque in diem mortis. Sed propter humanitatem in extremis suis, sacramentis reconciliari oportet; ita tamen, ut si fortè sanitatem recuperaverit, matrimoniò solutò, ad poenitentiam admittatur.

Cap. 3. De multibus.

De his, qui frequenter uxore ducunt, & de his, quæ sæpiùs nubunt, tempus quidem poenitentix his constitutum manifestum est: sed conversatio, & fides eorum tempus abbreviat.

Additio F. S.

Quidam Episcopi, severioris olim disciplinae tenaces, aliquam poenitentiam (privatam tamen) injungebant iis qui matrimonia sæpius contrahebant: non quòd judicarent ea esse illicita, sed parùm ob signum incontinentiæ, parùm ne fideles licentiùs admittentur bigamiam, ut diximus Supplement. q. 63. art. 1. confer. can. 1. Concil. Laodic.

Cap. 4. De concupiscentia non consummata.

Si quis concupit muliere, etiam si concubitus ejus desiderium habeat, non autem subsequatur effectus: manifestum est,

Canon
Neocæsariensis
Concilio
d. 11. A
Syn.

q. 1
his qui
quomodo

est, hunc fuisse per divinam gratiam liberatum.

Cap. 5. De catechumenis peccantibus.

Catechumenus, id est, audiens, qui ingreditur Ecclesiam, & stat cum Catechumenis, si peccare fuerit visus, figens genua, audiat verbum, ut se abstinere ab illo peccato, quod fecit. Quod si in eo perdurat, abjici omnino debet.

Cap. 6. De pregnantibus baptizandu.

De pregnantibus, quod oportet eas baptizari, quando volunt. Nihil enim in hoc sacramento commune est parturæ, & illi, qui de ejus utero fuerit editus, quia uniuscujusque in illa confessione libertas arbitrii declaratur.

Cap. 7. Presbyteros in secundis nuptiis non debere orare.

De Presbyterum, convivio secundarum nuptiarum interesse non debere; maxime eum præcipiatur, secundis nuptiis penitentiam tribuere. Quis ergo erit presbyter, qui propter convivium illis consentiat nuptiis?

Additio F. S.

Juxta Gloss. ad cap. *De his qui*, 1. q. 1. Concilium loquitur de iis, qui primis uxoribus viventibus, alias ducunt: Aut secundum alios, de iis, qui secundas nuptias contrahere volunt cum solemnitate, quæ solis primis nuptiis adhibenda est. Talibus namque nuptiis seu carum celebritati non debet Sacerdos interesse.

Cap. 8. Viris adultera virum, clericum fieri non debere.

si Si cujus uxorem adulterium commisit, cum esset laicus, fuerit comprobatum, hic ad ministerium Ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu jam constitutus est, ad retinendam eam debet; datò repudiò, dimittere eam debet. Si verò retinere ejus consortium velit, non potest susceptò ministerio perfrui.

Cap. 9. De presbyteris, corporali peccato præoccupatis.

Qui admisit corporale peccatum, & hic postea presbyter ordinatus est, si confessus fuerit, quod ante ordinationem suam peccaverit, non quidem offerat, maneat tamen in aliis officiis, propter ejus studii utilitatem. Nam cætera peccata, censuerunt plurimi, etiam ordinatione privati. Quod si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifestè convinci, huic ipsi de se potestas est permittenda.

Cap. 10. De diaconis similiter.

Similiter & diaconus, si in eodem culpe genere fuerit involutus, sese à ministerio cohibebit.

Cap. 11. Quò tempore conveniat presbyterum ordinare.

Presbyter ante triginta annorum ætatem non ordinetur, quamvis sit probabilis vitæ, sed observet usque ad præsumptum tempus. Dominus enim trigésimò annò baptizatus est, & tunc prædicavit.

Cap. 12. De his, qui in ægritudine baptismum consequuntur.

Si quis in ægritudine constitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est, nisi forte postea ipse studium, & fides probabilis fuerit, aut hominum caritas cogat.

Additio F. S.

Ideo non est ille ordinandus, sed est irregularis; quia præsumptio est, quod non ex voluntate, sed ex necessitate baptizetur. Possit tamen ex Episcopi dispensatione ordinari, si post baptismum fides & vita probabilis apparuerit; vel si hoc caritas Sacerdotum exegerit, intelligi potest ex can. *Si quis*, d. 57. & ex Sylvestro, verbo *Irregularitas* q. 21.

Cap. 13. De presbyteris alterius regionis.

Presbyteri, qui congregales sunt, in Ecclesia, præsentibus Episcopis vel presbyteris civitatis, offerre non possunt, nec

34 VITA, ET DECA. SYLVESTR. P. ET CONCIL. NICAN.

date panem sanctificatum, nec calicem portigere. Quod si absentes sine civitatis Sacerdotes, & fuerint invitati ad dandam orationem, soli debent dare. Vicarii autem Episcoporum (quos Græci. Choroepiscopos vocant) constituti sunt quidem ad exemplum septuaginta Seniorum; sed tanquam confacerdotes propter sollicitudinem, & studium, quod in pauperes agunt, offerant, & honorabiles habeantur.

Cap. 14. De numero certo diaconorum.

D. 93. Diaconi septem esse debent secundum regulam, quamvis magna sit civitas. Regula autem auctoritas, ista est, quod id liber Act. Apostolorum insinuet.

De vita Sylvestri Pape.

An. D 315. SYLVESTER, natione Romanus, se-
Sylvest. Pont. 26.

dit annis 23. Temporibus Constantini, fuit exul in monte Soracte, persecutiones fugiens Imperatoris, ubi in cavernis petrarum cum suis clericis latitabat.

Postmodum rediens cum gloria, baptizavit Constantinum, quem Dominus curavit à lepra in baptismo, quoniam fugerat Superstitionem idolorum, cui configurationem Sancti Spiritus adhibuit Sancti Chrismaris unctione, dicens: Signet te Domi sigillo fidei sue, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti etc. in configuratione fidei, Amen. Quæ forma partim immutata, nunc servatur in sacramento Confirmationis.

Hæc eadem refert Constantinus in edicto suo generali de conversione sua ad fidem Christi.

CONCILIUM
NICÆNUM,

Tempore SYLVESTRO Pape.

Concilium
Nicænum
sub Sylve-
stro Pape.



Hujus temporibus factum est Concilium in Nicæa Bithyniæ, ubi congregati sunt 318. Episcopi Catholici, qui exposuerunt fidem integram, sanctam, Catholicam, & immaculatam. Et damnaverunt Arium, Photinum, & Sabelium. Et in urbe Roma congregavit ipse cum consilio Augusti Episcopos 277. & damnavit iterum Calixtum, & Arium, Photinum, & Sabelium.

Hic constituit, ut baptizatum liniat presbyter chrisma, levatum de aqua, propter occasionem transitus mortis.

Idem constituit, ut sacrificium altaris non in serico, nec in panno tincto consistere, nisi tantum in lino ex terra procreato, sicut corpus Domini nostri Jesu

Christi in sindone lineæ, & mundæ sepultum fuit.

Constituit idem, ut presbyter, Ariam respicientem non susciperet, nisi Episcopus loci designati.

Constituit, & chrisma ab Episcopo confici, & privilegium Episcopis contulit, ut baptizatum consignent propter hæreticam suasionem.

Hic constituit, ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre.

Idem, ut diaconi dalmaticis in Ecclesia uterentur, & palli linostricti læva eorum tegeteretur.

Idem constituit, ut nullus clericus propter quamlibet causam in curiam introiret, nec ante judicem cinctum causam diceret, nisi in Ecclesiis.

Referunt

Referunt etiam, hujus temporibus Constantinum Romanam dorasse Ecclesiam, & multas construxisse basilicas, quas ornavit magnificentissimâ largitione auri, & argenti.

intra
is
16- In præfatione Nicæni Concilii, primam notatur illud, quod Ecclesia Romana nullis synodicis decreta prælata est cæteris Ecclesiis, sed Evangelicâ voce Domini, & Salvatoris nostri, primatum obtinuit. Ubi dixit B. Petro Apostolo: *Tu es Petrus.* Et adhibita est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi Apostoli Pauli, qui unô die, unôque tempore gloriosâ morte cum Petro (sub Nerone) agonizans, coronatus est. Et ambo pariter Ecclesiam Romanam Christo Domino consecrarunt, aliisque omnibus urbibus in universo mundo eam suâ præsentia, atque venerandâ triumpho prætulērunt. Unde prima sedes est, cælesti benedictio, Romanæ Ecclesiæ: Secunda apud Alexandriam, à Marco Evangelista Petri discipulo consecrata: Tertia apud Antiochiam, ubi B. Petrus (priusquam Romanam veniret) habitavit, & Ignatium Episcopum constituit: Quarta apud Hierosolimam, ubi Jacobus Apostolus est Episcopus ordinatus. Itaque secundum antiquorum Patrum definitionem, sedes prima Hierosolymis esse minime dicitur, ne forte ab infidelibus, aut idiotis sedes Domini nostri Jesu Christi (quæ in cælo est) in terra esse putaretur.

De origine Concilii Nicæni sub Constantino Augusto congregati.

Rufini nobis decimus liber, qui conjunctus est novem libris Eccles. histor. quos Eusebius Cæsariensis edidit, necessario profertur ad medium. Quia dubium non est, 318. sanctissimos Patres, ex universo Orientali, atque Occidentali Orbe in Nicæa Bithyniæ congregatos, ut & Arianum dogma Christi auxilio funditus damnaretur, & salubri providentiâ constituerent, quid in Sancta Catholica

Ecclesia debeat observari. Consule c. 1. lib. 10. hist. Ecclesiast.

Etenim presbyter quidam apud Alexandriam, nomine Arius, vir ipse & forma magis, quam virtute religiosus, sed gloriæ, laudisq; & novitatis improbe percupidus, prava quedam de Christi fide profiteri, & quæ antea in quæstionem nunquam venerant, cepit. Abscondere enim ac separate ab illa æternâ, & inoffensibili Dei Patris substantia vel natura Filium conabatur. Quæ res in Ecclesia plurimos conturbabat, & à dulci mentis tranquillitate dimovebat. Sed cum Alexander Episcopus, naturâ lenis & quietus, assiduis ammonitionibus Arium exiret à pravo incepto, & assertionibus impiis revocare, nec tametsi in sempiternâ procederet; & quod plerisque quoddam contagio pecciferæ assertionis infecerat, quod non solum apud Alexandriam, verum etiam per alias urbes, & provincias disperserat: permiosum fore credens; si dissimularet à talibus; plurimâs confessoribus suis tem indicat. Quæstio latius innotescit; sermo usque ad aures religiosi Principis (quippe qui omni studio, & diligentia curaret, quæ nostra sunt) pervenit. Tunc ille ex sententia Sacerdotum apud urbem Nicæam Episcopale Concilium convocat; ibique Arius reoratus, decem & octo Episcopis respondentibus adesse jubet, ac de ejus propositionibus, & quæstionibus judicare. Sed in eo Concilio admirabile factum Principis non puto reticendum. Etenim cum ex omnibus penè locis Episcopi convenissent, & diversis ex causis inter se diversa iurgia detulissent, incompellabatur frequenter à singulis. Offerrebantur libelli, vulgæ proferebantur; & magis ad hæc, quàm ad id quod fuerat ventum, animos dabant. At ille suscepit à singulis libellos, quos simul omnes in sinu suo continens, nec in eis quid contineretur aperiens, ait ad Episcopos: "Deus vos con-, stituit Sacerdotes, & potestatem vobis, dedit de nobis quoque judicandi, idcò

Memorable factum Constantini Imperatoris.

vos à vobis resti. judicamur, vos autem non potestis ab hominibus judicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, ut & vestra iurgia, quæcumque sunt, ad illud divinum referrentur examen. Vos enim nobis à Deo dati estis. Dii; conveniens non est, ut homo iudicet Deos: sed ille solus, de quo scriptum est, *Deus stetit in synagoga decorum, in medio aut Deos discernit.* Et idè (his omiſſis) alia, quæ ad fidem Dei pertinent, absque ulla animorum contentione discutite. Cum hæc dixisset, omnes simul querimoniarum libellos iussit exuri, ne innotesceret ulli oñium, & sigillatio Sacerdotum, &c.

In hoc etiam Concilio adfuit Paphnucius, homo Dei, Episcopus Ægypti, in quo tanta inerat gratia, ut signa per eum non minùs, quàm olim per Apostolos fierent. Vide lib. 10. Eccles. hist. c. 4. & 5. ubi referuntur alia, annotatione digna. Vide & historiam tripartitam lib. 3. c. 13. & deinceps usque ad 21. ubi plurimæ notantur ad hoc Concilium concernentia.

Interca, per dies singulos agitabatur conventus, neque facillè, subtemetè de re tanta statuere audebant. Evocabatur Arius frequenter in Concilium, & assiduò tractatu assertiones ejus discutiebantur, & quid adversum hæc teneri deberet, ac statui summa cum deliberatione quærebatur. Tandem post diutinum, multamq; tractatum, placuit omnibus, ac velut uno consensuum ore & corde decernitur, *Homonem* conicribi debere, id est, ejusdem cum Patre substantiæ. Filium consubstantialem, idque firmissimè omnium sententiã pronunciat. Decem & septem soli tunc fuisse dicuntur, quibus Arii magis fides placeret, extrinsecus creatum Dei Filium, & non ex ipsa Patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad Constantinum Sacerdotum Concilii sententia. Illo, tanquam à D. o prolata, veneratur. Cui si quis tentasset obstiti, velut contra divina statuta venientem, in exilium se proesta-

tur acturum. Sex igitur soli cum Ariano se patiuntur expelli; reliqui verò undecim Concilio inter se habi. d. acquiescunt ad subscribendum manu solà, non mente. Cujus simulationis author præcipuè extitit Nicomediæ Episcopus Eusebius.

Post, iidem Patres ediderunt canones 22. quos habes à Gratiano transcriptos in volumine decretorum variis in locis.

Athanasius Alexandrinus tradit 70. capitula decreta à Nicæno Concilio; sed 20. tantum canones habet Ecclesia Romana, ut vult Stephanus Papa. Er habetur d. 16. c. *Viginti*. Quomodo alia non extant, nescitur. Certum est, Antiochæno Concilio aliqua esse inserta, & nonnulla alia in Sardicensi Concilio translata, ut patet ex canonibus prædictorum Conciliorum, & quædam alia in epistolis, & decretis Julii Papæ primi.

Bona pars horum viginti canonum Concilii Nicæni repetita est in Concilio Aelætanf. II. & aliqui ex 70. quorum meminit Athanasius.

REGULÆ SIVE CANONES NICÆNI CONCILII.

Itaque cum convenisset hoc sanctum & magnum Concilium apud Nicæam Bithyniæ civitatem, Constantino Augusto, & Lycinio Cesare, &c. decreta 20. statuta sunt ab Episcopis, quæ infrascripta sunt, & ex Græco in Latinum versa sermonem. Et placuit, ut hæc omnia mitterentur ad Episcopum urbis Romæ Sylvestrum.

Can. 1. De emaculo, & de his, qui seipfos abſcindunt,

Si quis in ægritudine, vel à medicis ductus est, vel à Barbaris castratus, placuit ut iste permaneat in clero. Si quis autem sanus seipsum abſcidit, hic (etiam si est in clero) cessare debet, & ex hoc, nullum talem oportet ordinari. Sicut autem de his, qui vel affectaverint hæc, vel ausi sunt

sunt seiplos abscindere, hæc, quæ diximus, statuta sunt: ita si qui, vel à Barbaris, vel à dominis suis cunuchi facti sunt, & probabilis vitæ sunt, tales hos suscipit Ecclesiastica regula in clerum.

Can. 2. De his, qui post baptismum statim ad clerum applicantur.

Quoniam multa, sive per necessitatem, sive ex quacunque causa contra regulam gesta sunt, ita ut homines ex vita gentili nuper adhuc catechizati, vel instituti, statim ad spiritum solum baptismum venirent, & continuo cum baptizati sunt, etiam ad Episcopatum, vel presbyterium provecti sunt: rectè visum est, de tertio nihil esse debere serari. Nam & tempore opus est ut sit catechomenus; & post baptismum multà probatione indigeat. Evidens namque Apostolicum præceptum est, dicens: *Non Neophytum; ne forte elatus in iudicio incidat, & in laqueum diaboli.* Si vero procedente tempore, aliquid peccatum admiserit, & convictus duobus vel tribus testibus fuerit, cesset à clero qui huiusmodi est. Si quis verò præter hæc facit, tanquam contraria statutis S. Concilii gerens, ipse de clericatûs honore peccabitur.

Can. 3. De subintroductis mulieribus.

Omnibus modis interdixit sancta Synodus, neque Episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli clericorum omnino licere habere secum muliorem extianeam; nisi fortè mater, aut soror, aut avia, aut amita, vel matertera sit. In his namque solis personis, & harum similibus, omnis quæ ex mulieribus est, suspicio declinatur. Qui autem præter hæc agit, peccabitur de clero.

Can. 4. Quælibet Episcopi debeant ordinari.

Episcopum oportet ab omnibus Episcopis (si fieri potest) qui sunt in provincia ejus, ordinari. Si verò hoc difficile fuerit, vel aliquâ urgente necessitate, vel itineris longitudine, certè tres Episcopi debent in unum esse congregari, ita ut

etiam cæterorum, qui absentes sunt, consensus litteris teneant, & ita faciant ordinationem. Potestas sanè vel confirmatio pertinebit per singulas provincias ad Metropolitanum Episcopum.

Can. 9. De excommunicatis; vel laicis.

Servetur & ista sententia, ut hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem non recipiantur. Requiritur sanè, si fortè aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet commotione Episcopi sui excommunicati sint. Ut ergo digna hæc possint examinatione perquiri, rectè visum est, per singulos annos in singulis provinciis bis in anno Episcoporum Concilium fieri; ut simul in unum convenientes ex communi provincia, huiusmodi examinentur quæstiones; ut ita demùm hi qui ob culpas suas, Episcoporum suorum offensas, merito contraxerunt, dignè etiam à cæteris excommunicari similiter habeantur, quousque in communi, vel si Episcopo suo visum fuerit, humaniorem circa eos ferre sententiam. Habeatur autem semel Concilium ante dies Quadragesimæ, ut omnibus, si quæ sunt, simul tantibus amputatis, mundanæ & solennis Deo munus possit offerri. Secundum verò agitur circa tempus Autumni.

Can. 9. De primatibus Episcoporum Metropolitanorum.

Mos antiquus perdurat in Ægypto, vel Libya, & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidem & Episcopo Romano parvus mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, cæterasque provincias, honor suas unèquique servetur. Per omnia autem manifestum est, quòd si quis præter voluntatem & conscientiam Metropolitanum Episcopum fuerit ordinatus, hunc, Concilium magnum & sanctum censuris, non debere esse Episcopum. Sanè si communi omnium consensu rationabiliter probatò secundum Ecclesiasticam regulam, duo vel tres animositate ducti, per

11. qu. 3. Servetur ista sententia.

D. 18. M. beatorum sanctorum Concilium.

D. 65. M. antiquus.

D. 65. Titulus generaliter.

D. 65. Sani si communi.

contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia Sacerdotum

** Nonnullis perperam visum est, quod hic Canon sextus parem faceret Episcopum Romanum cum alio Metropolitanum, quia dicit: Episcopo Romano parilis mos est. Sed licet hoc levere sit argumentum, ut eo ambigamus de re alioqui tam cognita, & probata, consulti varias editiones tam Græcæ quàm Latinæ, in illis si inscriberetur hic Canon ad hunc modum. Et in editione quadam Latina antiquissima, quæ exhibuit mihi Reverendiss. Marcellus, Cardinalis S. Crucis amplissimus, & unus ex tribus Vicariis Apostolicæ Sedis in Synodo Tridentina inventis dignissimus, sic habet sententia huius Canon: Mos antiquus perduret in Ægypto, vel Lybya, & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem: quoniam quidem Metropolitanus Episcopo hoc idem moris est, &c. Hunc sermone Lectori curare libuit, ne in eum impingat.*

Aditio F. 8.

Cum in ca. 6. dicitur, quoniam quidem & Episcopo Romano parilis mos est, sive talis consuetudo est, sensus est, quod Episcopo Romano consuetudo sit permittere ut Episcopus Alexandrinus habeat regimen Ægypti, Libyæ, & Pentapolis. Et propterea non assignantur hic sine Episcopi Romani, quemadmodum hæretici volunt: sed potius ex more Episcopi Romani sumitur exemplum, quid Alexandrinæ Ecclesiæ, seu ejus Episcopo sit tribuendum; ut colligitur ex epistola Nicolai I. Papæ ad Michaëlem Imperat. Confer can. Mos antiquus d. 65. ex correctione Gregoriana.

Can. 7. De honore Episcopi Hierosolymitani.

Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetusta traditio, ut Eliæ, id est, Hierosolymorum Episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem, manente tamen Metropolitanæ civitatis propriâ dignitate.

D. 65. Quoniam mos antiquus.

Aditio F. 5.

Habeat consequenter honorem, id est, post Romanum, Alexandrinum, & Antiochenum Episcopum.

Can. 8. De Novatianis.

Si qui voluerint venire ad Ecclesiam Catholicam ex Novatianis, placuit sancto Concilio, ut ordinentur, & sic maneat in clero. Ante omnia autem hæc habeant ab eis confessionem, quam per Scripturam exigi oportet, ut fateantur, se cum omni consensu, Ecclesiæ Catholice statuta observaturos, id est, communicaturos se & his, qui fortè secundas impietates experti sunt, vel his, qui persecutionis tempore lapsi sunt. Quibus tamen lapsus, penitentia modus, & tempus ascriptum est, ut in omnibus sequantur ea, quæ in Ecclesia Catholica observantur. Et si ubi iidem ipsi fuerint inventi sive in vicis, sive in urbibus clerici ordinati à Catholicis, sic etiam in clero persistant, unusquisque tamen in suo ordine. Si vero Episcopus, vel presbyter Ecclesiæ Catholice fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt, certum est, quod Episcopus quidem Catholicus suam habeat dignitatem. Similiter autem presbyteri, & diaconi habeant. Hi vero, qui ab illis veniunt, si fortè Episcopus fuerit, habeat sacerdotii dignitatem, nisi fortè placeat Catholicis Episcopo concedere ei etiam Episcopalis nominis honorem. Si vero non placuerit, inveniat ei locum, ut sit in parochia Chorepiscopus, aut in clero presbyter, ut in civitate una non videantur duo Episcopi esse, & ille omnimodè in clero permanere videatur.

Can. 9. De presbyteris sine examinatione canonis.

Si qui sine examinatione promoti presbyteri sunt, & postea examinati contenti sunt peccata sua, & cum confessi fuissent, contra regulam venientes, homines manus eis remaneat impositas; hoc Ecclesiasticus ordo non recipit. In omni-

omnibus enim, quod irreprehensibile est, defendit Ecclesia sancta.

Can. 10. De lapsis clericis ordinatis.

Quicumque ex lapsis, per ignorantiam sunt ordinati, vel contemptu eorum, qui eos ordinauerunt; hoc non prejudicat regule Ecclesiasticæ. Cum enim competentem fuerit, deponantur.

Can. 11. De his, qui sponte lapsi sunt, qualiter debeant penitere.

De his, qui præter necessitatem prævaricati sunt, aut propter ablationem facultatum, aut propter periculum, aut aliquid huiusmodi, quod factum est sub tyrannide Licinij, placuit sanctæ Synodo, licet indigni sint misericordiæ, tamen aliquid circa eos humanitatis offendi. Si quos ergo ex animo penitet, tribus annis inter penitentes habeantur. Si tamen fideles sunt, septem annis alijs, inter penitentes sint; duobus autem annis iidem sine oblatione in oratione sola participent populo. Si qui verò per Dei gratiam vocati, primo quidem ostenderunt fidem suam, deposito militiæ cingulo, post hæc autem ad proprium vomitum reversi sunt, ut & pecunias darent, & ambirent redire rursus ad militiam; isti decem annis sint inter penitentes post primum triennium, quod fuerint inter audientes. Ab omnibus verò illud præcipue observetur, ut animus eorum, & fructus penitentis attendatur. Quicumque enim cum omni timore & lachrymis perseverantibus, & operibus bonis, conversationem suam non verbis solis, sed opere & veritate demonstrant, cum tempus statutum etiam ab his fuerit impletum, & orationibus jam cœperint communicare, licet etiam Episcopo humanius circa eos aliquid cogitare. Qui verò indifferenter habuerint lapsum, & sufficere sibi (quod Ecclesiam introierunt) arbitrantur, isti omnimodo tempora statuta complebunt.

Additio P. S.

Ambirent redire rursus ad militiam. Hoc dicitur pro illo casu & tempore, quod redire ad militiam erat signum idololatriæ; sicut deponere cingulum militiæ, seu militiam deserere, erat signum christianismi. Vide quæ diximus 2. 2. qu. 40. art. 1. ad 4.

Can. 12. De excommunicatis à saculo excommunicatis.

De his verò, qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula observabitur etiam nunc, ita ut si forte quis recedat ex corpore, necessariò vitæ suæ viaticò non defraudet. Quod si desperatus aliquis, recepta communione, supervixerit, sit inter eos, qui solâ oratione communicant. De omnibus tamen his, qui à corpore recedunt, in tradendo eis communionem & cura, & probatio sint Episcopi.

Can. 13. De Catechumenis.

Placuit huic sancto & magno Concilio de Catechumenis, qui lapsi sunt, ut tribus annis inter audientes verbum sint tantummodo, post hæc verò orent cum Catechumenis.

Can. 14. De diaconis, ne corpus Christi tradant presbyteris.

Provenit ad sanctum Concilium, quod in locis quibusdam & civitatibus, presbyteris sacramenta diaconi porrigant. Hoc usque regula, neque consuetudo tradidit, ut hi, qui offerendi sacrificii non habent potestatem, his qui offerant, corpus Christi porrigant. Sed & illud innovavit, quod quidam diaconi, etiam ante Episcopum sacramenta sumunt. Hæc ergo omnia ampulerent, & accipiant secundum ordinem post presbyteros ab Episcopo, vel à presbytero sacram communionem. Quod si non fuerit in presenti vel Episcopus, vel presbyter, tunc ipsi proferant & edant. Sed nec federe quidem licet in medio presbyterorum diaconos. Si quis autem non vult his sufficiens esse post hanc definitionem, cesset esse diaconus.

26. q. 6. De his verò, qui.

D. 93. Penitentis ad sanctum.

Can. 15. De clericis temerè ab Ecclesia recedentibus.

7. q. 2. Non oportet Episcopus copiam.

Propter multas perturbaciones, & frequentes tumultus seditionum, quæ fieri solent, placuit omnimodò istam abscindi consuetudinem, quæ contra regulam est (sicubi tamen sit) id est, ne de civitate ad civitatem transeat vel Episcopus, vel presbyter, vel diaconus. Si quis verò post hæc statuta sancti hujus Concilii, tale aliquid agere tentaverit, infringatur omni genere hujusmodi conatus, & restituatur propriæ Ecclesiæ, in quo ordinatus est.

Can. 16. De presbyteris vel clericis, qui ad alias civitates transeunt.

7. q. 1. Si quis vult.

Si qui verò timorem Dei ante oculos non habentes, neque Ecclesiastica statuta custodientes, recesserint ab Ecclesia sua, sive presbyter, sive diaconus, vel in quocumque Ecclesiastico ordine positi fuerint; non debeat suscipi in alia Ecclesia, sed cum omni necessitate cogantur, ut redeant ad Ecclesiam suam. Quòd si permanserint, excommunicare eos oportet.

Can. 17. De clericis non ordinandis sine consensu sui Episcopi.

D. 71. Si quis ausus fuerit.

Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alte um pertinet, ordinare in sua Ecclesia, cum non habeat consensum Episcopi ipsius à quo recessit clericus, irrita erit hujusmodi ordinatio.

Can. 18. De clericis ususque accipientibus.

14. q. 4. Quoniam multis clericis Psalm. 14.

Quoniam multi clerici, avaritiæ causâ, turpia luca sectantes, oblitii sunt divini præcepti, quò dictum est: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*, scelerantes censuram exigant: statuit hoc sanctum Concilium, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia luca sectari, vel etiam species frumentotum ad seculum dare, omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstum, dejiciatur à clero, & alienus ab Ecclesiastico habeatur gradu.

Can. 19. De Paulianistis, & Cataphrygis, rebaptizandis.

Si quis confugerit ad Ecclesiam Catholicam de Paulianistis & Cataphrygis, statutum est; rebaptizare eos debere. Si qui verò clerici erant apud eos (siquidem inculpata fuerint, & irreprehensibiles) rursus etiam ordinatur ab Episcopo Ecclesiæ Catholicæ. Si verò examinati, minus fuerint apti deprehensi, deponi eos oportet. Similiter autem & circa diaconos, & de omnibus, qui in eodem clero inveniuntur, eadem forma servabitur. Commemoravimus autem diaconissas, quæ in hoc ordine inventæ sunt, quæ nec manus impositionem aliquam habeant, & omnimodò inter laicos habeantur. Similiter autem diaconissæ, quæ in Catholico canone non habentur, simili locò, id est, laicæ, & tanquam non consecratæ deputentur.

additio F. S.

Ex can. *Paulianista* 1. q. 1. observandum, quod ipsi non baptizabant *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*; ideo baptismus per eos datus non erat validus, cum alioquin baptismus per Novatianos, & alios hæreticos datus validus esset, quia servabant formam necessariam.

Can. 20. De stectendo genua.

Quoniam sunt in Dominica die quidam ad orationem genua stectentes, & in diebus Pentecostes; propterea utique statutum est à sancta Synodo, quoniam consuetudo est, ut stantes ad orationem, vota Domino reddant.

Et subscripserunt trecenti, decem, & octo Episcopi, qui in eodem Concilio convenerunt.

Ofius Episcopus civitatis Cordubensis, provinciæ Hispaniæ dixit: Ita credo, sicut superius dictum est.

Victor, & Vincentius, presbyteri urbis Romæ pro venerabili viro Papa, & Episcopo nostro Sylvestro, subscripsimus, &c.

Crte-

CONCILIUM ROMANUM.

41

Ceterorum verò Episcoporum nomina recitata sunt in conciliorum volumine magno.

FIDES
NICÆNÆ SYNODI.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, & omnium visibilium, invisibiliumque factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei, natum ex Patre, unigenitum, hoc est, ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero. Natum, non factum. Homousion, hoc est, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, & quæ in cælo, & quæ in terra. Qui propter nos homi-

nes, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus, & homo factus, est passus. Et resurrexit tertiâ die, & ascendit in caelos, & inde venturus est iudicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Dicentes autem: *Erât, quando non erat, aut non erat, antequàm fieret, & quia eo non extantibus factus est, aut ex altera substantia vel essentia, dicentes esse aut creatum, aut convertibilem Filium Dei,* hos tales anathematizat Catholica, & Apostolica Ecclesia.

Hanc venerabilem fidem trecenti quidem decem & octo & agnoverunt, & amplexi sunt, & (sicut ait Euseb.) consonantes, & unanimes in scriptis explanaverunt. Quinque verò non receperunt, verbum *consubstantialitatis* reprehedentes.

CONCILIUM
ROMANUM.

sub SYLVESTRO Papa.

Eodem tempore celebratum est Concilium Romanum, sub Sylvestro Papa, presente Constantino intra thermas Domitianas cum ducentis septuaginta quinque Episcopis, qui vocati à Sylvestro in ipsa Synodo convenerunt, in quo denuò damnavit Calixtum, Arium, Photinum, & Sabellium, & ordinaverunt. Canones sequentes.

CANONES SYLVESTRI
EPISCOPI URBIS ROMÆ,
ET DOMINI CONSTANTINI
AUGUSTI.

Canon 1. De congregatione Episcoporum, vel Diaconorum.

Eodem tempore cum multi nobiles

gauderent, quòd Constantinus baptizatus. **E**x hoc Concilio plures Canones hic non sunt positi, quia non magno notata digni; ut etiam ad suam summam notat Constantinus, gauderet, quòd Constantinus baptizatus. **E**x hoc Concilio plures Canones hic non sunt positi, quia non magno notata digni; ut etiam ad suam summam notat Constantinus, esset à Sylvestro urbis Romæ Episcopo, & mundatus fuisset à lepra; per hoc beneficium quod accepit à Domino Jesu Christo per Sylvestrum Episcopum, cepit integrè prædicare Dominum Jesum Christum, & confiteri ejus beneficia. Sylvester igitur Episcopus urbis Romæ congregavit fratres, compresbyteros, & cocpiscopos, vel diaconos suos cives Romanos. Et quoniam Mater Ecclesia genuerat filium charissimum Constantinum; integrè igitur Sylvester Episcopus urbis Romæ, cum suis eam ordinate consideravit, & filios ejus frequenter lactare, & gradus ejus ordinis, & consuetudines confirmare. Collegit autem universam synodum Episcoporum cum consilio Augusti, vel matris ejus, & fecit parati in urbe Roma intra ther-

mas Domitianas, quæ nunc cognominantur Traianæ. Collegit autem in gremio sedis suæ ducentos octoginta quatuor Episcopos, quibus Augustus Constantinus vehicula, & amonas præstari præcepit. Et alii 57. Episcopi partis Rhinocoruzæ, quorum obitographus in eorum Concilio declaratur: Centum quadraginta duo presbyteri urbis Romæ, & Diaconi sex: Subdiaconi sex: Acolyti, eorum consilio facti, quadraginta quinque: Exorcistæ 22: Lectores urbis Romæ nonaginta, quorum præfentes partes audiebant: Notarii Ecclesiæ 14. qui gesta diversorum martyrum suscipientes, ordinare narrabant. Hos omnes etiam dum in uno articulo ad examon sanctitatis colligeret in thermas supradictas, voluit ut nullus hereticorum præsen esse videretur.

Can. 4. Nihil de relictibus Ecclesiæ quatuor partes fiant.

Commoneo autem vobis omnibus in his confortibus monumentum hoc, ut de relictibus Ecclesiæ quatuor partes fiant, quorum una cedat Pontifici ad sui sustentationem; altera presbyteris, & diaconis, & omni clero; tertia templorum & Ecclesiarum reparationi; quarta pauperibus, & infirmis, & peregrinis.

Constituit & hunc ordinem, ut si quis de clero, vel presbyteris universi loci, tranferat (quod commune est) de hoc mundo, si neminem de suo genere haberit infortem, quicquid pauperis ejus haberet, conferret Ecclesiæ, & exinde quatuor partes fierent, sicut supra dictum est.

Can. 5. Nihil presbyter christina conficiat.

Constituit etiam cleri voce idem Sylvester Episcopus urbis Romæ, ut nemo presbyterorum christina conficeret, dicens: *Quoniam Christus à christinate vocatur.*

Can. 6. De numero Diaconorum Parochiarum, & Cardinalium urbis Romæ.

Et, ut diaconi non essent plures per pa-

rochiarum unum nisi sex, & Cardinales urbis Romæ 7. res tamen, ut distinctis uterentur, & palli linostima vestitorum reteretur.

Can. 8. Nihil subdiaconus ad nuptias tranferat.

Nullum autem subdiaconorum ad nuptias carnalis præcipimus, ne aliquam partem vanitatis sumperit.

Et subscripserunt supradicti Episcopi in istud, predicante Sylvestro Episcopo urbis Romæ. Subscripsit autem & novissimus Calphurnius prefectus urbis. Subscripsit Augustus Constantinus cum matre Helena Augusta. Tunc fecit orationem sedens in eodem loco, & discrete sunt.

ACTIO SECUNDA.

A Liâ autem die venerunt omnes presbyteri urbis Romæ, & diaconi, & Episcopi, omnes 284. intra thermas Domitianas, quæ nunc Traianæ vocantur, & sedit in sede sua in eodem loco. Ibi autem fecit septem regiones, & divisit diaconis. Erant autem diaconi isti; Fabianus, Marcellus, Liberius, Archidamus, Julius &c.

Can. 16. Nihil clericus, vel presbyter, propter causam suam in curiam incuriam.

Nemo enim clericus, vel diaconus, aut presbyter propter causam suam quomlibet exiret in curiam, quoniam omnis curia à cetero dicitur, & immolatio simulachrorum est. Quoniam si quis clericus in curiam introiret, anathemâ suscipiatur, nunquam rediens ad matrem Ecclesiam. A communione autem non privetur propter tempus turbidum.

Can. 17. Nihil peccantem clericum eade attingat.

Nemo enim quisquam peccantem clericum eade attingat. Non presbyter, non diaconus, non Episcopus supra clericum, vel servitorem Ecclesiæ ad eadem perducat. Sed si ita causa exigat, clerici triduo privetur

privatae sanctorum, ut penitentiam adhiberent ad matrem Ecclesiam.

San. 20. Nihilus diuisione primam sedem iustis.

Namque enim iudicabit primam sedem, quoniam omnes sedes à prima sede iustitiam desiderant temperari. Neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur.

Et subscripserunt 284. Episcopi, & 45. diaconi, & duo sequentes, Augustus Constantinus, & mater eius Helena. Et scripsit Canonem hunc Sylvester Episcopus in urbe Roma, & omnibus Episcopis adpensis, & scriptis. Actum in Tusianis theatro, tertio cal. Junii, Dominico Con-

stantino Augusto tertio, & Prisco consule.

Sylvestri Episcopus sanctae & Apostolicae Sedis Praeful urbis Roma, datae Quisquid in Nicomedia Bithyniae constitutum est ad robur Sanctae Matris Ecclesiae Catholicae à sanctis sacerdotibus 318. nostro ore confirmamus. Omnes qui auctores dissolvere desolationem sancti, & magni Concilii, quod apud Nicomiam congregatum est sub praesentia piissimi, & venerandi Principis Constantini Augusti, anathematizamus. Et dicunt omnes: Placet.

In exemplaribus huius Synodi Romae est: intellexibile deprevari: & ne aliquid ex proprio adderemus, transcripsimus haec parum explicata.

Corroboratio Concilii Niceni.

CONCILIUM

ELIBERINUM

Hispania circa SYLVESTRI Papa primo, & Niceni Concilii tempora celebratum. 28. Provinciale Concilium 19. Episcoporum.

Aditio P. 8.

Concilium Eliberinum in Eliberi Betycae provinciae civitate celebratum est, & quidem iuxta probabiliorum Baronii tom. 2. Annal. ad an. 305. sententiam, ante tempora Constantini Magni, aequè aded ante Concil. Nic. sub Constantii & Galerii Imperio, quando necdum plene reddita erat pax Ecclesiae, sed adhuc vigeat persecutio, Constantio scilicet Christianorum alios exilio, alios morte diuissimi multante in Oriente. De huius Concilii auctoritate admodum variè auctores, Melchior Canus lib. 5. de locis cap. 4. De Harm. tom. 2. lib. 2. de imaginibus cap. 9. Lacomus de cultu imaginum; Bannezius a. 2. p. 8. simpliciter exponunt illud non

fuisse approbatum, & errasse. Baronius tom. 1. Annal. ad an. 57. asperè contra istud Concilium scribit, sed calamum temperat tom. 2. ad praefatum an. 305. ubi de Patribus in eo Concil. congregatis sic ait: *At cum, quae ab illis de ea re sunt statuta, excusentur ab eodem, qui supra, Innocentio Romano Pontifice; uero sit, qui accusat presumat.* Ubi quoque ait: *Quod Patres illi, nec in fine, communionem lapsis dandam esse statuerint;* Eò de causa factum se putare quodd (cum haec displicerent successoribus) nulla sicut de aliis, ejus Synodi nominatim ab antiquioribus mentione habeatur, atque sic prope antiquata remanserit. Quapropter nihil improbabile dixerit, qui omnes huius Concilii canones ab errore vindicandos conuerit.

Cap. 1. De his qui post baptismum idolis sacrificant.

Placuit, ut quicumque post fidem baptismi salutatis, adultæ ætate ad templum idoli idololatraturus accesserit, & fecerit, quod est crimen capitale, nec in fine eum ad communionem suscipere.

Additio F. S.

Hæc can. non negant Patres in fine vitæ veniam aut reconciliationem lapsis, (id quod ad Novatianorum dogma accederet) sed sacram dumtaxat communionem, quemadmodum interpretatur Innoc. I. epist. 3. c. 2. Postea verò ille rigor mitigatus fuit, non solum ab ipso Innocentio, sed etiam à Conc. Nicæna. cujus can. 12. statuitur, etiam viaticum lapsis dandum esse in fine vitæ. Estque verisimile Patres Eliberinos causam habuisse, ob quam eò rigore tunc agendum esse judicarent.

Cap. 2. De sacerdotibus gentium, qui post baptismum immolaverunt.

Flamines, qui post fidem lavaci, & regenerationis sacrificaverint, eò quod geminaverint scelera, accedente homicidio, vel triplicaverint facinus, cohærente morchia; placuit, eos nec in fine accipere communionem.

Cap. 3. De eisdem, si idolum tantum munus dederint.

Item, Flamines, qui non immolaverunt, sed munus tantum dederunt, eò quod se à funellis abstinerunt sacrificiis, placuit, in fine eis præstari communionem, factâ tamen legitimâ penitentia. Item: Ipsi si post penitentiam fuerint morchia, ulterius eis non esse dandam communionem, ne luisse de Dominica communionis videantur.

Additio F. S.

Legitima penitentia vocabatur, quæ erat secundum canones penitentiales. Cæterum, quia vexationem corporis ac vitæ redimere oblaris muneribus non est malum, ac per consequens nec penitentia dignum; hi qui in isto can. dicuntur mu-

nus tantum dedisse, non videntur esse illi qui munus dederant ne juberentur idolis immolare, sed qui non immolaverant idolis, ac munera solum eis obrulerant.

Cap. 4. De eisdem, quando baptisabuntur.

Item, Flamines, si fuerint Carochumæni, & se à sacrificiis abstinerint, post triennij tempora, placuit ad baptismum admitti debere.

Cap. 5. Si domina per æthiæ ancillam occiderit.

Si qua femina furore zeli accensa, flagellis verberaverit ancillam suam, non ut intra tertium diem animam cum cruore effundat, eò quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit: si voluntate, post septem annos; si casu, per quinque annorum tempora actâ legitimâ penitentia ad communionem placuit admitti. Quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

Cap. 6. Si quis per malitiam hominem interfecerit.

Si quis verò maleficio interficiat alterum, eò quod sine idololatria perficere scelus non potuit, nec in fine impartientiam esse illi communionem.

Cap. 7. De penitentibus morchia, si raris peccaverint.

Si quis fortè fidelis, post lapsum morchia, post tempora constituta, actâ penitentia, denuò fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.

Cap. 8. De fornicis, que relicto viro suo, alium nubuit.

Item; fornicæ, quæ nullâ præcedente causâ, reliquetunt viros suos, & alteris se copulaverunt, nec in fine accipiant communionem.

Cap. 9. De eisdem, que adulteros maritos reliquerunt.

Item; fidelis femina, quæ adulterum a maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de seculo exierit.

caſerit, niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit.

Cap. 10. De reſiſta à catechumeno ſi alteram duxerit.

Si ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, poteſt ad fontem lavari admitti. Hoc & circa ſœminis catechomenas erit obſervandum. Quod ſi fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo qui uxorem inculpataſ reliquit, & ſciverit illum habere uxorem quam ſine cauſa reliquit; placuit, huic nec in ſine dandam eſſe communionem.

Cap. 11. De eadem, ſi graviter agraſ fuerit.

Intra quinquenniū autem tempora, catechumena, ſi graviter fuerit infirmata, dandum ei baptiſmum placuit non denegari.

Cap. 12. De mulieribus, quæ lenocinium ſterium.

Mater, vel parentes, vel quæſlibet fidelis, ſi lenocinium exercuerit, eod quod alienum vendiderit corpus, vel potiùs ſuum, placuit, eam nec in ſine accipere communionem.

Cap. 13. De virginibus Deo ſacratæ, ſi adulteraverint.

Virgines, quæ ſe Deo dederunt, ſi pactum perdididerint virginittatis, atque eidem libidini ſervierint; non intelligentes quid amiſſerint, placuit nec in ſine dandam eis eſſe communionem. Quod ſi ſemetipſas poenituerint, quod infirmitate corporis lapſæ fuerint, & toto tempore vitæ ſuæ huiusmodi ſœminæ egerint poenitentiam, & abſtinerint ſe à coitu, eod quod lapſæ potiùs videantur; placuit eas in ſine communionem accipere debere.

Cap. 14. De virginibus ſecularibus, ſi mœchata fuerint.

Virgines, quæ virginittatem ſuam non contoderint, ſi eodſdem, qui cas violaverunt, acceperint & tenuerint maritos; eod quod ſolas nuptias violaverint; poſt annum ſine poenitentia reconciliari debent. Vel ſi alios cognoverint viros, eod

quod mœchataſ ſint, placuit, per quinquenniū tempora, acta legitima poenitentia, admitti eas ad communionem.

Cap. 15. De coniugio eorum, qui ex gentilitate veniunt.

Propter copiam puellarum, Gentilibus miſimè in matrimonium dandæ ſunt virgines Chriſtiane, ne ætas in flore tumens, in adulterio reſolvatur animæ.

Cap. 16. De puellis fidelibus, ne infidelibus coniungantur.

Hæreticis, qui erant ab Eccleſia Catholica, nec ipſis Catholicas dandas puellas; ſed neque Judæis, neque hæreticis dari placuit, eod quod nulla poſſit eſſe ſocietas fidelis cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, abſtinere per quinquenniū placet.

Cap. 17. De eis, qui filias ſacerdotibus gentilibus coniungunt.

Si qui forte ſacerdotibus idolorum filias ſuas junxerint, placuit, nec in ſine eis dandam communionem.

Cap. 18. De ſacerdotibus, ſi mœchati fuerint.

Epifcopi, preſbyteri, diaconi, ſi in miniſterio poſiti, detecti fuerint quod ſint mœchati, placuit, & propter ſcandalum, & propter nefarium crimen, nec in ſine communionem accipere debere.

Cap. 19. De clericis negotia ſecularibus.

Epifcopi, preſbyteri, & diaconi de locis ſuis negotiandi cauſa non diſcedant, nec circumeuntes provincias, quaſtuofas nundinas ſectentur. San è ad victum ſibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant, & ſi voluerint negotiari, intra provinciam negotientur.

Cap. 20. De clericis, & Latinis aſſurariis.

Si quis clericorum detectus fuerit uſuras accipere, placuit degradari, & abſtinere. Si quis etiam laicus accepiſſe probatur uſuras; & promiſerit correptus ſe jam ceſſaturum, nec ulterius exacturum, placet

D. 47. Si quis clericorum

placet ei veniam tribui. Si vero in ea iniquitate duraverit, ab Ecclesia sciat se esse proficiendum.

Cap. 21. De his, qui ad Ecclesiam tardè accedunt.

Si quis in civitate positus, tres Dominicas Ecclesiam non accesserit, tanto tempore abstineat, ut correptus esse videretur.

Cap. 22. De Catholicis in hæresim transiuntibus.

Si quis de Catholica Ecclesia, ad hæresim transitum fecerit, rursusque ad Ecclesiam recurserit, placuit huic poenitentiam non esse denegandam, eò quod cognoverit peccatum suum: qui etiam decem annis agat poenitentiam, cui post decem annos præstari communicatio debet. Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

Cap. 23. De temporibus ieiuniorum.

Ieiunia, seu abstinentiæ per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Julii, & Augusti eorundem infirmitatem.

Cap. 24. De his, qui peregrinè baptizantur, ut ad clerum non veniant.

Omnes, qui in peregrinatione fuerint baptizati, eò quod eorum minimè sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

Cap. 25. De episcopis communicatorum confessorum.

98. *Omni-
is qui,* Omnis, qui attulerit litteras confessorias, sublato nomine confessoris (eò quod sub hac nominis gloria partim concutiant simplices) communicatorum ei dandæ sunt litteræ.

Cap. 26. Ut omni sabbato ieiunetur.

Errorum placuit corrigi, ut omni sabbati die ieiunium super positionem celebremus.

Aditio F. 8.

Solere jam olim sabbato ieiunari in Ecclesia Romana, quam imitata est Hispania, ostendimus 2. c. qu. 147. art. 5.

quæsto 5. est in Orientali Ecclesia quam imitati sunt aliquando Mediolanenses, aliter fieret.

Cap. 27. De clericis, ut extraneam mulierem in domo non habeant.

Episcopus, vel quilibet clericus alium, aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantum secum habeat, extraneam vero nequaquam secum habeat.

Cap. 28. De oblationibus eorum, qui non communicant.

Episcopum placuit, ab eo qui non communicat, munera accipere non debere.

Cap. 29. De Energumens, quoslibet habeantur.

Energumenum, qui ab extraneo Spiritu exagitur, huius nomen, neque ad altare cum oblatione esse recitandum, neque premitendum, ut sua manu in Ecclesia ministrat.

Cap. 30. De his, qui post lavacrum mœchati fuerint, ut nec subdiaconi fiant.

Subdiaconum cum ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerit mœchatus, eò quod postmodum per subreptionem ad altiorum gradum non sit promovendus. Si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoveantur.

Cap. 31. De adolescentibus, qui mœchati fuerint.

Adolescentes, qui post fidem lavacri salutaris fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima poenitentia, placuit ad communionem eos admitti debere.

Cap. 32. De excommunicatis presbyteris.

Si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere poenitentiam non debere, sine Episcopi consensu; sed potius apud Episcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non est presbyterorum, aut diaconorum communionem talibus præstare debere, nisi eis iusserit Episcopus.

Cap. 33. De Episcopi & ministris, ut ab uxibus abstineant.

Placuit, in totum prohibere Episcopis, Pres-

Presbyteris, diaconis, ac subdiaconis po-
sit in ministerio, abstinere se à coniu-
gibus suis, & non generare filios. Quòd
quicumque fecerit, ab honore clericatus
amoveatur.

*Cap. 34. Ne ceteris in cimiteriis inces-
dantur.*

Ceteros per diem, placuit, in cimeterio
non incendi. Inquietandi enim san-
ctorum spiritus non sunt. Qui hæc non
observaverint, accantur ab Ecclesiæ
communione.

Admo. F. 3.

Neque novum, neque illicitum esse ac-
cendi ceteris in funebus fidelium, ex
veteribus tradit Baronius tom. 1. Annal.
ad an. Christi 34. nec putandum est, id
istò casu prohiberi. Solus enim prohibe-
tur, ceteros more gentiliùm accendi, ad
animas innoxiorum sollicitandas, & su-
perstitiosis ritibus evocandas, ut tum ibi,
tum tom. 2. ad an. 304. explicat Baron.
Dicuntur autem animæ sanctorum inquit-
tari, metaphisicè, quæsonis eis displicet
quòd ritus superstitionis exerceantur prop-
ter illas.

*Cap. 35. Ne formæ in cimiteriis per-
vigilent.*

Placuit, prohiberi, ac formæ in ce-
meteriis pervigilent, cum quòd sæpè sub
obscuro orationis, sceleris latentèr com-
mittant.

Cap. 36. Ne plures in Ecclesia sunt.

Placuit, plures in Ecclesia esse non
debere, ne quædam colantur aut adorantur, in
periculis depingantur.

Admo. F. 3.

Non prohibentur imagines fieri vel lar-
bori, sed solent depingi in parietibus.
Vigebant enim tum veteris totius, cras-
tine & viciniorum, ne datur propter hostes
sibi forte suscipiendos, immagines in parietibus
depingit ludibrio essent gentilibus.
Quòd periculum ostendit, quando tales
se habent imagines, quæ possunt efferi,
& ideo illas non prohibent. Vide quæ
diximus p. q. 2. quæst. 3.

Cap. 37. De energumens baptizandis.

Eos, qui à spiritibus immundis vexan-
tur, si in fine morbis fuerint constituti,
baptizati placet. Si verò fideles fuerint,
dandum eis esse communionem. Prohibe-
ndum etiam, ne lucernas publicè ac-
cendant. Si facere contra interdictionem vo-
luerint, abstantur à communione.

Admo. F. 5.

Non prohibentur sacrificium offerri pro
energumens, sed tantum ne non sint co-
rum energumensorum pœnitentibus ad al-
tere recitentur, qui se à spiritu malo ex-
agrabantur, ut non essent sui compotes.
Ei hoc ad scandalum evitandum, quòd
tunc timebatur, ut declaravimus Suppl.
q. 83. art. 1. quæstio 9.

*Cap. 38. Præ in necessitate & fidei
baptizantur.*

Peregrè navigantes, aut si Ecclesia in
proximo non fuerit, posse fidelem (qui in
vacuum suum integrum habet, nec sit Bi-
gamus) baptizate in necessitate infirmi-
tatis positum catechizandum, ita ut, si su-
pervixerit, ab Episcopo eum perducatur,
ut per manus impositionem perfici possit.

*Cap. 39. Præ in necessitate & fidei
manus imponitur.*

Gentiles, si in infirmitate dederint
sibi manus imponi, si fuerit bonum et
aliqua parte honesta vita, placuit, eis ma-
nus imponi, & fieri Chrestianis.

*Cap. 40. Ne, quod idolis datum est,
genitibus accipiatur.*

Placuit prohiberi, et cum rationes suas
accipiunt possessores, quicquid ad ido-
lum datum fuerit, acceptum non infe-
rent.

Si verò post interdictionem fecerint, per
quingentesimo septies temporis & commu-
nionem esse accendunt.

*Cap. 41. Præ in necessitate & fidei
idolis fieri.*

Admonere placuit fideles, ut quantum
possunt, prohibent, ne idola in domibus
suis habeant. Si verò vini utuntur fer-
ventius, vel scilicet potus conferent. Si
non

non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur.

Cap. 42. De his, qui ad fidem veniunt, quomodo baptizentur.

Eos, qui ad primam credulitatis fidem accedunt (si bonæ fuerint conversationis) intra biennium temporis, placuit ab baptismi gratiam admitti debere, nisi infirmitate compellente coegerit ratio, vel socio subvenire peticlitanti, vel gratiam postulanti.

Cap. 43. De celebratione Pentecostes.

Pravam institutionem emendari placuit juxta auctoritatem Scripturarum, ut cum eodem diem Pentecostes celebremus. Quod, qui non fecerit, quasi novam hæresim induxisse notetur.

Cap. 44. De meretricibus paganis, si convertantur.

Meretrix, quæ aliquando fuerit, & postea habuerit maritum, si postmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipendam.

Cap. 45. De catechumenis, qui Ecclesiam non frequentant.

Qui aliquando fuerit catechumenus per infinita tempora, & nunquam ad Ecclesiam accesserit, si eum de clero quicquam agnoverit voluisse esse Christianum, aut testes aliqui extiterint fideles, placuit ei baptismum non negari, eò quòd in vetere homine deliquisse videatur.

Cap. 46. De fidelibus, si apostata veriant.

Si quis fidelis apostata, per infinita tempora ad Ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra, post decem annos placuit eum communionem accipere.

Cap. 47. De uxoriis sapiens macharibus.

Si quis habens uxorem, non semel, sed sæpè fuerit machatus, in fine mortis est conveniendus. Quòd si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus, rursus fuerit machatus, placuit, ulterius non edere eum de communione pacis.

Cap. 48. De baptizando, ut nihil auferant clerici.

Emendari placuit, ut hi qui baptizantur, (ut fieri solebat) nummos in concham non mittant, ne Sacerdos, quod gratis accepit, pretiò distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt à sacerdotibus, vel clericis.

Cap. 49. Ne fruges fidelium, Indei benedicant.

Admoneri placuit professores, ut non patiantur fructus suos, quos à Deo percipiunt, cum gratiarum actione à Judæis benedici, ne nostram irritam, & inimicam faciant benedictionem. Si quis post interdictum sacre usurpaverit, penitus ab Ecclesia abjiciatur.

Cap. 50. De Christianis, qui cum Iudeis vescuntur.

Si vero aliquis clericus, sive fidelis fuerit, qui cum Judæis cibum sumperit, placuit eum à communione abstinere, ut debeat emendari.

Cap. 51. De hereticis, ut ad clerum non promoveantur.

Ex omni hæresi, qui ad nos fidelis venerit, minime est ad clerum promovendus, vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponantur.

Cap. 52. De his, qui in Ecclesia libellos famulos ponunt.

Si qui inventi fuerint libellos famulos in Ecclesia ponere, anathematizentur.

Cap. 53. De Episcopis, qui excommunicato alieno communicant.

Placuit cunctis, ut ab eo Episcopo quisque abtineat (seu verius) quis recipiat communionem, à quo abstinens in crimine aliquo fuerit. Quòd si alius Episcopus præsumperit eum admittere, illis adhuc minime sciente vel conscientie à quo fuerat communione privatus; sciat, se hujusmodi causas, inter fratres, esse cum status sui periculo præstaturum.

Cap. 54. De parentibus, qui fidem spurciorum frangunt.

Si qui parentes fidem frægerint spurciorum,

liorum, triennii tempore abstineant se à communione. Si tamen iidem sponsus vel sponsa in illo gravi crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes. Si verò in eodem fuerint vitio, & polluerunt se consentiendo, superior sententia servetur.

Cap. 55. De sacerdotibus Gentilium.

Sacerdotes, qui tantum sacrificantium coronam portant, nec sacrificant, nec de suis sumptibus aliquid idolis præstant, placuit, post biennium accipere communionem.

Cap. 56. De magistratibus & dominantibus.

Magistratum verò, annò, quò agitur duumviratum, prohibere placet, ut se ab Ecclesia cohibeat.

Cap. 57. De his qui vestimenta ad pompam delectant.

Matronæ, vel earum matrici, vestimenta sua ad ornandam seculariter pompam non dent; & si fecerint, triennii tempore abstineant.

Cap. 58. De his, qui communiçatorias litteras portant.

Placuit, ubicumque & maxime in eo loco, in quo primæ Cathedræ constitutus est Episcopus, ut interrogentur hi, qui communiçatorias litteras tradunt, an omnia rectè habeant; & sub testimoniò comprobent.

Cap. 59. Ne fideles ad capitolum sacrificandi causâ ascendant.

Prohibendum, ne quis Christianus, aut Gentilis, ad idolum capitoliî, sacrificandi causâ ascendat, & videat.

Quòd si fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decem annos actâ penitentiâ recipiatur.

Additio F. S.

Hallucinatur, ait Baron. dictò an. 305. qui purant de Romano Capitolio hæc dicta: sed quòd instar Romani Capitolii celsiora essent in aliis civitatibus loca, in quibus publica solerent offerri idolis sacrificia, ea diei consueverunt Capitolia.

Cap. 60. De his, qui destruentes idola, occiduntur.

Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus; quia in Evangelio non est scriptum, neque invenitur ab Apostolis unquam factum; placuit, in numerum eum non recipi martyrum.

Additio F. S.

Baronius in Martyrol. ad 9. April. rectè canonem hunc interpretatur de illo, qui nullò legis præscriptò unitus, sponte & quâsi furore percitus idola frangit. Alioquin vel autoritate legis, vel ex Dei instinctu; laudabile esse idola frangere, patet ibidem de Eupfychio, & 9. Januarii de S. Macrina 9. Novemb. de S. Theodoro.

Cap. 61. De his, qui duobus fororibus copulantur.

Si quis post obitum unius suæ, sororem ejus duxerit, & ipsa sit fidelis; quibuscumque nò à communione placuit abstinere, nisi forte velocitè dari pacem necessitas coegerit infirmitatis.

Cap. 62. De Auguribus & Pantomimis.

Si Augur, aut Pantomimi credere voluerint; placuit, ut prius artibus suis renunciant, & tunc neminem suscipiantur, ita ut ulterius non revertantur. Quòd si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab Ecclesia.

Cap. 63. De nuptiis, que filios de adulterio necant.

Si qua mulier per adulterium, absente marito, conceperit, idque post facius occiderit, placuit, ei nec in fine dandam esse communionem, eò quòd geminaverit scelus.

Cap. 64. De famulis, que semper adulterantur.

Si qua mulier, usque in finem mortis suæ cum alieno fuerit viro moechata, placuit, nec in fine dandam ei esse communionem. Si verò eum reliquerit, post decem annos recipi ad communionem factâ legitimâ penitentiâ.

Cap. 65. De adulterio maritis clerici.

Si cuius clerici uxor fuerit moechata, & sciat eam uxoribus suis moechari, & eam non statim profecerit; nec in fine accipiat communionem, ne ab illis, qui exemplum bonae conversationis esse debent, videantur magisteria scelerum pro-cedere.

Cap. 66. De his qui privignam suam ducunt.

Si quis privignam suam duxerit uxorem, eo quod sit incestus, placuit, nec in fine dandam esse ei communionem.

Cap. 67. De coniugio Catechumenarum & farnis.

Prohibendum, ne qua fidelis, vel Catechumena, aut comicos, aut viros scenicos habeat; quaecumque hoc fecerit, à communionis accipiat.

Cap. 68. De Catechumena adultera, qui filiam uxoris.

Catechumena, si per adulterium conceperit, & conceptum nescerit, placuit, eam in fine baptizari.

Cap. 69. De coniugio in adulterium lapsis.

Si quis forte habens uxorem, semel fuerit lapsus, placuit, eam quinquennio agere debere penitentiam, & sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & cetera foeminas observandum.

Cap. 70. De foemina, qua confesio maritum adulterantem.

Si, confesio maritum fuerit moechata uxor, placuit, nec in fine dandam ei esse communionem. Si vero eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem.

Cap. 71. De stupratoribus puerosum.

Stupratoribus puerosum, nec in fine dandam esse communionem.

Cap. 72. De vidua maritis, si tandem maritum duxerint.

Si qua vidua fuerit moechata, & eundem postea habuerit maritum, post quin-

quenni tempus, acta legitima penitentia, placuit, eam communionem reconciliari. Si alium duxerit postquam illis, nec in fine dandam ei esse communionem. Vel si fuerit ille fidelis quem acciperit, communionem non accipiat, nisi post decem annos, acta legitima penitentia, nisi infirmitas coegerit vellet dare communionem.

Cap. 73. De delatoribus.

Delator si quis castiter fidelis, & per r. q. & delationem ejus aliquis fuerit proscriptus vel interfectus, placuit, eum nec in fine accipere communionem. Si terior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si Catechumenus fuerit, post quinquenni tempore admittatur ad baptismum.

Cap. 74. De falsis testibus.

Falsus testis, prout amicus est, abstinere, si crimen non fuerit mortis, quod objecit. Et si probaverit, quod alius convenerit, biennii tempore abstinere. Si autem non probaverit in conventu clericorum, placuit, per quinquennium abstinere.

Cap. 75. De accusantibus Sacerdotes.

Si quis autem episcopum, Presbyterum, vel Diaconum falso criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.

Cap. 76. De Diaconis, si peccata probentur.

Si quis Diaconum se permisit ordinari, & passus fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiserit; si sponte fuerit confessus, placuit, eum, acta legitima penitentia, post triennium accipere communionem. Quod si alius detoverit, post quinquennium, acta penitentia, accipere communionem licitam debere.

Cap. 77. De baptizatis, non confirmatis.

Si quis Diaconus rogatus plebem, sine Episcopo vel Presbytero aliquis baptizaverit; Episcopus eos per benedictionem perficere debet. Quod si ante de saeculo recessit.

SUMMA ARELATENSIS CONCILII I.

sterentur, sub fide qua quis creditur, poterit esse iustus.

Cap. 78. De fidelibus, cum Iudeis manichæis.

Si quis fidelis habens uxorem, eum Judæum vel Gentilium fuerit maritatus, à communione arceatur. Quod si alius eum detulerit, post quinque annos, adhuc legitime penitentia, poterit dominicæ sociari communioni.

Cap. 79. De his qui tabellâ ludunt.

Si quis fidelis alios, id est, tabellâ ludendo, placuit, eum abstinere. Et si emendatus cessaverit, post octavo poterit communionem reconciliari.

Cap. 80. De Liberti.

Prohibendum est, ut Liberti, quorum partem in saculo fuerint, ad clerum non provehantur.

Cap. 81. De feminis, quæ scribunt.

Ne feminæ, sine potestatis quædam maritatorum nominibus, lictis scribere audeant, qui fideles sunt; vel licentia aliquibus potest.

cas, ad legitimum solum nomen scriptas, accipiant.

Et eodem Concilio Eliberico.

Consecrat. d. 4. Omnis homo ante sacram communionem à propria uxore abstinere debet, tunc, aut quovis, aut septem dies; nec inter Catholicos communicabitur, qui in istis temporibus, Paschæ, Pentecoste, Natali Domini non communicaverit.

Pueri ante annos quatuordecim non coguntur jurare. Puella quoque, si in puella ætate in domo patris, illis nesciente, se juramento constrinxerit, & si patet statim ut audire, contradixerit, vota eius & juramento irrita erunt, & facilius emendabitur.

Subscripsit in hoc Concilio Ofius Episcopus Cordubens. qui subscripsit in Concilio Nicæno, & Episcopus Hispalens. & Marseus, Tolosanus, & Cesar-Augustinus, & Malicianus.

Explicit Concilium Eliberitanum.

CONCILIUM

ARELATENSE PRIMUM,

Concilium Arelatense primum,

Tempore Constantini Imperatoris, & Sylvestri Papa primi, in Gallis celebratum. Est Provinciale, sed (ut apparet ex Prefatione) auctoritate Pontificis Romani confirmatum:

PREFATIO.

Dominus, & sanctissimo fratri Sylvestri Episcopo, Maritimo, vel ceteris Episcoporum, qui adunari fuerunt in oppido Arelatensi. Quæ decretimus communi consilio, charitative significamus, ut omnes sciant, quæ in futurum observare debeant.

Cap. 1. *Ut uno die, & tempore Pascha celebrata.*

De observatione Paschæ Domini, ut

uno die & tempore per omnem Orbem observetur, & juxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas.

Cap. 2. *Ut ubi quisque ordinatur, & permutetur.*

De his, qui in quibuscumque locis ordinari fuerint ministrati, in ipsi locis perseverent.

Cap. 3. *Ut qui in pace arma proferunt, excommunicentur.*

De his, qui arma proferunt in pace, placuit abstinere eos à communione.

G 2^o Cap. 4.

52. SUMMA ABLATENSIS CONCILII

Cap. 4. *Ut auriga, dum agitur, excommunicatur.*

De agitatoribus, qui fideles sunt, placuit, eos quamdiu agitant, à communione separari.

Cap. 5. *De his, qui convertuntur in theatris.*

De theatricis, & ipsos placuit, quamdiu agunt, à communione separari.

Cap. 6. *De conversis in infirmitate.*

De his, qui in infirmitate credere volunt, placuit debere eis manum imponi.

Cap. 7. *De presidibus.*

De presidibus, qui fideles, ad prædatum impetu profiliunt, ita placuit, ut, cum promoti fuerint, litteras accipiant Ecclesiasticas communicatorias, ita tamen, ut in quibuscumque locis gesserint, ab Episcopo ejusdem loci cura de illis agatur; ut cum ceperint contra disciplinam publicam agere, tunc demum à communione excludantur. Similiter & de his fiat, qui republicam agere volunt.

Cap. 8. *Ut ex hæresi conversi, in Trinitate baptizentur.*

De Arianis, qui propriâ lege sua utuntur, ut rebaptizentur, placuit. Si ad Ecclesiam aliqui de hæresi hæresis venerint, interrogant eos hostiæ fidei Sacerdotes symbolum. Et si perviderint, in Patre, & Filio; & Spiritu sancto eos baptizatos; manus eis tantum imponatur, ut accipiant Spiritum sanctum. Quod si interrogati, non responderint hanc Trinitatem, baptizentur.

Cap. 9. *De afferentibus litteras Confessorum.*

De his, qui Confessorum litteras afferunt, placuit, sublatis eis litteris, alias accipiant communicatorias.

Cap. 10. *De illa, cuius uxor adulteravit.*

De his, qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles, & prohibentur nubere, placuit, ut in quantum potest, consilium eis detur, *ut supra legitur de communi legatione*

ne viventibus uxoris suis, licet adulteris, alias accipiant.

Cap. 11. *De faminis fidelibus, quæ Gentilibus se immungunt.*

De puellis fidelibus, quæ Gentilibus junguntur, placuit, ut aliquantò tempore à communione separentur.

Cap. 12. *De clericis sacerdotibus.*

De ministris, qui fœcerantur, placuit, eos juxta formam divinitus datam, à communione abstinere.

Cap. 13. *De proditoribus.*

De his, qui Scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis, ut quicumque eorum in actis publicis fuerit detectus non verbis nudis, ab ordine clerici amoveatur. Nam si iidem aliquos ordinasse fuerint deprehensi, & de his, quos ordinaverunt ratio subsistit, non illis obsequio ordinatio: quoniam multi sunt, qui contra Ecclesiasticam regulam pugnam vendunt, & per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debere, qui omnino non admittantur, nisi (ut supra diximus) actis publicis docuerint, omnia se suspitione carere.

Cap. 14. *De falsis accusatoribus.*

De his qui falso accusant fratres suos, placuit, eos usque ad exitum non cognoscere; sed falsum testem juxta Scripturam, impunitum non licere esse.

Cap. 15. *Ut Levita non offerant.*

De Diaconibus, quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.

Cap. 16. *De penitentibus.*

De his, qui pro delicto suo à communione separentur, ita placuit, ut, quibuscumque locis fuerant exclusi, eodem loco communionem consequantur.

Cap. 17.

Ut nullus Episcoporum alium Episcopum conculcet.

Cap. 18.

De Diaconibus urbicis, ut non aliquid per

De confessione d. 4. De Arianis.

Concil. Elibria, c. 25

per se presumant, sed honor Presbyteris referretur.

Cap. 19.

Ut Presbyteri, sine conscientia Episcoporum, nihil faciant.

Cap. 20.

Ut peregrino Episcopo locus sacrificandi detur.

Cap. 21. *Ut sine tribus Episcopis nullus Episcopus ordinetur.*

De his, qui usurpant sibi, quod soli debent Episcopum ordinare, placuit, ut nullus hoc sibi presumat, nisi assumptis secum aliis septem Episcopis: Si tamen non potuerint septem, sine tribus fratribus non audeant ordinare.

Explicit Concilium Arelatense primum.

Cap. 22. *Ut clericus alibi transiens, excommunicetur.*

De Presbyteris, aut Diaconis, qui solent dimittere loca sua, in quibus ordinati sunt, & ad alia loca se transfulerunt, placuit, ut his locis ministrare, quibus praefixi sunt. Qui relictis locis suis ad alium locum se deferre voluerint, deponantur.

Cap. 23. *De apostatis.*

De his qui apostatant, & antequam ad Ecclesiam se representent, ne quidem poenitentiam agere quærent, & post in infirmitate atrepti, petunt communionem, placuit eis non dandam communionem, nisi revaluerint, & egerint dignos fructus poenitentiae.

CONCILIUM

GANGRENSIS,

Celebratum circa annum Domini 324: in Paphlagonia, seu regione Pelasgiorum.

Dominis honorabilibus consacerdotibus, in Armenia constitutis Episcopis, Qui convenerunt in Gangrensi Concilio in Domino Salutem.

in episcopi
ut pro
honorat
necesse
episcopi

Quoniam conveniens Sancta Synodus Episcoporum in Ecclesia Gangrensi propter quosdam Ecclesiasticas & necessarias causas inquirendas; & ea, quæ secundum Eustachium gesta sunt dignoscenda; invenit multa fieri indecenter ab his, qui eundem Eustachium secuti sunt; necessitas statuit, palam omnibus factis, amputare universa, quæ ab eodem male commissa sunt. Declaratum est enim, hos eisdem nuptias accusare, & docete, quod nullus in conjugali positus gradu spem habeat apud Deum. Unde factum est, ut

homo Eustachii & nuptiam.

mulieres mulierum seductæ, relictis propriis vitis, & viri uxoribus destituti, vinculum conjugale dissolverent, continentiam proficientes, quam quam retinere non possent; adulterium commiserunt. Inveni enim sunt; dissensiones ac separationes in dominicis Ecclesiis docere; id est: *Traditiones Ecclesiasticas; & ea que in Ecclesiis aguntur, debere constanter, privatique conventiculis institutis, ad imitationem eorum, quæ in domo Dei aguntur, omnia presumere celebrare: adhuc etiam vestibus communibus spreto, novos etiam & insolitos habitus assumpisse: Primitias quoque fructuum, & oblationes eorum, quæ veterum institutio Ecclesiis tribuit, sibi vendicasse, id est, propria ratione doctrinæ, tanquam sanctis sibi eas offerri debere, apud se & inter se dis-*

penfandas: Servos à dominis recedentes, per hunc inuſitatum religionis ſuz habitum, ſub ſpecie religionis dominos contempſiſſe: Mulieres quoque præter conſuetudinem, & ſui ſexus ornatus, hinc ſe juſtificari credentes, viſilem habitum ſuſcepſiſſe; pluresque earum, occasione religionis tonſas, genuini decoris comas penitus amputaſſe: Jeſunia, quæ in Eccleſia prædicantur, contemnenda aſſeruiſſe: Nonnullos eorum etiam cibos caronum tanquam illicitos repuſaſſe: In domibus conjugatorum nec orationes quidem debere celebrari, perſuaſiſſe in tantum, ut eaſdem fieri viderent, & oblationibus, quæ in domibus factæ fuerint, minime communicandum eſſe doceant: Præbyteros verò, qui matrimonia contraxerunt, ſperni debere dicunt; nec ſacramenta, quæ ab eis conſiciuntur, attingi: Loca Sanctorum Martyrum, vel Baſilicas contemnere, & omnes qui illuc conveniunt, reprehendere: Divites fideles, qui non omnibus renunciant quæ poſſident, ſpem apud Deum non habere: Et multa alia (quæ enumerare nulli poſſibile eſt) ſingulos quoque eorum pro ſuo arbitrio conſtituere. Unuſquiſque enim eorum per tales inſtitutiones ab Eccleſiaſtico canone reſceſſit: tanquam proprias leges ſibi nec condidiſſe præſumens.

Sed nec communis his omnibus, & una ſententia eſt. Singuli enim, prout videtur & libet, ad æculationem hęcclēſiæ nitendo (tanquam Reſtor non ſit) vel addunt decreta, vel minuunt. Propterea ergo coactum eſt hoc Concilium, in Gangrenſi Eccleſia habitum, ut canones iſtos exponeret, quibus probantur memorati extra Eccleſiam eſſe. Quòd ſi per poenitentiam condemnatio omnia hæc, quæ malè ſenſerunt, tanquam à ſe non bene prolata, acceptabiles ſunt: atque idèd ſingula, quæ debeant condemnare, Synodus credidit exponenda. Quòd ſi quis renuerit hæc, quæ hodie conſtituta ſunt; tanquam hæreticus, & anathematizatus, & damna-

tus abjiciatur. Et erit non ſolus incommunicatus, verùm etiam ab Eccleſia habentur extortis, donec deprecetur Episcopum, & de univerſis, quæ penes eos hæreſis atque deprehenſa ſunt, prodiderit, quid habitum ſuſceperit obſervandum.

Cap. 1. De his, qui nuptias contraxerunt.

Si quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro ſuo fidelem ac religioſam detrahitur, aut culpabilem æſtimat, velut quæ in regnum Dei introire non poſſit, anathema ſit.

Cap. 2. De his, qui carnes manducantes damnant.

Si quis carnem edentem (præter ſanguinem, & idolis immolatum, & ſuffocatum) cum religione & fide, condemnat, velut ſpem propter huiusmodi perceptio-

nem non habentem, anathema ſit.

Adſiſtio F. 5.
A ſanguine, idolis immolato, & ſuffocato, non eſt neceſſarium abſtinere; ſed aliquando fuit, ſcilicet ex præcepto quod eſt Act. 15. quodque, ut hinc apparet, diu obſervatum fuit quibusdam in locis.

Cap. 3. Non debere ſeruum occasione religionis dominum contemnere.

Si quis ſeruum, prætextu divini cultus, docet dominum contemnere proprium, ut diſcedat ab ejus obſequio, nec ei cum benevolentia, & omni honore deſerviat, anathema ſit.

Cap. 4. De oblatione prædytari conſingati.

Quicumque diſcemit, à Prædytari, qui uxorem habuit, quòd non epiſcopus, eſt miniſtrante, de oblatione percipere, anathema ſit.

Adſiſtio F. 5.

Sermo eſt de Sacerdote, qui uxorem habuit, ſed non amplius eâ utitur; & procedit Canon contra eos, qui nuptias ut per ſe malas damnant, eamque ob cauſam, refugiunt percipere de oblatione, quando Sacerdos, qui conjugatus fuit, miniſtrat.

Cap. 5.

Cap. 5. Ne orationes Ecclesie contem-
nantur.

Si quis docet domum Dei contemp-
tibilem esse, & conventus, qui in ea cele-
brantur, anathema sit.

Cap. 6. Non debere extra Ecclesiam
congregari.

Si quis extra Ecclesiam sortium con-
ventus celebrat, & despiciens Ecclesiam,
ea quae sunt Ecclesiae voluerit usurpare,
non conveniente Presbytero; iuxta de-
cretum Episcopi, anathema sit.

Cap. 7. De fractura in Ecclesiam
laudis.

Si quis oblationes Ecclesiae extra Ec-
clesiam accipere, vel dare voluerit praeter
consentientiam Episcopi, vel ejus, cui hu-
jusmodi officia commissa sunt, nec cum
ejus voluerit agere consilio, anathema
sit.

Cap. 8. De his, qui in usus pauperum
conferuntur.

Si quis dederit, vel acceperit oblata
praeter Episcopum, vel eum qui constitu-
tus est ab eo ad dispensandam misericor-
diam pauperibus, & qui dat, & qui acci-
pit, anathema sit.

Cap. 9. De his, qui in virginitate
persistunt.

Quicumque virginitatem custodiens,
aut continentiae studens, velut horre-
scens, nuptias temerat, nec propter hoc
quod bonum & sanctum est, nomen virgi-
nitatis assumit, anathema sit.

Cap. 10. De his, qui pro virginitate
superbunt.

Si quis ex his, qui virginitatem propter
Dominum servavit, extollitur adversum
conjugatos, anathema sit.

Cap. 11. Ne quis agapem fratrum
contemnat.

Si quis despicit eos, qui fideliter Aga-
pes, id est, convivium pauperibus exten-
dunt, & propter honorem Dei convocant
fratres, & noluerint communionem hujus-
modi vocationibus, parvipendens quod
geritur, anathema sit.

Cap. 12. De his, qui pallii utuntur.

Si quis vitium, propter continentiam
quae putatur, amictum pallii utitur, quasi
per hoc habere se justitiam credens, &
despicit eos, qui cum reverentia bithis, &
aliis communibus, & solitis utuntur, ana-
thema sit.

Cap. 13. Ne mulieres visum habitum
asserpent.

Si qua mulier, propter continentiam
quae putatur, habitum viri, & pro solito
muliebri, amictum visum sumit, ana-
thema sit.

Cap. 14. Non debere à viro discedere.

Si qua mulier, virum proprium relin-
quens discedere voluerit nuptias exactas,
anathema sit.

Cap. 15. De his, qui filios despiciunt.

Si quis filios suos relinquens, non eos
enutrit, & quod ad se pertinet, non ad
pietatem divini cultus informet, sed per
occasionem continentiae negligi, anathe-
ma sit.

Cap. 16. Ne filii parvulos suos con-
temnant.

Quicumque filii à parentibus praetextu
divini cultus abcedunt, nec debitam re-
verentiam dependunt illis, qui divinum
cultum sibi proculdubio praefertunt, ana-
thema sit.

Cap. 17. Caput tendere mulieri non
licet.

Si qua mulier, propter divinum cultum
(ut affirmat) erines attondeat, quos ei
Deus ad subjectionis materiam tribuit,
tanquam praecceptum dissolvens obedi-
entiam, anathema sit.

Cap. 18. Non debere à dominico
vivere.

Si quis propter continentiam quae pu-
tatur, aut continentiam, in die dominico
jusetur, anathema sit.

Cap. 19. Non debere communia laicis
servare.

Si quis eorum qui continentiae student,
aliquae necessitate corporis, tradita in
communem junta, & ab Ecclesia custodita
super-

56 SUMMA ARELATENSIS CONCILII II.

superbi-ndo dissolvit simuló suæ cogitationis impulsus, anathema sit.

Cap. 20. De his, qui collectas que fiunt in martyrum commemoratióne, exccrantur.

D. 20. Si quis per. Si quis superbiæ usus affectu, conventus abominatur, qui ad confessiones Martyrum celebrantur, & ministeria que in eis fiunt, simul cum eorum memoriis exccratur, anathema sit.

D. 20. Hæc autem scriptimus, non, qui in Ecclesia Dei, secundum Scripturas sanctum propositum continentie eligunt, vituperantes; sed eos, qui abutuntur proposito in superbiám, & extolluntur adversus simplices, abscindimus; & damnamus eos, qui adversum Scripturas & Ecclesiasticas regulas, nova introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramus: & continentiam que cum castitate & religione suscipitur, approbamus; & renunciationem secularium negotiorum cum humilitate recipimus; & nuptiarum castum vinculum honoramus;

& divitias cum justitia & operibus bonis non spernimus; & habitum simplicem, ac vestem viliozem, pro corporis diligentia infucatum, laudamus; sicut etiam solutas ac fractas in vestibus processiones reprobamus; & domus Dei honoramus; & conventus, qui in his fiunt tanquam sanctos & utiles suscipimus, pietatem in privatis domibus non claudentes, sed omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus; & congregationem sanctam in eadem Ecclesia pro utilitate communi recipimus; & bona opera, que supra vires in fratres pauperes exccrentur, secundum Ecclesiasticas traditiones beatificamus, & omnia, que per sanctas Scripturas, & per Apostolos sunt tradita, in Ecclesia celebrari exoptamus.

Explicit Concilium Gangresse provinciale, sed confirmatum in sexta synodo generali, Constantinopoli in Trullo celebrata, ut ex secundo canone editionis Græcæ Parisinæ constat.


116
line
Cont
Nec
clari

Concilium
Arelat. II.

CONCILIUM
ARELATENSE II.

Sub SYLVESTRO Papa celebratum. Est Provinciale.

Cap. 1. De neophytis clericis non ordinandis.

 Ordinari ad diaconatus, vel sacerdotii officium, neophytum non debere.

Cap. 2. Ne coniugati ad sacerdotium provehantur.

D. 27. Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in vinculo conjugii constitutum, nisi fuerit promissa conversio.

Cap. 3. Ne clericus in solatio uxorem habeat mulierem.

31 Canon In Concilio in solatio suo mulierem, præter aviam, Nicæno.

matrem, sororem, filiam, neptem, vel convulsam, secum uxorem habere præsumpserit, à communione alienus habeatur. Par quoque & mulierem (si se separare noluerit) poena percussat.

Cap. 4. Ne clericus in secreto intronitiat puellam.

Nullus Diaconus, vel Presbyter, vel Episcopus ad cellarii secretum intronitiat puellam, vel ingenuam, vel ancillam.

Canon quintus hic subricetur, eò quod nihil diversum complectatur à conone Concilii Nicæni.

Cap. 6.

Cap. 6. *Ne Episcopi ordinentur sine consensu Metropolitanorum.*

Illud autem ante omnia clareat, eum qui sine conscientia Metropolitanorum constitutus fuerit Episcopus, juxta magnam synodum, esse Episcopum non debere.

Cap. 7. *De his, qui seipfos absciunt.*

Si qui se, carnali vitio repugnare nescientes, absciunt, ad clerum pervenire non possunt.

Cap. 8. *De his, qui excommunicatos alterum suscipiunt.*

Si quis excommunicatum alterum, sive clericum, sive secularem recipere post interdictum presumpserit, noverit se reum fraternitatis factum, causam in Concilio redditurum.

Cap. 9. *Ut Novatiani in communionem non suscipiantur.*

Novatianum in communionem recipi non debere, nisi suscepta poenitentia incredulitatis, prateritum damnet errorem.

Decimum canonem hoc loco non intersecimus, quod idem planè sit cum eo, qui in Nicæno Concilio undecimum locum sortitus est.

Cap. 11. *De his, qui panis tritici, sacrificare coguntur.*

Si qui verò, dolore victi & pondere persecutionis, negare & sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter Catechumenos, triennio inter poenitentes habeantur a communione suspecti.

Cap. 12. *De excedentibus vitam in poenitentia positu.*

De his, qui in poenitentia positi vitam excesserunt, placuit, nullum in communionem vacuum debere dimitti, sed pro eo quod honoravit poenitentiam, oblatio illius recipitur.

Canonem 13. hic pratermisimus, ne 15. & 17. ex Concilio Nicæno otiose repetere videremur.

Canon. 14. est à nobis sublatus, cum in Nicæna synodo, 18. loco idem relatus sit.

Cap. 15. *Ne Diaconi coram Presbytero sedent.*

In secretario, Diacono inter Presbyteros sedere non liceat, vel corpus Christi, presente Presbytero, tradere non presumat. Quod si fecerit, ab officio diaconatus abcedat.

Cap. 16. *Ut Photiniani, & Paulianista baptizentur.*

Photinianos, sive Paulianistas, secundum Patrum statuta baptizari oportet.

Cap. 17. *Ut heretici baptizati restipiantur.*

Bonafiacos autem, ex eodem errore venientes (quos, sicut Arianos baptizari in Trinitate, manifestum est) dum interrogati, fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, chrismate & manus impositione in Ecclesia recipi sufficit.

Additio F. S.

Scimus est de illa manus impositione, quæ erat ceremonia adhiberi solita in solemnibus hereticorum reconciliatione. Vide infra Conc. Arausic. 1. can. 1.

Cap. 18. *Ut Metropolitanorum arbitrio synodus congregetur.*

Ad Arelatensis Episcopi arbitrium synodus congreganda, (ad quam urbem, ex omnibus mundi partibus, præcipuè Gallicanis, sub S. Martini tempore legimus celebratum fuisse Concilium, atque conventum) si quis communitus, iusimitatis causâ defuerit, personam vice suâ dirigat.

Cap. 19. *Ne Episcopi discedant ante peractam synodum.*

Si quis autem adesse neglexerit, aut cœtum fratrum, antequam dissolvatur Concilium, crediderit deserendum; alienum se à fratrum communione cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolurus.

Cap. 20. *De anagis fidelibus.*

De agitatoribus, sive theatricis, qui fideles sunt, placuit eos, quamdiu agunt, à communione separari.

Cap. 21. Si post acceptam penitentiam quis uisiferis.

Pœnitentes, quæ defunctio viri, aliis nubere præsumpserint, vel suscepta, vel interdicta familiaritate se cum extraneo junxerint, cum eodem ab Ecclesiæ liminibus arceantur. Hoc etiam de viro in penitentia posito, placuit observari.

Cap. 22.

10. qu. 4. Penitentiam conjugatis non nisi ex
Penitentiam. consensu dandam.

Cap. 23. De sacerdotibus, qui idololatricam non eruerunt.

Si in alicujus Presbyteri territorio infideles, aut faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel saxa venerentur, si hæc erute neglexerit, sacrilegii se esse reum cognoscat. Dominus autem, vel ordinator rei ipsius, si admonitus emendare noluerit, communione privetur.

Cap. 24. De acesatoribus festinum.

10. qu. 1. Eos, qui falsa fratribus capitula ob-
Est qui. jecisse convicti fuerint, placuit, usque ad exitum non communicare (sicut magna synodus ante constituit:) nisi digna satisfactione penituerint.

Cap. 25. De apostatis non reverentur.

Hic est unus
canon præ-
ter illos 20.
ex Concilio
Nicæno,
quos supra
recensui-
mus.
Hi, qui post sanctam religionis professionem apostatarunt, & ad seculum redeunt, & postmodum penitentiam remedia non requirunt; hæc penitentia communionem penitentis non accipiant. Quos etiam jubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicumque ille sit, post penitentiam, secularem habitum non præsumat.

Cap. 26.

De his, quos clericatus ipsa vitæ gratia suggesserit, si fortè internupta, & duplicata matrimonia incidere, non ultra subdiaconatum, Ecclesiasticas capiant dignitates. Quod si facti forsitan sunt, ab Ecclesiastico removeantur officio.

Cap. 27.

Professas viduas, si in cohabitando perstituerint, cum raptoribus esse damnandas.

Cap. 28.

Secundum constitutionem synodi Varsensis, qui oblationem fidelium suppresserit, aut negaverit; ab Ecclesiâ, cui fraudem fecit, excludatur.

Cap. 29.

Si quis Episcopus sine sententiâ non acquiescit, synodi legibus audiendum.

Cap. 30. De Episcopis suspensis.

Secundum instituta seniorum, si à communione sacerdotali fuerit auctoritate suspensus Episcopus, hunc non solum à clericorum, sed etiam à totius populi colloquio atque convivio, placuit excludi, donec respiciens, ad sanitatem redire festinet.

Cap. 31. De his, qui inter se vili exardescunt.

Hi, qui publicis inter se odiis exardescunt, ab Ecclesiasticis conventibus sunt removendi, donec ad pacem recurrant.

Cap. 32. De expositis ante Ecclesiam.

Si expositus ante Ecclesiam, cujuscumque fuerit miseratione collectus, contestationis ponat epistolam. Et si is qui collectus est; intra decem dies quæstus agnitusque non fuerit, securus habeat, qui collegit. Sanè, qui post prædictum tempus calumniator extiterit, ut homicida Ecclesiastica districtione damnabitur, sicut Patrum sanxit auctoritas.

Cap. 33. De puellis, quæ se Deo reverunt.

De puellis, quæ se voverunt Deo, & præclari nominis decore floruerunt, si post 25. annos ætatis, ad terrenas uuptias spontè transferint, id custodiendum esse decrevimus, ut cum his cum quibus se obligaverint communione priventur, ita ut eis postulantibus penitentia non negetur, cujus penitentis communio multò tempore differatur.

Cap. 34. De famulis se percussentibus.

Si quis famulorum, cujuslibet conditionis aut generis, quasi ad exacerbendam domini discretionem, se diabolicè repletus furore percusserit; ipse tantum san-

SUMMA CARTHAGIN. CONCILII I. 39

Sanguinis sui reus erit, neque ad dominum
sceleris alieni invidia pertinebit.

Cap. 35. De ordinatione Episcopi.

Placuit, in ordinatione Episcopi hunc
ordinem custodiri, ut primò locò venali-
tate aut ambitione submotà, ab Episcopis
nec nominentur, de quibus clerici & laici
cives erga unum eligendi habeant pote-
statem.

Cap. 36. De secularibus hominibus.

Si quis secularium, amore religionis, se

ad quemcumque Sacerdotum crediderit
confertendum, ipsi sibi eum, quem cru-
diendi gratià suscepit, vindicabit.

Cap. 37. De honore synodi Metro-
politani.

Hoc etiam placuit custodiri, ut nihil
contra magnam Synodum Metropolitanam
existiment vindicandum.

Finit Concilium Arelatense II.

CONCILIUM
CARTHAGINENSE I.

Tempore JULII I. Papa, celebratum. Est Provinciale, & ex diversis
Provinciis Africanis ad Carthaginem convenerunt
miles Episcopi.

Cap. 1. Ne baptismus reiteretur.

Constat Episcopus Carthaginen-
sis, qui præsiderat in Concilio,
dixit: Ergo si vobis placet, con-
sideremus primum titulum re-
baptizationis. Unde sanctitatem vestram
postulo, ut mentis vestre placita produ-
cat. Universi Episcopi dixerunt: Absit,
absit. Illicitas esse sancimus rebaptiza-
tionem, & satis esse alienum à sincera fide
& Catholica disciplina rebaptizari.

Cap. 2. De Martyrum sepulchris,
& honorificentia.

Martyrum dignitatem nemo prophane
infamet. At si quis ad injuriam Mar-
tyrum claritati eorum adjungat infamiam,
placet, eos, si laici sint, ad peni-
tentiam redigi: si autem sunt clerici, post
commonitionem, & post cognitionem ho-
nore privari.

Cap. 3. Quòd non liceat clericis habi-
tare cum famulis.

Gratus Episcopus dixit: Et illud præ-
cipuè, si videtur vestre dilectioni, caven-

dum est, ut pastoris cura, quantum debet
& potest regularis providentia præmo-
near, ut nullis liceat ab affectu abstinen-
tibus carnali, apud extraneas pariter com-
morari. Occasiones enim amputandæ sunt
peccatorum, & tollendæ omnes suspicio-
nes, quibus subititas diaboli, sub præ-
textu charitatis & dilectionis, incautas
animas vel ignotas irretire consuevit.
Nullus igitur, nullaque sanctimoniz &
virginitati deserviens, propter blasphemiam
Ecclesiz, si vobis placet, in una do-
mo cum extraneis penitus commorari de-
bent. Universi dixerunt: Qui nolunt nu-
bere, & pudicitiz meliorem eligunt par-
tem, hæc vitare debent; & non solum
habitare simul, sed nec habere ad se ali-
quem accessum. Hoc ergo & lex jubet, &
sanctitas vestra commendat, ut in singulis
Conciliis statutum est. Gratus Episco-
pus dixit: Ergo persuasio interdum pru-
dentes solet arcere à peccatis, dum im-
prudentes debet metus hujusmodi con-
stringere, si sanum consilium respuunt, &

salutate mandarum. Si ergo laici sunt, post commonitionem, si contempserint, à communionem separentur. Universi dixerunt: Placet.

Cap. 4. Vt cum viduis non commoventur.

Gratus Episcopus dixit: Et si infinita sunt, quæ lege præscripta, proficiencia sunt disciplinæ, & unusquisque nostrum tractatu assiduo, & commonitione frequentem, per singulas quasque species, proficientes ad disciplinam poterit populos invitare; tamen aliqua ex eis propter blasphemias suggerenda sunt à nobis, & in Concilio statuenda. Si viderur vobis, pari sententiâ teneantur etiam hi, qui cum viduis commorantur, & nullâ secum permanentate conjuncti sunt. Universi dixerunt: Juxta viduos & viduas, eadem lex moneat, & sententia.

Cap. 5. Ne clerici ordinentur in Ecclesia alterius.

Privatus Episcopus Vegesitanus dixit: Suggero sanctitati vestræ, ut statuat, non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris Episcopi sui, neque apud se retinere; nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum ordinet sine conscientia ejus Episcopi, de ejus plebe est. Gratus Episcopus dixit: Hæc observantia pacem custodit. Nam & memini in sanctissimo Concilio Sardicensi statutum, ut nemo alterius plebis hominem usurperet; sed si forte erit necessarius, peccat à collega suo, & per consensum habeat.

Cap. 6. Vt clerici actus secularium non suscipiant.

Nicaenus Episcopus Cnustitanus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati vestræ, & disciplicere vobis, ut qui serviunt Deo, & annexi sunt clero, non accedant ad actus, seu administrationem, vel procuracionem domorum. Gratus Episcopus dixit: Et Apostolorum statuta sunt, quæ dicunt: *Nemo militans Deo, ingerit se negotiis secularibus.* Proinde, aut

clerici sint sine actibus domorum, aut actores sine officio clericorum. Universi dixerunt: Hoc observemus.

Cap. 7. Vt clerici in Ecclesia aliena non communicent sine litteris sui Episcopi.

Casianus Ufulentis Episcopus dixit: Statuat gravitas vestra, ut unusquisque clericus, vel laicus non communicet in aliena plebe sine litteris Episcopi sui. Gratus Episcopus dixit: Nisi hoc observatum fuerit, communicatio fiet fortè passim. Nam si cum litteris receptus fuerit; & concordia inter Episcopos servatur, & nemo subtilis, alterius fugiens communionem, ad alterum laenter accedit. Universi dixerunt: Omnibus provides, & clero & laicis consulis.

Cap. 8. Ne clerici ordinentur implicati negotiis alienis.

Magnus Episcopus Astigenis dixit: D. 24. d
mur Ep
pau. Quid dilectioni vestræ videretur? Procuratores, & actores, etiam per se tutores pupillorum, si debeant ordinari? Gratus Episcopus dixit: Si post deposita universa, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorum fuerint probati in omnibus, debent & tum laude, cleri (si postulati fuerint) honore numerari. Si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum, ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, Ecclesia infamatur. Universi dixerunt: Rectè omnia statuit sanctitas tua, ideoque ita est & nostra ista quoque sententia.

Cap. 9. Vt laici clericos actores non constituant.

Metus Cauensis Episcopus dixit: Rectè statutum est, ut obnoxii alienis negotiis non ordinentur. Tamen dimissi, & gratias referre debent, & à clericorum injuria temperare. Et ipsi non liceat clericos nostros eligere apothecarios, vel ratiocinatores. Gratus Episcopus dixit: Nulli dubium est, quod omnes, vel domini, vel procuratores, vel quicumque præsent, cum audierint saluberrima instituta Concilii, & sibi esse consultum,

ne impedire, propriam debent temperate injuriam clericis nostris. Quod si injuria constitutionis imperatoris clericos inquietandos putaverint, si defensio Ecclesiastica nos non deridet, pudor publicus vindicabitur. Universi dixerunt: Saluberrimæ professiones debuerunt à tanto concedi Concilio.

Cap. 10. *Ne Episcopus alterius Episcopi plebes vel fines usurpet.*

Felix Episcopus Baianen, dixit: Nullus debet collegæ suo facere injuriam. Multi enim transcendent sua, & usurpant aliena ipsius inuitis. Gratus Episcopus dixit: Avaritiz cupiditatem, radicem omnium malorum esse, nemo est qui dubitet. Proinde inhibendum est, ne quis alienos fines usurpet, aut transcendat Episcopum collegam suum, aut usurpet alterius plebes sine ejus petitu; quia inde externa mala omnia generantur. Universi dixerunt: Placeat, placeat.

Cap. 11. *De numero iudicantium presbyterorum.*

Si quis tumidus, vel contumeliosus extiterit in majorem natu, vel aliquam causam habuerit; à tribus vicinis Episcopis si Diaconus est, arguatur; si Presbyter, à sex, si Episcopus, à duodecim sacerdotibus audiantur. Universi dixerunt Episcopi: Contemptus debet contumaciæ & superbiæ in omnibus frangi; causa verò pro personis à statuto numero audiantur.

Cap. 12.

Optantius Episcopus circuitabat, & usurpabat populos Antigoni Episcopi vicini, componitur hæc lis per synodum.

Can. 13. est in secundo Atclateni 14. & in primo 12.

In 14. Canone commendatur observatio constitutionum hujus Concilii, & subscribunt Episcopi.

Finis Concilii Carthaginensis primi.

Decretum Marci Papa.

MARCUS, natione Romanus, sedit An. D. 336. annos 2. menses 8. dies 21. temporibus Constantini Junioris. Quæ sub illo acta Pont. 14. sunt, habes hist. tripart. lib. 4. cap. 1. Papa 34. sub Petro.

Hic misit ad Athanasium, & Episcopos Ægypti 70. canones Nicæni Concilii fideliter transcriptos ex exemplaribus, quæ Sylvester Papa reliquerat Romæ: nunc non extant nisi 20. canones. Bona pars horum viginti est in Concilio Arelat. II. & aliqui illorum 70. (quos nunc non habemus) sunt in prædicto Concilio.

Decretum Julii Papa.

JULIUS I. Papa, natione Romanus, sedit annos 15. menses 5. dies 17. de quo habes hist. tripart. lib. 4. cap. 4. & infra. Extat Epistola ejus inceptoraria ad Episcopos Orientales pro causis Athanasii Episcopi Alexandrini, lectione digna. 35. Papa sub Petro.

Sub eodem Julio celebrata est synodus Romana, in qua convenerunt 116. Episcopi contra Arium, & ejus discipulos, quem damnarunt cum suis dogmatibus, præfidente Julio, confirmantes acta in synodo Nicæna. De hac synodo nihil præterea habetur.

Sub eodem celebrata est synodus Coloniensis contra Eufratam blasphemum & hæreticum, qui Christum negabat Deum. Damnatus est, & privatus Episcopatu.

CONCILIUM

ANTIQCHENUM.

Regula Antiocheni Concilii expofita apud Antiochiam.

Sancta & pacatiffima fynodus in unum congregata, his, qui per fingulas provincias sunt, unanimibus sanctis confacerdotibus, in Domino salutem. Gratia & veritas Jefu Christi, Domini, & Salvatoris nostri, Sanctam & Antiochenam Ecclefiam vifitans, & in unum connectem per concordiam pacatiffimi Spiritus, multa quidem & alia perfecit: in omnibus autem, fuggente sancto & pacifico Spiritu, etiam hoc perfecit, ut quæ vifa sunt rectè confitui, cum plurima confideratione & iudicio, una cum omnibus nobis Antiochiam ex diverfis provinciis in unum collectis Epifcopis, in veftram notitiam deferentur. Credimus autem gratiæ Domini, & Spiritui Sancto pacis, quod & ipfi confpirabitis nobis, tanquam in una fuiffetis virtute, & nobifcum orationibus adnrentes, magis autem muniti, & in Spiritu Sancto præfente iisdem ipsis, quæ definita sunt confentientes, & ea quæ vifa sunt rectè roborantes, cum confenfit Sancti Spiritus confignabitis. Sunt autem præfiniti canones Ecclefiaftici hi, qui infra funt feripti.

Aditio F. 5.

Synodum hanc Antiochenam ab Ariamis factam effe tradunt Baronius tom. 3. ad 341. Bellarm. tom. 2. lib. 1. cap. 6. Coriolanus in fua Summa; ideoque non eff pro Catholica recipienda, etfi quædam habeat non repudianda. Obfervant verò, fex fuiffe Concilia Antiochena: duo tempore Dionyfii Papæ, de quibus fupra: tertium (quod eff hoc præfens Ariano-

rum) tempore Julii Papæ: quattuor Macedonianorum, tempore Liberii: quintum Catholicum Provinciale, Epifcoporum 30. fextum, infertum Actiõni 14. Concil. Chalcedon.

Canon primus.

Non licere Pafcha diverfo tempore facere, nec cum Judæis celebrare, ficut in Nicæno Concilio ftaturum eff.

Can. 2. Non licere cum excommunicatis communicare.

Omnes qui ingrediuntur Ecclefiam Dei, & Scripturas Sacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, fed pro quadam intemperantia fe à perceptione sanctæ communionis avertunt, hi de Ecclefia removeantur, quamdiu per confessionem penitentia fructus oftendant, & precibus indulgentiam confequantur. Cum excommunicatis autem non licere communicare; nec cum his, qui per domos conveniunt devotantes orationes Ecclefia, fimul orandum eff: ab alia quoque Ecclefia non fufcipiendum, qui in alia minime congregabatur. Si quis autem de Epifcopis aut Presbyteris, vel Diaconis, feu quilibet ex clero deprehenfus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam ifte privetur communione, tanquam qui regulam confundat Ecclefia.

Can. 3. Non debere clericum ad Ecclefiam migrantem, ibi perfeverare.

Si quis Presbyter, aut Diaconus, aut 7. qu. quilibet ex clero, parochiam propriam deferens, ad aliam properaverit, vel omnino demigrans, in alia parochia per

per multa tempora nititur immorari; ulterius ibidem non ministrat, maxime si vocanti suo Episcopo, & regredi ad propriam parochiam commoventi, obedire contempserit. Quod si in hac indisciplinatione perdurat, à ministerio modis omnibus removeatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inveniat. Si verò pro hac causa damnatum, alter Episcopus suscipiat, hic etiam à communi coarceatur synodo, veluti Ecclesiastica constituta dissolvat.

Can. 4. Non licet Episcopo, vel clericis exanathematizatum fuerit, ministrare.

qm. 21. Episcopo. Si quis Episcopus damnatus à synodo, vel Presbyter, aut Diaconus à suo Episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive Episcopus juxta præcedentem consuetudinem, sive Presbyter, aut Diaconus; nullò modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis sperari, aut locum habere satisfactionis; sed communicantes ei, omnes abjici de Ecclesia, & maxime, si posteaquam didicerint adversum memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare tentaverint.

Can. 5. Ne clerici, contemptis Episcopis, seorsum se colligant.

Si quis Presbyter, aut Diaconus Episcopum proprium contemnens, se ab Ecclesia sequestravit, & seorsum colligens, altare constituit, & commoventi Episcopo non acquiescit, nec consentire vel obedire voluerit semel & iterum convocanti, hic damnetur omni modo, nec ultra remedium consequatur; quia suam recipere non potest dignitatem. Quod si Ecclesiam conturbare, & sollicitate persequatur, tanquam seditiosus, per potestates externas opprimatur.

Can. 6. De communicatione.

qm. 22. Episcopo. Si quis à proprio Episcopo communione privatus est, non ante suscipiatur ab aliis, quam suo reconcilietur Episcopo, aut certe ad synodum, quæ congregatur occurrens, pro se satisfaciatur, & perit vadens

Concilio, sententiam suscipiat alteram. Hæc autem definitio maneat circa laicos, & Presbyteros, & Diaconos, omnesque, qui sub regula esse monstrantur.

Cap. 7. De peregrinis.

Nullus peregrinorum sine pacificis, id est, commendatitiis suscipiatur Epistolis. *D. 71. Nihil absque.*

Can. 8. Vt epistola à solo fiant Choro episcopo.

Presbyteri, qui sunt in agris, canonicas epistolas dare non possunt: ad solos tantum vicinos Episcopos litteras destinabunt. Choræpiscopi autem, qui sunt irreprehensibiles, dare possunt pacificas, id est, generales epistolas.

Can. 9. De Metropolitanis Episcopis.

Per singulas regiones Episcopos convenit nosse, Metropolitanum Episcopum sollicitudinem totius provincie gerere. Propter quod ad Metropolitanum omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrant. Unde placuit, cum & honore præcellere, & nihil amplius præter eum ceteros Episcopos agere (secundum antiquam à patribus nostris regulam constitutam) nisi ea tantum, quæ ad suam jurisdictionem pertinent, possessionesque subjectas. Unusquisque enim Episcopus habeat suæ parochie potestatem, ut regat juxta reverentiam singulis competentem, & providentiam gerat omnis possessionis, quæ sub ejus est potestate, ita ut Presbyteros, & Diaconos ordinet, & singula sub iudicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tentet præter Antistitem Metropolitanum; nec Metropolitanus sine ceterorum gerat consilio Sacerdotum. *6 qu. 3. Per singulas.*

Can. 10. De his qui vocantur Choro episcopi.

Qui in vicis vel possessionibus Choroepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem Episcoporum perceperint, & ut Episcopi consecrati sint, tamen sanctæ synodo placuit, ut modum proprium recognoscant, ut gubernent sibi subjectas Ecclesias, earumque moderamine curantur.

64 SUMMA ANTIOCHENI CONCILII III.

que contenti sunt. Ordinet etiam Lectores, & Subdiaconos, atque Exorcistas, quibus promotiones istæ sufficiant. Nec Presbyterum verò, nec Diaconum audeant ordinare, præter civitatis Episcopum, cui ipse cum possessione subiectus est. Si quis autem transgredi statuta tentaverit, depositus, quò utebatur honore privetur. Chorepiscopum verò, civitatis Episcopus ordinet, cui ille subiectus est.

Additio F. S.

Duplicis generis fuisse olim Chorepiscopi. Nam aliqui eorum erant consecrati Episcopi, etiam absque certa diœcesi: Alii non erant Episcopi, sed Presbyteri tantum, ad instar Decanorum Christianitatis. De prioribus sermo est hoc can. 10. de posterioribus can. 13. Concil. Ancyran. Confer quæ diximus Suppl. quæst. 38. art. 1.

Can. 11. De Episcopis, vel clericis adveniens Imperatorem.

29. qu. 81
Si quis Episcopus.

Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut quilibet regulæ subiectus Ecclesiæ, præter consilium, & litteras Episcoporum provinciæ, & præcipuè Metropolitanæ, adiret Imperatorem, hunc reprobari, & abjici oportere non solum a communione, verum & ab honore, cuius particeps videtur existere; quia venerandi Principis auribus molestiam tentavit inferre contra leges Ecclesiæ. Si igitur adire Principem necessaria causa deposuit, hoc agatur cum tractatu, & consilio Metropolitanæ, & cæterorum Episcoporum, qui in eadem provincia commorantur, qui etiam proficiscentem suis prosequantur epistolis.

Can. 12. De damnatis Episcopis, aut clericis, adveniens Imperatorem.

10. qu. 5. Si quis de provincie.

Si quis à proprio Episcopo Presbyter, aut Diaconus; aut à synodo fuerit Episcopus fortè damnatus, & Imperatoris auribus molestus extiterit, oporteat ad majus Episcoporum converti Concilium, & quæ putaverint habere iusta, plurimis E-

piscopi suggerant, eorumque discussiones ac iudicia præstolentur. Si verò hæc parvipendentes molesti fuerint Imperatori, hos nullà veniâ dignos esse, nec locum satisfactionis habere, nec spem futuræ restitutionis penitus operiri disjucamus.

Additio F. S.

Iste canon 12. est ille quem adversarii S. Chrystostomo objecerunt, & quem ille ab Arianis sanctum, meritoque per Concil. Sardicense (quò cuius Episcopo à quovis Conca. deposito, liberâ facultas conceditur appellandi, & ad eundem Romanum Pontificem) sublaturum, & abrogatum esse respondit. Unde confirmari potest id, quod ante can. 1. annotavimus.

Can. 13. Ne Episcopi in aliena provincia ordinationes efficiant.

Nullus Episcopus ex alia provincia audeat ad aliam transgredi, & ad promotionem ministerii aliquis in Ecclesiis ordinare (licet consensum videantur præbere nonnulli) nisi litteris tam Metropolitanæ, quam cæterorum, qui cum eo sunt Episcoporum, rogatus adveniat, & sic ad actionem ordinationis accedat. Si verò, nullò vocante, inordinatè more deproperet super aliquibus ordinationibus, & Ecclesiasticis negotiis ad eum non pertinentibus componendis; irrita quidem, quæ ab eo geruntur, existant; ipse verò in-compositi mortis sit, & irrationabilis audaciæ subeat ultionem, ex hoc jam damnatus à sancto Concilio.

Can. 14. De Episcopis accusatis.

Si quis Episcopus de certis criminibus judicetur, & contingat de eo comprovinciales Episcopos discedere: cum iudicatus, ab aliis innocens creditur, reus ab aliis æstimatur; pro totius hujus ambiguitatis absolutione, sanctæ synodis placuit, ut Metropolitanus Episcopus à vicina provincia iudices alios convocet, qui controversiam tollant, ut per eos, simul & per comprovinciales Episcopos, quod iustum visum fuerit, approbetur.

Can. 15.

Can. 15. De quibus, ut supra.

Si quis Episcopus de certis criminibus accusatus, condemnatur ab omnibus Episcopis ejusdem provincie, cunctisque consonanter eandem contra eum formam decreti protulerit; hunc apud alios nullò modo judicari, sed firmam concordantium Episcoporum provincie manere sententiam.

Can. 16. De Episcopi vacantis.

Si quis Episcopus vacans, in Ecclesiam vacantem proficiat, sedemque pervadat absque integro perfectoque Concilio, hic abiciatur necesse est, etsi cunctus populus, quem diripuit, eum habere delegerit. Perfectum vero Concilium illud est, ubi interfuerit Metropolitanus Antiochus.

Can. 17. De Episcopi, qui sum ad Episcopatum convocantur, critani.

Si quis Episcopus per manus impositionem Episcopatum acceperit, & presesse populo constitutus, ministerium subire neglexerit, nec acquieverit ire ad Ecclesiam sibi commissam, hunc oportet communionem privari donec susceperit coactus officium, aut certe de eo aliquid integra decreverit ejusdem provincie synodus Sacerdotum.

Can. 18. De eis, qui quibus supra.

Si quis Episcopus ordinatus, ad archiam minimè cui est electus accesserit non suo vitio, sed quòd eum aut populus veter, aut propter aliam causam, non tamen ejus vitio perpetrata; hic & honoris sit & ministerii particeps; dummodo nil molestum Ecclesie rebus existat, ubi ministrare cognoscitur. Quem etiam observare conveniet quidquid synodus perfecta provincie, quod visum fuerit, iudicando decreverit.

Can. 19. Non licere Episcopum ordinari sine consilio Metropolitanis.

Episcopus præter synodum, & presentiam Metropolitanam, nullatenus ordinetur.

Can. 20. Vt bis in anno synodus celebretur.

Propter utilitates Ecclesiasticas, & D. 18. Pro absoiutione earum rerum, quæ dubitationem controversiamque recipiunt, optime placuit, ut per singulas quasque provincias bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur.

Can. 21. Ne Episcopus de una parochia in aliam transeat.

Episcopus ab una parochia nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua protrans insiliens, nec vi coactus a populis, nec ab Episcopis necessitate compulsus; tamen autem in Ecclesia, quam primitus & Deo sortitus est. Nec inde transmigret secundum pristinam de hac se terminum constitutum.

Can. 22. Episcopum non debere in alienam transire civitatem.

Episcopus alienam civitatem, quæ non est illi subjecta, non adeat; nec ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, super ordinationem cujusquam; nec constituat Presbyteros, & Diaconos alteri subjectos in Episcopos, nisi forte cum consilio & voluntate regionis Episcopi. Si quis autem tale aliquid facere tenuerit, irrita sit ejus ordinatione, & ipse coerceatur a synodo. Nam si ordinare non poterit, nullatenus iudicabit.

Can. 23. Episcopo non licere successorem sibi constituere.

Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vite perveniat. Quòd si tale aliquid factum fuerit, irritum esse hujuscemodi, est constitutum. Servetur autem vis Ecclesiasticum, id continens; oportere non aliter fieri, nisi cum synodo & iudicio Episcoporum, qui post obitum quiescentis, potestatem habent, eum qui dignus extiterit, promovere.

Can. 24. De rebus ad Ecclesiam pertinentibus.

Quæ sunt Ecclesie, sub omni sollicitudine, & conscientia bona, & fide, quæ in

Deum est (qui cuncta considerat iudicatur) serventur ; quæ etiam dispensanda sunt iudicio , & potestate Pontificis , cui commissus est populus , & armæ quæ in Ecclesia congregantur . Manifesta verò sint , quæ pertinere videtur ad Ecclesiam , cum notitia Presbyterorum & Diaconorum , qui circa ipsum sunt ; ita ut agnoscant , hæc ignorent , quæ sint Ecclesie propria , nec eos aliquid lateat : ut si contingerit Episcopum migrare de sæculo , certis ex illentibus rebus , quæ sunt Ecclesie , nec ipsæ collapsæ depercant , nec , quæ propria probantur Episcopi , sub occasione rerum pervadantur Ecclesie . Iustum namque & acceptum est coram Deo & hominibus , ut sua Episcopus , quibus voluerit , derelinquat , & quæ Ecclesie sunt , eidem conserventur Ecclesie ; us nec Ecclesia aliquod patitur incommodum , nec Episcopus sub occasione proferibatur Ecclesie , & in causas incidant , qui ad eum pertinent , & ipse post obitum maledictionibus ingravetur .

Can. 15. Ut Episcopus dispensandi res Ecclesiasticas habeat potestatem .

12. q. Episcopus Ecclesiasticarum rerum .
Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes , qui indigent , cum summa reverentia & timore Dei . Participet autem & ipse quibus indiget (si tamen indiget) tam in suis , quam in fratribus , qui ab eo suscipiuntur , necessariis usibus profuturis ; ita

ut in nullo quolibet occasione fraudentur , iuxta S. Apostolum sic dicentem : *Hæbentes vicium & tegumentum , his contenti sumus .* Quod si contentus istis minime fuerit , convertat autem res Ecclesie in suos usus domesticos , & ejus commodas vel agrorum fructus ; non cum Presbyterorum conscientia , Diaconorum quæ pertractet , sed horum potestatem domesticis suis , aut propinquis , aut fratribus , filisque committat , ut per hujusmodi personas , occultè cæteræ lædantur Ecclesie ; Synodo provincie lædantur Ecclesie ; Si autem & aliter accusetur Episcopus , aut Presbyteri , qui cum ipso sunt , quod eum quæ pertinent ad Ecclesiam , vel ex agris , vel ex alia quolibet Ecclesiastica facultate sibi imè usurpent , ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes , criminationi verò , & blasphemis tam sermo prædicationis , quam hi qui dispensant , taliter exponantur ; & hos oportet corrigi , sancta synodo , id quod concedet , approbante . Et subscripserunt 30. Episcopi , qui in eodem Concilio convenerunt .

De hac synodo legitur in decretis d. 16. c. *Sexta synodus .*

Finis Concilii Antiocheni .

Probatum est Concilium Antiochenum in sexta synodo generali Constantinopolitana in Trullo celebrata , ut ex secundo canonice editionis Græcæ constat , & per Dionysium Papam , ut patet per Eusebium lib. 7. c. 24. & 25. in hist. Ecclesiastica .

Subscripserunt

Vide i ad Cor. 12. q. 12.

Milliam
lineas
no 847.

CONCILIUM
SARDICENSE.

Sub JULIO I. Papa, de cujus origine & causa, quæ congregatum, habes in historia tripartita lib. 4. cap. 21.

Congregatum est præceptis Constantii Imperatoris, ut Athanasius ad suam rediret Ecclesiam à qua expulsi fuerat per hæreticos Episcopos Arianos. Conveniunt in eo Concilio Orientales & Occidentales Episcopi. Occidentales circiter 300. Orientales vero 76. Qui tamen continuo discedentes à Concilio, seorsum fecere Concilium aliud; in quo statuerunt dogmata Arii, ut habes in historia prædicta. Causa discessus fuit, quia dixerunt, se nolle ad verba procedere, nisi prius à Concilio submoverentur Pauli, & Athanasii defensores; quod Occidentales passi non sunt. Cui Concilio affuit Osius Episcopus Cordubensis, qui & affuit in Concilio Nicæno. Celebratum est anno tr. ab obitu Constantii, patris duorum Augustorum, Constantis & Constantii, ut habes lib. 4. Ecclesiasticæ hystoriæ tripart. cap. 23.

Advisio F. S.

De Conc. Sardicensi non una est omnium sententia. Bellarminus lib. 1. de Conciliis cap. 7. partim confirmatum, partim reprobatum dicit; quia ex Episcopis 376. trecenti fidem orthodoxam confirmant, quam explicavit S. Hilarius in lib. de synodis; reliqui 76. Arianum dogma scripserunt. Baronius ad an. 347. Sardicense concilium ex variis scriptoribus docet esse generale, catholicum, & legitimum. Idemque asserit ipse Bellarminus lib. 1. de Pontif. cap. 21. & 25. & hoc tenendum: Fuerunt enim duo Concilia,

dicta Concilium Sardicense: Unum de quo loquimur, cui interfuerunt Legati Iulii Pontiff. aliud ab Arianis celebratum in Thraciæ urbe Philippi, ubi conscripserunt fidei formulam Arianam sub nomine Concilii Sardicensis. Si quaeras: Unde igitur factum est, quod post generale Concil. Nicænum non ponitur Sardicense, sed Constantinopolitanum? Respond. cum Coriolano; quia Sardicense unum censetur cum Nicæno, vel saltem Nicæni appendix: tum quia utriusque interfuerunt fere iidem Patres, & vix aliud Sardiæ constituerunt, quam quod fidem Nicænam confirmarunt, & ejus canones explicarunt: tum quia canones utriusque Concilii in Bibliotheca Romana, & in quodam exemplari Concilii Nicæni (quod Dionysius ante mille annos è Græco vertit, quodque etiamnum asservari dicitur Atrebat in Monasterio S. Vedasti) ita habentur conjuncti, quasi fuerint unius Concilii. Observandum porro, Concilium hoc Sardicense legitimum, non innotuisse Augustino, ut docet Baton. ad sin. an. 347.

Cap. 1. De Episcopis qui civitates mutaverint.

Osius Episcopus dixit: Non minus mala consuetudo, quam perniciofa corruptela funditus eradicanda est; ne cui liceat Episcopo de sua civitate ad aliam transire civitatem. Manifesta est enim causa, quæ hoc facere tentant, cum nullus in hac re inventus sit in Episcopus, qui de majuri civitate ad minorem transfret.

D. S. Mala consuetudo. Prohibetur mutatio Episcoporum de una ad aliam Ecclesiam.

Unde apparet avaritiz ardore eos inflammari, & ambitioni servire, & ut dominationem agant. Si omnibus placet, hujusmodi perniciēs savius & austerius vindicetur, ut nec laicam communionem habeat, qui talis est. Responderunt universi: *Placet.*

Cap. 2. De sistem Episcopis.

Osus Episcopus dixit: Si quis autem adeo infans vel audax inventatur, ut deus videatur aliquam afferre exculationem, afferens sibi à populo allatas esse litteras; clarum est, potuisse paucos aliquos mercede & pretio corruptos in Ecclesia movere seditionem, ut eundem utique postulent Episcopum. Omnino ergo has fraudes damnandas esse arbitror: ita ut nec laicam in sine communionem talis accipiat. Si vero omnibus placet, Statuite. Synodus respondit: *Placet.*

Cap. 3. De Episcopo admodicato.

Osus Episcopus dixit: Illud quoque necessitati adiacendum est, ut Episcopi de sua provincia ad aliam provinciam in qua non sunt Episcopi, non transeant, nisi forte à fratribus suis invitati; ne videantur januam claudere charitatis. Quod si in aliqua provincia aliquis Episcopus contra fratrem suum Episcopum litem habuerit, neque eorum ex alia provincia Episcopos cognitores evocet. Quod si aliquis Episcopus iudicatus fuerit in alia causa, & putat se bonam causam habere ut iterum iudicium renovetur: si vobis placet, S. Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his qui causam examinatunt, Julio Romano Episcopo, & si iudicaverit renovandum esse iudicium, renovetur, & det iudices. Si autem non probaverit talem causam esse, ut non referentur ea quæ acta sunt, quæ decreverit, confirmata erunt. Si hoc omnibus placet. Synodus respondit: *Placet.*

Additio F. 5.

Hoc tertio 4. & 7. can. declaratur, ut Episcopis ad Romanum Pontificem appellantibus, ordinariè deferatur. Id quod

non de novo statuerunt, sed iuxta veterem morem, quem S. Leo epist. 89. vocat veterem consuetudinem; quæ usque servatur Marcion ad Pium I. Fortunatus & Felix ad Corneilium, & ad Julium S. Athanasius appellantes.

Cap. 4. De Episcopis depositis.

Gaulentius Episcopus dixit: Addendum, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitate protulit, ut cum aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum iudicio; qui in vicinis locis commemorantur, & proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma; alter Episcopus in ejus cathedra, post appellationem ejus qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Episcopi Romani determinata.

Cap. 5. Quando quis debeat à vicinis provincia Episcopis ordinari.

Osus Episcopus dixit: Si contigerit in una provincia, in qua plurimi fuerint Episcopi, unum forte remanere Episcopum, ille vero per negligentiam noluerit ordinare Episcopum, & populi conveniant; Episcopi vicinæ provinciæ debent illum prius convenire Episcopum qui in ea provincia moratur, & ostendere, quod populi petant sibi rectorem; & hoc iustum esse, ut & ipse veniat, & cum ipso ordinet Episcopum. Quod si conventus litteris tacuerit, & dissimulaverit, nihilque rescripserit; satisfaciendum esse populis, ut veniant ex vicina provincia Episcopi, & ordinent Episcopum.

Cap. 6. De non ordinando Episcopo per vicos.

Licentia vero danda non est ordinandi Episcopum aut in vico aliquo, aut in modica civitate, cui sufficit unus Presbyter; quia non est necesse ibi Episcopum fieri, ne vilescat nomen Episcopi, & auctoritas. Non debent illi ex alia provincia invitati facere Episcopum, nisi aut in his civitatibus, quæ Episcopos habuerunt, aut si qua talis, aut tam populosa est civitas, quæ

6. qu. 4. Osus Episcopus.

Consue. Episcoporum deferendæ ad Episcopum Romanum.

D. 6.

quæ meretur habere Episcopum. Si hoc omnibus placet? *Placet.*

Cap. 7. De Episcopi accusatis.

9. 86. *Osus* Episcopus dixit: Placuit autem, ut si Episcopus accusatus fuerit, & judicaverint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint; si appellaverit qui dejectus est, & confugerit ad Episcopum Romanæ Ecclesiæ, & voluerit se audiri, si justum putaverit, ut revoctetur iudicium, vel discussionis examen, scribere his Episcopis dignetur, qui in summa & propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnino requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum auditi, de precatione suâ movent Episcopum Romanum, ut de læte suo Presbyterum mittat, erit in potestate Episcopi, quid velit; & quid zeitimet. Et si decreverit mittendos esse, qui præsentem eum Episcopis iudicent, habentes ejus auctoritatem a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit Episcopos sufficere, ut negotio terminum imponant; faciet, quod sapientissimo consilio judicaverit.

Cap. 8. Ut Episcopi passim ad comitatum non pergant.

Osus Episcopus dixit: Importunitates, & nimia frequentia; & injustæ petitiones fecerunt, nos non tantam habere vel gratiam vel fiduciam, dum quidam non cessant ad-comitatum ire Episcopi, & maximè Afri; qui (sicuti cognovimus) sanctissimi fratris & Coepiscopi nostri Grati salutaria consilia sperant atque contemunt; ut non solum ad comitatum, multas diversas, Ecclesiæ non profuturas, perferant causas, ut fieri solet, aut oportet, ut aut pauperibus, aut viduis, aut pupillis subveniatur; sed & dignitates seculares, & administrationes quibusdam possident. Hæc itaque pravitas, olim non solum murmurationes, sed & scandala excitat. Honestum est autem, ut Episcopi intercesserint his præsentent, qui iniqua vi opprimuntur, aut si vidua affligatur, aut

pupillus expolietur; si tamen isthæc nomina justam habeant causam, aut petitionem. Si vobis ergo, fratres charissimi, placet, decernite, ne Episcopi ad comitatum accedant, nisi forte hi, qui religiosi Imperatoris litteris vel invitati, vel vocati fuerint. Sed quoniam sæpe contingit, ut ad misericordiam Ecclesiæ confugiant, qui injuriam patiuntur, aut qui peccantes, in exilio vel insulis damnantur, aut certe quicumque sententiam suscipiunt; subveniendum est his, & sine dubitatione petenda indulgentia. Hoc ergo decernite, si vobis placet. Universi dixerunt: *Placet, & constituatur.*

Cap. 9. De Diacono ad comitatum dirigendo.

Osus Episcopus dixit: Hoc quoque providentia vestra tractare debet, qui decreveritis, ne Episcoporum improbitas nitatur, ut ad comitatum pergant. Quicumque ergo (quales superius memoravimus) preces habuerint, vel acceperint, per Diaconum suum mittant, quia persona ministri invidiosa non est, & quæ impetraverit, celerius poterit referre. Et hoc consequens esse videtur, ut de qualibet provincia, Episcopi ad eum fratrent, & Coepiscopum vestrum prece mittant, qui in metropoli consistit, ut ille & Diaconum ejus, & supplicationes destinet, tribuens commendaticias epistolâ pari ratione ad fratres, & Coepiscopos nostros, qui in isto tempore in his regionibus & urbibus morantur, in quibus piissimus Imperator Republicam gubernat. Si vero habeat Episcopus Amicos in palatio, qui cupit aliquid (quod tamen honestum est) impetrare; non prohibetur per Diaconum suum rogare ac significare his, quo; scite benignam intercessionem sibi absentis posse præstare.

Cap. 10. Quod si eundem ad comitatum pro pupillis, & viduis.

Si vero Romam venerint (sicut dictum est) sanctissimo fratri & Coepiscopo nostro Romanæ Ecclesiæ preces, quas habent,

bent, tradant; ut & ipse prius examinet si honeste & iuxta sunt, & præter diligentiam atque sollicitudinem, ut ad comitatum perferantur. Universi dixerunt placere sibi, & honestum esse consilium.

Alipius Episcopus dixit: Si propter pupillos & viduas, vel laborantes, qui causas non iniquas habent, susceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid rationis. Nunc verò cum ea postulent præcipuè, quæ sine invidia hominum, & sine reprehensione esse non possunt, non necesse est ire ad comitatum.

Cap. 11. Quod Episcopi venientes ad comitatum, sollicitè discussant.

Gaudentius Episcopus dixit: Ea quæ salubriter præmouitis convenientia, & ætimatione omnium & Deo placitura & hominibus; tenete hanc firmitatem possunt, si metus huic sententiæ conjugatur. Scimus enim & ipsi, sæpissimè propter paucorum impudentiam, religiosum sacerdotale nomen fuisse reprehensum. Si igitur aliquis contra omnium sententiam natus, voluerit ambitioni magis placere, quam Deo; is debet scire, causis redditis, honorem dignitatemque se amissurum. Quod ita demum compleri poterit, si unusquisque nostrum, qui in Canali constitutus est, cum progredientem Episcopum viderit, inquiret de transitu ejus, causas videat, quò tendat agnoscat; & si quidem eum invenerit ire ad comitatum, requirat & illud quod superius comprehensum est, ne fortè invitatus est, ut ei facultas eundi permittatur. Si verò (ut superius memoravit sanctitas vestra) propter desideria & ambitiones ad comitatum pergat, neque in litteris ejus scribatur, neque in communionem recipiatur. Si vobis placeat, omnium sententiâ confirmari debet. Universi dixerunt, hoc honestum esse, & placere sibi hanc constitutionem.

Osus Episcopus dixit: Sed & moderatio necessaria est, dilectissimi fratres, ne adhuc aliqui nescientes quid decretum

sit in synodo, subito veniant ad civitates eas, quæ in Canali sunt. Debet ergo Episcopus civitatis ipsius admonere eum & ex eo loco Diaconum suum mittat. Admonitus ipse tamen redeat in parochiam suam.

Cap. 13. Ut ne ex loco quilibet Episcopus ordinetur.

Osus Episcopus dixit: Et hoc necessarium arbitror, ut diligentissimè tractetis, si fortè aut dives aut scholasticus de foro, aut ex administratore Episcopus fuerit postulari, ut non prius ordinetur, nisi ante & lectoris munere, & officio Diaconi, aut Presbyteri fuerit perfusus: & ita per singulos gradus (si dignus fuerit) ascendat ad culmen Episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habebunt urique prolixum tempus, probari, quæ fide sit, quæve modestiâ, quæ gravitate & veterundiâ: & si dignus fuerit probatus, divinis Sacerdoti illustretur: quoniam conveniens non est, nec ratio vel disciplina patitur, ut temerè & leviter ordinetur aut Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui Neophytus est, maxime cum & magister gentium beatus Apostolus, ne hoc fieret denunciasset & prohibuisse videatur: sed hi quocum per longum tempus examinata sit vita, & merita fuerint comprobata. Universi dixerunt, placere sibi hæc.

Cap. 14. Ut Episcopus in aliena provincia non immoretur.

Osus Episcopus dixit: Et hoc quoque statuere debetis, ut Episcopus, si ex alia civitate cum venerit ad aliam civitatem, vel ex provincia sua ad aliam provinciam, & ambitioni magis quam devotioni serviens, voluerit in aliena civitate multo tempore residere (fortè enim evenit, Episcopus loci non esse tam instructum, neque tam doctum) is verò qui advenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere sermonem, ut de honestet & defuget illius personam, ita ut ex hac occasione non dubitet relinquere assignatam sibi

sibi Ecclesiam, & transeat ad alienam: definite ergo tempus, quia & non recipi Episcopum inhumanum est, & si diutius resideat, perniciosum est: hoc ergo ne fiat, providendum est. Memini autem superiorum Concilio fratres nostros constituisse, ut si quis laicus in ea qua commotus est civitate, tres dominicos dies, id est, per tres septimanas, non celebrasset conventum, communionem privaretur. Si ergo hæc circa laicos constituta sunt, multo magis Episcopo nec licet, nec decet, si nulla sit tam gravis necessitas, quæ detineat, ut amplius à supra scripto tempore absens sit ab Ecclesia sua. Universi dixerunt placere sibi.

Cap. 15. *Quod non liceat Episcopo à sua Ecclesia plus tribus hebdomada absesse.*

Osus Episcopus dixit: Quia nihil præmitti oportet, sunt quidam fratres & Coepiscopi nostri, qui non eam civitatem possident, in qua videntur Episcopi esse constituti, vel certe quod parvam rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoscuntur vel affectio nemus proximorum quibus indulgeant: hæc tenens permitti eis oportet, ut accedant ad possessiones suas, & disponant vel ordinent fructum laboris sui, ut post tres dominicos, id est, post tres hebdomadas, si morari necesse est, in suis potius fundis morentur: aut si est proxima civitas, in qua est Presbyter, ne sine Ecclesia videatur facere diem dominicum, illud accedat, ut neque res ejus domesticæ per absentiam ejus detrimentum sustineant, & non frequenter veniendo ad civitatem in qua Episcopus moratur, suspitionem jactantia & ambitionis evadat. Universi dixerunt, placere sibi.

Cap. 16. *De clericorum excommunicatione.*

Osus Episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placet, ut siue Diaconus, siue Presbyter, siue quis clericorum ab Episcopo suo communionem fuerit privatus, &

ad alterum perrexit Episcopum, & scierit ille ad quem confugit, cum ab Episcopo suo fuisse abjectum, non oportet, ut ei communionem indulgeat. Quòd si fecerit, sciat se, convocatis Episcopis, causas esse dicendum. Universi dixerunt: Hoc statutum & pacem servabit, & concordiam custodiet.

Cap. 17. *De excommunicatis, apud vicinos Episcopos audiendus.*

Osus Episcopus dixit: Quod me ad huc moveret, reticere non debeo. Si Episcopus, qui forte iracundus (quòd esse non debet) citò & asperè commovetur adversus Presbyterum siue Diaconum suum, & exterminare eum de Ecclesia voluerit; providendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem is qui abjectus est, ut Episcopos finitimos interpellet, & causa ejus audiat, ac diligentius tractetur; quia non oportet ei negare audientiam roganti. Et ille Episcopus, qui aut justè, aut injustè eum abjecit, patienter accipiat, ut negotium discutatur; ut vel probetur sententia ejus à plurimis, vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter & fideliter examinetur, eum, qui fuerit à communionem separatus, ante cognitionem nullus alius debet præsumere, ut eum communioni societ. Hi vero, qui conveniunt ad audiendum, si viderint clericorum esse fastidium, & superbiam, quia jam non decet, ut Episcopus injuriam vel contumeliam patiatur, severioribus eòs verbis castigent, ut obediant honesta præcipienti Episcopo: quia sicut ille clericis syncerum exhibere debet amorem charitatis, ita quoque vicissim mitti infucata debent Episcopo suo exhibere obsequia.

Cap. 18. *De non sollicitandis clericis alienis.*

Jamvatus Episcopus dixit: Illud quoque statuat charitas vestra, ut nulli Episcopi civitatis ministra Ecclesiasticum sollicitare, & in suis parochiis ordinare.

Uni-

Universi dixerunt: Placet, quæ ex his contentionibus, solet nasci discordia, & idèd prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat.

Cap. 19. Non licere Episcopo, alterius clericum in sua Ecclesia ordinare.

Osus Episcopus dixit: Ex hoc, universi constituimus, ut quicumque ex alia parochia voluerit alienum ministrum sine consensu Episcopi ipsius, & sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio ejus: Quicumque autem hoc usurpaverit, a fratribus & Coepiscopis nostris & admoneri debet, & corrigi.

Cap. 20. Ut extranei clerici apud Thesaloniceam non tardent.

Aetiùs Episcopus dixit: Non ignoratis, quanta & qualis sit Thesaloniconum civitas. Sæpe ad eam veniunt ex aliis regionibus Presbyteri & Diaconi, & non sunt contenti brevi tempore morari, sed aut resident ibi, aut certè vix post longa spatia ad sua redire coguntur. Universi dixerunt: Ea tempora, quæ constituta sunt circa Episcopos, & circa has personas, observari debent.

Cap. 21. De suspensioe his, qui persecutionem patiuntur.

Osus Episcopus dixit: Suggestens fratre & Coepiscopo nostro Olympio, etiam hoc placuit, ut si aliquis vim percussus est; & iniquè expulsus pro disciplina, & Catholica confessione, vel pro defensione veritatis, effugiens pericula, innocens. & devotus ad aliam venerit civitatem, non prohibeatur innocenti, quamdiu aut redire possit, aut injuria ejus remedium acceperit, quia durum est, eum qui persecutionem patitur, non recipi. Etiam & larga benivolentia, & humanitas ei est exhibenda. Omnis synodus dixit: Universa quæ constituta sunt, Catholica Ecclesia in universo orbe diffusa custodiat. Et subscripserunt, qui convennerant, omnes Episcopi diversarum provinciarum, numero 121.

Est generale Concilium ex universis orbis provinciis, receptum ab universali Ecclesia, ut patet d. 19. c. *Quod dicitur in Nicolao Papa*: & in sexta synodo generali Constantinopoli in Trullo celebrata.

Bonellum
Hierosoly-
mitanum.
An. D. 348.

C O N C I L I U M

HIEROSOLYMITANUM,

Sub eodem JULIO celebratum est per Maximum Episcopum, cum Athanasius reverteretur ad Ecclesiam suam, litteris Constantis Imperatoris, & JULII Pontificis. In quo hoc tantum actum est, ut consensu omnium Episcoporum restitueretur Athanasius ad communionem, & pristinam dignitatem. Quæ habentur suprà hist. tropart. lib. 4. cap. 34.

CON-

Sum
inf.
1671

CONCILIUM
SYRMIENSE

Tempore JULII Pape.

Pauld post iussit Imperator Constantius in Syrmio congregari Concilium, in quo tradiderant regulas fidei orthodoxas contra Arium, in quibus interpretati sunt locum illum Genes. 19. *Plus Dominus à Dominis*, ut sit sensus: Non quod ipse Pater à semetipso plure dicitur, sed *plus Dominus filius*, à *Dominis* Patre. De hoc Concilio habetur hist. tripart. lib. 5. c. 3. &c. Adfuit Ofius Episcopus Cordubensis, ut refertur in historia perdicta.

Ad dicitur F. S.

Istud Syrmicase Concilium esse illegitimum, ut potè celebratum ab Episcopis, qui videri quidem volebant Catholici, sed etiam Ariani; docent Baron. tom. 3. ad an. 357. Coriolanus hic, & Leonard. Marius ad cap. 19. Genes.

FIDES

SYRMIENS. CONCILII.

Credimus in unum Deum Patrem, omnipotentem, creatorem, & factorem universorum, ex quo omnis paternitas in celo & in terra nominatur. Et in unigenitum ejus Filium, Dominum nostrum Jesum Christum, qui ante omnia secula ex Patre natus est, Deum ex Deo, Lumen ex Lumine: per quem facta sunt omnia in coelis & in terra visibilia & invisibilia: qui est Verbum, & Sapientia, & Lumen verum, & Vita. Qui novissimis diebus propter nos humanatus est ex Sancta Virgine, & crucifixus, & mortuus, & sepultus. Et resurrexit à mortuis tertia die,

& ascendit in cœlum, & sedet in dextera Patris. Et venturus est in consummatione seculi judicare vivos & mortuos, & reddere unicuique secundum opera sua, cujus imperium sine fine existens, in secula permanet infinita. Erit enim sedens in dextera Patris, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et in Spiritum Sanctum Paracletum, id est, consolatorem, quem promittens Apostolis, post ascensionem ad cœlos, esse mittendum, ut doceret & commemoraret eis universa, transmissit. Per quem etiam sanctificantur anime credentium in eo veraciter. Eos autem, qui dicunt, ex non existentibus Filium, aut ex altera essentia, & non ex Dei; & quia erat tempus aut seculum, quando non erat, alienos novit Sancta Ecclesia: Rursus igitur dicimus:

Joan. 14

Si quis Patrem, & Filium duos Deos dicit, anathema sit. 1.

Si quis Deum Christum, ante secula Filium Dei, ministrantem Patri ad creationem universorum non confiteretur, anathema sit. 2.

Si quis ingentum, aut Patrem ejus ex Maria natum dicere presumpserit, anathema sit. 3.

Si quis, secundum presentiam ante Mariam dixerit Filium esse, & non ante secula ex Patre natum apud Deum esse, & per ipsum omnia facta, anathema sit. 4.

Si quis substantiam Dei dilatari, aut contrahi dixerit, anathema sit. 5.

Si quis dilatam substantiam Dei, Filium dixerit facere, aut dilatationem substantie Dei Filium nominaverit, anathema sit. 6.

K

Si

Si quis affectivum, aut prolativum verbum dixerit Dei Filium, anathema sit. 7.

Si quis hominem solum, dixerit Filium qui ex Maria est, anathema sit. 8

Si quis Deum, & hominem ex Maria dicens, Deum ingentium eundem intelligit, anathema sit. 9.

poal. 22. Si quis illud quod scriptum est : *Ego*
euter. 32. *Deus primus, & ego postea, & pater me-*
Ela. 41. *non est Deus* (cum ad destructionem idolo-
rum, & deorum non existentium di-
ctum sit) ad destructionem magis unigeni-
ti ante secula Dei judaicè percipit, ana-
thema sit. 10.

Si quis audiens, *Verbum caro factum est*, verbum in carnem mutatum putaverit, aut conversione factâ suscepisse carnem, anathema sit. 11.

Si quis unigenitum Filium Dei crucifixum audiens, corruptionem, aut passionem, aut conversionem, aut mutationem, aut peremptionem sustinuisse dicit, anathema sit. 12.

Benef. 1. Si quis, quod scriptum est, *Faciamus hominem*, non Patrem ad Filium dicere, sed ipsum ad semetipsum asserit dixisse Deum, anathema sit. 13.

Benef. 32. Si quis, contra Jacob non Filium tanquam hominem lactatum esse, sed ingentium Deum, aut Patrem ejus dixerit, anathema sit. 14.

Benef. 19. Si quis illud quod scriptum est : *Pluit Dominus à Domino*, non de Patre & Filio perceperit, sed & ipsum à semetipso plueri dixerit, anathema sit. Pluit enim Dominus Filius à Domino Patre. 15.

Si quis audiens Dominum Patrem, aut Filium Dominum, & Dominum Patrem & Filium; & *Dominus à Domino* diccas, duos asseruerit Deos, anathema sit. Non enim coaptamus Filium Patri, sed subditum novimus. Neque enim descendit in corpus sine voluntate Patris, neque pluit à semetipso, sed à Domino, auctoritatem videlicet præbente Patre. Neque sedet à dextris à semetipso, sed audit, dicente

Patre : *Sede à dextris meis.* 16. *Psalm.*

Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unam personam dicit, anathema sit. 17.

Si quis Spiritum Sanctum paracletum dicens, ingentium asserit Deum, anathema sit. 18.

Si quis, sicuti docuit Dominus, non alium dicit paracletum præter Filium, aut enim, & alium paracletum mittet vobis *Pater, quem rogabo ego*, anathema sit. 19.

Si quis Spiritum dicit partem Patris, aut Filii, anathema sit. 20.

Si quis consiliò Dei, tanquam unam creaturarum factum asserit Filium Dei, anathema sit. 21.

Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum tres dicit Deos, anathema sit. 22.

Si quis, nolente Patre natum Filium dixerit, anathema sit. Non enim invitatus, & vim passus, Pater necessitate naturali quasi nolens genuit filium; sed illico, ut voluit, etiam sine tempore, & sine passione ex semetipso genuit eum. 23.

Si quis ingentium, & sine principio dicit filium, tanquam duos sine principio, & duo ingenta dicens, & duos faciens Deos, anathema sit. Caput enim est & principium omnium; Filius; *Caput* autem : *Christi, Deus*. Sic enim ad unum omnium principium, quod est sine principio; per Filium piè omnia referuntur. 24.

Rursus autem subtiliter inspicientes Christianum sensum, dicimus :

Si quis Christum Deum, filium Dei ante secula, ministrantem Patri ad omnem creationem, non dixerit : sed ex quo ex Maria natus est, ex eo dicit filium, & Christum esse vocatum, & initium accepisse ut Deus esset, anathema sit, sicut Samosatenus. 25.

Decretum Liberij Papa.

LIBERIUS, natione Romanus, temporibus Constantii, filii Constantini Magni, sedit annos 15. menses 4. dies 17. Deportatur in exilium à Constantio, eò quòd

quod nolisset hæresi Arianz consentire, & fuit in exilio annos tres. Sacerdotes congregantes Concilium, ordinarunt in locum ejus Episcopum, Felicem Presbyterum. Et fecit Concilium Felix, & invenit duos Presbyteros consentientes Constantio Ariano, nomine Ursarium & Valentem, & damnavit eos in Concilio 48. Episcoporum. Post paucos autem dies zelò duci Ursarius & Valens, rogarunt Constantium, ut revocaret Liberium de exilio: qui rediens, habitavit in cometerio Sanctæ Agnetis apud germanam Constantii Augusti. Revocatò Liberio, Constantius fecit Concilium cum hæreticis, & eiecit Felicem de Episcopatu, qui erat Catholicus. Qui Felix depositus, habitavit in prædiolo suo viâ Portuensi, ubi & requievit in pace. Et revocavit Liberium. Ab eo die fuit persecutio maxima in clero, ita ut intra Ecclesiam martyriò coronarentur. Ingressus autem Liberius in urbem Romam, consensit Constantio hæretico. Propter hoc nonnulli putant hunc Episcopum Romanum, fuisse hæreticum.

ima
ratio
lura.

addi-
ma se-
tem.

non
iberio,
non
hære-

Sed hoc leve argumentum est, ut tali noctâ inuratur Pontifex Christi, Primum, ea historia, quod scribitur quoniam Ariani, à multis revocatur in dubium.

Secundo, in epistola ad Athanasium & Episcopos Ægypti in Alexandrina synodo congregatos, insectantur Arianos, & gratulatur, quod Episcopi Ægyptiorum permancant in fide synodi Nicænz.

Tertio, extat alia epistola unice Catholica ad universos Episcopos, in qua cum eruditione & pietate exhortatur, ut nullus propter persecutiones suam relinquat Ecclesiam, nec quietem magis eligat, quam pro populo sibi commissio laborare intendat. Hæc non cohercet cum priori opinione.

Aditio F. 5.

Observandum, quod Liberius nequa fuerit hæreticus, neque subscripserit hæ-

resi. Sed Eudoxius aliique sectatores Aëtii sparserunt rumorem, quod ipse rejecisset verbum, *consubstantialis*. Quamvis autem uai formulæ fidei subscripserit non habenti istud verbum, non tamen illud rejecit, ut nec in ea fidei formula rejiciebatur, etiamsi reticeretur. Deinde, Liberius (cùm diu constans fuisset) tandem minis flexus fuit, ut subscriberet damnationi Athanasii, non ad causam fidei respiciens, sed ad crimina alia, quæ illi falso objiciebantur, & quæ Liberius non cerè sciebat falsa esse. Et hæc sunt rationes, ob quas à quibusdam dictum & existimatum fuit, Liberium hæresi subscripserisse. Postea verò ipse aliam fidei formulam scripsit, quæ omnes ab Ecclesiæ communione arcebat, qui Filium Patri non secundum substantiam, & per omnia æqualem dicerent, ut scribitur Sozom. l. 4. c. 14. & Nicephor. l. 9. c. 37.

Sub hoc tempore emerfit in Antiochia Aëtius hæresiarcho, cognomento Aëtius hæresiarcho, cognomento resiarcho suscitatus Syria alter hæresiarcho, cognomento resiarcho suscitatus. Aëtius, id est, sine Deo, vel sine causa. Is enim eadem, quæ Arius, sapiebat; sed ab Ariano se segregabat. Is nihil solidæ eruditionis habebat, sed veniens ad se, disputationibus sophisticis eludebat. Qui tunc Aëtiani, nunc Eupomiani vocantur, quoniam Eunotius Notarius ejus, eruditus ab illo, editionem ejus hæreticam divulgavit. Hæc hæc latius tripart. hist. lib. 5. c. 13. & infra.

Hæc tempestate fecerunt Concilium hæretici Antiochiæ contra Athanasium, & alios Catholicos. Fuit Concilium profanum, non Catholicum.

Sub eodem Liberio Ursarius, & Valens hæretici, fecerunt Concilium in Nicæa civitate Thraciæ: Ubi statuentes sua dogmata, divulgabant, illam esse fidem, quæ ab universali Concilio dictata esset, & edita Nicææ; ut similitudine nominis Nicænz urbis simpliciores hæc subreptione deciperentur. Putabant enim in Nicæa Bithyniæ esse dictatam fidem, sed nihil profuit eis tale commentum.

Concilium
profanum
in Nicæa
Thraciæ.

76. SUMMA DECRET. FEL. P. ET LAODICENSIS CONCILII

Paulò post namque confusi , ac dirisi sunt.

Extat Epistola Athanasii , & Ægyptiorum Episcoporum ad Liberium de oppressionibus Arianorum, missa ex Concilio Alexandrino. Valde tunc opprimebantur Episcopi , maximè apud Orientem.

Primum decretum Liberii Papæ. Extant decreta ejusdem Liberii Primum : in diebus juniorum nullæ lites, nullæ contentiones esse debent ; sed in Dei laudibus , & opere necessario persistendum. Arguit enim eos, qui contentiones & lites quadragesimæ tempore faciunt, & qui debita à debitoribus exigunt , ut Dominus per Prophetam, Esa. 58. *Ecce in diebus ieiunii vestri &c. & debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis.*

Secundum. Secundum : abstinendum est in his quadragesima diebus sacratissimis , à conjugibus , & castè & piè vivendum, ut sanctificatò corde & corpore, isti dies transi-

gantur , donec perveniatur ad diem Sanctum Paschæ , quia penè nihil valet jejuniium, quod conjugali opere polluitur , & quod, orationes , vigiliæ , & elemosynæ non commendant.

Tertium : si evenerit fames, inæqualitas aeris , pestilentia , vel talis qualicumque tribulatio ; statim jejuniis , elemosynis , & obsecrationibus , Domini misericordia deprecetur.

Decreta Felicis secundi Papæ.

FELIX II. Papa, natione Romanus, An: 486. sedit annum 1. menses tres. Hic declaravit Constantium, filium Constantini, hæreticum, & secundò repaptizatum ab Eusebio Nicomediensi. Et pro hac declaratione ab eodem Constantio martyriò coronatur , & capite truncatur. Papa 37. sub Petro.

Extat epistola ejus una ad Athanasium , & alios Episcopos Ægypti in Alexandrina synodo congregatos, distincta per 21. capitula.

Concilium Laodicense.
Sub Liberio
An. D. 356.
Secundum
Binium , &
Coriolanum sub
Sylvestro
An. D. 321.

C O N C I L I U M

L A O D I C E N U M

In fine LIBERII Papæ celebratum. Provinciale, sed confirmatum in sexta synodo generali, qua in Trullo celebrata est, prasente Constantio.

Congregatum est dictum Concilium in Laodicea circa annum Domini 365. sub Papæ Liberii finalibus annis. De eodem autem Concilio legitur in decretis d. 16. c. *Sexta synodus Laodicea.* in qua Patres 22. statuerunt canones 59. quorum author maximè * Theodosius Episcopus extitit.

Adversus F. S.

Non eò tempore celebratum fuisse hoc Concilium, sed ante Synodum Nicenam, circa an. 321. bene docet Coriolanus.

Sancta synodus ; quæ apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ convenit ex diversis provinciis Asiæ, regulis exposuit Ecclesiasticas, sicut infra scriptum est.

Cap. 1. De bigamiis.

De eo, quòd oportet secundum Ecclesiasticum canonem, eos qui liberè & legitimè secundis nuptiis juncti sunt, nec occultam permissionem operari sunt, paucò tempore exemptò , vacare orationibus , & jejuniis , & secundum veniam , reddi eis communionem.

Adversus

Notandum.

Additio F. 5.

Istum canonem 1. confer cum can. 3. Concilii Neocæsar.

Cap. 2. De his, qui peccatorum lapsus incurrunt.

His, qui diversorum peccatorum lapsus incurrunt; & orationi instant, confessioni ac penitentia; malorum suorum perfectam conversionem demonstrantes, pro qualitate peccati, penitentia; tempus attribuendum est: propter misericordiam & bonitatem Dei, qui huiusmodi sunt, revocandi & ad communionem sunt applicandi.

Cap. 3. De Neophytis.

Non oportet Neophytum promoveri ad ordinem sacerdotalem.

Cap. 4. Quid non liceat coram catechumenis clericos fieri.

Non licet manûs impositionem super ordinandos, presentibus catechumenis fieri.

Cap. 5. Si hi, qui in sacrario servant, usuras non exigant.

Non licere fœnerari ministris altaris, vel in sacerdotali ordine constitutis, vel usuras, vel lucra, quæ sexcupla dicuntur, accipere.

Cap. 6. De hereticis instantibus in Ecclesias.

Non concedendum hæreticis ingressum domûs Dei in hæresi permanentibus.

Cap. 7. De Novatianis, & Quartodecimanis.

Novatianos, vel etiam Quartodecimanos, quos Græci Thessaresceatites appellant, id est, qui quartadecimâ lunâ primi mensis cum Judæis Pascha celebrant, sed & catechumenos eorum vel fideles non recipi, priusquam condemnent omnem hæresim penitus; ante omnia autem, in qua detinebantur. Et nunc, qui apud eos fideles dicuntur, symbolum fidei doceantur, atque ita, unctos etiam sancto chrismate, divino Sacramento communicare convenit.

Cap. 8. De Cataphrygis ad Ecclesiam revertentibus.

Eos, qui convertuntur ab hæresi, quæ dicitur Caraphrygarum, sequæ in clero constitutos existimant, quamvis magni dicantur; huiusmodi cum omni diligentia catechizari oportet, & baptizari ab Ecclesia Catholice Episcopis, & Presbyteris.

Cap. 9. De his, qui ad hæreticorum sperantibus causâ orationis accedunt.

Non concedendum, in cœmeteria, vel quæ martyria hæreticorum dicuntur, Catholicos orationis gratiâ & petendæ curationis intrare. Sed & qui ierint, si sunt fideles, incommunicabiles factos, ad penitentiam usque ad aliquod tempus redigi: penitentes autem eos, & errasse se contentes, suscipi oportere.

Cap. 10. De his, qui cum hæreticis nuptiarum copulâ iunguntur.

Eos, qui ad Ecclesiam pertinent, indifferenter filios proprios hæreticorum nuptiis minimè sociare debere.

Cap. 11. Non congruere presbyteras ordinare.

Mulieres, quæ apud Græcos Presbyteræ appellantur, apud nos autem viduæ seniores, univiræ, matricuræ appellantur, in Ecclesia tanquam ordinatas constitui non debere.

D. 51. Mulieribus, quæ.

Cap. 12. De Episcopibus ordinationibus.

Episcopum non oportet, præter iudicium Metropolitanorum & finitimorum Episcoporum, constitui ad Ecclesie principatum. Nec elegantur nisi hi, quos multo ante nota, probabilisque vita commendat; & nihil minus, si in sermone fidei, & rectâ operatione per suam conversionem fuerint probati.

D. 61. Episcoporum.

Cap. 13. Iudiciò multitudinis ordinationes fieri non debere.

De eo, quod non sit populis concedendum, electionem facere eorum, qui altaris ministerio sunt applicandi.

D. 61. Non est permittendum.

Vide ad e. s. Concil. 3. Carthagin.

Cap. 14. Ad alias parochias, eulogias minime destinandas. Sanctas oblationes, ad vicem eulogiarum, per festivitatem Paschalem ad alias parochias miti minime oportere.

Cap. 15. De Psalmistis. Non licere, praeter canonicos psaltes, id est, qui regulariter cantores existunt, quique pulpitem ascendunt, & de codice legunt, alium quemlibet in Ecclesia psallere.

Cap. 16. Ut sanctum Evangelium Sabbathis legatur. Sabbathis Evangelia cum aliis Scripturis legenda esse.

Cap. 17. Psalmos sparsim non licere confundi.

In processionibus non connectere, id est, ex diversis versibus & sensibus libri, unum canticum minime conjungere, sed singulorum Psalmorum ordinabiliter debere fieri lectionem.

Cap. 18. De orationibus quotidianis. De eo, quod semper supplicationes orationum, & ad horam nonam, & vespere oportet celebrari.

Cap. 19. De ordine orationum catechumenorum atque fidelium.

Quoniam catechumenorum orationem separatim, & prius post tractatum Episcoporum oporteat celebrare. Quibus egressis, orant etiam hi, qui in poenitentia sunt constituti. Et post manus impositionem, his quoque ascendentibus, tunc fideles orare debent. Quorum tres orationes fiant: una quidem (id est prima) per silentium, secunda vero & tertia per vocis pronuntiationem, & tunc demum osculum pacis dari debere. Et postquam Presbyteri Episcopo pacem dederint, tunc etiam laicos dare; & tunc oblatio offeratur. Solis autem ministris altaris licet ingredi ad altare, & ibidem communicare.

Cap. 20. De disciplina, atque modestia clericorum.

Quoniam non oportet Diaconum se-

dere ante Presbyterum, sed ex iussione Presbyteri sedeat. Similiter autem honorificetur & Diaconus a ministris inferioribus, & omnibus clericis.

Cap. 21. De ministerio Subdiaconorum.

Quoniam non oportet Subdiaconos licentiam habere in secretarium, sive sacrarium (quod graeci Diaconicon appellant) ingredi, & contingere vasa dominica.

Cap. 22. De ministris, ut oratio non stantur.

Ministrum non oportet oratio uti, nec ostia derelinquere.

Additio F. 5.

Per orarium, hic stolam intellige.

Cap. 23. Non debere lectores cum orationis suam officium agere.

Quoniam non oportet lectores, aut psalmistas orationis uti; & sic legere aut psallere.

Cap. 24. Quod nullus Ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat.

Quoniam non oportet clericos servientes (a Presbyteris usque ad Diaconos, & deinceps ordinis Ecclesiastici omnes, usque ad Ministros, aut Lectores, aut Psalmistas, aut Exorcistas, aut Ostiarios, aut etiam eos, qui in proposito continentiae sunt) tabernas intrare.

Cap. 25. Quod non liceat ministris panem dare, aut calicem benedicere.

Non oportet, Diaconum panem dare, nec calicem benedicere.

Cap. 26. De Exorcistis.

Non oportet exorcizare eos, qui necdum ab Episcopo sunt provecti, neque in Ecclesiis, neque intra domos.

Cap. 27. Non debere clericos vel laicos ad Agapem vocatos, partes tollere.

Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos aut laicos ad Agapem vocatos, partes tollere, propter injuriam; quae ex hac occasione Ecclesiastico ordini possit deputari.

Cap. 28.

D 99. Nov. 1771.

Non *Cap. 28. In Ecclesiis prandia fieri non debere.*

Non oportet in Basilicis, seu Ecclesiis Agapem facere, & intus manducare, vel accubitus sternere.

Cap. 29. Non debere Christianos sabbatizare.

Non oportet Christianos judaizare, & in sabbato vacare, sed operari eos in eadem die, Dominicam præponendo eidem diei. Si hoc eis placeat, vacent tanquam Christiani. Quòd si inventi fuerint judaizare, anathema sint.

Cap. 30. De viris cum mulieribus lavacra celebrantibus.

Non Quoniam non oportet ministros altaris, vel etiam clericos quoslibet, aut continentese, aut omnem omnino Christianum cum mulieribus lavacra habere communia. Est enim apud Gentiles prima reprehensio.

Cap. 31. De cavendis hæreticorum conviviis.

Quoniam non oportet cum hæreticis commiscere convivia, & vel filios, vel filias dare, sed potius accipere; si tamen proficiantur Christianos se futuros esse, & Catholicos.

Cap. 32. Ab hæreticis eulogias accipere non debere.

Non Non oportet hæreticorum benedictiones accipere, quoniam maledictiones magis sunt, quam benedictiones.

Cap. 33. De schismaticis.

Non oportet cum hæreticis, vel schismaticis orare.

Cap. 34. De martyribus hæreticorum.

Non oportet omnino, Christianum, derelictis martyribus Christi, abire ad falsos martyres. Hi enim alieni à Deo sunt. Quicumque autem abire voluerint, anathema sint.

Cap. 35. De his, qui angelos colunt.

Non oportet Christianos, derelicta

Ecclesiâ, abire, & ad angulos idololatriz abominandæ congregationes facere, quæ omnia interdita sunt. Quicumque autem inventus fuerit occultæ huic idololatriz vacans, anathema sit: quoniam derelinquens Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei, accessit ad idola.

Additio F. 5.

Pro angulos, quod ante legebatur; ex Baron. & aliis, restituimus *Angelos*.

Loquuntur hic Patres, non de sanctorum Angelorum cultu & invocatione, quam 2. 2. q. 83. art. 4. ex Gen. 48. & Suppl. qu. 72. art. 2. ex Job 5. probavimus; sed de falsorum Angelorum, sicut can. præced. de falsorum martyrum invocatione: sive de invocatione eorum, quos Magi, præterso nomine Angelorum, invocabant ad suas superstitiones. Unde canon sequens expressè agit contra Magos. Vide Baron. tom. 1. ad ann. 60. Si in can. legeremus *angulos*, ut quidam, non esset ex isto loco ulla difficultas; sed vera lectio habet *angelos*.

Cap. 36. De his, qui incantationibus utuntur.

Quoniam non oportet ministros altaris, aut clericos, Magos & incantatores ^{26. q. 1. No oportet.} esse, aut facere, quæ dicuntur phylacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum. Hos autem, qui talibus rebus utuntur, projici ab Ecclesia jussimus.

Cap. 37. De his, qui ab hæreticis dona feriatia suscipiunt.

Quoniam non oportet à Judæis, vel hæreticis feriatia, quæ mittuntur, accipere; nec cum eis dies agere festos.

Cap. 38. De Christianis, qui Indæorum azyma comedunt.

Non oportet a Judæis azyma accipere, nec communicare impietatibus eorum.

Cap. 39. Non licere cum paganis festa celebrare.

Non oportet cum Paganis festa celebrare, & impietatis eorum habere societatem.

Cap. 40.

Cap. 40. Episcopus ad synodum vocatus, non debere contemnere.

D. 18. Non oportet Non oportet vocatos Episcopos ad synodum, contemnere, sed abire debere, & aut docere aut doceri, quæ sunt ad Ecclesiam cæterorumque correctionem utilia. Quod si contempserit, seipsum videtur accusasse, nisi forte præ infirmitate ite non possit.

Cap. 41. Non debere clericum sine episcopo peregrinari.

De consec. d. 1. Non oportet. Non oportet ministrum altaris, vel etiam laicum sine canonicis litteris, id est, Formata, alicubi proficisci.

Cap. 42. Nullum Clericum debere sine Episcopi sui iussione peregrinari.

Non oportet ministrum altaris, vel quemlibet clericum præter iussionem Episcopi ad peregrina proficisci.

Cap. 43. Vt Ostiarii ad ostia perseverent.

Non oportet ministros, id est, ostiarios, vel brevi tempore ab ostiis decesse, & orationi vacare.

Cap. 44. Vt ad sacrarium mulieres non intromittant.

Non oportet mulieres ingredi ad altare.

Cap. 45. De his, qui circa mediam septimanam ad baptismum veniunt.

De consec. d. 4. Baptizandos. Non oportet, post duas hebdomadas quadragesimæ, quemquam ad baptismum suscipi.

Cap. 46. De redditione fidei baptizandorum.

Baptizandos oportet fidei symbolum discere, & quinta feriâ vicimæ septimanæ, vel Episcopo, vel Presbytero reddere.

Cap. 47. De his, qui in egritudine baptizantur.

Qui in egritudine constituti, baptismum peteperunt, facti sani, fidei symbolum doceantur, ut noverint, quâ donatione digni sunt habiti.

Cap. 48. Vt post baptismum Chrisma detur.

Oportet baptizatos post baptismum sa-

cratissimum chrisma percipere, & exalibis regni participes fieri.

Cap. 49. Oblationes offerri in quadragesima non oportere.

Non oportet in quadragesima panem offerri, nisi sabbatò, & dominicâ tantum.

Cap. 50. Non licere quinta feria septimana maioris ieiunium fieri.

Non oportet in quadragesima, quinta feriâ ultimæ hebdomadæ jejuniium dissolvi, & totam quadragesimam inhonorari; sed per totos hos dies jejunare, & escis abstinentiæ convenientibus, id est, aridioribus uti.

Cap. 51. Non debere in diebus ieiuniorum commemorationes martyrum fieri.

Non oportet in quadragesima, martyrum natalitia celebrari; sed eorum in sabbato, & dominica tantum memoriam fieri.

Cap. 52. Non licere nuptias fieri in quadragesima.

Non oportet in quadragesima, aut nuptias, vel quolibet natalitia celebrare.

Cap. 53. Vt in Christianorum non salvetur nuptis.

Non oportet Christianos ad nuptias euntes, vel balare, vel saltare; sed castè cœnare, vel prandere, sicut competit Christianis.

Cap. 54. Non licere clericis, ludicris spectaculis interesse.

Non oportet ministros altaris, vel quolibet clericos spectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut in scenis exhibentur, interesse; sed antequam Thymelici ingrediuntur, surgere eos de convivio, & abire debere.

Cap. 55. Non congruere Christianis, commessationibus interesse.

Non oportet ministros altaris, vel quolibet clericos, vel etiam laicos Christianos, ex symbolis (quæ vulgus comissalia appellat) convivia celebrare.

Cap. 36. Non licet Presbyteris, ante ingressum Episcopi, introire ad altare.

Non oportet Presbyteros ante ingressum Episcopi ingredi Ecclesiam, & sedere in tribunalibus; sed cum Episcopo ingredi, nisi forte aut aegrotet Episcopus, aut in peregrinationis comodo eum abesse contulerit.

Cap. 37. Qui in agris vel possessionibus debent ordinari.

Non debere in villis & vicis Episcopos ordinari, sed visitatores, id est, qui circumstant constituit. Hos autem qui ante hoc ordinati sunt, nihil agere censemus, sine conscientia Episcopi civitatis. Similiter etiam Presbyteri nihil sine praecepto, & consilio Episcopi agant.

Cap. 38. Oblationes offerri in domibus non oportere.

Non oportet in domibus oblationes ad Episcopos, sive Presbyteris fieri.

Cap. 39. Quae psallere, vel legere in Ecclesia conveniat.

Non oportet ab idiotis Psalmos compositos, & vulgares, in Ecclesiis dici, neque libros qui sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos novi, & veteris Testamenti. Quae autem oporteat legi, & in auctoritatem recipi, haec sunt:

Genes, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jesu Nave, Judicum, Ruth, Regnorum libri 4. Paralipomenon libri 2. Elders, liber Psalmorum numero 150. Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Job, Esther, 12. Prophetarum libri, id est, Osee, Amos, Joel, Abacuc, Jonas, Michæas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias. Item Isaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Novi autem Testamenti, Evangelium secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Joannem, Actus Apostolorum, Canonice epistolæ 7. Jacobi una, Petri 2. Joan. 3. Judæ una; epistolæ Pauli Apostoli numer. 14. ad Roma-

nos, ad Corinthios 2. ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenfes una; ad Colofenses una; ad Theffalonicenses duæ; ad Timotheum duæ; ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos.

Additio F. 5.

Ne miretur quispiam hunc librorum Scripturæ sacræ canonem non per omnia convenire cum Tridentino, & aliis; observandum, quod Laodicenum hoc Concilium celebratum fuerit ante Nicænum, quando necdum contabatur de omnibus sacris libris. Non enim ausi fuissent Patres in Concilio Provinciali omittere librum Judith (quem generale Concilium Nicænum recepit) si Nicænum fuisset antequam illo. Conferatur can. 47. Concil. 3. Carthag. & cap. 7. epistolæ 3. Innocentii I.

Decreta Damasi I. Pape.

DAMASUS, natione Hispanus, sedit An. D. 267
Damascus
Pont. 28.
Hic choram instituit.
annos 17. minus diebus 14. temporibus Valentini. Hic constituit, ut Psalmi die noctuque canerentur per omnes Ecclesias. Hoc præcepit Episcopis, Presbyteris, & Monasteriis. Habes de eo, hist. Eccles. lib. 11. cap. 10. & de seditione facta contra illum per Ursinum ejusdem Ecclesie Diaconum, qui voluit fieri Episcopus, collectâ turbulentorum & seditiosorum hominum manu. Ex quo facta, tanta bella coorta sunt, alterutrum descendentes populis, ut replerentur humano sanguine orationum loca: sed post, ejectus est Ursinus ab urbe.

Damasus vitas Pontificum, qui ante se fuere, conscripsit. Primus etiam Hieronymi scriptis auctoritatem dedit, cum prius LXX. Interpretum scripta tantummodo in pretio essent.

Extat epistola Damasi ad Paulinum Antiochenum Episcopum: per quam instruit illum in duobus. Primum, quod integrum hominem suscepit Christus sine peccato. Secundum, quod unus sit Christus, ante secula ex Patre natus, & in tempore ex Virgine editus.

Extat ejusdem professio quadam fidei
L
Catho-

Catholicæ, ad eundem Paulinum sub hac forma.

Professio fidei. Anathematizamus omnes, qui non tota libertate proclamant, Spiritum sanctum cum Patre & Filio unius potestatis esse, atque substantiæ. Anathematizamus quoque eos, qui Sabellii sequuntur errorem: eundem dicentes Patrem esse, quem & Filium. Anathematizamus Arium, atque Eunomium, qui pari impietate (licet sermone dissimili) Filium & Spiritum sanctum, asserunt esse creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Ario stulte venientes, non perbidiã mutaverunt, sed nomen. Anathematizamus Photinum, qui Hebionis hæresim intaurat, qui Dominum Jesum Christum tantum ex Maria Virgine conficitur. Anathematizamus eos qui duos Filios asserunt, unum ante secula, & alterum post assumptionem carnis ex Virgine. Anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationali & intelligibili, dicunt, Dei verbum in humana carne versatum, cum ipse Filius sit verbum Dei, & non pro anima rationali & intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostram, id est, rationalem & intelligibilem sine peccato animam suscepit, atque salvaverit. Anathematizamus eos, qui verbum, Dei Filium extensione aut collectione, & a Patre separatum in substantivum, & finem habiturum esse contendunt.

Exstat epistola ejuſdem ad Stephanum Archiepiscopum, & ad tria Concilia Africæ, quod Episcoporum iudicia, & majores causæ non nisi autoritate Sedis Apostolicæ sunt terminandæ.

In Concilio Neocesæsar. cap 13. Et in Concilio Antiochen. can. 10. de Cl. episcopis. Exstat epistola 4. Damasi, quâ interrogatus de Chorëpiscopis, an aliquid essent in Ecclesia, vel nihil, & quam haberent in Ecclesia autoritatem? Respondit: Eos nihil esse in Ecclesia, nec aliquam habere autoritatem, sed eorum institutionem improbam, & nimis pravam, atque sacris canonibus contrariam, atque ad totius Ecclesiæ perturbationem. Ideo

definit, vanum esse & inane, quicquid in prædicto sacerdotii summi egerint ministerio, hiscæque de causis prohibitis esse, & a sacra Sede, & a totius Orbis Episcopis.

Fuerunt in Ecclesia primitiva quidam vocati Chorëpiscopi, visi tunc necessarij propter studium quod erga pauperes exhibebant, qui cum ex consecratione sua nihil essent quam Presbyteri, tentarunt exercere ministeria Episcopalia; consecrare Subdiaconos, & Diaconos, & virginis; erigere altaria, ungere, & sacrare; & Ecclesias dedicare, quæ sunt propria ministeria Episcoporum. Hoc damnavit Ecclesia, & rejecit ab eo gradu, ut quæ ambitione suâ ascenderant: tantum concessit eis, ut inter Sacerdotes locum haberent, & ministerio Presbyterorum essent contenti. Quoniam Ecclesia non novit inter discipulo Domini, nisi duos ordines, scilicet duodecim Apostolorum, & septuaginta discipulorum: unde iste tertius processerit, funditus ignoramus. De his d. 78. *Chorëpiscopi tam ab hac, &c.*

In eadem epistola, contra Episcopos, qui propter suam civitatem Chorëpiscopis plebes suas committere non formidabant: quos in hunc modum damnat. Primum, quod curam sibi a Deo commissam negligant, cum Dominus dicat: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis, mercenarius autem videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, &c.* Secundò, illi Episcopi qui talia præsumunt, videntur (ait) mihi esse meretricibus similes, quæ statim ut pariunt, infantes suos alijs nutricibus tradunt educandos, ut suam citius libidinem explere valeant. Sic & isti, infantes suos, id est, populos sibi commissos, alijs educandos tradunt, ut suas libidines explant, id est, pro suo liberta secularibus curis inhiant, & quod unicuique visum fuerit, liberius agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oves pereunt, morbi crescunt. hæreses & schismata procedunt, Ecclesiæ destruantur, Sacerdotes viciantur.

Vide et
de
Concilio
Antiocheno

De re
Episcoporum

Nota
de
Episcopis

84 SUMMA CONSTANTINOPOL. CONCILII GENERALIS

ribus primatus, Ecclesie Antiochenae, qui in regulis Nicenae synodi continentur. Sed & Asianae dioecesis Episcopi, ea quae sunt in Asia, & quae ad Asianam tantummodò dioecesim pertinent, gubernent. Ponti autem Episcopi, Ponticae tantum dioecesis habeant curam. Thraciae verò, ipsius tantummodò Thraciae.

Can. 3. Non iurisdictionem Episcopus, ultra dioecesim propriam accedere non debet.

p. q. 2. Non iurisdictionem Episcopi.
 Non iurisdictionem Episcopi, ultra dioecesim accedere non debet super ordinandis aliquibus, vel quibuscumque disponendis Ecclesiasticis causis, servata regulà, quae suprascripta est, de unaquaque dioecesi. Manifestum namque est, quòd per singulas quasque provincias, provincialis synodus administrare & gubernare omnia debeat, secundum ea quae sunt in Nicena definita.

Can. 4. De Ecclesiis Barbaricis positus.

Ecclesias autem Dei, quae sunt in Barbaricis gentibus constitutae, regere atque administrare oportet, secundum consuetudinem, quam à patribus obtinuisse dignoscitur.

Can. 5. De honore Constantinopolitani Episcopi.

Constantinopolitanae civitatis Episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum Episcopum, propter quòd sit nova Roma.

Additio F. 6.

Baronius tom. 4. ad an. 381. istum canonem 5. ostendit non fuisse ab Ecclesia Rom. receptum; additque, imposturae nomine esse suspectum. Confet Bellarm. tom. 2. l. 2. de Conciliis cap. 8. & Coriolanum in sua Summa.

Can. 6. De Maximo Cynico Phylaspho.

De Maximo Cynico, & ejus inordinatae constitutione, quae Constantinopoli facta est. placuit, neque Maximum Episcopum esse, nec eos, qui ab ipso in quolibet gradu clerici sunt ordinati; cum omnia quae ab eodem perpetrata sunt, in irritum deducta esse videantur.

Can. 7. De fide symboli apud Constantinopolim constituti.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli & terrae, visibilem omnium, & invisibilem conditorem. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia secula; Deum ex Deo, lucem ex lumine, Deum verum, ex Deo vero; Natum, non factum, Homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiae, per quem omnia facta sunt, quae in caelo, & quae in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Homo factus, passus est sub Pontio Pilato, ac sepultus, & tertia die resurrexit. Ascendit in caelos, sedet ad dexteram Patris, inde venturus est cum gloria, iudicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Credimus in Spiritum sanctum, Dominum, & Vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum & conglorificandum, qui locutus est per Prophetas. Et unam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Constitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri saeculi, Amen.

Haec in synodo Constantinopolitana generali.

CONCILIUM
VALENTINUM

Sum-
mā
An-
no.

Provinciale sub DAMASO I. Papa celebratum. Convenerunt 30. Episcopi, Acta. 413. sub Valente & Valentiano Imperatoribus. Ediderunt canones 4. ex quibus subiicimus primum, & subjectissimas tres sequentes, quorum tenor est.

Can. 2. De puellis que se Deo venerunt.

DE puellis, verò, quæ se Deo venerunt, & præclari nominis decore floruerunt, si ad terrenas nuptias sponte transferunt, id custodiendum esse: decrevimus, ut poenitentia his non statim detur; & cum data fuerit, nisi plenè satisfecerint Deo inquantum ratio poposcerit, eisdem communio differatur.

Can. 3. De his qui post sanctum lavacrum sacrificiis demonum se polluerunt.

Circa eorum verò personas, qui se post unum & sanctum lavacrum, vel profanis sacrificiis demonum, vel incæstâ lavatione polluerunt, eam censuræ formam duximus esse servandam, ut his, juxta synodum Nicenam, satisfactionis quidem aditus non negetur, ne, infelicibus lachrymis, solatii janua desperatione claudatur: acturi verò poenitentiam usque in diem mortis, non sine spe tamen remissionis, quam ab eo plenè sperare debebunt, qui ejus largitatem & solus obtinet, & tamen dives misericordiâ est, ut nemo desperet. *Deus enim vocem non facit, ut latetur in perditione vivorum.*

Can. 4. Vt Sacerdos deponatur, si de se crimen constitatur.

Nec illud, fratres, scribere alienum ab Ecclesiæ utilitate censuimus, ut sciretis, quicumque sub ordinatione vel Diacona-

cus, vel Presbyteri, vel Episcopatus, mortali crimine dixerint se esse pollutos, à supradictis ordinationibus submovendos, teos scilicet, vel veri confessione, vel mendaciò falsitatis. Neque enim absolvi potest is, qui in seipsum dixerit, quòd dictum in alios puniretur; cum omnis, qui sibi fuerit mortis causa, major homicida est. Divina pietas vos in æternum custodiat, dilectissimi fratres.

Explicit Concilium Valentinum Gallicæ.

Decreta Siricii Papa.

SIRITIUS, natione Romanus, sedit annos 13. mensem 1. dies 14. fuit temporibus Valentiniani & Theodosii Augustorum. Hujus temporibus fuit Hilarius Pictavorum Episcopus, qui contra Arianos duodecim libros scripsit. Isidorus tunc in pretio erat.

Extat epistola Siricii Papæ prima, ad Himerium Tarraconens. Episcopum, quæ sic incipit: Siricius Himerio Tarraconen. Episcopo salutem, &c. Estque distributa in 15. capita, quorum argumenta placuit hoc loco referre.

De Arianis non rebaptizandis.

Ut præterquam in Pascha, & Pentecoste, baptismus non celebretur.

De Apostatis ab Ecclesia separandis 3. Quòd non liceat alterius sponsam in matrimonii jura sortiri.

De his, qui acceptam poenitentiam minime servaverunt.

An. D. 381
Siricius
Pont. 89.

1. Tituli episcoporum
primæ epistolæ Siricii
Pape.

De Monachis, & Virginibus propo-
situm non servantibus. 6.

De clericis, vel ministris incontinenti-
bus. 7.

Quales debeant ad clericatus officium
pervenire. 8.

De clericorum conversione. 9.

De his qui grandævi ad sacram mili-
tiam convertuntur. 10.

De clericis qui ad secundas nuptias
transeunt, ut deponantur. 11.

Quæ faminæ cum clericis debeant ha-
bitare. 12.

De Monachorum promotione ad cle-
ricum. 13.

Quod pœnitens non fiat clericus. 14.

De pœnitentibus, vel bigamis, vel vi-

luatæ maritis, ut non permittantur ad
ordinem clericatus admitti. 15.

Item, ejusdem secunda, ad Ecclesiam
Mediolanens. quæ damnat Jovinianum hæ-
reticum, & præcipit, illum & socios ejus
ab Ecclesiæ unitate removendos. Contra
hunc scripsit D. Hieronymus.

Extat epistola ejusdem tertia ad uni-
versos orthodoxos, in qua tria servanda
docet, & mandat,

Primum, ut nullus indignus efficiatur
Episcopus.

Secundum, ut ignotis Sacerdotium non
detur.

Tertium, ut Neophyti, vel laici, Sa-
cerdotes non fiant.

CONCILIUM TELENSE,

*Provinciale, sub SIRITIO Papa, contra Jovinianum, & socios ejus.
Lectæ & recensitæ sunt litteræ SIRITII PAPA, & Concilium rescriptis
ad SIRITIUM PAPAM. Hæc sanctorum acta sunt in hac synodo.*

Concilium
Telense.
Errat Au-
thor quod
sub Sirinio
constat e-
nim quod
sub Zosimo
An. D. 417.
vel 418.

De quo vi-
de Binium.
& Coriola-
num. Nec
Concil. re-
scriptis ad
Sirintum:
sed ibi re-
centium
est rescrip-
tum à Con-
cil. Medio-
lan. ad episc.
Sirintum, quæ
simul ibi
lectæ fue-
runt.

Ephes. 8.

Epistolam Sirintii quartam, &
rescriptum Episcoporum ad
eundem (veluti lectione dig-
num) hic subjecimus, etiam si
compendii legem transiisse videamur.

Epistola Sirintii Pape quarta

Di' ceteris fratribus, & Coepiscopis
per Africam, Sirintius. Cum in unum plu-
rimi fratres convenissemus, ad Sancti A-
postoli Petri reliquias, per quem & Apo-
stolatus, & Episcopatus in Christo coepit
exordium: placueritque propter emer-
gentes plurimas causas, quæ in aliquantis,
non erant causæ, sed crimina, ut de cætero
solicitude, esset unicuique Sacerdoti in
Ecclesia sua curam hujusmodi habere
(sicuti Apostolus prædicat Paulus) talenti
Deo Ecclesiam exhibendam, non habentem

maculam aut rugam: ne per alicujus
morbidæ vis afflatus, conscientia nostra
contaminata videretur, hæc de re meliore
consilio d'sedit, propter eos maxime, qui
in præsentem, valetudine corporis aut fessæ
ætatis causa, adesse minime potuerunt, quo
perpetuè istiusmodi forma servetur, litte-
ras tales dare placuit: non quod nova
præcepta aliqua imperentur, sed ea, quæ
per ignaviam, desidiaque aliquorum ne-
glecta sunt, observari cupiamus, quæ ta-
men Apostolica, & Patrum constituti-
one sunt constituta. Scriptum est: *Stare, & a. Th*
*tenete synodicos vestros sive per verbum, sive
per epistolam. Illud certe vestram debet
mentem, dilectissimi fratres, vehemen-
tius excitare, ut ab omni labe seculi sitis,
immunes ante Dei conspectum securique
vcaia-*

12. **veſimus.** Non enim erimus immunes, qui præſumus plebibus, cum ſcriptum ſit: Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiratur. Ergo, quoniam non pro nobi tantum ſed pro populo credito cogimur præſtare rationem, populum in diſciplina deiſca & humili erudire debemus. Exiterunt enim nonnulli, qui ſtatuta majorum contemnentes, caſtitem Eccleſie præſumptione ſua violarunt, voluptatem populi ſequentes, Dei iudicium non timentes. Ergo, ne pari more, ſilentio connivere, atque adhibere conſenſum talibus videamur, unde gehennæ poenas portamus incurtere, dicente Domino, *Foram videbas & currebas cum eo, & cum adultero portioſam tuam ponebas:* hæc ſunt, quæ deinceps intuitu divini iudicii omnes Catholicos Episcopos expedit cuſtodite.

Primum, ut extra conſcientiam Sedis Apoſtoſicæ, hoc eſt Primitis, nemo audeat ordinare. Integrum enim iudicium eſt, quod plurimorum ſententiâ confirmatur. 1.

1. 47. **Ne unus Episcopus, Episcopum ordinare præſumat** propter arrogantiam, ne ſurtivum beneficium præſtitum videatur. Hoc enim in ſynodo Nicæna conſtat eſſe definitum. 2.

Item, ſi quis poſt remiſſionem peccatorum cingulum militiæ ſecularis habuerit, ad clericum admitti non debet. 3.

Additio F. S.

Pro iſto can. 3. vide additionem ad 11. can. Concil. Nicæni.

Ut mulierem, id eſt, viduam, clericus non ducat uxorem. 4.

Ut iſ, qui læicus, viduam duxerit, non admittatur ad clericum. 5.

Ut de aliena Eccleſia ordinare clericum nullo uſurpet. 6.

Ut abjectum clericum alia Eccleſia non admittat. 7.

Ut venientes à Novatianis, vel Monteniſibus, per manuum impoſitionem ſuſcipiantur, præter eos quos rebaptizant. 8.

Additio F. S.

Iſtos Monteniſes, fuiſſe Donatiſtas (qui, quod in montibus agere & convenire ſolerent, dicti fuerunt Monteniſes) ſcribit Cortolanus.

Præterea, quod dignum & pudicum & honeſtum eſt, ſuademus, ut Sacerdotes & Levitæ cum uxoribus ſuis non coeant, quia in miniſterio divino quotidianis neceſſitatibus occupantur. Ad Corinthios namque ſic Paulus ſcribit, dicens: *Abſtine te, ut vacetis orationi.* Si ergo læicis abſtinentia imperatur, ut poſſint deprecantes audiri, quantum magis Sacerdotes utique omni momento paratus eſſe debet, munditiæ puritate ſecutus, ne aut ſacrificium offerat, aut baptizare cogitat? Qui ſi contaminatus eſt carnali concupiſcentiâ, quid faciet? Excusabitur? Quod pudore, quâ mente uſurpabitur? Quâ conſcientiâ, quò merito hic exaudiri ſe credit? Cum dictum ſit: Omnia munda Titum mundis, coſtinetatis autem, & inſidelibus nihil mundum. Qua de re, hortæ, moneo, ergo, tollatur hoc opprobrium, quod poteſt iure etiam gentilitas accuſare. Fortè creditur, quia ſcriptum eſt: *Vnius uxoris virum.* Non permanenti in concupiſcentia generandi dicit, ſed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admittit, qui ait: *Vellem autem omnes homines ſic iſte ſicuti & ego.* Et apertius declarat, dicens: *Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.* 2. Cor. 1. Rom. 8.

Hæc itaque (fratres) ſi plenâ vigilantia fuerint ab omnibus obſervata, ceſſabit ambitio, diſſenſio concuſcet, hæreſes & ſchiſmata non emergent, locum non accipiet diabolus ſevienti, manebit unanimitas, iniquitas ſuperata calcabitur. Charitas ſp. rituali fervore flagrat, pax prædicata labitis, cum voluntate concordabit. Pax utique Dei noſtri Salvat. ris, quam proximus Paſſioni ſervandam eſſe præcepit, & hæredita. id eam nobis iure dereliquit, dicens: *Pacem do vobis, pacem relinquo*

lingue vobis. Et dictum Apostoli, ut unanimis, unum sentientes, permaneamus in Christo, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vendicantes, nec hominibus, sed Deo nostro Salvatore placentes. His præceptis omnibus si fideliter voluerimus obedire, custodiet Dominus corpora nostra, & animas nostras, in die qua rediditurus est unicuique juxta opera sua. Si quis sanè inflatus mente carnis suæ, ab hac canonis ratione voluevagari; sciat, se & à nostra communione seculum, & gehennæ pœnas habiturum. Præterea, misericordia cum judicio esse debet; talibus oportet labearibus manum porrigere, qui sic currentem non pettrahant in ruinam. Data Romæ, in Concilio Episcoporum octoginta, sub die 8. Idus Januar. post consulatum Arcadii Augusti, & Bauronis, viris clarissimis consulibus.

Rescriptum Episcoporum ad Siritium Papam.

Additio F. 3.

Hæc sequens epistola est apud S. Ambrosium epistola 81.

*Rescriptum
niscopo-
m ad Si-
riam.*

Dilectissimo Domino fratri Siritio, Ambrosius, Sabinus, Bassianus, & cæteri. Recognovimus litteris Sanctitatis tuæ, boni pastoris excubias, qui diligenter commissam tibi januam serves, & pia sollicitudine Christi ovile custodias, dignus, quem oves Domini audiant, & sequantur. Et ideo, quia nocti oculos Christi, lupos facillè deprehendis, & occurris, quasi providus pastor, ne isti morsibus perfidæ suæ, feraliq; ululatu Dominicum ovile dispergant. Laudamus hoc, Domine frater nobis dilectissime, & totò concelebramus affectu. Nec miramur, si luporum rabiem grex Domini perhorruerit, in quibus Christi vocem non recognovit. Agrestis enim ululatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem reservare, promiscuè omnia velle confundere, diversorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quandam cælestium remunerationum inducere, quasi Christo una sit

palma quam tribuit, ac non plurimi abundant tituli præmiurum. Simulant se illi condonare conjugio. Sed, quæ potest laus esse conjugii, si nulla virginitatis est gloria? Neque verò nos negamus sanctificatum à Christo esse conjugium, divinâ voce dicente: Erunt ambo in una carne & in uno spiritu; sed prius est, quòd nati sumus, quàm quòd effecti, multoque præstantius divini operis mysterium, quàm humanæ fragilitatis remedium. Jute laudatur bona uxor, sed melius pia virgo præfertur, dicente Apostolo: *Qui matrimonio inigit, bene facit, & qui non inigit, melius facit.* Hæc enim cogitat quæ Dei sunt, illa quæ mundi. Illa conjugibus vinculis colligata est, hæc libera vinculo- rum. Illa sub lege, ista sub gratia. Bonum conjugium, quò est inventa posteritas successione humanæ, sed melior virginitas, per quam regat cælestis hæreditas acquisita, & cælestium meritorum repetita successio. Per mulierem cura successit, per virginem salus evenit. Denique speciale sibi d num virginitatis Christus elegit, & integritatis manus exhibuit, atque in se representavit, quod elegit in matre. Quanta amentia funestorum luctuum, ut iidem cicerent, Christum ex Virgine non potuisse generari, qui afferunt, ex muliere editis humanorum pignorum partibus, virgines permanere? Aliis præstat ergo Christus, quod sibi (ut dicunt) præstare non potuit? Ille verò carnem sic suscepit, & homo factus est, ut hominem redimeret, atque à morte revocaret, in usitatò tamen quasi Deus itineris venit in terras; ut quemadmodùm dixerat, Ecce facio omnia nova partu immaculatæ virginis nasceretur; & (sicut scriptum est) crederetur nobiscum Deus. Sed de via perverſitatis produntur dicere: Virgo concepit, sed non virgo generavit. Potuit ergo virgo concipere, non potuit virgo generare, cum semper conceptus præcedat, partus sequatur? Sed si doctrinis non creditur sacerdotum, credatur oraculis

Genes

1. Qu

Illud

Apo

Titus

Mate

oculis Christi; credatur monitis Angelorum, dicentium: *Quia non est impossibile apud Deum omne verbum*: credatur synodo Apostolorum, quod Ecclesia Romana intemeratum semper custodit & servat. Audivit Maria vocem Angeli, & quæ dixerat, *Quomodo fiet istud?* Non de fide generationis interrogans, respondit postea: *Ece ancilla Domini, contingat michi secundum verbum tuum.* Hæc est virgo, quæ in utero concepit, virgoque peperit filium. Sic enim scriptum est: *Ece virgo in utero concipiet, & pariet filium.* Non enim concepturam tantummodò virginem, sed parturam virginem dixit. Quæ autem est sanctuarii illa porta, porta illa exterior ad Orientem, quæ manet clausa, & nemo (inquit) pertransibit per eam, sed solus Deus Israel transibit per eam? Nonne hæc porta Maria est, per quam in hunc mundum Redemptor intravit? Hæc est porta justitiæ, sicut ipse dixit: *Sine, nos implere omnium iustitiam.* Hæc porta est Maria, de qua scriptum est: *Quia Dominus pertransibit per eam, & erit clausa post partum, quia & virgo concepit, & genuit.* Quid autem incredibile, si contra usum originis naturalis peperit Maria, & virgo permanet, quando contra usum naturæ mare vidit, & fugit, atque in fontem suum Jordanis fluentia remeant? Non ergo excedit fidem, quod virgo peperit, quando legitur, quod petra vomit aquas, & in muri speciem maris unda solidata est. Non excedit fidem, quod hominem exiit de virgine, quando petra fontem proflium scaturivit: ferrum super aquas natavit: ambulavit homo super aquas. Ergo, si hominem unda portavit, non potuit hominem virgo generare, atque hominem, de quo legitur, *Et mittet illis Dominus hominem, qui salvos faciet eos, & potus erit Dominus Aegyptiis?* In veteri itaque Testamento, virga, Hebræorum per mare duxit exercitum: In novo Testamento, virgo, regis aula cælestis, electa est ad salutem.

Quid autem? Etiam viduitatis adteximus præconiâ, cum in Evangelio, post virginis celeberrimum partum, Anna vidua subrogetur, quæ vixerat cum viro suo *Lucæ 2: annis septem à virginitate sua: & hæc vidua erat annorum octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, ieiunans & observationibus ferrens die ac nocte.* Meritò ab illis viduitas despicitur, quæ solet observare jejania, quibus se dolent isti aliquò tempore esse maceratos; & propriam ulciscuntur injuriam, quotidianis quoque convivii, usque luxuriz, laborem abstinentiæ propulsant desiderant. Qui nihil rectius faciunt, quam quod ipsi se suo ore condemnent. Sed & merent, ne in istis illud jejunium reputetur. Eligant, quod volunt. Si aliquando jejunaverint, gerant ergo boni facti sui poenitentiam: si nunquam, suam ergo ipsi intemperantiam, & luxuriam confiteantur. Et ideo dicunt, Paulum luxuriz magistrum fuisse. At quis erit sobrietatis magister, si fuit ille luxuriz, qui castigavit corpus suum, & in servitutum redegit, atque jejuniis multis se debitam Christo observantiam demulso memoravit, non, ut se suaque laudaret, sed, ut nos quid sequeremur, doceret? Ille ergo luxuriam docuit, qui ait; *Quid adhuc vobis viventes in mundo dixeruntis?* Ne tetigeritis, neque contrectaveritis, neque gustaveritis, quæ sunt omnia in corruptelam: qui ait, Non in indulgentia corporis, non in honore aliquo ad saturitatem & diligentiam carnis, non in desiderii erroris, sed in spiritu, quò renovamur, esse vivendum? Si parum est quod Apostolus dixit, audiant Prophetam dicentem: Et operui in jejunio animam meam. Ergo, qui non jejunat, intectus & nudus est, patet vulneri. Denique, si Adam se texisset in jejunio, non fuisset nudus effectus. Ninive se à morte jejunio liberavit. Et ipse Dominus ait: Non ejicient hoc genus, nisi per orationem & jejunium. Sed quid plura apud magistrum atque doctorem? Cùm jam

dignum pretium retulerint illi perfidie suæ, qui ideò huc venerunt, ne superesset locus, in quo non damnarentur, qui verè se Manichæos probaverunt, non credentes, quia ex Virgine utique venisse creditur. Quænam hæc est suppar novorum Judæorum amentia. Si venisse non creditur, nec carnem creditur suscepisse, ergo in phantasmate visus est, in phantasmate crucifixus est. Sed nobis in veritate crucifixus est. In veritate Redemptor est noster. Manichæus est, qui abnegat veritatem, qui carnem Christi negat, & ideò non est illis remissio peccatorum, sed impietas Manichæorum, quam & clementissimus execratus est Imperator, & omnes, qui illos viderunt, quasi quædam contagia refugerunt: sicut testes sunt fratres & compresbyteri nostri, Crescens, Leopardus, & Alexander, sanctò ferven-

Error Manichæi.

tes Spiritu; qui eos omnium execratione damnatos, Mediolanensi ex urbe profugos, reliquerunt. Itaque Jovinianum, Germinatorem, Felicem, Plocinum, Genialem, Martialem, Januarium, & Ingeniosum, quos Sanctitas tua damnavit, scias apud nos quoque secundum iudicium tuum esse damnatos. Incolumem te & florentissimum Deus noster tueatur omnipotens, Domine dilectissime frater. Item subscriptio: Ego Eventus Episcopus saluto Sanctitatem tuam in Domino, & huic epistolæ subscripsi: Maximus Episcopus, Felix Episcopus, Bassianus Episcopus, Theodolus Episcopus, ex iussu Domini Episcopi Geminiani ipsò presente, Aprus Presbyter, Eurastius Episcopus, Constantinus Episcopus, Eustasius Episcopus, cò omnes ordine subscripserunt.

Subscriptio.

CONCILIUM

CARTHAGINENSE II.

Concilium
Carth. II.
AN. D 386.

Habituus Aera. 428. circa tempora SIRITII Papa. Provinciale, sed confirmatum in 6. synodo generali, in Trullo celebrata.

Additio F. 5.

DE canonibus Carthaginensibus per Leonem IV. probatis vide apud Gratian. d. 20. can. de libellis, cum sua notatione.

Cap. Primum.

Ut Trinitas & credatur, & prædicetur.

Cap. 2. Vt castitas à Sacerdotibus custodiatur.

De castitate Sacerdotum & Episcoporum. Ira placuit, & condecet, Sacrosanctos Antistites, & Dei Sacerdotes, necnon & Levitas, vel qui Sacramentis divinis inserviunt, continentes esse in omnibus, quò possint simpliciter, quod à Deo postu-

lant, impetrare; ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa servavit antiquitas, non quoque custodiamus. Ab universis Episcopis dictum est: Omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, & qui Sacramenta contrectant, pudicitie custodes, etiam ab uxoribus se abtineant d. 84. Cum in præterito, & d. 31. Episcopus.

Cap. 3. Vt chrisma à Presbyteris non fiat.

Ut chrisma, & consecratio puellatum, & reconciliatio pœnitentium, à Presbyteris non fiant. D. 26. q. 6. Si inbet sanctitas.

Cap. 4.

Cap. 4. Vt Presbyter in usus ab Episcopo suo, penitentem reconciliet.

Placuit universis Episcopis, ut Presbyter periclitantem, de præcepto Episcopi absentis reconciliet. D. 26. q. 6. *Aurelius Episcopus.*

Cap. 5. De diocesisibus.

Placuit, ut dioceses, quæ nunquam Episcopus acceperunt, non habeant: & illa diocesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium Episcopum. D. 16. qu. 1. *Felix.*

Cap. 6. De his, qui non debent clericos accusare.

Placuit, ut qui aliquibus sceleribus irsectus est, vocem adversus majores natu non habeat accusandi.

Cap. 7. Vt nemo excommunicatum alterius suscipiat.

Placuit, ut qui meritò facinorum suorum ab Ecclesia pulsi sunt, si ab aliquo Episcopo, vel Presbytero, vel clerico fuerint in communione suscepti, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius. D. 11. q. 3. *Qui meritò.*

Cap. 8. Vt si presbyter excommunicatus sacrificaverit, anathematizetur.

Placuit, ut si Presbyter excommunicatus, aut correctus à suo Episcopo, sacrificare præsumperit, anathematizetur.

Cap. 9. Ne Presbyter inconsultò Episcopò celebret.

Quisquis Presbyter, præsentem & inconsultò Episcopò, agenda in quolibet

loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit.

Cap. 10. Quos debeant iudicare Sacerdotem.

Placet, ut causa criminalis Episcopi, à duodecim Episcopis audiatur; causa Presbyteri, à sex; causa verò Diaconi, à tribus cum proprio Episcopo. D. 15. q. 7. c. *Felix*, & 3. qu. 9. *Suggero secundum statuta.*

Cap. 11. Vt nullus parochiam alienam præsumat invadere.

Placuit, secundum divinæ legis, & sancti Evangelii auctoritatem, ut nemo nostrum alienos limites transgrediatur.

Cap. 12. Vt nullus ordinetur Episcopus, sine consensu Metropolitanis.

Placet omnibus, ut inconsultò Primatè cujuslibet provincie, nemo præsumat, licet cum multis Episcopis, in quocumque loco, sine ejus præcepto, Episcopum ordinare. Si autem necessitas fuerit, tres Episcopi, in quocumque loco sint, cum Primatis præcepto, ordinare debeant Episcopum.

Cap. 13. Vt nemo contra subscriptionem veniat.

Genedius Episcopus præses Conciliè dixit: Omnia ergo, quæ à vestro cætu statuta sunt, placet ab omnibus custodiri. Et qui contra suam professionem, vel subscriptionem venerit, ipse se ab hoc cætu separabit. Et subscripserunt omnes.

Explicit Concilium Carthagenens. II.

CONCILIUM

CARTHAGINENSE III

Concilium
Carth. III.
Ab. D. 397.

Circa tempora S I R I T I I Papæ, Provinciale, confirmatum in 6. Synodo generali, in Trullo celebrata.

Cap. 1. *Ut Episcopi provinciales, de pascha consulant Primatem suum.*

PLacuit ergo in principio, propter errorem (qui sæpè solet oboriri) ut omnes Africanæ provincie Episcopi, observationem Paschalem ab Ecclesia Carthaginiensi cunctis acciperent.

Cap. 2. *Ut per singulos annos. Concilium fiat.*

Nota.

Similiter placuit, ut propter causas Ecclesiasticas, quæ ad perniciem plebis sæpè veterascunt, singulis quibusque annis Concilium convocetur. Ad quod omnes provincie, quæ primas sedes habent, de Conciliis suis ternos Legatos mittant; ut & minus invidiosi, minusque hospitibus sumptuosi conventus plena possit esse authoritas. De Tripoli autem, propter inopiam Episcoporum, unus Episcopus ventur.

Quales venturi sunt Episcopi ad Concilium.

Cap. 3. *Ut Episcopus canonicus agnoscat.*

D. 90. *Placuit.*

Item, placuit, ut ordinandis Episcopis vel clericis, prius ab Ordinatoribus suis, decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur: ne se aliquid contra statuta Concilii fecisse putent.

Cap. 4. *Ut diaconi ante 25. annos non consecrantur.*

D. 99. *Placuit.*
D. 100. *Placuit.*

Item placuit, ut ante 25. annos ætatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrantur; & ut lectores populum non salutent.

Cap. 5. *Ut sacramentum catechumenis non prebestur.*

Item placuit, ut per solemnissimos Paschales dies sacramentum catechumenis non detur, nisi solum sal: quis si fideliter illos dies sacramenta non mutata, nec catechumenis oportet mutari.

Admissio F. 8.

Per sacramentum non hic intelligitur sacra Eucharistia, de qua expresso nomine agitur can. seq. sed quicquid mysticum est, ac sacrum signum, ut erant Eulogia seu panis benedictus, qui ab Episcopis vel etiam à Presbyteris benedicti olim solebat, ac in signum communionis Catholicæ, fidelibus qui Eucharistiam non recipiebant, diebus dominicis distribui, ut saltem hæc: communionis signum conferentur esse fideles. Hinc can. 25. Con. Laodic. ita statutum legitur: Sanctas oblationes ad vices Eulogiarum, per festivitatem Paschalem ad alias parochias mixti minime oportet; quia scilicet omnes fideles tunc debebant sacram Eucharistiam percipere. Videri potest Baronius tom. 3. ad an. 313. Salis autem sacramentum, quod catechumeni in exordio sui Catechismi ad salutem conditi erant, eis in can. præsentis accipere permittitur.

Cap. 6. *Ne liceat mortuis baptismum, nec Eucharistiam dari.*

Item placuit, ut corporibus defunctorum Eucharistia non detur. Dicitum est enim à Domino, *Accipite, & edite*: cadavera autem nec accipere possunt, nec

defuncti non d. Eucharistiam nec accipere possunt.

edere. Cavendum est etiam, ne mortuos baptizari posse, fratrum infirmitas credat, quibus nec Eucharistiam dari licitum est.

Cap. 7.

Episcopus accusatus, quò loco, & quò tempore sit examinandus.

Cap. 8.

Qui sunt, qui debent audire accusationes Diaconorum 15. q. 7. *Si autem presbyteri vel diaconi.*

Cap. 9.

Ut clerici publica iudicia non appellent. D. 11. q. 1. *Placuit.*

Cap. 10.

Quomòdò provocandum clericis ab inferioribus iudiciis ad superiores. 2. q. 6. *Placuit.*

Cap. 11. *Ut filii clericorum ad spectacula non accedant.*

Ut filii Sacerdotum, vel clericorum, spectacula secularia non exhibeant; sed nec spectent: quandoquidem à spectaculo, & omnes laici prohibeantur. Semper enim Christianis omnibus hoc interdictum est, ut ubi blasphemii sunt, non accedant.

Cap. 12. *Ut clericorum matrimonii infideles non faciantur.*

Item placuit, ut filii vel filiae Episcoporum, vel quorumlibet clericorum, generibus, vel hæreticis, aut schismaticis matrimonii non jungantur.

Cap. 13. *Ut clerici de rebus suis nihil infidelibus conferant.*

Ut Episcopi, vel clerici in eos qui Catholici Christiani non sunt, etiam si sanguinei fuerint, nec per donationes, nec per testamentum, rerum suarum aliquid conferant.

Cap. 14. *Ut clerici filios suos à sua potestate exire non sinant.*

Ut Episcopi vel clerici, filios suos à sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint & ætate securi, ut possint ad eos jam propria pertinet peccata.

Cap. 15. *Ut clerici non sint negotiatores.*

Item placuit, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, vel clerici non sint conductores, neque procuratores, neque ullo turpi, vel inhonesto negotio victum quantant: quia respicere debent scriptum esse, *Nemo 2. Tim. 2. militans Deo, implicat se negotiis secularibus.*

Cap. 16. *Ut clerici non sint usurarii.*

Ut nullus clericorum amplius recipiat, quam cuiquam accommodaverit. Si pecuniam accipiat, speciem eandem quantam dederit accipiat; & quicquid aliud, tantum quantum dederit accipiat.

Cap. 17. *Ut extranea familia tum clericis non cohabitent.*

Ut cum omnibus omnino clericis extraneæ familiae non cohabitent, sed solæ matres, avix, materteræ, amix, sorores, & filix fratrum, aut sororum; & quæcumque ex familia, domesticâ necessitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant; vel si filii eorum, jam ordinatis patentibus, uxores acceperint; aut servis non habentibus in domo, quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.

Cap. 18. *Ut clerici non ordinentur, nisi qui cum eis sunt, fideles existant.*

Ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, non ordinentur, priusquam omnes, qui sunt in domo eorum, Christianos Catholicos fecerint.

Cap. 19. *De clericis cum ad pubertatem veniunt.*

Placuit, ut lectores, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur, aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.

Cap. 20. *Ut plebes alienas alium Episcopum non usurpet.*

Placuit, ut à nullo Episcopo usurpentur plebes alienæ, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in diocesi suam collegam.

Cap. 21. *Vt nullus Episcopus alienum clericum ordinet.*

D. 75. Clericorum. Ut clericum alienum, nisi concedente ei Episcopo, nemo audeat, vel retinere, vel promovere in Ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomen, etiam Lectores, & Psalmista, & Ostiarii retineant.

Cap. 22. *De clericis non ordinandis, nisi probabiles fuerint.*

D. 24. Nul- lum. Ut nullus ordinetur clericus, non probatus vel Episcoporum examine, vel populi testimonio.

Cap. 23. *De precibus & orationibus.*

In altari semper ad Patrem dirigatur oratio. Ut nemo in precibus vel patrem pro filio, vel filium pro Patre nominet. Et cum ad altare adstiterit, semper ad Patrem dirigatur oratio. Et quicumque sibi preces aliquis describit, non eis utatur, nisi prius eas cum instructoribus fratribus contulerit.

Cap. 24. *Quid in sacrificio offeratur.*

De consecr. d. 2. In sacramento. Quid in Sacramento altaris offeratur. Ut in Sacramentis Corporis & Sanguinis Domini, nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis & vinum aqua mixtum. Nec amplius in sacrificiis offeratur, quam de uvis & frumentis.

Cap. 25. *Ne clerici soli accessum habeant ad viduas, vel virgines.*

D. 81. Clerici. Ut clerici, vel continentes ad viduas vel virgines, nisi iussu vel permisso Episcoporum, & Presbyterorum non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum clericis, vel cum quibus Episcopus iusserit, vel Presbyter. Nec Episcopi aut Presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi feminas, nisi aut clerici praeferentes sint, aut graves aliqui Christiani.

Cap. 26. *Quomodo Episcopus primae sedis debeat appellari.*

D. 99. Primae sedis. Ut primae sedis Episcopus non appellatur Princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primae sedis Episcopus.

Aditio F. S.

Istud caput 26. nihil impedit quod minus Pontifex Romanus appellatur Prin-

ceps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut aliquid huiusmodi: non solum quia Patres Carthagenenses non poterant ponere legem Romano Pontifici, sed etiam quia tantum loquuntur de Episcopo primae sedis in Africa, non autem de Episcopo primae sedis absolute, qualis est Papa Romanus. Confer quae diximus l. 4. de Rom. Pontif. q. 1. art. 5.

Cap. 27. *Vt clerici tabernaculis non ingrediantur.*

Ut clerici, edendi vel bibendi causa, tabernaculis non ingrediantur, nisi necessitate compulsi.

Cap. 28. *Quod Episcopus sine licentia non debet peregrinari.*

Item placuit, ut Episcopi trans mare non proficiscantur nisi consulto primae sedis Episcopo, sive cujuscumque provinciae Primare, ut ab Episcopo praecipue possint sumere formatam, vel commendationem.

Cap. 29. *Vt Missa à ieiunio celebretur.*

Ut sacramenta altaris non nisi à jejunio hominibus celebrentur, excepto uno die anniversario, quò coena Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, sive Episcoporum, sive ceterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi, qui faciunt, jam pransi inventiantur.

Cap. 30. *Vt nullus in Ecclesia convivatur.*

Ut nulli Episcopi, vel clerici in Ecclesia convivent, nisi forte transeuntes, hospitiorum necessitate illuc resciantur. Populi etiam ab huiusmodi conviviiis, quantum fieri potest, prohibeantur.

Cap. 31. *De poenitentia, quomodo dando sit poenitentibus.*

Ut poenitentibus, secundum peccatorum differentiam, Episcopi arbitrio poenitentiae tempora decernantur.

Cap. 32. *De modo reconciliandi poenitentes.*

Ut Presbyter, inconsulto Episcopo, non reconcilietur.

reconciliet poenitentem , nisi absente Episcopo, & necessitate cogente. Cujuscumque poenitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod universam Ecclesiam commoverit; ante apsidam (id est, atrium Ecclesie) manus ei imponatur.

Cap. 33. De custodia sacrarum virginum.

Ut virgines factae, si patentibus, à quibus custodiebantur, privatae fuerint, Episcopi providentiâ vel Presbyteri (ubi Episcopus absens est) in monasterio virginum, vel gravioribus foeminis commendentur: ut simul habitantes, invicem se custodiant, ne passim vagantes, Ecclesiae laedant opinionem.

Cap. 34. De baptizandis aegrotis.

Ut aegrotantes, si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui dixerint, baptizentur. Similiter & de poenitentibus agendum est.

Cap. 35. Ne histrionibus conversis poenitentia negetur.

Ut scenicus atque histrionibus, ceterisque hujusmodi personis, vel apostaticis, conversis vel reversis ad Dominum, gratia vel reconciliatio non negetur.

Cap. 36. Vt Presbyter chrisma non conficiat.

Ut Presbyter, inconsultò Episcopo, virgines non consecret: Chrisma verò nunquam conficiat.

Cap. 37. Ne clerici in aliena civitate immorentur.

Ut clerici in aliena civitate non immorentur, nisi causas eorum justas Episcopi loci, vel Presbyteri locorum perviderint.

Cap. 38. Vt non liceat fieri translationes Episcoporum.

Placuit, quod etiam in Capuensi plenaria synodo videtur statutum, quòd non liceat fieri rebaptizationes, & recordationes, vel translationes Episcoporum. De consecrat. d. 4. Non licet fieri.

Cap. 39. Vt non presumant duo Episcopi ordinare Pontificem.

Ut non minus quam tres Episcopi, qui

fuerint Metropolitanò directi, sufficiant ad Episcopum ordinandum.

Cap. 40. De electione Episcopi, si contradictores habeat.

Dum Episcopus eligitur, si contradictores habeat, quinque Sacerdotes conveniant. D. 33. Illud statendum est.

Cap. 41. De Episcopis convenientibus ad Concilium.

Ut per singulos annos convenientes Episcopi ad Concilium, etiam de Paschali solemnitate à Primare suo informentur.

Cap. 42.

Ut non accipiat alienum Episcopum plebs, quae in diocesi semper subjacuit. 16. q. 1. Multis Conciliis.

Cap. 43.

Ut qui plebe sua contemptà ad Concilium venire detestantur, & plebem, & honorem amittant.

Cap. 44.

Ut clericum alienum nullus sibi praecripiat Episcopus praeter ejus arbitrium, cuius fuerit clericus.

Cap. 45.

Ut Episcopus, qui plures habet clericos, ei, qui eger, ad ordinandum postulatus, largiatur.

Cap. 46.

Ut Episcopus in diocesi factus, solùm etiam plebem teneat, quâ exiit ordinatus.

Cap. 47. Vt praeter Scripturas canonicas nihil in Ecclesia legatur.

Scriptura canonica.

Item placuit, ut praeter Scripturas canonicas nihil in Ecclesia legatur sub nomine divinarum Scripturarum. Sunt autem canonicae Scripturae, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jesu Nave, Judicum, Ruth, Regum libri 4. Paralipomenon libri 2. Job unus. Psalterium Davidicum, Salomonis libri quinque, libri duodecim Prophetarum, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniël, Tobias, Judith, Esther, Esdrae libri duo, Machabrorum libri duo: Novi autem Testamenti, viginti septem; Evangelio-

rum

rum libri quatuor, Actuum Apostolorum liber unus, Pauli epistolæ tredecim, ejudem ad Hebræos una, Petri Apostoli duæ, Joannis Apostoli tres, Judæ Apostoli una, & Jacobi una, Apocalypsi Joannis liber unus, qui sunt viginti septem.

Additio.

Hoc etiam fratri, & Consecratori nostro Bonifacio, vel aliis eorum partium Episcopis, pro confirmando isto canone innoteat: quia à Patribus ista accepimus in Ecclesia legenda. Liceat etiam legi passiones martyrum, cum anniversariis dies eorum celebrantur.

Cap. 48.

De baptizatis à Donatistis.

Cap. 49. De his qui post in Ecclesiastico gradu, aliquod acquirunt.

Placuit, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Episcopatus, vel clericatus sui, agros vel quæcumque prædia nomine suo comparant; tanquam rerum divinarum invasionis crimine teneantur obnoxii, nisi admoniti, Ecclesie eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis propriè aliquid, liberalitate alicujus, vel successione cognationis venerit, faciant inde, quod eorum proposito congruit. Quod si à suo proposito retrorsum exorbitaverint, honore Ecclesiastico indigni, tanquam reprobi judicentur.

Cap. 50. Et gesta Concilii confirmantur.

Aurelius Episcopus dixit. Quoniam igitur univerfa arbitror fuisse tractata, si omnia cum animo vestro convenerunt, sermone vestro cuncta roborate. Univerfi Episcopi dixerunt: Omnibus hæc placuerunt, & hæc nostra subscriptione firmamus. Et subscriperunt: Aurelius Episcopus Ecclesie Carthagenensis huic decreto consensit, & relecto subscripsit; Epigonius Episcopus Bullen. Regien. subscripsit; Augustinus Episcopus plebis Hipponæ subscripsit. Similiter & omnes Episcopi, quadraginta quatuor numero subscriperunt.

Concilii tertii Carthagenensis scriptura.

Hæc tria decreta, pertinent ad Concilium Carthagenense tertium.

Cap. 1.

Presbyter, si fornicationem fecerit, &c. Vide in decretis. D. 82. *Presbyter si fornicat.*

Cap. 2.

Non est aliquid exigendum ab his qui infantes suos ad baptizandum adducunt. Fufius apud Gratianum. l. q. 1. *Placuit ut unusquisque.*

Cap. 3. De clericis fornicatoribus.

Si quis clericus, aut monachus verba scurrilia, jocularia, risumque moventia loquitur, acerrimè corripatur.

Concilium
Carth IV.
Tempore
Anastasi
Pape,
An. D. 398.

CONCILIUM CARTHAGINENSE IV.

Cui adfuerunt Episcopi 214. Aera. 436. Dicitur à Gratiano quod interfectus Zozimus Papa per Vicarios suos, quod tamen intelligendum est, de Concilio Carthagen. 6. non de 4.

Cap. 1. Qualiter debeant Episcopi ordinari.

D. 23. *de Episcopis.*



Qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper

luis negotiis cavens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in Scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus exercitatus, & ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est, Patrem, & Filium, Quoniam

lium, & Spiritum sanctum, &c. Quaten-
dum etiam ab eo, si novi & veteris Testa-
menti, id est, Legis, & Prophetarum, &
Apostolorum, unum eundemque credat
Auctorem, & Deum. Si diabolus non per
conditionem, sed per arbitrium factus sit
malus.

*Cap. 2. Qualiter consecratur Epi-
scopi.*

Episcopus cum ordinatur, quod Epi-
scopi ponant, & teneant Evangelium co-
dicem super caput & cervicem ejus, &
uno super eum fundente benedictionem,
reliqui omnes Episcopi qui adsunt, mani-
bus suis caput tangant.

Additio F. S.

Pro isto can. 2. Vide nostrum Com-
ment. ad Supplem. q. 40. art. 5. editionis
tertice.

*Cap. 3. Qualiter presbyteri ordina-
tur.*

Presbyter cum ordinatur, Episcopo
eum benedicente, manum super caput
ejus tenente, etiam omnes Presbyteri
qui presentes sunt, manus suas juxta ma-
num Episcopi super caput illius teneant.

Additio F. S.

Cum his capitulis 3. 4. 5. Confer Con-
cil. Florentin. in compendio fidei, tract.
de Ordine, & Conc. Trident. sess. 23.
can. 4. itemque ea quæ nos diximus in
Supplem. quæst. 37. art. 2. quæstis 3.
& 4.

*Cap. 4. Quomodo Diaconi consti-
tuantur.*

Diaconus, cum ordinatur, solus Epi-
scopus, qui eum benedicit, manum super
caput illius ponat; quia non ad sacerdoti-
um, sed ad ministerium consecratur.

*Cap. 5. Quomodo Subdiaconi ordina-
tur.*

Subdiaconus, cum ordinatur, quia ma-
nus impositionem non accipit, patenam
de Episcopi manu accipiat vacuum, &
calicem vacuum. De manu verò Archi-
diaconi urceolum cum aqua, & mantile,
& manutergium.

*Cap. 6. Qualiter Acolythi ordina-
tur.*

Acolythus cum ordinatur, ab Episcopo
quidem doceatur qualiter in officio suo
agere debeat: Sed ab Archidiacono ac-
cipiat ceriferarium cum cereo, ut sciat se
ad accendenda Ecclesie luminaria manci-
pari. Accipiat & urceolum vacuum; ad sug-
gerendum vinum in Eucharistiam sangui-
nis Christi.

*Cap. 7. Qualiter Exorcista consti-
tuatur.*

Exorcista, cum ordinatur, accipiat de
manu Episcopi libellum, in quo scriptum
sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo:
Accipe, & commenda memorie, & habeto
potestatem imponendi manus super ene-
gumenum, sive baptizatum, sive catechu-
menum.

Cap. 8. Qualiter Lectores fiant.

Lector cum ordinatur, faciat de illo
verbum Episcopus ad plebem, indicans
ejus fidem, ac vitam, atque ingenium.
Post hæc, spectante plebe, tradat ei co-
dicem de quo lecturus est, dicens ad
eum: Accipe, & esto Lector verbi Dei,
habiturus (si fideliter & utiliter impleve-
ris officium) partem cum eis, qui verbum
Dei ministraverunt.

*Cap. 9. Qualiter Offitarii ordina-
tur.*

Offitarius, cum ordinatur, postquam
ab Archidiacono instructus fuerit qualiter
in domo Dei debeat conversari; ad sug-
gestionem Archidiaconi, tradat ei Epi-
scopus claves Ecclesie de altario, dicens:
Sic age, quasi redditurus Deo rationem
pro his rebus, quæ his clavibus recludun-
tur.

Cap. 10. Qualiter Psalmista.

Psalmista, id est, Cantor potest absque
scientia Episcopi, sola jussione Pres-
byteri, officium suscipere cantandi, di-
cente sibi Presbytero: Vide, ut quod ore
cantas, corde credas; & quod corde cre-
dis, operibus comprobes.

Ibid. *Sancti-
monialis.*

Cap. 11. *Qualiter virgines sanctimo-
niales.*

Sanctimonialis virgo, cum ad consecrationem sui, Episcopo offertur; in talibus vestibus applicetur, qualibus semper usura est, professioni & sanctimoniz aptis.

Cap. 12. *Qualiter vidua ad baptisterium ordinentur.*

Vidua, vel sanctimoniales, quae ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur, tam instructae sint ad officium, ut possint apte & sano sermone docere imperitas & rusticas mulieres, tempore quo baptizandae sunt, qualiter baptizatori interrogatae respondeant, & qualiter accepto baptismate vivant.

Cap. 13. *Qualiter sponsi, & sponsa benedicantur.*

D. 23. & 30. Sponsus, & sponsa, cum benedicendi
95. *Sponsus,* sunt a sacerdote, a parentibus suis vel paranympis offerantur. Qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte, pro reverentia ipsius benedictionis, in virginitate permanent.

Cap. 14. *De cellula Sacerdotis.*

D. 41. *Epi-* Ut Episcopus non longe ab Ecclesia
scopus vilem. hospitium habeat.

Cap. 15. *De visito, & habito Episcopi.*

De familia & mensa Episcopi. Ut Episcopus vilem suppellectilem; & mensam, ac visum pauperem habeat, & dignitatis suae auctoritatem fide & vitae meritis quærat.

Cap. 16. *Ut Episcopus libros gentilium non legat.*

D. 37. *Epi-* Ut Episcopus gentilium libros non le-
scopus geni- gat; hæreticorum autem, pro necessitate
linum. & tempore.

Cap. 17. *Ut Episcopus indigentium curam per Presbyteros agat.*

D. 22. *Epi-* Ut Episcopus gubernationem vidua-
scopus. rum, & pupillorum, ac peregrinorum non per seipsum, sed per Archipresbyterum, aut Archidiaconum agat.

Cap. 18.

Ut Episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat. 14. 4. *scopus*

Cap. 19. *Ut Episcopus pro rebus secularibus non litiget.*

Ut Episcopus provocatus pro rebus transitoriis non litiget.

Cap. 20. *Ut Episcopus tantum divinis vacet.*

Ut Episcopus nullam rei familiaris curam ad se revocet; sed ut lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet. D. 24 *scopus* *lam n*

Cap. 21. *Ut Episcopus egrotans, pro se legatum ad synodum mittat.*

Ut Episcopus ad synodum ire non taret, si non, sine sacris gravi necessitate inhibeatur; sic tamen, ut in sua persona legatum mittat, suscipitur, salvâ fidei veritate, quicquid synodus statuerit. D. 18 *scopus* *manu*

Cap. 22. *Ne Episcopus clericos inquitat sine testimonio plebis.*

Ut Episcopus sine consilio clericorum suorum, clericos non ordinet; ita ut civium assensum, & convenientiam, & testimonium quærat. D. 24 *scopus*

Cap. 23. *Ut Episcopus causas audiat presentibus clericis.*

Ut Episcopus nullius causam audiat absque præsentia clericorum suorum, alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi clericorum præsentia confirmetur. 13. 9. *scopus* *luc ca*

Cap. 24. *Ut nemo discat, quando Episcopus verbum facit.*

Sacerdote verbum faciente in Ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur. De ex *D. 1.* *scopus*

Cap. 25. *De discordantibus Episcopis.*

Diffidentes Episcopi, si non timor Dei, synodus reconciliet. D. 29 *scopus*

Cap. 26. *Ut Episcopus dissidentes concordare compellat.*

Studendum est Episcopis, ut dissidentes fratres sive clericos, sive laicos, ad pacem magis, quam ad iudicium cohortentur. Ibid. *scopus*

Cap. 27.

21. 22
v. ab

Cap. 27. De Episcopo non transferendo.

Ut Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis clericus. Sanè si id utilitas Ecclesie sciendum poposcerit, decretò pro eo clericorum & laicorum Episcopis portetò, in presentia synodi transferatur; nihilominus aliò in loco ejus Episcopò subrogatò. Inferioris verò gradus Sacerdotes, vel alii clerici, concessione suorum Episcoporum, possunt ad alias Ecclesias transmigraare.

Cap. 28. De damnatione Episcoporum.

Irritam esse injustam Episcoporum damnationem, & idcirco à synodo retractandam.

Cap. 29. De Episcopo, qui alicui crimen obicitur.

Episcopus, si clerico vel laico crimen imposuerit, deducatur ad probationem in synodum.

Cap. 30. Quòd irrita sit sententia Episcopi in absentem.

Caveant Judices Ecclesie, ne (absente eò cujus causa ventilatur) sententiam profertant; quia irrita erit: imò, & cautela in synodo pro factò dabunt.

Cap. 31. Quòd res Ecclesie ab Episcopo habeantur.

Ut Episcopus rebus Ecclesie, tanquam commendatis, non tanquam propriis utatur.

Cap. 32. De irritis distractionibus Episcoporum.

Irrita erit donatio Episcoporum, vel venditio, vel commutatio rei Ecclesiasticæ, absque conventia, & subscriptione clericorum.

Cap. 33. De receptione Episcoporum.

Episcopi, vel Presbyteri, si causa visenda Ecclesie alterius Episcopi, ad Ecclesiam venerint, in gradu suo suscipiantur; & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam invitentur.

Cap. 34. De primatu confessus Presbyterorum cum Episcopo.

Ut Episcopus in quolibet loco sedens, D. 95. Episcopus, stare Presbyterum non patiatur.

Aditio F. S.

Iste canon 34. consuetudini Romanæ Ecclesie est conformis, de qua B. Hieronymus epist. 86. ad Evagrium scribit, quòd in ea, Presbyteri sedent, & stant diaconi. Neque refert in synodo Romana sub Sylvestro cap. 1. legi, Presbyteros & Diaconos stesisse à tergo Episcoporum sedentium: quia hoc modestissimum fuit, pro ea vice, non verò pro lege vel consuetudine.

Cap. 35. De confessa Presbyterorum in Ecclesia.

Ut Episcopus in Ecclesia, in confessa D. 95. Episcopus Presbyterorum sublimior sedeat: intrà focus, domum verò, collegam se Presbyterorum esse cognoscat.

Cap. 36. Ut Presbyteri ab Episcopo christiana petant.

Presbyteri, qui per dioceses Ecclesias D. 95. Presbyteri, regunt, non à quibuslibet Episcopis, sed à suis, nec per juniorem clericum, sed omni anno aut per se ipsos, aut per illum qui sacrarium tenet, a re Paschæ solemnitatem christiana petant.

Cap. 37. De obedientia Diaconorum.

Diaconus, ita se Presbyteri, ut Episcopi, ministrum esse cognoscat. D. 95. Diaconi,

Cap. 38.

Ut Diaconus presente Presbyterò, Eucharistiam Corporis Christi populo (si necessitas cogat) jussum erogat. Ibid. Presbyteri.

Cap. 39. Quando debeat Diaconus sedere.

Diaconus quòlibet locò, jubente Presbyterò, sedeat. Ibid. Diaconus.

Cap. 40.

Ut Diaconus, in conventu Presbyterorum in interrogatus, loquatur. Ibid. Diaconus sedens.

Cap. 41. Quando Diaconus alba uti debeat.

Ut Diaconus, tempore oblationis tantum vel unctionis, alba induatur.

Cap. 42. De clericis, qui pro fide tentati sunt.

Clericum, inter tentationes officio suo incubantem, gradibus sublimandum.

Cap. 43. De his, qui pro fide persecutiones passi sunt.

Christianum Catholicum, qui pro Catholica fide, & pro Ecclesiastica re, & Christiana religione tribulationes patitur, honore omni à Sacerdotibus honorandum. Etiam & per Diaconum ei victus administratur.

Cap. 44. De tonsura clericorum.

D. 42. Clericus nec comam nutriat, nec barbam.

Cap. 45. De habitu clericorum.

Clericus, professionem suam, & in habitu & in incessu probet: & ideo nec vestibus, nec calceamentis decorem quaerat.

Cap. 46. De continentia clericorum.

Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

Cap. 47. De incessu clericorum.

Clericus, per plateas & andronas, nisi certè & maximè officii sui necessitate, non ambulet.

Cap. 48. Ne clericis ad nundinas vadant.

D. 92. Clericus, qui cum pro emendo aliquid, in nundinis vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur.

Cap. 49. De vigiliis clericorum.

Clericus, qui absque corpusculi sui inaequalitate vigiliis deest, stipendiis privatus, excommunicatur.

Cap. 50. De clericis ab officio continentibus.

Continentibus. Clericum, inter tentationes ab officio suo declinantem, vel negligentius agentem, ab officio suo removendum.

Cap. 51. Ut clericis artificis victum quaerant.

Nota. Clericum, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificis victum quaerat.

Additio F. S.

Conditus fuit hic canon cum aliquot seculis contra Massalianos hæreticos, qui

volebant non licere religiosè operari, & pro victu laborare, ut patet ex Epiphaniò hæt. 80. & ex August. lib. 2. Retract. cap. 21.

Cap. 52. De modo clericis debentem victum quaerere.

Clericus victum & vestimentis suis artificiosè vel agriculturè, absque officii sui dumtaxat detrimento, præparet.

Cap. 53. Ut legantur clerici, qui orare possunt.

Omnes clerici, qui ad operandum validi sunt, & artificiosa, & litteras discunt.

Cap. 54. De clericis in vitiis.

Clericus, invidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoveatur.

Cap. 55. De clericis accusatoribus.

Ut Episcopus accusatores fratrum excommunicet: & si emendaverit vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clarum.

Cap. 56. De clericis adulatoribus.

Clericus, qui adulationi & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur.

Cap. 57. De clericis maledicis.

Clericus maledicus, maximè in Sacerdotibus, cogatur ad postulandum veniam. Si noluerit, degradetur, nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur.

Cap. 58. De clericis frequenter litigantibus.

Clerici (qui frequenter litigant, & ad causandum faciles est) testimonium nemo absque grandi examine recipiat.

Cap. 59. De clericis discordantibus.

Discordantes clericos Episcopus, vel rationè vel potestate ad concordiam trahat; inobedientes, synodus per audientiam damnet.

Cap. 60. De clericis turpilicis.

Clericum scurrilem, & verbis turpibus joelutotem, ab officio retrahendum.

Cap. 61. De clericis iuramentis.

Clericum, per creaturas iurantem, acerrimè objurgandum: si persistit in vitio, excommunicandum.

Cap. 62.

Cap. 62. De clericis inter epulas cantantibus.

17. 20. Clericum inter epulas cantantem, suprad. & sententia severitate coercendum.

Cap. 63. De clericis ieiunia pollutantibus.

Clericum, qui tempore indicti jejunii, absque inevitabili necessitate, jejunium rumpit, minorem habendum.

Cap. 64. De his, qui dominico die ieiunant.

17. 20. Qui dominico die studiosè jejunit, non credatur Catholicus.

Cap. 65. De Pascha fortitè celebrando.

Pasche solemnitas uno die, & tempore celebranda.

Cap. 66. Quando clericus recurrere debet ad synodum.

Clericus, qui Episcopi circa se distributionem injustam purat, recurrat ad synodum.

Cap. 76. De seditiosis, ut clerici fiant.

17. 20. Seditiosos, nunquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios, nec iniustarum suarum ultores.

Cap. 68. Ut ex poenitentibus ordinatus clericus, deponatur.

Ex poenitentibus (quamvis sit bonus) clericus non ordinetur. Si per ignorantiam Episcopi factum fuerit, deponatur à clero: quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse poenitentem. Si autem sciens Episcopus ordinaverit talem, etiam ipse Episcopus sui ordinandi duntaxat potestate priveatur.

Cap. 63. Ut Episcopus, vidua maritum ad clerum promovens deponatur.

Simili sententiæ subjacebit Episcopus, si sciens ordinaverit clericum eum, qui viduam, aut repudiatam uxorem habuit, aut serundam.

Cap. 70. Ut clericus hereticorum convivio fugiat.

17. 20. Clericus, hereticorum, aut schismaticorum tam convivium quam sodalitates evitet aequaliter.

Cap. 71. De hereticorum coetu.

Quod hereticorum coetus, non Ecclesia, sed conciliabulum sit.

Cap. 72. Quod nihil fiat cum hereticis. Cum hereticis nec orandum, nec psallendum.

Cap. 73. De communicantibus excommunicatis.

Qui communicaverit vel oraverit cum excommunicato, sive clericus sive laicus, excommunicetur.

Cap. 74. De poenitentium lege.

Ut Sacerdos poenitentiam imploranti, absque personæ acceptione, poenitentiae leges injungat.

Cap. 75. De negligentioribus poenitentibus.

Ut negligentiores poenitentes tardius reconcilientur.

Cap. 76. De poenitentium poenitentiam, si postea obmutescunt.

Is, qui poenitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, deæ testimonium, qui eum audierunt, & accipiat poenitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia. Si supervixerit, admoneatur à supradictis testibus; petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutus poenitentiae legibus, quamdiu Sacerdos, qui poenitentiam dederit, probaverit.

Cap. 77. De poenitentibus infirmis.

Poenitentes, qui in infirmitate sunt, viaticum accipiant.

Cap. 78. De eisdem, si post viaticum supervivant.

Poenitentes, qui in infirmitate viaticum Eucharistiae acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint.

Aditio P. S.

Sermo est de poenitentibus illis qui publi-

publicam agebant poenitentiam, qui licet in casu infirmitatis admitterentur ad sacram Eucharistiam, ideoque sacramentaliter absolventur; si tamen superviverent, debebant redire ad ordinem poenitentium, ut cum illis per manus impositionem absolventur, sicque reconciliarentur. Quod nisi facerent, non debebant existimare se esse absolutos à pœna temporali, quæ fuerat eis præscripta.

Cap. 79. *De poenitentibus, si casu aliquo moriantur.*

26. q. 7. *Sed cordis.* Poenitentes, qui attentè leges poenitentiae exequuntur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint, ubi eis subveniri non possit, memoria eorum & orationibus, & oblationibus commendetur.

Cap. 80. *De manus impositione super poenitentes.*

Ibidem. Omni tempore jejunii manus poenitentibus à Sacerdotibus imponantur.

Cap. 81. *Ut poenitentes mortuos sepeliant.*

Mortuos, poenitentes Ecclesie affertant, & sepeliant.

Cap. 82. *Ut poenitentes genua flectant.*

Poenitentes etiam diebus remissionis genua flectant.

Cap. 83. *De senibus honorandis.*

Pauperes, & senes Ecclesie, plus ceteris honorandi sunt.

Cap. 84. *Usque ad Missam catechumenorum nullus Ecclesiam ingredi prohibeatur.*

De consecr. d. 1. *Episcopus nullus.* Ut Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, sive gentilem, sive hæreticum, sive Judæum, usque ad Missam catechumenorum.

Additio F. S.

Missæ catechumenorum durabat usque ad finem Evangelii & concionis. Vide quæ diximus lib. 3. de Ecclesia quæst. 1. art. 3.

Cap. 85. *De baptizandis.*

De consecr. d. 4. *Baptizandi.* Baptizandi nomen suum debent, & diu

abstinentia vini & carni, ac manus impositione crebrâ examinari, baptismum percipiant.

Additio F. S.

Intelligenda hæc sunt de manus impositione, quæ cæremonia catechumenis adhiberi solita; de qua Augustinus lib. 2. de peccat. merit. c. 26. *Catechumenos secundum modum suum, per signum Christi & orationem, manus impositione puto sanctificari.*

Cap. 86. *Ut neper baptizati castè vivant.*

Neophyti, aliquamdiu à lautioribus Deo epulis, & spectaculis, vel conjugibus abstineant.

Cap. 87. *De Catholicis, qui apud infideles causam proponunt.*

Catholicus, qui causam suam sive justam, sive injustam, ad judicium alterius fidei Judicis provocat, excommunicetur.

Cap. 88. *De his, qui Missam prætermittant.*

Qui die solemnî, prætermisso solemnî Ecclesie conventu, ad spectacula vadit, excommunicetur.

Cap. 89. *De his, qui Judaicis superstitionibus serviunt.*

Auguriis, vel incantationibus servientem, à conventu Ecclesie separandum. Similiter & superstitionibus Judaicis, vel feris inhxrentem.

Cap. 90. *De energumens.*

Omni die, exorcistæ energumens manus imponant.

Cap. 91. *De cisternis.*

Pavimenta domorum Dei, energumens verrant.

Cap. 92. *De victu energumenorum.*

Energumens in domo Dei assidentibus, victus quotidianus per exorcistas opportunò tempore ministratur.

Cap. 93. *De oblationibus discordantium.*

Oblationes dissidentium fratrum, neque in sacratio, neque in gazophylacio recipiantur.

Cap. 94.

Cap. 94. De oblationibus opprimendum pauperes.

Eorum, qui pauperes opprimunt, dona à Sacerdotibus refutanda.

Cap. 95. De his, qui oblationes defunctorum defraudant.

Qui oblationes defunctorum aut negant Ecclesiis, aut cum difficultate reddunt; tanquam egentium necatores excommunicentur.

Cap. 96. De accusatore, & accusato.

Querendum in iudicio, cujus sit conversationis & fidei, is qui accusat, & is qui accusatur.

Cap. 97. De eo qui religiosis feminis praeferitur.

Qui religiosis feminis praeponendus est, ad Episcopo loci probeatur.

Cap. 98. Vt laicus, praesentibus clericis, non doceat.

Laicus, praesentibus clericis, nisi ipsis rogantibus, docere non audeat.

Cap. 99. Vt mulieres publice non doceant.

Mulier, quamvis docta & sancta, viros in conventu docere non praesumat.

Cap. 100. Vt mulieres non baptizent.

Mulier baptizare non praesumat.

Additio F. S.

Intellige extra casum necessitatis, vel etiam praesentibus clericis, ac aliis ritibus baptizandi petitis, iuxta ea quae diximus 3. p. q. 67. a. 6.

Cap. 101. De viduis infirmis.

Viduae adolescentes, quae corpore debiles sunt, sumptu Ecclesiae, cujus viduae sunt, sustententur.

Cap. 102. Ne clerici, viduarum familiaritati assentiantur.

Ad reatum Episcopi pertinet vel presbyteri, qui parochiae praestit, si sustentandae viduae, vel sanctimoniales, clericorum familiaritatibus subiciantur.

Cap. 103. De viduis, quae Ecclesiae stipendium sustentantur.

Viduae, quae stipendium Ecclesiae susten-

tantur, tam assidue in Dei opere esse debent, ut meritis & orationibus suis Ecclesiam adjuvent.

Cap. 104. De viduis professa continentiam, praerogantibus.

Sicut bonum est castitatis praemium, ita & majori observantia & praerogatione custodiendum est; ut si quae viduae, quantumlibet adhuc in minoribus annis positae, & maturae aetate à viro relictae, se devoverunt Domino, & veste laicali abjecta, sub testimonio Episcopi & Ecclesiae, religiosum habitu apparuerint, postea vero ad nuptias seculares transferantur; secundum 1. Tim. 5.

Apostolum, damnationem habebunt, quoniam fidem castitatis, quam Domino voverunt, irritam facere ausae sunt. Tales ergo personae sine Christianorum communiione maneat, quae etiam nec in convivio cum Christianis communicent. Nam si adulterae conjuges, reatu suo sunt viris suis obnoxiae, quanto magis viduae, quae religiositatem mutaverunt, crimine adulterii notabuntur, si devotionem quam Deo sponte, non coactae obtulerunt, libidinosae corruerint voluptate, atque ad secundas nuptias transitum fecerint? Quae etsi violentia irruente, ab aliquo praerogata fuerint, ac postea, delectatione carnis atque libidinis, permanere in conjugio, raptori vel violento viro consentiant, damnationi superius comprehensae tenebuntur obnoxiae. De talibus ait Apostolus: Cum luxuriata fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Aurelius Episcopus Carthaginensis. Subscripti Ecclesiae subscripti, Donatianus Talabrichensis primae sedis subscripti, Augustinus Hipponae Regem, subscripti. Similiter omnes Episcopi subscripserunt.

Finit Concilium Carthaginense. IV.

Fuit Provinciale, confirmatum tamen in 6. Synodo generali, in Trullo celebrata: ubi recepta sunt universa Concilia Carthaginense habita.

Vide Additionem ad Cone. Nicaenae.

Concilium
Taurinaten.
An. D. 395.

CONCILIUM
TAURINATENSE,

*Provinciale, celebratum tempore SIRITII Papa, & S. Ambrosii Episcopi
Mediolanen. Nihil habet annotatione dignum, totum consumitur in com-
positione causarum quarundam civilium, que inter Episcopos quos-
dam, & ceteros Presbyteros tractabantur.*

An. D. 395.
Anastasius
Pont. 40.
Sub hoc,
propter
scripta Ori-
genis, in
Alexandria
celebrata
est synodus.
Qualiter
sanctum
legitur
Evangelium
in Ecclesia.

Decreta Anastasii Papa.

ANASTASIUS Papa, natione
Romanus, sedit annos 4. men-
sem unum, dies 13. Papa 40.
sub Petro.

Sub Anastasio floruerunt apud Orientem
Gregorius Nazianzenus, & Basilius.

Exat epistola decretalis ejus ad Episcopos
Germanie & Burgundie, in qua constituit,
ut dum sancta Evangelia in Ecclesia recitan-
tur, Sacerdotes, & ceteri omnes presentes,
non sedentes, sed venerabiliter curvi in conspectu
Sancti Evan-

gelistantes, Dominica verba intente au-
diant, fideliter adorent.

Secundo, significat eisdem, ne Manichæos,
quos in urbe Roma invenit, recipiant,
neque cum eis aliquam participationem
habeant priusquam ad rectam convertantur
fidem: quorum ille aliquos Romæ convertit.
Quos autem ad fidem trahere non potuit,
secundum Christianorum Principum
constituta, ne sanctum gregem suum
contagione polluerent, per publicos
Judices perpetuo exilio relegavit.

Concilium
Carthag. V.
An. D. 398.

CONCILIUM
CARTHAGINENSE V.

*Celebratum Aera. 438. presentibus 73. Episcopis, circa tempora
ANASTASII Papa.*

Cap. 1.

DE clericis ad testimonium non
pulsandis 2. q. 6. Statutum est.

Cap. 2.

De clericis, pro crimine suo
damnatis, ut à quolibet non defensentur.
21. q. 5. Si cuiuslibet.

Cap. 3.

De Sacerdotibus & leviticis, ut ab uxori-
bus se continent. D. 84. Cum de quo-
rundam.

Aditio F. S.

In tomis Conci. atque etiam apud
Gratian. D. 84. can. Cum de quorundam,
legitur & legi debet, *Placuit, Episcopos,
& Presbyteros, & Diaconos secundum
priora, vel propria statuta, ab uxoribus con-
tinere:* & relatio est ad illa que ex Apo-
stolica traditione statuta fuerant Conc. 2.
Carthag. cap. 1. Ac proinde perpetuam
canon 13. sextæ Synod. * habet, *vici sue
tempore.*

Cap. 4.

Cap. 4.
 De rebus Ecclesie sine consilio Metropolitanis Episcopi non alienandis.

Cap. 5. *Ut nullus Episcopus, relicta cathedra, in diocesi resideat.*

Placuit, ut nemini sit facultas, relicta principali cathedra; ad aliquam Ecclesiam in diocesi constitutam se conferre; vel in re propria diuini quam oportet constitutum, curam vel frequentationem propriæ Cathedralis negligere.

Cap. 6. *De his qui nullò testimonio se baptizatos norerunt.*

infert. Placuit de infantibus, quoties non **Blasph.** veniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem idonei, de traditis sibi sacramentis respondere; absque ullo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privati. Hinc enim Legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales à Barbaris redimunt. Similiter & de Ecclesiis (quoties super earum consecratione hæsitatur) agendum est, id est, ut sine ulla trepidatione consecrentur.

Cap. 7.

De tempore Paschali, & Concilii.

Cap. 8.

1. C. De intercessoribus, ne cathedram morientis Episcopi diu retineant, sed infra annum Sacerdotem provideant.

Cap. 9. *De defensore Ecclesiarum.*

q. 3. Ab Ab Imperatoribus, universis visum est **veneri-** postulandum propter afflictionem pauperum (quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia) ut defensores eis ad versus potentias divitum, cum Episcoporum provisione delegerent.

Cap. 10.

Ut Episcopi ad diem Concilii occurrant. D. 18. *Placuit ut.*

Cap. 11.

Ut lapsis Sacerdotibus manus, sicut laicis non imponatur. D. 50. *Confirmandum est.*

Cap. 12.

De clericis excommunicatis, quamdiu eis asserere liceat innocentiam suam & II. q. 3. *Rursus constitutum est.*

Cap. 13.

De clericis, vel monachis ab alio Episcopo ordinatis. In decretis. D. 58. *Si quis de alterius.*

Cap. 14. *De basilicis, quæ sine martyrum reliquiis dedicate sunt.*

Item placuit, vel altaria, quæ passim **De confi** per agros, aut vias, tanquam memora **d. 1. Plac** Martyrum constituuntur, in quibus nul **altaria.** lum corpus aut reliquæ Martyrum condite probantur; ab Episcopis qui eisdem

locis præsent (si fieri poterit) evertantur. **Eremito** Si autem hoc propter tumultus populares **per agros** non sinitur; plebes tamen admonentur, **constitunt** ne illa loca frequentent, ut qui rectè sapiunt, nullà ibi superstitione devicti teneantur. Et omninò nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut

ubi origo alicujus habitationis, vel possessionis, vel passionis, fidelissimà origines traditur. Nam quæ per somnia, & per inanes quasi revelationes quorumlibet hominum ubique constituuntur altaria, omnimodò reprobanda sunt.

Cap. 15. *De idololatriis destruendis.*

Item placuit, ab Imperatoribus gloriosissimis peti, ut reliquæ non solum in simulachris, sed in quibuscumque locis, vel arboribus omnimodò deleantur.

Aurelius Episcopus Ecclesie Carthaginiensis, supra comprehensis in nostro Concilio statutis subscripsit. Similiter 72. Episcopi subscripserunt.

Finit Concilium Carthaginense.

CONCILIUM

TOLETANUM I.

Tempore ANASTASII Pape. 19. Episcoporum, PATRONO
Episcopo prasidense. Est Provinciale, sed confirmatum auctoritate
LEONIS Pape.

letanum
ncil. I.
D. 400.

Considentibus Presbyteris, astantibus Diaconis, & ceteris qui intererant. Concilio congregatio; Patronus Episcopus dixit: Quoniam singuli cogimus in Ecclesiis nostris facere diversa, & inde tanta scandala sunt, quæ usque ad schisma perveniunt; si placet, communi concilio decernamus, quid ab omnibus Episcopis in ordinandis clericis sit sequendum. Mihi autem placet, Constituta primò Nicæni Concilii perpetuò esse servanda, nec ab his esse recedendum. Universi Episcopi dixerunt: Hoc nobis placet, ita ut si quis, cognitis geñis Nicæni Concilii, aliud quam statutum est, facere præsumperit, & non in eo perseverandum putaverit, hic excommunicatus habeatur, nisi per correctionem fratrum emendaverit errorem.

Cap. 1.

De Presbyteris & Diaconis, si post ordinationem filios genuerint, ad altiorum gradum non ascendant.

Cap. 2. *Ut parvulus, si necessitas cogat, Lector aut ostiarius fiat.*

Item placuit, ut poenitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut usus exegerit; & tunc inter Ostiarios deputentur, vel inter Lectores, ita ut Evangelia, aut Epistolam non legant. Si qui autem ante ordinati sunt Diaconi, inter Subdiaconos habeantur, ita

ut manum non imponant, nec sacra contingant. Eum verò poenitentem dicimus, qui post baptismum aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus, gravissimisque peccatis publicam poenitentiam gerens, sub cilicio, divino fuerit reconciliatus altario.

Cap. 3. *De his qui viduas acceperint, ne Diaconi fiant.*

Item constituit sancta synodus, ut Lector fidelis, si viduam alterius, uxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper Lector habeatur, aut fortè Subdiaconus.

Cap. 4. *Ut Subdiaconus, si defunctæ uxore aliam duxerit, Ostiarius fiat.*

Subdiaconus autem, defunctæ uxore, si uxorem aliam duxerit, ab officio in quo ordinatus fuerat removeatur, & habeatur inter Ostiarios, vel Lectores, ita ut Evangelium & Epistolam non legat; propterea, ne qui Ecclesiæ servierit, publicis officii s servitè videatur. Qui verò tertiam (quod nec dicendum est) acceperit, absentis bñedictio, postea inter laicos, reconciliatus per poenitentiam, communicet.

Cap. 5. *De clericis tardis ad Ecclesiam venientibus.*

Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel quilibet Ecclesiæ deputatus clericus, si intra civitatem fuerit. vel in

loco

¶ Ioco in quo Ecclesia est, aut castella, aut vici sunt, aut villæ, si ad Ecclesiam, aut ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem, veniam ab Episcopo noluit promereri.

Cap. 6. Ne religiosa puella virorum familiaritatem habeat.

Itemque puella Dei, nec familiaritatem habeat cum Confessore, aut cum quolibet laico sanguinis alieni, aut convivium sola adeat, nisi ubi sit seniorum, aut honestorum, aut viduarum, honestarumque frequentia, ubi honestè Confessor quilibet, cum plurimorum testimonio restium, convivio interesse possit. Cum Lectoribus autem in ipsorum domibus non admittendas penitus, nec videndas, nisi fortè consanguinea soror sis vel uterina.

Cap. 7. De clerico cuius uxor peccaverit.

l. pa. 31a. in f.

Placuit, ut si quorumcumque clericorum uxores peccaverint (ne fortè licentiam peccandi plus habeant) accipiant mariti earum hanc potestatem (præter necem) custodiendi, ligandi in domo sua, ad jejunia salutaria, non mortifera eas cogentes: ita ut invicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si servitia fortè non habeant. Cum uxoribus autem ipsis quæ peccaverint, nec cibos sumant, nisi fortè ad timorem Dei, ad penitentiam, secretantur.

Cap. 8. De his qui post baptismum militaverint.

l. 27. in f.

Si quis post baptismum militaverit, & chlamydem sumpserit, aut cingulum ad necandos fideles, etiam si gravia non admiserit, si ad clerum admittus fuerit, Diaconi non accipiat dignitatem.

Cap. 9. De professo, vel viduis, absente sacerdote.

Nulla professa, vel vidua, absente Episcopo, vel Presbytero, in domo sua antiphonas cum Confessore vel servo suo faciat. Lucernarium verò nisi in Ecclesia

non legatur: aut si legatur in villa, præsentente Episcopò, vel Presbytero, vel Diaconò legatur.

Additio F. 5.

Lucernarium dicebatur prior pars officii quod nos vocamus vesperas, quia tunc accendebantur lucernæ, eò quòd officium istud vespere fieret. Post illud verò fiebat Scripturæ interpretatio, quæ ad Episcopum, vel Presbyterum vel Diaconum pertinet: Idèò iubetur legi in Ecclesia; vel si in villa, præsentente Episcopò, vel Presbytero vel Diaconò. Vide Coriolanium in Summa.

Cap. 10. Ne clericus fiat sine consensu domini aut patroni.

Clericos, siquidem obligati sunt vel pro aequatione, vel de genere alicujus domus, non ordinandos, nisi probatæ vitæ fuerint, & patroni consensus accesserit.

Cap. 11. De potentibus qui pauperem expoliant.

Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem, aut religiosum expoliet, & mandaverit cum ad se venire Episcopus, ut audiat, & is contempserit; invicem suorum scripta percurrant per omnes provincias Episcopos, & quoscumque adire potuerint: ut excommunicatus habeatur ipse, donec obediat, & reddat aliena.

Cap. 12. Ne clericus ab Episcopo recedat.

Item, ut liberum nulli clerico sit discedere ab Episcopo suo, & alteri Episcopo communicare, nisi fortè ei, quem Episcopus alius liberent habeat de hæreticorum schismate discedentem, & ad fidem Catholicam revertentem. Si qui autem de Catholicis discesserint, & in communionem eorum, vel palam, vel occultè cum eis (qui vel excommunicati sunt, vel per sententiam jam notati) fuerint inventi, habeant, illorum ad quos ite voluerint, etiam in damnatione consortium.

Cap. 13. De his qui Ecclesiam intrant. De eos qui intrant in Ecclesiam, & de his qui

prehenduntur nunquam communicare, adneantur. Quod si non communicant, ad poenitentiam accedant. Si communicant, non semper abstineantur. Si non fecerint, abstineantur.

Cap. 14. De accipientibus Eucharistiam.

Si quis autem acceptam à Sacerdote Eucharistiam non sumpserit, velut factilegus propellatur.

Additio F. S.

Solitum fuisse olim dari viris Eucharistiam in manus, hinc potest haberi, & diximus 3. p. q. 80. art. 12. quæstio 1.

Cap. 15. De excommunicatis à Sacerdote.

Si quis laicus abstinetur, ad hunc, vel ad domum ejus, clericorum vel religiosorum nullus accedat. Similiter & clericus si abstinetur, à clericis devoretur. Si quis eum ipso colloqui, aut convivari fuerit apprehensus, etiam ipse abstinetur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui ejus sunt Episcopi, & ad omnes qui communici fuerint de eo qui abstinetur, sive laico quolibet, sive clerico.

Cap. 16. De poenitentia Devota, si adultera fuerit.

Devotam peccantem, non recipiendam in Ecclesiam, nisi peccare desierit; & si desinens, egerit aptam poenitentiam decem annis, recipiat communionem. Priusquam autem in Ecclesiam admittatur ad orationem, qd nullius convivium Christianæ mulieris accedat. Quod si admissa fuerit, etiam hæc, quæ eam receperit, habeatur absentis Corruptorem etiam par poenâ constringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad poenitentiam, nisi, adhuc ipso vivente marito, castè vivere coeperit, aut postquam ipse decesserit.

Cap. 17. De uxore concubinam habente.

Si quis habens uxorem fidelem, concubinam habeat, non communicet. Ceterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore

re concubinam habet, à communione non repellatur, tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ (ut ei placuerit) sit conjunctione contentus. Alias verò vitæ abijciatur, donec desinat, & ad poenitentiam revertatur.

Additio F. S.

Concubina hæc intelligitur uxor vera, sed ducta sine dote, & sine solemnitate. Vide Comment. nostram in Supplemento q. 64. art. 5.

Cap. 18. De vidua Episcopi, si maritum acceperit.

Si qua vidua Episcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi, maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea convivium sumat, nunquam communicet, morienti tantum ei Sacramentum subveniat.

Cap. 19. Si filia Sacerdotis religiosa peccaverit.

Episcopi, sive Presbyteri, sive Diaconi filia, si devota fuerit, & peccaverit, & maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectum recuperint, à communione habeantur alieni; pater verò causas in Concilio noverit se præstaturum. Mulier autem non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit poenitentiam. Si autem (vivente eò) secesserit, & poenituerit, nullò modo, nisi vitæ deficiens, accipiat communionem.

Cap. 20. Ut nullus præter Episcopum christina consecret.

Quantvis penè ubique custodiat, ut absque Episcopo christina nemo consecratur; tamen quia in aliquibus locis vel provinciis Presbyteri dicuntur christina consecrare. Placuit, ex hac die nullum ratiùm, nisi Episcopum christina consecrare. Super diocesim destinare: ita ut de singulis Ecclesiis ad Episcopum ante diem Paschæ Diaconi destinentur; aut Subdiaconi, ut consecram christina ab Episcopi destinatum, ad diem Paschæ possint ad tempus deferre. Episcopo sanè, certum est, quod omni tempore licet christina consecrare, sine conscientia autem Episcopi, nihil penitus

penitus Presbyteri agere presumant. Statutum verò est, Diaconum non chrismate, sed Presbyterium, absente Episcopò, præsentem verò, non nisi ab ipso fuerit præceptum. Hujusmodi constitutionem meminere semper Archidiaconus, vel præsentis vel absentibus Episcopis suggerendam, ut eam & Episcopi custodiant, & Presbyteri non relinquunt.

Advisio F. S.

Unctio chrismatis ea debet hic intelligi, quæ est ceremonialis & qua in baptismo solemnè uti solet Presbyter liniens verè rem recens baptizati. Et ad hanc unctiorem faciendam quidam Presbyteri quibusdam in locis presumpserunt chrismata consere: contra quod procedit hic canon. Confer per nos dicta 3. p. q. 72. art. 3. & quæ hic sequuntur epist. 1. Innocent. I. cap. 3. ex quo dicitur quòd etsi olim non liceret Presbytero unctiorem verè rem baptizati Episcopo præsentem, nisi de ipsius licentia, ut & hic habetur, & expressè præditur ab Hugone Viçt. lib. 2. de Sacram. p. 7. cap. 3. postea tamen fuit ampliatum, ut etiam in Episcopi præsentia id possent.

Cap. 21. De regulis fidei catholicæ.

Regulæ fidei contra omnes hæreses, maxime contra Priscillianistas, quas Episcopi Tarracoenensis, Carthaginiensis, Lusitani, & Bethici fecerunt, & ex præcepto Papæ Leonis y ad Baltonium Episcopum Gallæciæ transmiserunt. Ipsæ etiam superscripta viginti canonum capitula statuerunt in Concilio Toletano

Affertio fidei eiusdem Concilii contra

Priscillianistas.

Credimus in unum verum Deum, Patrem omnipotentem, & Filium, & Spiritum sanctum, visibilem & invisibilem factorem, per quem omnia facta sunt; in celo & in terra, unum Deum, & unam esse divinæ substantiæ Trinitatem: Patrem autem non esse Filium ipsum, sed habere Filium, qui Pater non sit. Filium non esse Patrem, sed Filium Dei de Patris

esse natura. Spiritum quoque esse Paracletum, qui nec Pater sit ipse, nec Filius, sed à Patre Filioque procedens. Est ergo ingenuus Pater, genitus Filius, non genitus Paracletus, sed à Patre, Filioque procedens. Pater est, cujus vox hæc audita est de cælis: *Hic est Filius meus* Matth. 3.

lectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite; Filius est, qui ait: Ego à Patre Marci 1.
ecce, & à Deo veni in hunc mundum; Paracletus est Spiritus, de quo Filius ait: Nisi ego abiero ad Patrem, Paracletum non Lucæ 3.
veniet: Hanc Trinitatem personis distinctam, substantiâ unitam, virtute, & potentate, & maiestate invisibilem, indifferentem. Præter hanc nullam credimus divinam esse naturam, vel angeli, vel spiritus, vel virtutis alicujus, quæ Deus creditur. Hunc ergo Filium Dei, Deum natum à Patre ante omne omnino principium, sanctificasse æterum Virginis Mariæ, atque ex ea verum hominem sine virili generatum semine suscepisse, duabus dumtaxat naturis, id est, Deitatis, & carnis, in unam convenientibus omnino personam, id est, Dominum nostrum Jesum Christum. Nec imaginarium corpus, aut phantasmatis alicujus in eo fuisse, sed solidum atque verum: Hunc & esurivisse, & sitivisse, & doluisse, & flevisse; & omnes corporis injurias pertulisse. Postremò à Judæis crucifixum, & sepultum, & tertiâ die resurrexisse. Conversatum postmodum cum discipulis suis, & quadragesiâ post resurrectionem die, ad cælum ascendisse. Hunc Filium hominis, etiam Filium Dei, & Filium Dei, etiam hominis Filium appellamus: Resurrectionem verò fututam humanæ credimus carnis, animam autem hominis, non divinæ esse substantiæ aut Dei Patris, sed creaturam dicimus, Dei voluntate creatam. Si quis autem dixerit, aut crediderit, à Deo omnipotente mundum hæc factum non fuisse, atque omnia ejus instrumenta, anathema sit. Si quis dixerit, atque crediderit Deum Patrem eundem esse Filium, vel Paracletum,

anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit Filium eundem esse Patrem, vel Paracletum, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit Paracletum esse vel Patrem, vel Filium, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, carnem tantum sine anima a Filio Dei fuisse susceptam, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, Christum inuicibilem esse, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, Deitatem nascibilem esse, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, Deitatem Christi convertibilem fuisse, vel passibilem, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, alterum Deum esse priscæ Legi, alterum Evangeliorum, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, ab altero Deo mundum factum fuisse, & non ab eo, de quo scriptum est: *In principio factus est Deus solum & terram*, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, corpora humana non resurgere post mortem, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, animam humanam Dei portionem, vel Dei esse substantiam, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, alias Scripturas, præter quas Ecclesia Catholica recipit, in authoritate habendas, vel esse venerandas, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, Deitatis & carnis unam in Christo esse naturam, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, esse aliquid quod se extra divinam Trinitatem possit extendere, anathema sit. Si quis Astrologiæ vel Magiæ existimat esse credendum, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, conjugia hominum (quæ secundum legem divinam licet habere) execrabilia esse, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, carnes avium, seu pecudum, quæ ad escam datæ sunt, non tantum pro castigatione hominum abstinentias, sed execrandas esse, anathema sit. Si quis in errore, Priscilliani sectam sequitur, vel profectur, ut aliud in salubri baptismo contra Sedem S. Petri faciat, anathema sit.

Explicit regula fidei Catholicæ ad-

sus Priscillianistas. Patrocos Episcopos subscripsi. Marcellus Episcopus subscripsi. Aferdus Episcopus subscripsi. Subscriperunt & alii Episcopi, qui interfuerunt Concilio.

Decretum Innocentii Papæ.

INNOCENTIUS I. Papa, natione Albanensis, sedit annis 15. mensem 1. dies 10. Hic constituit, ut qui natus fuerit de Christiano, denud nati debeat per baptismum, quod Pelagius damnavit. Eo tempore florebat Hieronymus Presbyter in Bethleem. Pelagium & Cælestinum invenit, quos tanquam hæreticos damnavit.

Extat epistola ejus decretalis ad Decentium Episcopum, in qua paucis admonet antiquas Partium traditiones servandas, nec novitates aliquas inducendas in sua Ecclesia: nec alterius Ecclesiæ, quam Romana, in consecrandis mysteriis, vel in cæteris agendis, consuetudinem esse servandam.

Cap. 1. De pacis osculo dando post confecta mysteria.

Pacis osculum dandum. est post confecta mysteria; ut constet, populum ad omnia, quæ in mysteriis aguntur, atque in Ecclesia celebrantur, præbuisse consentium, ac finita esse, pacis conclusionis signaculo demonstrantur.

Cap. 2. De non recitandis nominibus ante pacem sacerdotis.

De nominibus verò recitandis æqueque precibus. Sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione compender, quam superfluum sit, & ipse per tuam prudentiam recognoscis, ut, cujus hostium necdum Dei offeras, ejus ante nomen insinues, quamvis illi incognitum sit nihil. Prius ergo oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina quorum sunt oblationes, edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia, quæ ante præmittimus, ut ipsius mysteriis viam futuris præcibus aperiamus.

Cap. 3.

Cap. 3. *Si infantes baptizati à solo Episcopo consignentur.*

De consignandis verò infantibus manifestum est non ab alio, quam ab Episcopo fieri licere. Nam Presbyteri, licet sint Sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem Pontificibus solis debent, ut vel consignent, vel Paracletum spiritum tradant, non solum consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum, quæ asserit, Petrum & Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum Sanctum. Nam Presbyteris (seu extra Episcopum, seu per Episcopum baptizent) chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum: non ita tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis, cum tradunt Spiritum Sanctum Paracletum. Verba verò dicere non possum, ne magis proderet videri, quam ad consultationem responderè.

Cap. 4. *De ieiunio sabbati.*

Quod ritè omni sabbato jejunetur: quia feria sexta, & sabbatum ambo dies trinitatem Apostolorum, vel his, qui Christum secuti sunt, indixerunt, qui die dominico exhilarari, non solum ipsum festivissimum esse voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadarum frequentandum esse duxerunt.

Cap. 5.

De fermento, id est, sacramento, quod civitatis tantum Presbyteris dirigatur.

Cap. 6.

De emergenceis baptizatis, ut eis à Presbytero, vel cæteris clericis absente Episcopo, manus imponantur.

Aditio F. S.

Sentio est de impositione manuum ad expellendos demones: cùm namque cæremonia utebantur olim Episcopi, & de eorum licentia Presbyteri.

Cap. 7. *De penitentibus.*

De penitentibus verò, qui sive ex gravioribus, sive ex levioribus penitentiam gerunt, si nulla interveniat

ægritudo, quintâ feriâ ante Pascha eis remittendum, Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Cæterum de pondere æstimando delictorum, Sacerdotis est judicare, ut attendat ad confessionem penitentis, & ad fletus atque lachrymas corrigentis, ac tum jubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem. Sanè si quis in ægritudinem incidit, atque usque ad desperationem devenit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de sæculo absque communione decedat.

Cap. 8. *Quod orandum sit pro infirmis.*

Sanè quoniam de hoc, sicuti de cæteris, consulere voluit dilectis tua, adiecit etiam filius meus Cælestinus Diaconus in epistola sua, esse à tua dilectione positum illud, quod in B. Apostoli Jacobi epistola conscriptum: (*Infirmos qui in vobis inducat presbyteros, & orans super eum, unguens eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & suscitabit illum Dominum: & si in peccatis fuerit, remittentur ei.*) Quod non est dubium de fidelibus ægotantibus accipi vel inteligi debere, qui sancto oleo chrismate perungi possunt, quò ab Episcopo confecto, non solum Sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet in sua aut suorum necessitate inungendo. Cæterum illud superfluum videmus adjectum, ut de Episcopo ambigatur, quod Presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco de Presbyteris dictum est, quia Episcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos hæc non possunt. Cæterum, si Episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem à se visitandum, & benedicere, & tangere chrismate, sine eumeratione potest, cujus est ipsum chrismate consecrare. Nam penitentibus istud infundi non potest, quia genus est Sacramenti. Nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi? His ergo, Frater charissime, omnibus, quæ tua dilectio voluit à nobis exponi, prout poruimus, respondeat curavimus, ut Ecclesia tua Romanam

Extrema unctio esse genus Sacramenti

Jacobi 5.

D. 95. 71 superfluum

confite-

112 SUMMA DECRETORUM INNOCENTII PAPAE L.

consuetudinem, à qua originem ducit, servare valeat, atque custodire. Reliqua verò, quæ scribi fas non erat, quum ad fueris, interrogati poterimus edicere. Erit autem Domini potentia etiam id procurare, ut tuam Ecclesiam, & clericos nostros, qui sub tuo Pontificio divini famulantur officiis, bene instituas, & aliis formam tribuas, quam debeant imitari.

Extat epistola secundâ ejusdem Innoc. Papæ ad Victricium Rothomagensis Episcopum, in qua cum instruit, de Romanæ Ecclesiæ normâ atque autoritate, digestas vitæ & morum probabilium disciplinas annexens, per quas populûm doceat, quibus rebus & regulis Christianorum vita in sua cujusque professione debeat contineri, & quæ deinceps, intuitu divini judicii, omnem Catholicum Episcopum expediat custodire. Partita est in XIII. capita, quæ in epist. 4. Sicuti Papæ Superius descripta sunt.

Sequitur eiusdem epistola 3. ad Exuperium Tholosanum Episcopum.

Innocentius Exuperio Episcopo Tholosano salutem. Consulenti, Frater charissime, quid de proposita specie unaquaque sentirem, pio captu intelligentiæ meæ, quæ sunt visa, respondi, quid sequendum, vel quid vitandum docilis ratio persuaderet, vel autoritas lectionis ostenderet, vel custodita series temporum demonstraret. Et quidem dilectio tua institutum sequuta prudentium, ad Sedem Apostolicam referre maluit quid de rebus dubiis custodire deberet, potius quam usurpatione præsumptâ, quæ sibi viderentur, de singulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus discere aliquid, quam omnino nescire? Mihi quoque ipsi de collatione docilitas accedit, dum perscrutatis rationibus, ad proposita respondere compellor, eoque fit, ut semper aliquid addiscat, qui postulatur ut doceat. Proponam igitur singula, subjiciamque responsum.

Cap. I. De incontinentia Sacerdotum, vel Levitarum.

Proposuit, quid de his observari debeat, quos in Diaconii ministerio, aut in officio Presbyterii positos, incontinentes esse, aut fuisse, generati filii prodiderunt. De his & divinarum legum manifesta est disciplina, & beatæ recordationis viri Sicuti Episcopi monita evidentia commearunt, ut incontinentes, in officiis talibus positi, omni Ecclesiastico honore privarentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod solâ continentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacræ legis authoritas, jam inde ab initio custodita, quod in templo, anno vicis suæ habitare præcepti sunt Sacerdotes, ut servientes sacris oblationibus, puri, & ab omni labe mundati, sibi vindicent divina mysteria, neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent cum uxore carnale consortium, quia scriptum est: *Sancti Levite estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester.* Quibus utique, propter sobolis successionem, uxorius usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu præterquam ex semine Aaron, ad Sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. Quando magis hi Sacerdotes, vel Levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus vel Sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, qui vel à sacrificiis divinis, vel à baptismatis officio valet. Nam si B. Paulus Apostolus ad Corinth. scribit, dicens: *Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi,* & hoc utique laicis præcepit: multo magis Sacerdotes, quibus & orandi & sacrificandi iuge officium est, semper debent ab hujusmodi consortio abstinere. Quid si contaminatus fuerit carnali concupiscentiâ; quod pudore vel sacrificate usurpabit, aut quæ conscientia, quove merito exaudiri se credit, cum dictum sit: *Omnis mundus mundus, & infidelibus nihil mundum;* sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est: *Veni uxorem virum.* Tit. 1. Non

Epist. 3. e incontinentia Sacerdotum.

Numm

1. Co

Tit. 1

1. Tit

Non

Non de permanente in concupiscentia generandi, hoc dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admittit, qui ait: *Vellem omnes sic esse, sicut & ego.* Quod & aperitiùs declarat, dicens: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu: & habentem spiritus, non generantem, dixit.* Sed ea planè dispar & diverſa sententia est. Nam ad aliquos forma illa Ecclesiasticæ vitæ pariter & disciplinæ, quæ ab Episcopo Sirtio ad provincias committitur, non probabitur devenisse; his ignorantoni venia remittitur, ita ut de cætero penitenti incipiant abstinere. Et ita gradus suos, in quibus inventi fuerint, sic retentent, ut eis non liceat ad priora descendere. Quibus in beneficio esse debet, quòd hunc ipsam locum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem scivisse formam vivendi missam à Sirtio, dereguntur, neque statim cupiditatis libidini abjecisse: illi sunt modis omnibus suadendi; quia post admonitionem cognitam, præponendam arbitratu sunt voluptatibus.

Cap. 1. De his qui post baptismum omni tempore incontinentia voluptatibus sunt deducti, & in ultimo poenitentiam possunt.

Et hoc quæsitum est, quid de his observari oporteat, qui post baptismum omni tempore incontinentia voluptatibus deducti, in extremo sine viæ suæ, poenitentiam simul & reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior, durior; posterior, (interveniente misericordia) inclinatiores est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur poenitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas, homines de reconciliatione securos non revocaret à lapsu, negata meritò communicatio est, concessa poenitentia; ne totum poenitenti negaretur: & duriozem esse remissionem, fecit temporis ratio. Sed

postquam Dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit, jam depulso terrore, communionem dari abentibus placuit; & propter Domini misericordiam, quasi vitium profecturis; & ne Novitiani hæretici, negantis veniam, asperitatem & duritiam subsequi videamur. Tribuitur ergo cum poenitentia extrema communicatio, ut homines hujusmodi, vel in supremis suis, permittente Salvatore nostro, à perpetuo exitio vindicentur.

Cap. 3. De administratoribus, vel iudicibus secularibus.

Quæritum etiam est super his, qui post baptismum administraverunt, & aut tor-
menta sola excrucierunt, aut etiam capitalem protulerunt sententiam. Nihil de his legitur à majoribus definitum esse. Meminerant enim à Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum, gladium fuisse permissum, & Dei ministrum esse datum in hujusmodi vindictam. Quomodo ergo reprehenderent factum, quod auctoritate Deo viderent esse concessum? De his ergo, ita ut hæcenus servatum est, sic habeamus, ne aut disciplinam evertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem, in ratione reddenda, gesta sua omnia servabuntur.

ROMAN. 13

Cap. 4. Quod viri cum adulteris uxoribus non conveniant.

Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri, cum adulteris uxoribus non conveniant, cum è contra uxores in consortio adulterosum virorum manere videantur. Super hoc Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant; & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem libentius uxores adulteras apud Sacerdotes deferre consueverunt, & ideo mulieribus, proditòrum crimine, communicatio denegatur. Virorum autem, latente commissò, non facile quicquam ex suspicionibus abstinetur. Qui utique submo-

22. q. 4. de Christianis Religio.

vebitur, si ejus flagitium detegatur. Cùm ergo par causa sit, interdum probatione cessante, vindictæ ratio conquiret.

Cap. 5. Quod qui preces, vel crimina dictant, habeantur immunes.

Illud etiam suscitari voluisti, an preces dictantibus liberum concedatur (utriusque post baptismi regenerationem) à principibus poscere mortem alicujus, vel sanguinem de reatu, quam rem, principes nunquam sine causæ cognitione concedunt, sed ad Judices commissa ipsa, vel crimina semper remittunt, ut causâ cognitâ vindicentur. Quæ cùm quæstorii fuerint delegata, aut absolutio, aut damnatio pro negotii qualitate profertur. Et dum legum authoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.

Cap. 6. Quod hi, qui (intercedente verjudicio) divorcium petulerunt, si se nuptiis alius innoxerint, aduli veri esse monstrantur.

De his etiam requisivit dilectio tua, qui interveniente repudio, alii se matrimonio copularunt, quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui verò, vel uxore vivente (quamvis dissociatum videatur esse conjugium) ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum, ut etiam hæ personæ, quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur, secundum illud quod legimus in Evangelio :

Qui dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, maritatus. Similiter & qui dimissam duxerit, maritatus. Et ideo tales omnes à communione fidelium abstinendos. De parentibus autem, aut de propinquis eorum, nihil tale statui potest, nisi innoxerint illiciti consortii fuisse detegantur.

Cap. 7. Qui libri in canone recipiantur.

Qui verò libri recipiantur in canone Sacrarum Scripturarum, brevis annexus ostendit. Hæc sunt ergo, quæ desiderata moneri voce voluisti : *Moysi libri quinque, id est, Genesis, Exodus, Leviticus, &c. Cætera autem, quæ vel sub nomine*

Mæthiz, sive Jacobi Minoris, vel sub nomine Petri, & Joannis (quæ à quodam Levisio scripta sunt) vel sub nomine Andreæ (quæ à Nexocharide & Leonide Philosphis) & sub nomine Thomæ, & si qua sunt alia, non solum repudiantur, verumetiam noveris esse damnanda. Datum decimo calend. Martii, Scilicet anno 2. & Antensio, vitiis clarissimis consulti-

Sequitur eisdem epistola quarta, ad Felicem Nucernanum Episcopum.

Innocentius Felici Episcopo Nucernano. *Epistol*
Mirari non possumus, dilectionem tuam sequi instituta majorum, omniaque, quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad Nos, quasi ad caput, atque ad apicem Episcopa us referre, ut consulta (videlicet) Sedes Apostolica, ex ipsis rebus dabiis, certum aliquid faciendum pronunciet. Quod & Nos libenter accipimus, & dilectionem tuam maiorem canonum approbamus. Scripsisti ergo, quod fervore fidei, quò polles, & amore sanctæ plebis, vel reparaveris Ecclesias Dei, vel novas quasque construxeris, sed in his clericos, quos constituas, non habere aliquos verò mutilos, aliquos bigamos esse. Ad quod cupuimus prudentem Virum de his voluisse consulere, quæ omnibus sunt certâ ratione comperta. Ergo non quasi ignorantia dicimus, sed in aliis forsitan accupatos, istud oblitos Vos esse dicimus.

Cap. 1. Si quis volens, partem sibi cornu amputaverit, clericus esse non potest: nolens autem, potest.

Qui igitur partem cujuslibet digiti sibi ipsi volens abscidat, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui verò casu aliquod contigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens, se non sponte percussit, hos canones percipiunt & clericos fieri, & si in clero fuerint & patris, non abjici. In illis enim voluntas iudicata est, quæ sibi aucta fuerit ferrum injicere (quod scilicet & alii id facere dubitari

*1. qu. 44
ind etiam.*

*2. qu. 19.
k 8.*

3. qu.

Arbitrari non possit) in istis verò casus veniam meruit.

Cap. 1. *Quod bigami ad clerum admitti non possint.*

De bigamis autem non consuli debuit, quòd manifesta lectio sit Apostoli, *Vnus viris unus* ad Sacerdotium, sive ad clericatum admitti debere, & hanc ipsam tamen, si virginem accepit. Nam ea quæ habuerit ante virum, licet defunctus sit, tamen si clerico postea fuerit copulata, clericus (qui eam accepit) esse non poterit, quia in lege cautum est, Non viduam, non abjectam habere posse conjugem Sacerdotem.

Cap. 3. *Qui de laicis ad clerum non debeant promoveri?*

De laicis verò religio tua consuluit, quos canones ordinate prohibeant. Certum est quidem, hoc regulas Ecclesiasticas continere, sed non ita definitum est, ut de omnibus sit laicis constitutum. Neque enim clerici nasci, & non fieri possunt; sed designata sunt genera, de quibus ad clericatum pervenire non possunt, id est, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulaverit, si quis fidelis administraverit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam etsi inveniantur hujusmodi viri, qui debeant clerici fieri, tamen quoniam sæpius ad curiam repetuntur, cavendum ab his est, propter tribulationem, quæ sæpè de his Ecclesie provenit.

Cap. 4. *Qui de laicis possunt clerici fieri?*

Laici verò, qui habentes uxores, baptizati sunt, ac sic se intuluerunt, ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut clericis juncti sint, aut monasteriis (ex quò baptizati sunt) hæserint; & si non concubinam, non pellicem noverint, si in bonis operibus vigilaverint, non prohibentur hujusmodi ad clericatum sortem assumi.

Cap. 5. *De temporibus in sacra immorandis.*

Ita sanè, ut in eos tempora à majoribus confirmata serventur. Nec citò quolibet

Lector, citò Acolythus, citò Diaconus, citò Sacerdos fiat; quia in minoribus officis si diu perdurent; & vicia eorum pariter, quia comprobantur, ut ad Sacerdotium post hæc emensis stipendiorum meritis veniant, nec præripiant, quod vitæ probata meretur accipere. Quoniam ergò certà definitio monstratum est, quæ debeant admitti, quive reprobari, ex his omnibus quos videt dignatio tua; non posse reprobari, eligere debebis, quos clericis facias. Si enim nullam gratiam hominibus, aut beneficium præstare velimus, tales invenire possumus, de quorum assumptione nec incurrete scandalum, nec erubescere valeamus.

Sequitur ejusdem epistola 24. ad synodum in Toletana civitate constitutam.

Cap. 1. *De Hispanorum reprehensione, qui inordinate constituant clericos.*

Innocentius universis Episcopis in Toletana synodo constitutis, dulcissimis Fratribus, in Domino salutem. Sæpè me, & nimium cum teneret cura sollicitum super dissensionis scilicet Ecclesiarum, quod malum per Hispanias lætis in dies separationis gradu incedere fama proloquitur, necessarium tempus emerit, quò non possit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina provideri. Nam de ordinationibus, quas præter consuetudinis ritus Hispanienses Episcopos celebrare cognoscimus, fu rat aliquid secundam majorum traditionem ita uendum, nisi perperderemus, ne perturbaciones quam plurimas Ecclesie moveremus. Quorum talium ita reprehendimus; ut propter numerum corrigendorum, ea quæ quoquò modo facta sunt, non in dubium vocemus, sed Dei potius dimittamus iudicio.

Cap. 2. *Ut confidati, vel curiales, vel seculari militia dediti, ad clerum non admittantur.*

Quantos enim ex eis, qui post acceptam baptismi gratiam, in Forensi exercitatione

versati sunt, & obtinendi pertinaciam susceperunt, accitos ad Sacerdotium esse competentes, è quorum numero Rufinus, & Gregorius perhibentur? Quantos ex militia, qui cum potentatibus obediunt, severa necessitate præcepta sunt executi? Quantos ex curialibus, qui dum parent potentatibus, quæ sibi sunt imperata fecerunt? Quantos, qui voluptates, & editiones populo celebrarunt, ad honorem summi Sacrosancti pervenisse: quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat pervenisse. Quæ si singula discutienda mandemus, non modicos motus, aut scandala Hispaniensibus provinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus. Idcirco remittenda potius hæc putamus. Sed, ne deinceps si milia committantur, di. citionis vestræ maturitas providere debebit, ut tantæ usurpationi, saltem nunc, suis necessarius imponatur, ed videlicet constitutio, ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.

Cap 3. *Ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.*

Post hæc, si quis adversus formas canonum, vel ad Ecclesiasticum ordinem, vel ad ipsum Sacerdotium venire tentaverit, unâ cum ordinatoribus suis, ipso in quo inventi fuerint ordine, & honore priventur. Et quamvis dilectioni vestræ, Fratres charissimi, regulæ Nicænæ sint cognitæ, secundum quas ordines esse faciendos per sententiam decernitis: tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus est provisâ, inferendam putavi, ut secundum eam ordinationes in posterum celebrandas esse sciamus, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquantur. Ac primum, quæ sunt prohibita, digeantur.

Cap. 4. *De commemoratione Nicæni Concilii, in quo supradicta prohibentur.*

Ne quispiam, qui post baptismum militaverit, ad ordinem debeat clericatus admitti; neque qui causas, post acceptum baptismum, egerint; aut qui post acceptam Dei gratiam administraverint, neque de curialibus aliquem ad Ecclesiasticum ordinem venire posse, qui post baptismum vel coronati fuerint, vel Sacerdotium (quod dicitur) sustinuerint, & editiones publicas celebraverint. Nam & hoc de curialibus est cavendum, ne iidem, qui ex curialibus fuerint, aliquando a suis curiis, quod frequenter videmus accidere, possint. Quæ omnia rationabiliter prohibita, oportet modis omnibus custodiri.

Cap. 5. *Quales eligendi sunt in ordine clericorum.*

Quales verò eligendi sunt in ordine clericorum, evidens forma declarat, id est, qui ab ineunte ætate baptizati fuerint, & Lectorum officio sociati, vel, si majores sunt, cum fuerint Dei gratiam consecuti, statim se Ecclesiasticis ordinibus mancipaverint. Et si uxores habuerint, querendum si uxorem virginem habuerint, quia scriptum est in veteri Testamento: Uxorem virginem accipiat Sacerdos. Et alibi: Sacerdotes mei semel nubant. Neque qui duas uxores habuerit, quia Paulus Apostolus ait: *Unius uxoris virum.*

Cap. 6. *De eo qui ante baptismum uxorem habuit, & post baptismum aliam, ut clericus non fiat.*

Nec illud debere admitti, quod aliquanti pro defensione parvi erroris opponunt & adferunt, quod ante baptismum omnia dimittuntur, non intelligentes hujusmodi, quod sola in baptismo peccata dimittuntur, non uxoris numerus aboletur. Nam si à Deo, ut scriptum est, preparatur viro uxor, & quod Deus junxit, homo non separet, & ipsi authores generis humani in origine à Deo benedicuntur;

Niceni
nodi c.
& 2a.

In decretis ad
Marian

Levit.
1. Tim
& Tit.

In Ep
Innoc
Refas

Prov.
Matt
& Ma

quo-

quomodo inter peccata ista creduntur posse dimitti? quod si secundum illos qui ita credunt verum est, ergo omnis iniustitia, quæ à cathecumenis ante baptismum fuerit operata, per baptismum aufertur. Nullus ergo contra Apostolum tale aliquid sentiat, nec admittat, sed fideliter intelligat, unius uxoris virum, sive antè baptismum esse nominatum, sive post baptismum. Si enim uxor antè baptismum accepta, non ducitur in numerum, nec filii ex eadem suscepti inter filios potunt nominari. Quod, quam absurdum sit atque alienum, prudentia vestra melius certumabit. Unde neminem liceat interpretari aliter divinas Scripturas, nisi quod recta ratio permittit, ne dum quidam remedia sibi iniqua ad excusationem preparant, ex eo rupisse legem, & regulas evertisse iudicentur, ad ea tenenda sunt, quæ divinarum Scripturarum series continet, & à Sacerdotibus utili ratione sunt constituta. Benè valeatis, fratres charissimi.

Extat Epistola Concilii Carthag. ad Innocentium Papam, in qua sequentes damnantur errores Pelagii & Cælestii.

Error 1.

Quod naturaliter possit implere legem, qui vult: & quod Deus legem ad adiutorium dedit.

Error 2.

Ad perficiendam iustitiam, & Dei mandata complenda, sola humana sufficere potest natura.

Error 3.

Parvuli propter salutem, quæ per Salvatorem Christum datur, baptizandi non sunt.

Ad hæc rescripsit Innocentius in Epist. 25. in qua gratulatur Episcopis Cartha-

ginen. Ecclesie, de sollicitudine sua. Deinde damnat propositos errores, & auctores eorum, Pelagium & Cælestium, & quia nihil addit ad epistolam Concilii Carthaginen. ideo non censuimus subiiciendam hoc loco.

Epistola Concilii Milevitani ad Innocentium Papam quæ incipit: *Domino beatisimo meritoq; venerabili Papa Innoc. &c.* In qua sequentes damnantur errores. Vide in Conciliis.

Primus: potest homo in hac vita, perceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem iustitiæ sine adiutorio gratiæ Salvatoris per solum liberæ voluntatis arbitrium pervenire, ut etiam non sit necessarium decere, *dimitte nobis debita nostra.*

Secundus: il. ad. *Ne nos inferas in tentationem*, non ita intelligendum, tanquam divinum adiutorium postere debeamus ne in peccatum tentati decidamus; quoniam hoc in nostra positum est potentate, & ad hoc implendum sola sufficit hominis voluntas.

Tertius: non est orandus Deus, ut contra peccati malum, & ad operandum iustitiam, sit noster adiutor.

Quartus: non opitulatur parvulis ad consequendam vitam æternam, Christiannæ gratiæ Sacramentum.

Rescripsit Innocentius Papa ad Milevitani Concilium. Est inter epistolas illius 26. in qua primùm gratulatur de sollicitudine sua, & quod in rebus arduis consulari Ecclesiam Romanam; deinde damnat propositos errores; & quia nihil addidit ad epistolam Concilii Milevitani, censuimus eam non esse subiiciendam hoc loco.

Hæc eadem explicatiùs in concilio Milevitano definita sunt.

pe in voce
actio-

Concilium
Milevitanum II
An. D. 402.

CONCILIUM
MILEVITANUM II.

Sub Innocentio primo Papa, à quo confirmata sunt in eo definita.

Hic Con-
cilio inter-
fuit Ansel-
mus Rom-
Ecclesie le-
gatus con-
tra Pelag.

Coriosisimis imperatoribus Ar-
chadio & Honorio Augustis, vi-
ris clarissimis consulibus, 6. ca-
lendas Septembris, in civitate Milevitana,
in secretario Basilicæ, cum Aurelius Ep-
iscopus Ecclesie Carthaginis in Concilio
universali concedisset, assistantibus diaconi-
bus, Aurelius Episcopus dixit: Quoniam
Ecclesie sanctæ unum est corpus, omnium-
que membrorum caput est unum, factum
est, volente Domino, ac nostram in-
fermitatem juvante, ut ad hanc Ecclesiam
conveniremus, dilectionis & fraternitatis
gratiâ invitati. Unde quæso charitatem
vestram, quia ita credendum est, quod
noster accessus ad vos, nec superfluous,
nec insularis est cunctis; ideoque pariter
quædam de causis fidei nunc quæritio Pel-
agianorum imminet, in hoc cœtu sanctis-
simo primitus tractentur: deinde suble-
quantur & aliqua, quæ disciplinæ Eccle-
sasticæ necessaria exiunt.

*Cap. 1. Contra Pelagianos, qui dicunt,
etiam sine peccato mori potuisse
Adam.*

Placuit ergo omnibus Episcopis, qui
fuerunt in hac sancta synodo constituere
hæc, quæ in præsentî Concilio definita
sunt: ut quicumque dicit Adam primum
hominem mortalem factum, ita ut, si
peccaret, si non peccaret, moreretur in
corpore, hoc est, de corpore extret non
peccati meritò, sed necessitate naturæ,
anathema sit.

*Cap. 2. Quod omnes in peccatorum re-
missionem, veraciter baptizentur.*

Item placuit, ut quicumque parvulos

recentes ab uteris matrum baptizandos
negat; aut dicit in remissionem quidem
peccatorum eos baptizari, sed nihil ex
Adam trahere originalis peccati, quod
regenerationis lavacro expiatur, unde fit
consequens, ut in eis forma baptismatis,
in remissionem peccatorum, non vera,
sed falsa intelligatur, anathema sit. Quo-
nam non aliter intelligendum est, quod
ait Apostolus: *Per unum hominem peccatum Roman.*
*intravit in mundum, & per peccatum mor-
& ita in omnes homines pertransiit in qua
omnes peccaverunt, nisi quemadmodum
Ecclesia Catholica ubique diffusa semper
intellexit Propter hanc enim regulam
fidei, etiam parvuli, qui nihil pecca-
torum in semetipsis adhuc committere
potuerunt, idcirco in peccatorum remis-
sionem veraciter baptizantur, ut in eis
regeneratione mundetur, quod genera-
tione traxerunt.*

*Cap. 3. Quod gratis Dei non solum
peccata dimittit, sed etiam adiuvet,
ne committantur.*

Item placuit, ut quicumque dixerit, *De conf-*
gratiam Dei in qua justificamur per Jesum *d. 4. 21*
Christum Dominum nostrum, ad solam *ut.*
remissionem peccatorum valere quæ jam
commissa sunt, non etiam in adiutorium,
ut non committantur, anathema sit.

Cap. 4. Quod per gratiam Dei fr-
mus, quid facere debeamus, &
diligere ut faciamus.

Item quis dixerit eandem gratiam *De conf-*
Dei, per Jesum Christum Dominum *d. 4. 22*
nostrum, propter hoc tantum nos adjuvare *21. 22*
ad non peccandum, quia per ipsam nobis

1186:

revelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat Apostolus, *Scientia inflat, charitas verò adificat*, valde impium est, ut credamus ad eam quæ inflat nos habere gratiam Christi, ad eam quæ adificat, non habere; cum sit utrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus; ut adificante charitate, scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est:

n. 63. *Quis docet hominem scientiam, ita etiam scriptum est, Charitas ex Deo est.*

n. 4. *Cap. 5. Quod gratia Dei præstet, ut lex impleatur, non (sicut ait Pelagius) facile, quasi sine gratia Dei difficultus possit impleri.*

confessio. Item placuit, ut quicumque dixerit, **n. 4.** *idèd nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tanquam etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere divina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi non ait: sine me difficultus poteritis facere; sed ait:*

n. 19. *Sine me nihil potestis facere. Cap. 6. Quod iuxta sententiam Joannis Evangelista, nemo sit, qui esse possit sine peccato.*

n. 2. Item placuit, quod ait S. Joannes Apostolus, *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est; quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat, propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia veritas est, anathema sit. Sequitur enim Apostolus & adjungit:*

Joan. 1. *Si autem confessi fuerimus peccata nostra, factus est, & iustus qui remittat vobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Ubi satis apparet hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim Apo-*

stolus dicere: Si dixerimus, quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, & humilitas in nobis non est. Sed cum ait: *Nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est*, satis ostendit, cum qui se dixerit non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

Cap. 7. Quod unicuique etiam iusto, dicere oporteat, Dimitte nobis debita nostra.

Item placuit, ut quicumque dixerit, in Oratione Dominica ideo dicere sanctos, *Dimitte nobis debita nostra*, ut non pro seipsis hoc dicant (quia non est eis jam necessaria ista peritio) sed pro aliis, qui sunt in suo populo peccatores; & idèd non dicere unumquemque sanctorum: *Dimitte mihi debita mea*; sed, *Dimitte nobis debita nostra*, ut hoc pro aliis potius, quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim, & iustus erat Apostolus Jacobus cum dicebat: *In multis enim offendimus omnes.* Nam quare additum est, *omnes*? Nisi ut ista sententia conveniret & Psalmo, ubi legitur: *Non intras in iudicium cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens?* Et in oratione sapientissimi Salomonis? **Eccle. 7.** *Non est homo qui non peccet:* Et in libro **Job 37.** *Job: In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam.* Unde etiam Daniël sanctus & iustus, cum in oratione pluraliter diceret. *Peccavimus, iniquitatem fecimus, & cætera, quæ ibi veraciter, & humiliter constitetur; ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hæc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo nostro; noluit dicere peccata nostra; sed populi sui dixit, & sua; quia futuros istos, qui tam malè intelligunt, tanquam Propheta prævidit.*

Cap. 8. Quod à sanctis veraciter dicitur, Dimitte nobis debita nostra.

Item placuit, ut quicumque verba ipsa Dominicæ orationis, ubi dicimus: *Dimitte nobis*

120 SUMMA MILEVITANI CONCILII

nobis debita nostra, ita volunt à sanctis dici, ut humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat, orantem, & n. n. hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labiis sibi dicit dimitti velle, & cord. dicit, quæ sibi dimittantur, debita non habere? Huc usque de fide contra Pelag. Nunc regalz tractentur Ecclesiastica.

Cap. 9. Quòd ad communes causas Ecclesie, generale Concilium congregari oporteat, in privatis causis, speciale uniuscuiusque provincia.

Resol. Ecclesiastica.

Placuit, ut non sit ultra fatigandis fratribus anniverfaria necessitas; sed quoties exegerit causa communis, id est, totius Africæ (undecumque ad hanc sedem pro Concilio datae litteræ fuerint) congregandam esse synodum in ea provincia ubi opportunitas persuaserit. Causæ autem, quæ communes non sunt, in suis provinciis iudicentur.

Cap. 10. Ut epistolæ ad Concilium evocandum, metropolitanis subscribat, & dirigat.

Placuit etiam peti, ut omnium Episcoporum epistolis omnibus, de Concilio dandis, Sanctitas tua sola subscribat.

Cap. 11. Ut de hæreticis & infidelibus quicquid in Concilio constituitur, à principe impetretur.

Placuit & illud adversus hæreticos, vel paganos, vel eorum superstitiones, ut legati missi de hoc glorioso Concilio, quicquid utile providerint, à gloriosissimis Principibus impetrent.

Cap. 12. Ut preces & orationes composta, nisi probate fuerint in Concilio, non dicantur.

Placuit etiam & illud, ut preces vel orationes, seu Missæ, quæ probatæ fuerint in Concilio; sive præfationes, sive commendationes, seu manûs impositiones ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omnino dicantur in Ecclesia, nisi quæ à prudentioribus tractatæ, vel comprobatæ in synodo fuerint; ne fortè aliquid contra

fidem vel per ignorantiam, vel per minus studium sit compositum.

Cap. 13. Ut posteriores anterioribus Episcopis non præferantur.

Valentinus Episcopus dixit: Si permittit bonum patientiæ vestræ, prosequar ea, quæ necessaria sunt Ecclesiasticæ disciplinæ. Scimus enim, sic inviolatè permansisse Ecclesiasticam disciplinam, ita ut nullus fratrum prioribus suis aliquando auderet anteponeat; sed officii legitimis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequentibus rationabiliter semper acciperetur. Hunc ordinem jubeat Sanctitas Vestra meliùs vestris interlocutionibus robotare.

Aurelius Episcopus dixit: Non deerat quidem, ut hæc repeteremus, nisi fortè exiterent inconsideratæ mentes quorundam, quæ & hæc statuenda nostros acuerent sensus. Sed & communis hæc causa est, quum insinuavit frater & Coepiscopus nostræ, ut unusquisque nostrum ordinem sibi decretum à Deo cognoscat, & posteriores anterioribus deferant, nec eis inconsultis aliquid agere præsumant. Qua de re oportet eos qui putaverint, sicut etis majoribus, aliquid præsumendum, competenter esse ab omni Concilio coercendos. Universi Episcopi dixerunt: Hic ordo & à patribus & à majoribus est servatus, & à nobis, Deo propitiò, servabitur, salvò etiam jure primatûs Numidicæ, & Mauritanicæ.

Cap. 14. Ut Episcopi, pro tempore consecrationis sue litteras ab ordinariis habeant.

Deinde placuit, ut quicumque decemeps ab Episcopis ordinantur, litteras accipiant ab ordinariis suis, manu eorum subscriptas, continentes consulem, & diem, ut nulla alteratio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

Cap. 15. Vbi primùm quis legor, ibi permaneat clericus.

Item placuit, ut quicumque in Ecclesia, D. 92. cont. ut, vel

vel semel legerit, ab alia Ecclesia ad clericatum non teneatur.

Cap. 16. *Ut pro causis Ecclesiarum, cunctores, advocati à principe postularentur.*

Placuit præterea, ut executoribus in omnibus justis desideris impertiatur. Placuit etiam, ut petatur à gloriosissimis Imperatoribus, ut jubeant Judicibus dare peritos sibi defensores Scholasticos, qui in actu sunt, vel in officio defensionum causarum Ecclesiasticarum, more Sacerdotum ut provinciarum iidem ipsi, qui defensionem Ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotiis Ecclesiarum (quoties necessitas flagitaverit) vel ad obstitendum callidè decipientibus, vel obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi judicium secretaria.

Cap. 17. *Ut neque dimissus, neque dimissa alteri conjugantur.*

9-7 Placuit, ut secundum Evangelicam & Apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa à marito, alteri conjugatur, sed ita maneant, aut sibi met reconcilientur. Quod si contempserint, ad penitentiam redigantur. In qua causa legem Imperialem petendam promulgari.

Additio F. S.

Patres hinc legem imperialem desiderant, ut per potestatem temporalem punirentur transgressores, non verò ut declararetur novum conjugium post divortium utroque vivente esse illicitum; nam hoc ex Evangelica, & Apostolica doctrina constare ipsimet affirmant.

Cap. 18. *De his, qui in sua provincia non communicant, alibi non communicant.*

Placuit, ut quicumque non communicet in provincia propria, & in aliis provinciis, vel transmarinis partibus ad communicandum obrepserit, jacturam communionis, vel clericatus excipiat.

Cap. 19. *De clericis, qui apud principem seculari iudicium, aut synodale impleverint.*

Placuit, ut quicumque ab Imperatore cognitionem judiciorum publicorum petierit; honore proprio privetur: si autem Episcopale iudicium ab Imperatore postulaverit, nihil ei obstit.

Cap. 20. *Ut sine formata nemo ad comitatum proficiatur, & qualiter formata fiant.*

Placuit, ut quicumque clericus propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatum ab Episcopo suo accipiat. Quod si sine formata voluerit pergere, à communione removeatur. Quod si alicubi ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud Episcopum loci ejus ipsam necessitatem, & de hoc scripta ejusdem Episcopi deferat: formatae autem, quæ à primatibus, vel à quibuscumque Episcopis clericis propriis dantur, habeant diem Paschæ. Quod si adhuc ejusdem anni Paschæ dies incerta est, ille præcedens adjungatur, quomodo solet post consultatum in publicis gestis adscribi.

Cap. 21. *De Episcopis, qui quod repetere possunt, præsertim à synodo, iuraverunt.*

Item placuit, ut quicumque Episcopi, quascumque Ecclesias, vel plebes, quas ad suam cathedram æstimant pertinere, non ita reperierint, ut causas suas Episcopis judicantibus, agant; sed alio retinente irruerint (sive volentibus, sive nolentibus plebibus) causæ suæ detrimentum patiantur. Et quicumque jam hoc fecerint, si nondum est inter Episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt; ille discedat, quem constitierit, prætermisissis iudiciis Ecclesiasticis, irruisse. Nec sibi quisque blandiatur, si à Primatè, ut retineat, litteras impetrarit; sed sive habeat litteras, sive non habeat, conveniat eum qui tenet, & ejus litteras accipiat, ut eum appareat pacificè tenuisse Ecclesiam

ad se pertinentem. Si autem ille aliquam questionem retulerit, per Episcopos Judices causa finiatur, sive quos eis Primates dederint, sive quos ipsi vicinos ex consensu Primatis delegerint.

Cap. 22. *De clericis, qui de iudicio Episcoporum suorum conque-*

tuntur.

Item placuit, ut Presbyteri, Diaconi, vel ceteri inferiores clerici in causis quas habuerint, si de iudiciis Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopos audiant, & inter eos, quicquid est, finiant, adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africana Concilia, vel ad Primates provinciarum suarum. Ad transmarina autem, qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem suscipiatur.

Additio F. S.

Pro materia istius can. 22. videnda sunt quæ scriptimus l. 4. de Rom. Pontif. q. 2. art. 7. & specialiter in resp. ad 3. & 5.

Cap. 23. *De his qui apud hæreticos poenitentiam acceperunt.*

Placuit, ut quicumque conversus ab hæreticis, dixerit, se apud eos poenitentiam accipere; unusquisque Catholicus Episcopus requirat, ubi, & ob quam causam apud eisdem hæreticos poenitentiam suscepit? Ut eum documentis ceteris hoc ipsum approbaverit, sibi pro qualitate peccati, sicut eidem Episcopo Catholico visum fuerit, tempus poenitentiae vel reconciliationis decernat.

Cap. 24. *De Episcopis negligentibus adversus hæreticos.*

Item placuit, ut quicumque negligunt loca, ad suam cathedram pertinentia, in Catholicam unitatem lucrari, conveniantur à diligentibus vicinis Episcopis, ut id agere non morentur. Quod si intra sex menses à die conventionis, non hoc fecerint; qui potuerint ea lustrari, ad ipsum pertineant; ita sanè ut (si ille, ad quem pertinuisse videbantur, probate potuerit,

magis illius electam negligentiam ab hæreticis, impunè ut ibi sint, & suam diligentiam fuisse præventam, ut eo modo ejus cura solertior vitaretur (cum hoc iudices Episcopi cognoverint) suæ cathedrae loca restituant. Sanè, si Episcopi inter quos causa versatur, diversarum sunt provinciarum, ille Primas det iudices, in cuius provincia est locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut duo eligantur aut tres. Quod si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum. A iudiciis autem, quos communis consensus elegerit, non liceat provocari. Et quisquis probatus fuerit, pro contumacia nolite obtemperare iudicibus, cum hoc primæ sedis Episcopo fuerit probatum, det litteras, ut nullus ei communicet Episcoporum, donec obtemperet.

Cap. 25. *Vide supra.*

Si in matricibus cathedralis Episcopus negligens fuerit adversus hæreticos, conveniatur à vicinis Episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, ut se excusare non possit. Quod si ex die quo convenitur, intra sex menses, si in ejus provincia executio fuerit, & non eos ad unitatem Catholicam convertendos curaverit, non ei communicetur, donec impleat. Si autem executor ad loca venerit, non adscribatur Episcopo. Si autem probatum fuerit, eum de communionem illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse, quos (cōscientie) non communicasse consiterit, etiam Episcopatum amittat.

Cap. 26. *De virginibus, quæ infra viginti quinque annos, necessitate cogente velantur.*

Item placuit, ut quicumque Episcoporum necessitate periclitantis pudicitiae virginalis (cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si aliquo etiam mortis scrupulo periculoso compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad

2. q.
Judic

2. q.
quæ

q. 2. Pla.
1. q.

quorum

quorum curam pertinet) velaverit virginem, seu velavit intra viginti quinque annos ætatis, non ei obicit Concilium, quod de isto annorum numero constitutum est.

Cap. 27. De Episcopis, qui post acta Carthaginensi synodi, retenti sunt ad reliqua peragenda.

Item placuit (ne diutius universi Episcopi, qui ad Concilium congregati sunt, tenerentur) ab universo Concilio ternos judices de singulis provinciis eligi. Et electi sunt de provincia Carthaginensi, Vincentius, Fortunatianus, & Clarus. De provincia Numidicæ, Alypius, Augustinus, & Restitutus. De provincia Byzacæna, cum sancto sene Donatiano Primate, Cæsconius, Jocundus, & Emilianus. De Mauritania Sitifensi, Severianus, Abaticus, & Donatus. De provincia Tripolitana, Plautius, qui (ex more) legatus unus est missus, qui omnes cum sancto sene Aurelio universa cognoscant. A quo petiit universum Concilium; ut cunctis sive gestis, quæ confecta jam sunt, sive epistolis ipse subscribat. Et subscripserunt; Aurelius Episcopus Ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensit, & per-

lecto subscripti; Donatianus Telepicensis primæ sedis subscripti, Augustinus Hipponæ Regiensis subscripti. Similiter & omnes Episcopi subscripserunt.

Finis Concilium Milevitanum.

Decreta Zosimi Papa.

ZOSIMUS Papa, natione Grævus, sedit ann. 1. mens. 4. dies 7. sub Honorio, & Theodosio juniore. Hic Paschalem cereum sacravit. Servis Sacerdotio, Sacerdotibus verò tabernis interdixit.

Ex ejus decret. hoc extat ex Gratiano desumptum.

Contra statuta Patrum condere aliquid vel mutare, nec hujus quidem sedis potest authoritas. Apud nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta Patrum sanxere reverentiam.

Aditio F. S.

B. Thomas opusc. contra impugnat. relig. cap. 4. interpretatur hunc canonem deus, quæ statuta Patrum determinaverunt esse de jure divino, sicut articuli fidei, qui sunt ab Ecclesiâ determinati. Eum sequitur Cajet. opusc. de authorit. Papæ & Concil. cap. 9. ad ultim. Confer quæ dicitur lib. 5. de Conciliis quest. 2. art. 5.

An. D. 417
Sofimus
Pont. 42.

Tempore
hujus fuit
Lucius ha-
reticus & c.
Fulgens
dominatus
est.
25. qu. 1.
Contra do-
ctrinam.

Malpelo.

CONCILIUM
CARTHAGINENSE VI.

Ab Episcopis 217. celebratum tempore ZOSIMI Papa.

IN hoc Concilio, quæ statuta sunt, brevis declarat annexus. Primum, interfuit Legatio Ecclesiæ Rom. Faustinus Episcopus, Philippus, & Asellus Presbyteri. Deinde actum est, ut ab Episcopis Orientalibus peteretur Nicænum Concilium. Ub; in præsentia omnium, exemplaria Nicæne synodi (sicut

à Patribus constituta fuerent) in medium prolata sunt. Postmodò recitata fuit confessio fidei Nicæni Concilii, quam supradictis post canones sub locò inferimus.

Explicet Concilium Carthagin. VI. Provinciale.

Aditio F. S.

Circa Concilia Carthaginensia

uiliam
ab. VI.
D. 417.

G. 6 A

134 SUMMA CONCILII CARTHAGINENSIS VII.

Authorem hujus Summæ perpetam sup-
 petuis collocaſſe primum Concilium Car-
 thaginense ante Sardicenſe, cùm certum
 ſic Sardicenſe fuiſſe prius; unde can. 5.
 illius Carthagin. Concilii allegatur ſta-
 tutum Concilii Sardicenſis. Pro isto Con-
 cil. VI. vide quæ diximus lib. 5. de Con-
 ciliis q. 1. art. 5.

Decreta Bonifacii primi, Pape.

BONIFACIUS I. Romanus, ſedit
 annos 4. meſes 9. dies 28. Hic, Eulalio
 ſchiſmatico ſuperato, ſtatuit, ne mulier
 Sacta attingeret, nec incenſum adoleret.

Prohibuitque, ne obnoxius, aut emul-
 aur annis 30. minor, ad Sacerdotium ad-
 mitteretur. Hujus Pontificatum inſignem
 reddidit Divus Hieronymus Presbyterus.
 Moritur in Berthelem ætatis ſuz ann. 61.
 Quantum hic vita & doctrinâ juverit
 Eccleſiam Dei, aliis judicandum ſelinquo.
 Siquidem clariſſe miraculis, & ejus ſcripta
 omnibus ſunt in pretio. Decretum ejuſ-
 dem Bonifacii de ætate Presbyterorum,
 ne ante 30. annos ordinentur, prætermiſ-
 mus, quia hoc idem exaratum eſt in ſtatutis
 Fabiani.

Ad D. 418.
 Bonifac. I.
 can. 119.

Epistolam
 Carth. VII.
 non est di-
 hactum à
 Carth. VI.
 ad istam
 diversis deſe-
 ſo aliquan-
 tis inter-
 miſſa.
 Inchoatum
 ſuit ſub Zo-
 nono inter-
 ruptum ſub
 Bonifacio I.
 abſolutum
 circa inci-
 pium Con-
 ciliarii.

CONCILIUM
 CARTHAGINENSE VII.

*Sub eodem BONIFACIO I. per 38. Episcopos celebratum eſt, nihil
 habens, quod ad noſtra hæc tempora pertineat. In hæc ſynodo fuerunt
 recitati canones Conciliorum diverſorum univerſa provincia Africa,
 numero 105. Quos non recenſemus, quia quæ ibi decreta ſunt
 ſuperioribus probantur inſerta.*

Hoc in loco adjecta ſunt etiam
 capita Nicæni Concilii è Græco
 in Latinum converſa, miſſa ab
 Episcopis Orientalibus ad Con-
 ciliium Africanum, ſicut in Conc. Cartha-
 gin. VI. laudis explicantur in vol. Conci.

Decreta Celeſtini primi, Pape.

CELESTINUS I. Romanus, ſedit
 annos 8. meſes 5. dies 3. Hic Pſalmos
 Antiphoniis interſtrinxit, Introitus, Gra-
 dus, Tractatus, Offertoria, Communiones
 & Orationes inſeruit Miſſæ. Clericos,
 canonicatum inſtitutionum doctos eſſe
 voluit. Scythos atque Britannos in viam
 Chriſti reduxit.

Extat epiſtola ejus ad Episcopos Gal-

lie, in qua damnat errores Pelagii, quos
 jam damnarat Innocentius I. in epiſtola
 ad Carthaginense Concilium, cujus ini-
 tium eſt: *Inquirendo de his rebus, quæ omni-
 &c.* Quos etiam damnavit Concilium
 Milevitanum. Ideo ſuperſcribamur dexi-
 mus; hic omnia illa tranſcribere per-
 cepit, niſi titulis dumtaxat in hæc ſerie
 expreſſis.

Primum notat, quod niſi gratia Dei
 juvemur, inſidias diaboli evitare non
 poſſumus.

Secundò: Quod Adam omnes homines
 læſerit, nec quempiam per liberum arbi-
 trium poſſe conſurgere, niſi cum gratia
 Dei exerit.

Ad D. 424.
 Celeſtini I.
 Pont. 44.
 Sub hoc
 Pont. mori-
 tus à Au-
 guſtino:
 Et Neſto-
 rus in ma-
 gna Dei
 ſententia.

Tertio

Tertio: Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione ejus qui solus est bonus.

Quarto: Quod per Christum liberò benè uramur arbitrio.

Quinto: Quod omnia Sanctorum merita, dona sint Dei.

Sexto: Quod omnis sancta cogitatio, & motus pie voluntatis ex Deo sint.

Septimo: Quod gratia Dei non solum peccata dimittat; sed etiam adjuvet ne committantur; & præstet, ut lex impleatur: non, sicut Pelagius ait, facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri.

Octavo: Quod præter statuta Sedis Apostolicæ, omnes orationes Ecclesiæ gratiam Christi resonant, quæ genus humanum reparatur, & ab æterna damnatione reducitur.

Nonò: Quod gratiam Dei, etiam baptizantium restatur instituta purgatio: eam exorcismis, & insufflationibus, spiritus ab eis expelluntur immundi.

Extat altera epistola ejusdem Cælestini ad eosdem Episcopos Gallix, quos corripit in nonnullis superstitionibus, ut sequitur.

Cap. 1. Quod non debeant Sacerdotes amicti pallio in Ecclesia ministrare.

Didicimus, quosdam Domini Sacerdotes supersticioso potius cultui inservire, quam mentis, vel fidei puritati. Qui amicti pallio, & lumbis præcincti, credunt se sanctæ Scripturæ fidem, non per Spiritum, sed per litteram complexuros. Nam si ad hoc ista præcepta sunt, ut taliter servarentur; cur non sunt pariter quæ sequuntur; ut lucerna ardentes in manibus unâ cum baculo teneantur? Habent autem suum ista mysterium, & intelligentibus iracunda sunt; ut ea magis, quæ decet, significatione serventur. Nam in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis indicatur. De quo dicitur: Sic lucerna operis vestra. Discernendi à plebe, vel cæcæ sumus doctrinâ, non

velle; conversatione non habitus; mentis puritate, non cultu. Nam si studere incipiamus novitati, traditum nobis à Patribus ordinem calcabimus, ut locum supervacuis superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim potius sunt, quam illudendi. Nec imponendum est eorum oculis, sed mentibus infundenda præcepta sunt.

Cap. 2. Quod nulli sit ultima penitentia neganda.

Agnovimus penitentiam morientibus denegari, nec illorum desideris amari, qui obitus sui tempore, hæc animæ suæ cupiunt remediò subveniri. Horretimus (fateor) tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet; quasi non possit ad se quòvis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere, quò se ille expediri desiderat, & liberari. Quid hoc (rogo) aliud est, quam morienti mortem addere, ejusque animam suâ crudelitate, ne absolvi possit, occidere? Cùm Deus ad subveniendum sit paratissimus, & invitans ad penitentiam, sic promittat peccatori, iniquiens: *Quisquam die conversus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei.* Et iterum: *Nolo mortem peccatoris, sed tantum ut convertatur, & vivat.* Salutem ergo homini admit, quisquis mortis tempore penitentiam denegaverit. Et desperat de clementia Dei, qui eum ad subveniendum morienti sufficere, vel in momento posse non credit. Perdidit Lucr. 10. latro in cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum unius horæ penitentia non juvisset. Vera ergo ad Deum conversio in ultimis positorum, mente potius est existimanda, quam tempore; Prophetâ hoc taliter afferente: *Cum conversus fueris, salvus eris.* Cùm ergo Dominus sit cordis inspector, quòvis tempore non est deneganda penitentia postulanti; cùm ille se otliges iudici, cui occulta omnia poterit revelari.

CANONES

Decretorum Sanctorum & Beatorum Patrum, qui in Epheso convenerunt sub Theodosio Imperatore, & CALESTINO Papa. Luciano Mantuano, Monacho Casinensi interprete.

De hac Synodo habes supra.

Cap. 1. *¶* Qui cum Caesario aut concilio sentiant, deponantur.

si canones sequentes, sunt quidem Concilii Ephesini, non tamen sunt dogmatici, sed videtur solum editione ratione certum eundem Episcoporum Synodus. Canonibus autem dogmaticis habes immoderate in fine sub titulo Concilii Ephesini.

Quoniam autem oportebat & absentes à sancta synodo, morantesque in urbibus & provinciis ob aliquod impedimentum, seu Ecclesiasticum, sive corporalem, non ignorare quæ de ipsis sunt constituta; significamus sanctitati Vestrae dilectioni, ut si quidam Metropoliticae provinciae, detelicta sancta & œcumenica synodo, aut accessit ad illorum defectionem concessum, aut accedet in posterum, sive cum Caesario sentiat, aut sentiet, ipse nihil amplius poterit agere adversus provinciales Episcopos, ut qui jam inde à synodo totius Ecclesiasticæ communionis ex-pers sit factus, & profus inutilis: sed & ipsi Episcopis illius provinciae, circumquæ vicinis Metropolitans recta sententibus subjacebit, ut omnino defectus sit à Sede Episcopalis.

A synodo Ephesina recesserunt quidam animo circiter triginta, qui deprehensi sunt Nestorii atque Caesarii sentia tenere. Rogant autem, nolentes unâ cum Patribus Nestorium condemnare, quos sancta synodus omni Ecclesiastica communione privavit; & Sacerdotii omnem mutus ademit. Hic est scopus hujus canonis.

Cap. 2. *¶* Qui de sententia à synodo adhaerent, Sacerdotii prohibentur. Si qui autem provinciales Episcopi à sancta synodo defecerunt, vel deficiantibus adhaerent, aut adhaerere tentant, vel etiam postquam subscriperunt Nestorii depositioni, rursus ad defectionis confessum nihilominus recurrerunt: istos placuit sanctæ synodo penitus alienos esse à Sacerdotio, à graduque cecidisse.

Cap. 3. *¶* Restituuntur, qui à Nestorio sunt Sacerdotii prohibiti. Si qui verò ex clericis in singulis urbibus, aut regionibus à Nestorio, & conspirantibus, Sacerdotii prohibiti sunt, quod recte sentirent; justum putavimus, hos quoque proprium gradum accipere. In summa autem, clericos orthodoxæ & œcumenicæ synodo consentientes, jubemus, eis, qui defecerunt, aut defecturi sunt Episcopis, nullò pacto aut ratione subjectos esse debere.

Cap. 4. *¶* Qui cum Nestorio, aut Caesario sentiant, deponantur à synodo.

Si qui autem clericorum defecerint, & ausi fuerint, vel privatim, vel publicè hæc sunt Nestorii, aut Caesarii sapere; sancitum est à sancta synodo, istos quoque depositos esse.

Cap. 5. *¶* Quos sancta synodus condemnarit, restitui non debent.

Quicumque autem ob turpia gesta sunt à sancta synodo condemnati, vel à propriis eorum Episcopis; quibus peccet canones Nestorius (qui nullam remissionem discrimen habebat) & qui cum illo eadem sentiant, restituere conati sunt gradum vel communionem, aut conantur, istos

Regem intelligi pagos et vicos.

istos

istos censuimus inuitiles esse, & manere nihilominus depositos.

Cap. 6. Contra turbatores gestorum in synodo.

Similiter autem, & si qui velint ea quæ de singulis per sanctam synodum gesta sunt Ephesinam, quocumque modo movere; sancta synodus ipsa decrevit, si quidem Episcopi aut clerici fuerint; eos omnino à proprio cadere gradu: Sin verò laici, aut alii, siue communionem permanent.

Collocutio ejusdem sanctæ synodi edita postquam lecta fuit expositio sanctorum, aut Beatorum Patrum recentiorum decem & octo apud Nicæam, & impium symbolum à Theodoro Mopsuestiensi confectum, & à Caritho Presbytero Philadelphiz porrectum sanctæ synodo Ephesinz.

Cap. 7.

His igitur lectis, decrevit sancta hæc synodus, alteram fidem nemini licere profertre, aut scribere, aut componere, præter eam, quæ definita fuit à sanctis Patribus apud Nicæam urbem in Spiritu sancto congregatis.

Eos autem qui fuerint ausi aliam fidem componere, siue porrigere, aut profertre; his, qui volunt ad cognitionem veritatis converti vel ex Gentilibus, vel ex Judæis, vel etiam ex qualibet hæresi, istos, si quidem Episcopi fuerint aut clerici, alienos esse, Episcopos quidem ab Episcopatu, clericos autem a clericatu: si verò laici fuerint, anathematizati. Pari modo si depachenſi fuerint aliqui, siue Episcopi, siue clerici, seu laici sentientes aut docentes ea, quæ continentur in expositione per Carithum allata Presbyterum de Incarnatione Unigeniti Filii Dei, seu scelerata atque perverſa Nestorii dogmata, quæ & subjecta sunt; subjaceant sententia sanctæ hujus & œcumenicæ synodi. Unde liquet Episcopum quidem alienum ab Episcopatu, atque depositum esse, clericumque similiter cecidisse à clerico: &

si laicus fuerit, anathemati subjacere quemadmodum dictum est.

EDICTUM

Eiusdem sanctæ synodi ex adventu Cypriorum Episcoporum constitutum, atque vulgatum.

Cap. 8.

Rem novam, ac præter Ecclesiasticas leges & canones sanctorum Apostolorum, quæ & libertatem omnium tangit, Deo dilectus Coepiscopus Reginus annuavit, unâ cum Deo dilectis Episcopis provinciæ Cypri, Zenone & Evagrio: nempe Episcopum Antiochenum in Cypro facere ordinationes, quemadmodum per libellos, & proprias voces fidem fecerit religiosissimi Viri, qui ad sanctam synodum hæc accesserunt. Habebunt jus suum intactum & inviolatum, qui sanctis Cypriorum Ecclesiis præſunt, secundum canones sanctorum Patrum, & antiquam consuetudinem, per seipſos religiosissimorum Episcoporum facientes ordinationes. Idem autem & in aliis diocæſibus, omnibusque ubique provinciis erit servandum, ut nullus (videlicet Deo dilectorum Episcoporum) alienam invadat provinciam, quæ non prius atque ab initio sub illius, seu antecessorum suorum fuerit potestate. Sed & si quis occupaverit, vel vi sibi subegerit, idem ipse restituat, ne Patrum statuta frangantur, nevé sub specie sacre functionis, potentia tumor irrepat, sicque interrogantes, & paulatim libertatem perdamus, quam Jesus Christus Dominus noster Redemptor hominum omnium, proprio sanguine nobis quaesivit & condonavit.

Placuit igitur sanctæ & œcumenicæ synodo, ut singulis provinciis pura & inviolata, quæ jam inde ab initio habent, sua jura serventur, ut unusquisque Metropolitanus, secundum præsum & solitum morem, seorsum faciendam regulariter

in
synodo
per
cap. 8. 28
Cognovit
hunc
synodum
nem, ut
Cypri Ec-
clesia sit
principalis
& prima:

facit

facultatem obtineat, propelluntque jus firmum possideat. Quod si quis superbia contumaci definitis obviam ierit, hunc abrogatum tri placuit toti sanctæ & œcumenicæ synodo; Expliciant canones synodi Ephesensis generalis.

Secundum veterum translationem Concilium Ephesensium contra Nestorium. an. D. 431.

C O N C I L I U M E P H E S I N U M

Primum ex quatuor principalibus, sub CALESTINO I. Papa.



Habitu est adversus Nestorium Constantinopolitanum Episcopum, qui purum hominem ex Sancta Virgine Maria natum asseruit, ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis. Nec unum Christum in verbo Dei & carne sentiret, sed separatim, atque seorsum alterum Filium Dei, alterum hominis prædicaret. Convenit autem hæc synodus sub Theodosio Juniore A. 451. Cui synodo vice sancti Cælestini Papæ (cujus annus penultimus celebrata est) præfedit beatissimus quondam Cyrillus Alexandriæ Episcopus, qui cum universo Concilio, ad eundem Nestorium synodalia decreta transmisit, ut habentur in epistola Concilii Ephesini ad ipsum Nestorium. In qua Symbolum Fidei, quod à magno illo Concilio apud Nicæam congregato traditum est, prolixè interpretantur, ut jure optimò possint dici summa quedam totius doctrinæ Christianæ.

Sequuntur ea quæ à 100. Episcopis in synodo Ephesina congregatis, cum anathemate definita sunt.

Cap. 1.

Si quis non confiteretur, Deum esse veraciter humanum, & propterea Dei Genitricem Sanctam Virginem (peperit enim secundum carnem) conquisitum

Decreta Concilii Ephesini

Dei verbum, secundum quod scriptum est, Verbum caro factum est) anathema sit.

Cap. 2.

Si quis non confiteretur, carni secundam substantiam unicum Dei Patris Verbum, unumque esse Christum cum propria carne, eundem scilicet Deum, simul & hominem, anathema sit.

Cap. 3.

Si quis in uno Christo dividit substantias post unitatem, solâ eas connexione conjungens, eamque, quæ secundam carnis dignitatem sit, vel etiam auctoritatem & preteritatem, ac non potius conventus, qui per unitatem factus est, naturalem, anathema sit.

Cap. 4.

Si quis in personis duabus vel sufficientibus eas voces, quæ in Apostolicis scriptis continentur & Evangelicis, dividit, vel quæ de Christo dicuntur à sanctis, vel ab ipso, & aliquas quidem ex his, velut homini, qui præter Dei verbum specialiter intelligatur, apparuit, illas autem tanquam dignas Deo, soli Dei Patris Verbo deputaverit, anathema sit.

Cap. 5.

Si quis audeat dicere, hominem Christum, Theophorum, id est, Deum ferentem, ac non potius Deum esse veraciter dixerit, tanquam Filium per naturam secundam quod

quod verbum factum est caro, & communicavit similiter ut nos carni & sanguini, anathema sit.

Cap. 6.

Si quis dicit, Deum esse, vel Dominum Christi Dei Patris Verbum, & non magis eundem ipsum confiterur Deum simul & hominem, propterea quod *Verbum caro factum est* secundum Scripturas, anathema sit.

Cap. 7.

Si quis velut hominem Jesum, operante Deo Verbo, dicit adjutum, & unigeniti gloriam, tanquam alteri præter ipsum exigenti, tribuit, anathema sit.

Cap. 8.

Si quis audet dicere, assumptum hominem coadorandum Deo verbo, & *conglorificandum*, & nuncupandum Deum, tanquam alterum cum altero (nam, *con-* syllaba superadjecta, hæc cogit intelligi) ac non potius, unâ supplicatione veneratur Emmanuël, unamque ei glorificationem dependit, juxta quod *Verbum caro factum est*, anathema sit.

Cap. 9.

Si quis unum Dominum Jesum Christum glorificatum dicit à Spiritu sancto, tanquam qui alienâ virtute: per eum usus fuerit, & ab eo accepit efficaciam contra immundos spiritus, posse & coram hominibus divina signa perficere, ac non potius fateretur ejus proprium spiritum, per quem divina signa coplevit, anathema sit.

Cap. 10.

Pontificem, & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum, divinâ Scriptura commemorat *Obtulit enim semetipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo & Patri*. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum dicit factum, non ipsum Dei verbum (quando caro factum est, & homo juxta nos homines) sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere; aut qui dicit, quod pro se obtulisset semetipsum oblationem, & non

potius pro nobis solis (non enim egit oblatione, qui peccatum omnino nescivit) anathema sit.

Cap. 11.

Si quis non confiteretur, carnem Domini vivificatricem esse, & propriam ipsius Verbi Dei Patris, sed velut alterius præter ipsum, conjuncti eidem per dignitatem, aut quasi divitiarum habitacionem, ac non potius vivificatricem esse, quia facta est propria Verbi cuncta vivificare valentis, anathema sit.

Cap. 12.

Si quis non confiteretur, Dei Verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est, & vivificator ut Deus, anathema sit,

Cap. 13.

Ait igitur magna & sancta Synodus: *Idem habetur in Concilio Chalcedon.* ipsum qui est ex Deo Patre naturaliter natus, Filium unigenitum, Deum de Deo vero, lumen de lumine, per quem & cum quo omnia fecerit Pater, huic descendisse, incarnatum esse, & hominum factum, passum esse, & resurrexisse tertiâ die, ascendisse rursus in cœlos. Hæc nos sequi verba debemus, his nos convenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid sit incarnatum esse, & hominem factum Dei Verbum. Non enim dicimus, quod Dei natura conversa vel immutata, facta sit caro; nec quod in totum hominem, qui est ex anima & corpore, transformata sit; sed magis quod carnem animatam animâ rationali sibi copulaverit, Verbumque substantialiter, ineffabiliter, & incomprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam Filius hominis, non nudâ tantummodo voluntate, sed nec assumptione solâ personæ, sed quod diversæ quidem naturæ in unum convenerint, unis tamen ex ambabus Christus & Filius, non evacuata vel sublata diversitate naturarum per conjunctionem, sed quia simul nobis effecterunt unum Deum, &

1 Cor. 9.

Idem habetur in Concilio Chalcedon.

Nota.

Quid sit Dei verbe factum e hominem

Christum, & filium, id est, divinitas & humanitas, per arcanam illam ineffabilemque copulationis adunationem. Itaque is qui ante secula omnia est natus ex Patre, etiam ex muliere carnaliter est procreatus in tempore. Non quia divina ipsius natura de sacra Virgine sumpsit exordium, nec propter seipsam opus habuit secundò nasci post illam nativitatem, quam habebat ex Patre (est enim ineptum & stultum hoc dicere, quòd is qui ante omnia secula est, & consempiternus Patri, secundæ generationis eguerit, ut esse inciperet;) sed quia propter nostram salutem, naturam sibi copulavit humanam, & processit ex muliere, idcirco dicitur esse natus carnaliter. Nec enim primùm natus est homo communis de sancta Virgine, & tunc demùm inhabitavit in eo Verbum, sed in ipsa vulva utroque Virginali secum carnem conjunxit, & sustinuit generationem carnalem, carnis suæ nativitatem suam faciens. Sic illum dicimus, & passum esse, & resurrexisse, non quia Deus-Verbum in sua natura passus sit aut plagas, aut clavorum transfixiones, aut alia vulnera susceperit (Deus namque incorporealis extra passionem est;) sed quia corpus illud, quod ipsius proprium factum est, hoc sustinuit, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore quod patiebatur, Deus, qui pati non poterat. Simili modò & mortem ipsius intelligimus. Immortale enim & incorruptibile est naturaliter, & vita, & vivificans Deus-verbum: sed quia corpus ipsius proprium, gratiâ Dei (juxta Pauli vocem) pro omnibus mortem gustavit; idcirco ipse dicitur mortem passus pro nobis: non quòd ipse mortem esset expressus, quantum ad ipsius naturam pertinet; (insania enim est hoc vel sentire, vel dicere;) sed quòd (ut diximus) vera caro ipsius mortem gustavit. Ita & resurgente carne ipsius, rursus resurrectionem dicimus, non quia in corruptionem ceciderit (quod

absit) sed quia ejus resurrexit corpus. Ita Christum unum, & Dominum confitemur, tanquam hominem cum Verbo adorantes, ne divisionis quædam species inducatur, sed unum jam & eundem adorantes, quia non est alienum à Verbo corpus suum, cum quo ipse etiam affidet Patri. Nec hoc ita dicimus, quasi duobus Filiis assidentibus; sed uno cum carne per unitatem, quia si talem copulationem factam per substantiam aut quasi præparabilem aut quasi parum decoram voluerimus accipere, in id incidemus, ut duos Filios esse dicamus. Nec esse est enim discernere, & dicere hominem separatim fuisse solâ filii appellatione honoratum, & rursus Verbum, quod est ex Deo in hominæ, in veritate Filium Dei. Sed discernere in duos filios non debemus unum Deum Christum. Neque enim adjuvat rectam fidei rationem, licet nonnulli copulationem (nescio quàm) perhibeant personarum. Non enim dicit Scriptura, Verbum Dei, personam sibi hominis assumpsisse sed carnem factum esse, id autem est ostendere, Dei Verbum similiter ac nos principium habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrum propriè suum fecisse, & hominem ex muliere processisse, non adjunctâ vel depositâ Deitate, aut generatione illâ, quam habebat ex Patre; sed mansisse etiam in assumptione carnis Deum, quod erat. Hoc itaque recte fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos Patres fuisse comperimus. Ideoque illi non dubitaverunt sanctam Virginem dicere *Theotocon*; non quia verbi natura, deificaque in sancta Virgine sumpsit exordium, sed quòd ex ea natum sit sacrum illud corpus, animatum animâ rationali cui substantialiter adunatum Dei Verbum, carnaliter natum esse dicitur. Hæc igitur pro charitate in Christo scribo tibi, quærens tanquam frater, & contestans coram Deo & electis ejus Angelis, ut hæc nobiscum sentias, simul & doceas; ut Ecclesiarum pax salva servetur, & concor-

Joan.

concordiæ charitatisque vinculum indissolubile maneat Sacerdotibus Dei.

Finis Concilii Ephesini.

Decreta Sixti tertii, Papa.

492. SIXTUS III. natione Romanus, sedit
 III. annis octo minus 3. diebus. Hic post annum unum & menses octo accusatur Romæ apud Augustum & plebem; ita ut
 2-4. Augustus & multus populus ab ejus communi-
 10. one se legregaret. Accusatur autem a quodam Basso. Sixtus autem volens se purgare, fecit, ut Valentinianus Augustus sanctam synodum congregaret in basilica Beati Petri Apostoli & factò conventu cum magna examinatione, per judicium synodicum purgatur à 36. Episcopis. Et condemnatur Bassus à synodo, ita tamen, ut ultimo die viaticum ei non negaretur propter humanitatem pietatis Ecclesiæ. Hoc audiens Valentinianus Augustus cum matre sua Placida, furore sanctò commoti, proscriptione Bassum condemnaverunt, & omnia prædita facultatum ejus; Ecclesiæ Catholice locarunt. Qui Bassus nutu divino intra tres menses defunctus moritur. Cujus corpus Sixtus Episcopus cum hircaminibus & aromatis, naribus suis tractans, recondidit & sepelivit ad Divum Petrum Apostolum in cubiculo parietis ejus.

Exiit Epistola Sixti tertii ad Episcopos Orientales elegans & lectione digna, gratias referens, quòd suis litteris illum visitaverint in tribulatione & persecutione sua; in qua hanc tradidit regulam, qua persecuti, nos consolari debeamus.

Fratres, propter infidantium vituperationes aut accusationes, vel propter laudantium opiniones, nec ad dextram, nec ad sinistram declinare debemus; sed inter verba laudantium; sive vituperantium ad mentem semper recurrentium est. Et si in ea non invenitur bonum quòd de nobis dicitur, magnam tristitiam

generare debet; & rursus, si in ea non invenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætissimè proficere. Quid enim si omnes laudent, & conscientia nos accuset? aut si omnes acculent, & conscientia nos liberè demonstret? Habemus Paulum dicentem: *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostra.* Iob quoque dicit: *Ecce in celo, testis in corde; dimittamus stultos foris loqui quod volunt.* Quid enim aliud detrahentes faciunt, nisi in pulverem sufflant, & argue in oculos suos terram excitant, ut unde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamen sunt etiam ipsi, & tranquille admonendi, eisque satisfieri modis omnibus debet, scientes, quod de Judæis Veritas ait: Ne forte scandalizemus eos. Si autem satisfieri sibi ex veritate noluerint, habes consolationem, quæ in Evangelio aspiciat. Quia eum Domino dictum fuisse, *Scis quod Pharisæi, audito verbo hoc, scandalizati sunt, & responderunt: Si viderent, cæci sunt, & dices eorum.*

In Epistola secundò ejusdem epistole Sixtus decrevit, ut hi qui non sunt bonæ conversationis, & quorum fides, vita, & libertas suspecta, non possint Domini Sacerdotes accusare, nec viles personæ ad accusationem eorum admittantur.

In tertio agit de peregrinis, sive de provincialibus judiciis: & si quis sibi iudicem senserit adversum, appellationis utatur remedio.

In quarto, ut qui crimen objicit, scribat se probaturum; & qui non probaverit similem poenam sustineat.

In quinto, De Episcopis accusatis. Ubi placuit, ut si Episcopus accusatus appellaverit Apostolicam Sedem, id statuendum, quod ejusdem Sedis Pontificis censuerit.

Nota.

2 Cor. 1. Job 6.

1 Cor. 13. 1 Cor. 13.

Matth. 27.

Matth. 23.

Supra in decretis Basilicæ. 29.

Ibidem.

Concilium
Regienf.
An. D. 489.

CONCILIUM

R H E G I E N S I S

Provinciale sub SIXTO III. Papa, ab Episcopis 13. An. 472.

Canones Concilii Rhegiensis.

Cap. 3. Te-
ria. Conci-
lil.
Nica. Con-
cil. cap. 8.

V T perversi ordinatoribus, nullis
denud ordinationibus interfint.
De promotione ejus, quem or-
dinate perperam duo przlum-
pserunt. 2.

De hæreticis & schismaticis Episcopis,
si ad Catholicam fidem venerint, quid
obfervari debeat. 3.

Ut Episcopus benedicat, & confumet
Neophytum. 4.

Ut Episcopus, cum sepeliverit Episco-
pum, curam habeat Ecclesie ipsius. 5.

Ut absque Metropolitanis litteris, &
consensu, nullus accedat ad Ecclesiam
destitutam Episcopò. 6.

Finis Concilii Rhegiensis.

Concilium
Agathenf.
An. D. 506.

CONCILIUM

A G A T H E N S I S

Provinciale in civitate Agatha in Gallia habitum, ab Episcopis 35.

tempore SIMMACHI Papa.

Exordium.

Cum in Dei nomine ex permisso
Regis Alarici in Agathensem ci-
vitatem sancta synodus convenif-
set, & in S. Andreæ basilicâ confedifse-
mus, ibique flexis genibus in terra, pro
regno ejus, pro longevitate populi Do-
minum deprecaremur, ut qui nobis con-
gregationis permisit potestatem, re-
gnum ejus Domiaus felicitate extenderet,
justitiâ gubernaret, virtute protegeret,
de disciplina & ordinationibus clericorum
atque Pontificum, vel de Ecclesiarum
utilitatibus tractaturi, in primis id placuit,

ut canones & statuta Patrum per ordinem
legerentur.

Additio F. S.

Hujus Concilii Agathensis præfidente
Celsasio Atelatenf. Episcopo celebrati
anno 506. qui erat Symmachi Papæ octa-
vus; canones 71. refert Coriolanus: inter
quos secundus est, qui hîc ponitur pri-
mus.

Cap. I. De contumacibus clericis,
& ad officium tardis.

Contumaces verò clerici (prout digni-
tatis ordo permisit) ab Episcopis corri-
gantur;

Canones
Concilii
Agathenf.
D. 50. C.
tenentur;

gantur; & si qui prioris gradus elati superbia, communionem fortasse contempserint, aut Ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint; peregrina eis communicatio tribuatur, ita ut, cum eos poenitentia correxerit, rescripti in matricula, gradum suum dignitatemque recipiant.

Ad idem P. 5.

Quid vocetur communicatio peregrina dicitur ad 3. p. q. 80. art. 12. quæstio 6.

Cap. 2. De Episcopis; qui pro minimis causis aliquos excommunicant.

Episcopi verò, si Sacerdotali moderatione postposita, innocentes, aut vixitibus causis culpabiles excommunicare præsumpserint, aut ad gratiam baptismatis festinantes fortasse recipere noluerint; à vicinis Episcopis ejusdem provincie, litteris moneantur. Et si parere noluerint, communicatio illis usque ad tempus synodi à reliquis Episcopis non denegetur; ne forte per excommunicatoris peccatum, excommunicati longè tempore, & morte præveniantur.

Cap. 3. De his qui oblationes Ecclesie defraudant.

Clerici etiam, vel seculares, qui oblationes parentum aut donatas, aut testamentis relictas, retinere persisterint; aut id quod ipsi donaverint Ecclesiis vel monasteriis, crediderint auferendum (sicut sancta synodus constituit) velut negatores pauperum (quousque reddant) ab Ecclesiis excludantur.

Cap. 4. Si clericus furivum Ecclesie fecerit.

Si quis clericus furivum Ecclesie fecerit, peregrina ei communicatio tribuatur.

Cap. 5. Si quisquam fuerit Episcopo derelictum.

Pontifices, quibus in summo Sacerdotio constitutis ab extraneis aliquid, aut cum Ecclesia, aut sequentiatim dimittitur, aut donatur; quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animæ suæ, non pro commo-
modo Sacerdotis probatur vivere, non

quasi suum proprium, sed quasi dimissum Ecclesie inter facultates Ecclesie computabunt; quia iustum est, ut sicut Sacerdos habet quod Ecclesie dimissum est, ita & Ecclesia habeat quod relinquitur Sacerdoti. Sanè quicquid per fideicommissum, aut Sacerdoti, aut Ecclesie fortasse dimittitur, cuicumque alii postmodum profuturum, id inter facultates suæ Ecclesie computare, aut retinere non poterit.

Cap. 6. De rebus Ecclesie, quomodo ab Episcopo habeantur.

Casellas verò, vel mancipiolas Ecclesie; Episcopi (sicut præfata sanctorum canonum præcepit autoritas;) vel vasa monasterii, quasi commendata fidelis præposito, integrè Ecclesie jure possideant, id est, ut Episcopi neque per quoscumque contractus, res, unde pauperes vivunt, alienare præsumant. Quod si necessitas compulerit, ut pro Ecclesie necessitate, aut utilitate, vel in usufructu, vel in directa venditione aliquid distrahatur; apud duos vel tres comprovinciales, vel vicinos Episcopos, causa, quæ necesse sit vendi, primitus comprobetur; ut habità discussione Sacerdotali, eorum subscriptione, quæ facta fuerit venditio, roboretur. Aliter facta venditio vel transactio non valebit. Sanè, si quos de servis Ecclesie, bonè meritis sibi Episcopus libertate donaverit, oblatam à successoribus libertatem placuit custodiri, cum hoc, quod eis manumissor in libertatem contulerit, quod tamen jubemus viginti solidorum numerum, & modum in terrula, vel vineola, vel hospitio tenere; Quod amplius datum fuerit, post manumissoris mortem Ecclesie revocetur. Minusculas verò res, aut Ecclesie minus utiles peregrinis vel clericis, salvo jure Ecclesie, in usum præstari permittimus.

Cap. 7. De clericis, qui ad seculares confugiunt.

Id etiam placuit, ut si clericus relicto suo, propter distributionem ad secularem

Judicem fortasse confugerit, & is ad quem recurrit, solatium ei defensionis impenderit; cum eodem de Ecclesie communionem pellatur.

Cap. 8. *Ut in quadragesima non solvantur jejunia.*

De consecr.
l. 3. Placuit
s. omnes.

Placuit etiam, ut omnes Ecclesie filii (exceptis diebus Dominicis) in quadragesima, etiam in die Sabbati, Sacerdotali oratione, & discretionis communi jejunent.

Cap. 9. *De predicatione Symboli.*

De consecr.
l. 4. Symboli
l. 1. de
l. 1. de

Symbolum etiam placuit ab omnibus Ecclesiis una die, id est, ante octo dies Dominicę resurrectionis, publice in Ecclesia competentibus predicari.

Cap. 10. *De benedictione & unctione altaris*

De consecr.
l. 1. Altaris
l. 1.

Altaria placuit, non solum unctione chrisimatis, sed etiam Sacerdotali benedictione lactari.

Cap. 11. *Ut aliter maiores & minores penitentiam accipiant.*

D. 50. Penitentia.

Penitentes, tempore quod penitentiam petunt, impositionem manuum, & cilicium super caput a Sacerdote (sicut ubique constitutum est) consequantur. Si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutaverint, abjiciantur. Et nisi dignę penituerint, non recipiantur. Juvenibus etiam penitentia non facile committenda est, propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omatibus in morte positis, non est negandum.

Cap. 12. *Qua ætate Diaconi ordinentur.*

D. 77. Episcopus benedictionem.

Episcopus, benedictionem Diaconatus, minoribus viginti quinque annorum penitus non committat. Sanę, si conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam minorum voluntas ita requirenda est, ut sequantur mansione cubiculę, religione punita, postquam patier conversi fuerint, ordinentur.

Cap. 13. *De sanctimonialibus, que separate vivunt.*

De P. 15

Sanctimonialis, quantumlibet vita earum

etiam & mores probati sint, ab ætate ætatis suę quadragesimum non veltur.

Cap. 14. *Ut solemnitates maiores in civitatibus celebrentur.*

Si quis etiam extra Parochias, in quibus legitimus est ordinariusque conventus, oratorium habere voluerit, reliquis festivitatibus, ut ibi Missam in agro teneat propter fatigationem familiarum, iusta ordinatione petuntimus. Paschã verò, Solem Natali Domini, Epiphaniã, Ascensionem Domini, Pentecoste, & Natali S. Joannis Baptiste, & si qui maximi dies in festivitatibus habentur, non nisi in civitatibus, aut in Parochiis audiant. Clerici vero, si in his festivitatibus, quas supra diximus (nisi jubente, aut permittente Episcopo) ibi Missas celebrare voluerint, communionem priventur.

De con
d. 1. i
atium

Solem
na ma

Idem

Cap. 15. *Ut non liceat Presbyterum, rem Ecclesie vendere.*

Statuimus (quod omnes canones jubent) ut civitatenles, sive diocetani Presbyteri, vel clerici, salvo jure Ecclesie, rem Ecclesie (sicut permiserunt Episcopi) teneant; vendere autem, aut donare penitus non præsumant. Quod si fecerint; & facta venditio non valebit; & de facultatibus (si quas habent proprias) indemnem Ecclesiam reddant; & communionem priventur.

De
statu
quibus

Cap. 16. *Ut clericus minor seniori non præponatur.*

Episcoporum etiam, quorum vita non reprobatur, posteriorem priori nullus præponat; nisi forte elatus superbi, quod pro necessitate Ecclesie Episcopus jusserit, implere cõtemnat. Sanę, si officium Archidiaconatus aut propter simplicitatem naturam implere, aut exp. dire nequiverit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationi Ecclesie, quem elegerit Episcopus, præponatur.

D. 74
super
atium

Idem
gonu
anni
scopo
cap.

Cap. 17. *De secularibus, qui uxores suas derelinquunt.*

Si vendi seculares, qui conjugale con-

83. q

culore
fortium

fortium nullâ culpâ graviori dimitunt, vel etiam dimiserunt, & nullas causas diffidii probabiliter proponentes, propterea matrimonia sua dimitunt, ut aut illicita, aut aliena præsumant, si antequam apud Episcopos comprovinciales diffidii causas dixerint; & priusquam in iudiciò damnentur, uxores suas abjecerint, à communione sanctæ Ecclesiæ, & populi cætu (pro eo quod fidem & conjugia maculant) excludantur.

Cap. 18. *Vt monasterium, inconsulto Episcopo, nullus constituat de monachis.*

Monasterium novum, nisi Episcopo aut permittente, aut probante, nullus incipere aut fundare præsumat. Monachi etiam vagantes, ad officium clericatus, nisi eis testimonium Abbas suus dederit, nec in civitatibus, nec in Parochiis ordinentur. Monachum, nisi Abbatis sui permissione, aut voluntate ad alteram monasterium commigrantem, nullus Abbas suscipere aut retinere præsumat: sed ubicumque fuerit, Abbati suo autoritate canonum revocetur.

Cap. 19. *Vt monasteria puellarum sui proci à monachis.*

Monasteria puellarum longius à monasteriis monachorum, aut propter infidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum, collocentur.

Cap. 20. *De libertis, ut in necessitate ab Ecclesia teneantur.*

Libertis, legitime à dominis suis factis, Ecclesia (si necessitas exegerit) teneatur: quos si quis aut è audientiam aut pervadere, aut expoliute præsumpserint, ab Ecclesia repellatur.

Cap. 21. *Vt post Antiphonas orationes dicantur.*

Et quia convenit ordinem Ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri, statuendum est (sicut ubique fit) ut post Antiphonas, collationes ab Episcopis vel Presbyteris dicantur, & hymni matutini vel vespertini decantentur diebus omnibus, & in coi-

clusionone matutinarum, vel vespertinarum, & Missarum, post hymnos capitula de Psalmis dicantur: & plebs collecta oratione ad vesperam, ab Episcopo cum benedictione dimittatur.

Cap. 22. *De his qui propter odium ad pacem non revertuntur.*

Placuit etiam, ut (sicut plerumque fit) dum quicumque odio aut longinquâ inter se lite dissenferint, & ad pacem revocari diuturnâ obstinatione nequiverint, à Sacerdotibus civitatis priusvis arguantur. Qui si inimicitias deponere perniciosâ intentione noluerint, de Ecclesiæ cætu justissimâ excommunicatione pellantur.

Cap. 23. *Quid clericus inconsulto Episcopo, ad iudicem secularem pulsari non debet.*

Clericum nullus præsumat apud secularem iudicem, Episcopo non permittente, pulsare. Sed si pulsatus fuerit, non respondeat nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio seculari proponere.

Cap. 24. *De Episcopo, quando heredes non habent.*

Episcopus qui filios aut nepotes non habuerit, alium quam Ecclesiam non relinquat hereditem: si quid de Ecclesia, non in Ecclesiæ causa aut necessitate præsumpserit, quod distraxit aut donavit, ritum habeatur. Qui vero filios habet, de bonis quæ reliquit, ab heredibus ejus indemnitate Ecclesiæ consulatur.

Cap. 25. *De Iudeis, qui converti cupunt.*

Iudei (quorum perfidia frequenter ad vomitum redit) si ad legem Catholicam venire voluerint, octo menses inter catechumenos Ecclesiæ limen introeant. Et si puri fide noscuntur venisse tunc demum baptismatis gratiam mereantur. Quod si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurterint, & desperati fuerint, baptizentur.

r. qu. 2.
Clericis.

Cap. 26. De stipendiis clericorum.

Clerici etiam omnes, qui Ecclesie fideliter vigilantique deseruiunt, stipendia sanctis laboribus debita, secundum servitii sui meritum, vel ordinationem canonum à Sacerdotibus consequantur.

Cap. 27. De homicidis, & falsis testibus.

24. d. 1. Clericis.

Itaque censuimus homicidas, & falsos testes à communione Ecclesiastica esse submovendos, nisi poenitentiae satisfactione crimina admissa diluerint.

Cap. 28. Vt clerici nuptialia vitent convivia.

D. 24. Presbyteri.

Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia modò non est, etiam aliarum nuptiarum evitent convivia. Nec his coetibus miscantur, ubi amatoria cantantur & turpia, aut obsceni motus corporum choreis, & saltationibus efferuntur; ne auditus & obtritus sacris mysteriis deputati, turpium spectaculorum, atque verborum contagione polluantur.

Cap. 29. Ne de poenitentibus clericis ordinetur.

26 qu. 6.
Presbyteri
diaboli.

De poenitentibus id placuit observare, quod sancti Patres nostri synodali sententia consueverunt, ut nullus de his clericis ordinetur; & qui jam sunt per ignorantiam ordinati, aut sicut bigami, aut inter nuptiarum mariti locum teneant. Ministrare Diaconus, aut consecrare altare, Presbyter non presumat.

Cap. 30. Presbyter benedictionem populo dare, non presumat.

28. d. 1. Clericis.

Benedictionem super plebem in Ecclesia fundere, aut poenitentem in Ecclesia benedicere, presbytero penitus non licebit.

Cap. 31. Vt ante Missam expletam egredi populus non presumat.

De consecr.
2. 1. Missa.

Missis die dominico secularibus totas ante benedictionem Sacerdotis egredi populus non presumat, quod si fecerint, ab Episcopo publice confundantur.

Cap. 32. De non alienandis ab aliquo rebus Ecclesie.

Diaconi, vel Presbyteri in parochia constituti, de rebus Ecclesie sibi creditis, nihil audeant commutare, vendere, vel donare, quia res Ecclesie, sacrae Deo esse noscuntur. Similiter & Sacerdotes nihil de rebus Ecclesie sibi commissis (ut superius comprehensum est) alienare presumant. Quod si fecerint, convicti in Concilio, & ab honore depositi, de suo proprio aliud tantum retineant, quantum vis fuerit presumpsisse. Sane si quis qualibet conditione, de rebus Ecclesie contulerit quantum visus est abstulisse, tunc demum illud stare licebit.

Cap. 33. De clericis capitale crimen incurrentibus.

Si Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam falsaverit, aut falsum testimonium dixerit, ab officii honore depositus in monasterium detrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam tantummodò communionem accipiat.

Aditio F. S.

De communione laica confer quæ art. 12. diximus quæsitò 5. in 3. p. q. 80.

Cap. 34. De testamento Episcopi.

Si Episcopus condidit testamentò, aliquid de Ecclesiastico juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi tantumdem de juris proprii facultate supplere.

Cap. 35. Vt Sacerdotes canibus ad venandum non utantur.

Episcopis, Presbyteris, aut Diaconis, canes ad venandum, aut accipitres, aut hujusmodi res habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac voluntate scriptis detentus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus à communione suspendatur, Presbyter duobus mensibus abtineat, Diaconus vero ab omni officio, vel communione suspendatur.

Cap. 36.

Cap. 36. De venditionibus quas Abbates facere presumunt.

4. In venditionibus, quas Abbates facere presumunt, hæc firma servetur, ut quicquid sine Episcopi licentia venditum fuerit, ad potestatem Episcopi revocetur. Mancipia verò monachis donata, ab Abbate non liceat manumitti. Injustum enim putamus, ut monachis quotidianum rurale opus facientibus, servi eorum liberatis otio potiantur.

Cap. 37. De lapsis qui de Catholica fide in hæresim transeunt.

Lapsis, id est, qui in Catholica fide baptizati sunt, si prævaricatione damnabili post in hæresim transeverint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos, annorum multitudine brevitate, pœnitentiam biennii, conditione infrascriptæ observationis, imponimus, ut præscripto biennio, tertio sine relaxatione jejurent, & Ecclesiam studeant frequentare. In pœnitentium loco standi, & orandi humilitatem ita noverint observandam, ut etiam ipsi, quam catechumini egredi commonentur, abscedant. Hoc si observare voluerint, constituto tempore admittendis ad altarium observatio relaxetur. Quod si ardua vel dura forte putaverint; statuta præteritorum canonum implere debentur.

Cap. 38. De laicis, qui in solemnitatibus matris ad civitatem non accurrunt.

Cives, qui superiorum solemnitarum,

id est, Paschæ, ac Natalis Domini, vel Pentecostes festivitatis cum Episcopis interesse neglexerint, (quum in civitatibus, communionis vel benedictionis accipiendæ causâ postros se nosse debeant) triennio communiōe priventur Ecclesiæ.

Cap. 39. De clericis qui ab Ecclesiæ officio diebus solemnibus desunt.

Si quis in clero constitutus, ab Ecclesiæ sua diebus solemnibus defuerit, id est, Nativitate Domini, Epiphaniâ, Paschâ, vel Pentecoste, dum potius singularibus lucris studet, quàm servitio Dei parere; convenit, ut triennio à communiōe suspendatur. Similiter Diaconus vel Presbyter, si per tres hebdomadas ab Ecclesiâ sua defuerit, huic damnationi succumbat.

Cap. 40. De synodo anni singulis congreganda.

Synodum etiam, secundum constituta Patrum, annis singulis placuit congregari. Et quia in nomine Domini, omnibus salubriter constituta, synodus cum pace dimittitur, gratias Deo primis, & Domino nostro Regi agamus, orantes divinam clementiam, ut hæc eadem facere & docere per multos annos in honorem Domini possimus.

Explicit Concilium Agathense.

CONCILIUM

AQUILEIENSE

Concilium Aquileiense. An. D. 381.

Sub DAMASO I. celebratum, tempore quoque B. Ambrosii Mediolanensis Episcopi, contra Palladium, & Secundianum Ariana heresis defensores, quos damnarunt in predicto Concilio provinciali, disputante Ambrosio cum Palladio. Sententia vero damnationis sub hac forma pronuntiata est ab Episcopo Constantio.

Quidem ratio Palladii heretici a Concilio.

Palladium Ariti discipulum, ejus impietates jam olim damnatae sunt a Patribus nostris in Concilio Niceno, & nunc hodie probatae cum recenserentur a Palladio singulis (quia non confusus est, dum Dei Filium a Deo Patre esse alienum, cum creaturam confiteretur, cum temporum dicit, Dominum & Deum vetum negat, solum Patrem esse sempiternum & immortalem) in sempiternum censere esse damnandum, & ulterius Sacerdotem dici non posse, nec inter Episcopos deputari.

In hoc Concilio pro provinciis Occidentalibus, quia propter prolixitatem itineris Episcopi venire non potuerunt, adfuerunt Legati provinciarum, ut Legati Astorum, & Legati Gallorum.

Additio F. S.

Istud Aquileiense Concilium habitum fuit an. 381.

Decreta Leonis primi, Pape.

LEO I. Papa, natione Tuscus, sedit annos 21. minus 32. diebus. Hic & doctrinae & vitae praestantia magnus, Homiliarum declamator insignis, in Chalcedonensi IV. principali 630. Episcoporum synodo, Marciano principe, contra Eutychem Abbatem, de Christi natura perpetua sentientem (ut infra dicitur) celebrata, omnium consensu ter Sanctus acclamatus est. Hic Ecclesiam ab haereticis penè disceptam reparavit. Sanctorum statuis reverentiam sub anathematis nota dederevit: Secreta Missae, sanctum sacrificium, Immaculatam hostiam, addidit: Monialibus ante 40. probatae castitatis annum, velum negavit: Ecclesias condidit, & Cubicularios instituit.

An. D. 440. Leo I. Pontif. 46. Hic Acaphales constituit, Attalem metro vertis, & Galatcum melle gavit.

CONCILIUM

ARAUSICANUM I.

Provinciale, sub LEONE I. Papa, tempore Theodosii junioris.

Cap. 1. Ut nullus minister sine chrismate proficiatur.

Nullus minister, qui baptizandi recipit officium, sine chrismate usquam debet progredi, quia inter nos placuit, semel in baptismo chrismari. De eo autem qui in baptismo, quocumque necessitate faciente, chrismatus non fuerit, in confirmatione Sacerdos communetur. Nam inter nos chrismatis ipsius non nisi una benedictio est. Non praeducantes eam quam hoc dicimus, sed ut necessaria habet ut chrismatio.

Cap. 2. De his, qui in mortis discrimine convertantur.

Hæreticos in mortis discrimine positos, & Catholicis esse desiderant, si desit Episcopus, à Presbyteris cum chrismate, & benedictione consignari placet.

Aditio F. 3.

Non sequitur hinc Presbyteros posse Sacramentum Confirmationis ministrare: quia hic non agitur de illo Sacramento, sed de signatione, quæ in solemnibus hæreticorum reconciliatione solebat olim adhiberi, quando recipiebantur in Ecclesiam, de qua sermo quoque est Concilii Arelat. II. can. 17.

Cap. 3. De penitentibus, qui de corpore exeunt,

Qui recedunt de corpore penitentiam acceptam, placuit, sine reconciliatoria manus impositione eos communicare; quod morientis sufficit reconciliatori, secundum definitiones Patrum, qui hu-

iusmodi communionem, congruenter viaticum nominaverunt. Quod si supervixerint, stent in ordine penitentium, ut ostensis necessariis penitentiae fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant.

Cap. 4. De his, qui ad Ecclesiam confugiant, ne tradantur.

Eos, qui ad Ecclesiam confugiant, tradi non oportet, sed loci Sancti reverentia & intercessione defendi. D. 77. In 2^a

Cap. 5. Quod nullus clericorum mancipia occupet.

Si quis autem mancipia clericorum, pro suis mancipiis ad Ecclesiam confugientibus, crediderit occupanda; per omnes Ecclesiasticas districtissimam damnationem feriatur.

Cap. 6. De libertis, qui in Ecclesia commendati sunt, ne opprimantur.

In Ecclesia manducatos & per testamentum Ecclesie commendatos, si quis in servitutum, vel obsequium, vel ad colonariam conditionem revocare tentaverit, animadversione Ecclesiastica coercetur.

Cap. 7. De his, qui clericum alienum ordinare presumunt.

Si quis alibi consentientem clericum ordinandum putaverit, prius definiat, ut cum ipso habitet. Nec cum sine consultatione ejus Episcopi, cum quo ante habitavit, ordinare presumat: quia non

sine causa, diu ab alio non ordinatus remansit.

Cap. 8. De his qui cives alienas ordinaverint.

Si qui autem alienos cives, alibi consistentes ordinaverint, nec ordinari in ullo accusantur; aut ad se eos revocent, aut ipsi eis impertent, cum quibus habitent.

Cap. 9. De Episcopis qui in aliena civitate Ecclesiam edificant.

Si quis Episcoporum in aliena civitate territorio Ecclesiam edificare disponit, non praeumat dedicationem, quae illi omnimodè reservatur in cujus territorio Ecclesia astringit: reservata verò edificatori Episcopo hac gratia, ut, quos desiderat clericos in se sua videre, ipsos ordinet, is, in cujus civitatis territorio est, vel si ordinati jam sunt, ipsos habere acquiescat.

Cap. 10. De Episcopis, qui excommunicatum alterius suscipiunt.

Placuit in reatum venire Episcopum, qui admonitus de excommunicatione cuiusque, sine reconciliatione ejus, qui cum excommunicavit, ei communicare praesumpserit, ut integra omnia (si reconciliatio intercesserit) de injustitia vel iniquitate excommunicationis, proxime synodo referentur.

Cap. 11. De his, qui subito obmutescunt.

Subitò obmutescens, prout statutum

est) baptizari, aut poenitentiam accipere potest, si voluntatis praeterita testimoniis aliorum verbis habet, aut presentibus in suo nutu.

Cap. 12. Ut Evangelia catechumeni non audiant.

Placuit, catechumenis non legi Evangelium in Ecclesia.

Cap. 13. De eisdem, ne ad baptisteria accedant.

Catechumeni nonnuquam admittendi sunt etiam inter domesticas orationes; ad baptisteria nequaquam.

Cap. 14. De eisdem, ne cum fidelibus benedictionem accipiant.

Segregandi, informandique sunt catechumeni, ut se revocent; & signandos vel benedicendos semotim offerant eos fideles.

Cap. 15. De feminis quae viduitatem professa sunt.

Viduitatis servandae professionem, coram Episcopo in secretario habitam, imposita à Presbytero veste viduali, dicimus non esse violandam. Ejus verò repudiatorem, vel ipsam talis professionis deserticem, merito esse damnandam decernimus.

17. q. 1. f. dicitur.

Ego Hilarius Episcopus subscripsi. Ego Superventor pro Patre, & meo Episcopo Claudio subscripsi, & recognovi.

Subscriptus.

Explicit Concilium Arausicanum primum.

CANONES

CONCILII ARAUSICANI,

Circa tempora LEONIS I. Papa, de libero arbitrio, & de rebus necessariis per capitula requirendis.

Aditio F. S.

H sequentes canones pertinendū secundum Concilium Arausicanum celebratum temporis Felicis Papae IV. Vide Baton in additionibus, quas tomō 10. subnequit ad m. 529. Et observandum, quod non fuerint ab ipso Concilio compositi, sed in eo publicari, utpote à Sede Apostolica transmissi ad Episcopos in Concilio congregatos. Cap. enim 1. sic loquuntur, *Nobis secundum auctoritatem & admonitionem Sedis Apostolicae, istam & rationabilem visum est, ut pauca capitula ab Apostolica Sede transmissa, quae ab antiquis Patribus de certis Scripturarum voluminibus isthac praecipue causa collata sunt, ad docendos eos qui aliter quam oportet faciunt, ab omnibus observanda praefere, & munus nostris subscribere deberemus.*

Cap. 1. De gratia, & libero arbitrio.

Si quis per offensam praevaricationis Adae, non totum, id est, secundum corpus & animam, in deterius dicit hominem commutatum, sed animae libertate illius durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagii errore deceptus, adversatur Scripturae dicenti: *Anima quae peccaverit, ipsa morietur.* Et, *in seipso, quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis eius cui obeditis?* Et, *à quo quis superatur, rursus & servus addicitur?*

Cap. 2. Quod praevaricatio Adae omnes infectis

Si quis soli Adae praevaricationem suam, non & ejus propagini asserit nocuisse; aut certe mortem tantum corporis (quae poena peccati est; non autem & peccatum, quod mors est animae) per unum hominem in omne genus humanum transiisse testatur, iniustitiam Deo dabit, contradicens Apostolo dicenti: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mortis; & ita in omnes homines mors venit in seipso, in quo omnes peccaverunt.*

Cap. 3. De gratia Dei.

Si quis, per invocationem humanam, gratiam Dei dicit posse confecti, non autem ipsam gratiam facere ut invocetur à nobis, contradicit Esaiæ prophetae, vel Apostolo idem dicenti: *Inventus sum à non querentibus me, palam apparui hiis qui me non interrogabant.*

Cap. 4. De purgatione peccati.

Si quis, ut à peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem, ut etiam purgari velimus, per sancti Spiritus infusionem & operationem in nos fieri, confitetur, resistit ipsi Spiritui sancto, per Salomonem dicenti: *Preparatur voluntas à Domino; Proverbo 6. & Apostolo salubriter praedicandi: Deum qui operatur in nobis & velle & proficere pro bona voluntate.*

Cap. 5. Quod ad filium, & regenerationem baptismatis, per gratiam donum perveniamus.

Si quis, sicut augmentum, ita etiam

initium fidei, ipsum credulitatis affectum, quò in eum credimus qui iustificat impium, & ad regenerationem baptismatis pervenimus, non per gratiæ donum, id est, per inspirationem Spiritus sancti corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem; sed naturaliter nobis inesse dicit: Apostolicis dogmatibus adversarius approbatur, Beatò Paulò dicente: *Confidimus, quia qui carpit in nobis bonum opus, perficiet usque in diem Domini nostri Iesu Christi.* Et illud: *Vobis datum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiainini.* Er, *Gratiã salvi facti estis per fidem, non ex vobis, Dei enim donum est.* Qui enim fidem, quã in Deum credimus, dicunt esse naturalem, omnes eos, qui ab Ecclesia Christi alieni sunt, quodammodò fideles esse definiunt.

Cap. 6. Quòd gratiã Dei sumus id quod sumus.

Si quis sine gratia Dei creditibus, volentibus, desiderantibus & pulsantibus nobis, misericordiam dicit conferri, non autem divinitus, ut credamus, velimus, vel hæc omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem & inspirationem Sancti Spiritus in nobis fieri consuetur, aut hypualitari, aut obedientiæ humanæ subjungit gratiæ adiutorium, nec ut obediens & humillimus, ipsius gratiæ donum esse consentit, resistit Apostolo dicenti: *Quid habes, quod non accepisti? Et, Gratiã Dei sum id, quod sum.*

Cap. 7. Quòd non sumus idonoi cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis.

Si quis per naturæ vigorem, bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare, ut expedit, aut eligere; sive salutari, id est, Evangelicæ prædicationi consentite posse confirmat absque illuminatione & inspiratione Spiritus sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentièdo, & credendo veritati, hæreticò fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in Evangelio dicentis: *Sine*

me nihil potestis facere. Et illud Apostoli: *Jean Non quod idonoi sumus cogitare aliquid à 2 Co nobis, quasi ex vobis, sed sufficientia vestra est Dei est.*

Recentiores quidam Theologi interpretantur hæc duo loca de auxilio Dei generali, sine quo nihil omnino valemus facere, ne opus aliquod Naturæ. Magis legitimum est, quod hic sentitur à Concilio & Pontifice, ut hic non negentur opera Natura, sed quæ pertinent ad salutem æternæ vitæ.

Cap. 8. Nemo per sanctissimum salutin æternæ mysterium potest conquirere.

Si quis, alios misericordiã, alios verò per liberum arbitrium (quod in omnibus, qui de prævaricatione primi hominis nati sunt, constat esse viciarium) ad gratiam baptismi pervenire posse contendit à recta fide probari alicuius. Is enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum, aut certe læsum putat, ut tamen quidam valeant sine revelatione Dei, mysterium salutis æternæ per semetipsos posse conquirere. Quod quàm sit contrarium, ipse Dominus probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire tollatur, nisi quem Pater attraxerit. Sicut & Petro dicit: *Stratus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non revelaverit tibi, sed pater meus, qui in caelis est.* Et Apostolus: *Nemo potest dicere Dominum Iesum Christum, nisi in Spiritu sancto.*

Cap. 9. De adiutorio Dei.

Divini est muneris cum rectè cogitamus, & pedes nostros à salutate, & injustitia tenemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, ut operemur, operatur.

Cap. 10. De eodem.

Adiutorium Dei etiam renatis ac sanctis semper est implorandum, ut ad suam bonum pervenire, vel in bono possint opere perdurare.

Cap. 11. De obligatione votorum.

Nemo quicquam Domino rectè voverit, nisi ab ipso acceperit, sicut legitur: *Quæ de manibus tuis accepimus, damus tibi.*

Cap. 12. Quales nos diligit Deus.

Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius donò, non quales sumus nostro meritò.

Cap. 13. De reparatione liberi arbitrii.

Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi, non potest reparari; quod amissum, nisi à quo potuit dari, non potest reddi. Unde ipsa veritas dicit: *Si vos filius liberaveritis, tunc verò liberi eritis.*

Cap. 14. De misericordia Dei.

Nullus miser de quantacumque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordià prævenitur, sicut dicit Psalmista: *Cito audiverunt nos misericordia tue Domine.* Et 1. lud. *Deus meus, misericordia eius præveniet me.*

Cap. 15. De mutatione prævaricationis Adæ.

Ab eo quod formavit Deus, mutatur Adæ, sed in pejus per iniquitatem suam. Ab eo quod operata est iniquitas, mutatur fidelis, sed in melius per gratiam Dei. Illa ergo mutatio fuit prævaricatoris primi, hæc secundùm Psalmistam, *Mutatio dextera excelsi.*

Cap. 16. Quid nemo gloriatur de substantia sua.

Nemo ex eo quod videtur habere, gloriatur tanquam non acceperit: aut idèo se putet accepisse, quia littera extrinsecus, velut legitur, apparuit, vel ut audiretur, sonuit. Nam sicut Apostolus dicit: *Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.* Ascendens in aliam, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Inde habet, quicumque habet. Quisquis autem inde se habere negat, aut verè non habet, aut id quod habet, auferretur ab eo.

Cap. 17. De fortitudine Christiana.

Fortitudinem Gentilium, mundana cupiditas; Fortitudinem Christianorum, Dei charitas facit, quæ diffusa est in cordibus nostris; non per voluntatis arbitrium, Rom. 5. sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, nullis meritis gratiam prævenientibus.

Cap. 18. De mercede boni operis.

Debetur merces bonis operibus, si fiant: sed gratia, quæ non debetur, præcedit ut fiant.

Cap. 19. Neminem nisi Deo miserante, salvari.

Natura humana, etiam si in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullò modò seipsam Creatore suo non adjuvante servaret. Unde cum sine gratia Dei salutem non possit custodire quam accepit, quomodò sine Dei gratia poterit reparare, quod perdidit?

Cap. 20. Nihil boni hominum posse sine Deo.

Multa in homine bona sunt, quæ non facit homo. Nulla verò facit homo bona, quæ non Deus præstet, ut faciat homo.

Cap. 21. De natura, & gratia.

Sicut eis, qui volentes in Lege justificari à gratia exciderunt, verissimè dicit Apostolus: *Si ex lege iustitia est; ergo Gal. 2. Christus gratis mortuus est: sic & his, qui gratiam quam commendat & percipit fides Christi, putant esse naturam, verissimè dicitur: si ex natura iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.* Jam hic enim erat lex, & non justificabat: jam hic erat & Natura, & non justificabat: idèd Christus non gratis mortuus est, ut & lex per illum impleteretur, qui dixit: *Non veni legem servare, sed adimplere;* & natura per Adam perditam per illum repararetur, qui dixit: *Venisse se querere, & salvare quod perierat.*

Cap. 22. De his, quæ hominibus propriæ sunt.

Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. Si quis autem habet homo veritatem atque iustitiam, ab illo fonte est, quem

quem debemus firire in hac creta, ut ex eo quasi guttis quibusdam irrorati, non deficiamus in via.

Cap. 23. De voluntate Dei & hominis.

Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt quod Deo displicet. Quando autem ita faciunt quod volunt, ut divina serviant voluntati, quamvis volentes agant quod agunt, illorum tamen voluntas est, à quo præparatur, & obitur, quod volunt.

Cap. 24. De palmitibus vitis.

Ita sunt in vite palmites, ut viti nihil conferant, sed inde accipiant, undè vivunt. Sic quippe vitis est in palmitibus, ut vitale subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest, & non Christo. Nam præcisò palmite, potest de viva radice alius pullulare. Qui autem præcisus est, non potest sine radice vivere.

C. 25. De dilectione qua diligimus Deum.

Profus donum Dei est diligere Deum: Diffundit enim charitatem in cordibus nostris Spiritus Patris & Filii, quem cum Patre amamus & Filio. Ac sic secundum supra scriptas Sanctorum Scripturarum sententias, vel antiquorum Patrum definitiones, hoc Deo propitiante, & prædicare debemus, & credere, quod per peccatum primi hominis ita inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, ut nullus postea aut diligere Deum, sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum, quod bonum est, possit, nisi gratia eum & misericordia divina prævenierit. Undè Abel iustus, & Noè & Abraham, & Isaac, & Jacob, & omni antiquorum Sanctorum multitudinè, illam præclaram fidem, quam in ipsorum laudem prædicat Apostolus, non per bonum nature, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam Dei creditum fuisse collaram.

Quia gratiam, etiam post adventum Domini, omnibus qui baptizari desiderant,

non in libro arbitrio habere, sed in Christi novimus simul & credimus largitate conferri, secundum illud quod jam supra dictum est, & prædicat Paulus Apostolus: *Vobis donatum est pro Christo non solum, ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini.* Et illud: *Deus, qui capis in vobis bonum opus, perficiet usque in diem Domini nostri.* Et illud, *Gratià salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est.* Et quod de seipso ait Apostolus: *Misericordiam consecutus sum, ne fidelis essem.* Non dixit, quia eram, sed ne essem. Et illud: *Quid habes, quod non accepisti?* Et illud: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de soritu est, descendens à Patre in unum.* Et illud: *Nemo habet quidquam boni, nisi illud illi datum fuerit de super.* Innumerabilia sunt Sanctorum Scripturarum testimonia, quæ possunt ad probandam gratiam proferri, sed brevitas studiò prætermittitur, quæ & reverà, cui pauca non sufficiunt, plura non proderunt. Hoc etiam secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per baptismum gratià, omnes baptizati (Christò auxiliante & cooperante) quæ ad salutem pertinent, possint & debeant (si fideliter laborare voluerint) adimplere. Aliquos verò ad malum divinà potestate prædestinatos esse, non solum non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione in illis anathema dicimus. Hoc etiam salubriter profitemur & credimus, quod in omni opere bono nos non incipimus, & postea per Dei misericordiam adjuvamus, sed ipse nobis, nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem & amorem sui prius inspirat, ut & Baptismi Sacramenta fideliter requiramus, & post Baptismum (cum ipsius adiutorio) ea quæ sibi sint placita, implere possimus. Unde manifestissimè credendum est, quod & illius latronis, quem Dominus ad Paradisi patriam revocavit, & Coræii Centurionis, ad quem Angelus Domini

missus

pag. 14.
Augu-
in. super
san.

Aug. 11.
per totum.

Aug. 12.

Aug. 13.

missus est, & Zachari, qui ipsum Dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, sed divinæ largitatis donum.

Hanc definitionem antiquorum Patrum non solum Episcopi, sed laici etiam illustres, & magnifici vixi subscripserunt.

CONCILIUM

V A S E N S E,

Concilia
Vasense
An. D. 4

Sub LEONE I. Papa, & Theodosio juniore celebratum est. In quo nonnulla constitutiones sancta sunt per 18. Episcopos ibi congregatos, ex quibus aliquas, tanquam præcipuas subijcere placuit.

Advisio F. S.

Uria fuere Concilia Vasensia. Primum sub Julio I. Secundum sub Leo I. Tertium sub Joanne II. & eorum canones ita sunt confusi, ut sciri nequeat, qui, cujus sint Concilii, an primi, an secundi, an tertii?

Cap. 1. *Ut alterius Episcopi chrismam nullus accipias, sed propriam.*

Per singula territoria presbyteri vel ministri ab Episcopis, non (proat libitum fuerit) à vicinioribus, sed à suis propriis per annos singulos petant chrismam appropinquante solemnitate Paschali; nec per quemcumque Ecclesiasticum, sed si qua necessitas, aut ministrorum occupatio est, per subdiaconum: quia inhonorum est, inferioribus summa committi.

Cap. 2. *Ut qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur.*

Qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesiis tradere demorantur, ut infideles; ab Ecclesia sunt abijcendi: quia usque ad exanationem fidei pervenit certum est hanc pietatis divinæ exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes votorum plenitudine, & pauperes consolatui alimonie, & necessariis

sustentatione fraudantur. Hi ergo tales, quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei, habendi sunt. Unde & quidam Patrum hoc scriptis suis inseruit congruente sententiâ quâ ait: *Amico quicquid rapere furum est; Ecclesiam vero fraudare, sacrilegium est.*

Cap. 3. *De sepulturis, quomodo non est accipiendum precium.*

Præcipiendum est secundum canonum authoritatem, ut de sepulchris, & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant, nisi fortè, qui sepelitur, vivens iusserit Ecclesie in ejus atrio sepelitur, aliquid de rebus suis tribuere; atque etiam post mortem ipsius, illi, quibus commissum est ejus elemosinam facere, de rebus illius aliquid sponte dare voluerint. Et tamen nullatenus à Presbyteris Ecclesie illius aliquid exigatur, sive illis, qui locis & villis præsunt

Cap. 4. *Ut presbyteris predicandi potestas in suis plebibus concedatur.*

Hoc etiam pro ædificatione omnium Ecclesiarum, & pro utilitate totius populi nobis placuit, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus Parochiis verbum faciendi daretur Presbyteris potestatem;

Hieron. ubi habetur. 12. qu. 2. *Gloria Episcopi.*

12. qu. 2. *Præcipuum*

statem: ita ut si presbyter aliquid infirmitate prohibente, per seipsum non poterit predicare, Sanctorum Patrum Homilias à Diaconis recitentur. Si enim digni sunt Diaconi, quæ Christus in Evangelio locutus est, legere, quare indigni judicentur Sanctorum Patrum expositiones publice recitare?

Cap. 5. *Vi Kyrie eleison in omnibus Ecclesiis dicatur.*

Et quia tam in Sede Apostolica, quam etiam per totas Orientis atque Italiz provincias dulcis & nimis salubris consuetudo intronmissa est, ut *Kyrie eleison* frequentius cum grandi affectu, ac cõpunctione dicatur; placuit etiam nobis, ut in omnibus Ecclesiis nostris ista consuetudo sancta, & ad Matutinum, & ad Missas, & ad Vesperam, Deo propitiante intronmittatur.

Cap. 6. *Vi in omnibus Missis semper Sanctus, Sanctus, Sanctus, dicatur.*

In omnibus Missis, sive matutinis, sive in quadagesimalibus; sive in illis, quæ pro

defunctorum commemoracionibus sunt, semper, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, eõ ordine quoad Missas publicas, dici debeat. Quia tam dulcis & desiderabilis vox (etiam si die noctuque posset dici) fastidium non poterit generare.

Et hoc nobis iustum visum est, ut nomen Domini, P. p. p., quicumque Sedi Apostolica prædicetur, in nostris Ecclesiis recitetur.

Cap. 7. *Vi propter hereticorum incredulitatem, post Gloria Patri, &c.*

Sicut erat in principio, &c.

Quia, non solum in Sede Apostolica, sed etiam per totum Orientem, & totam Africam vel Italiam (propter hereticorum astutiam, quæ Dei Filium non semper cum Patre fuisse, sed à tempore conspisse blasphemant) in omnibus clausulis post *Gloria Patri, &c.* *Sicut erat in principio, &c.* dicitur: etiam & nos, in unversis nostris hoc ita dicendum esse decrevimus.

CONCILIUM

CARPENTORACTENSE

sub LEONE I. Papa celebratum est, in quo hæc constitutio à Patribus est definita.

Constitutio Sanctorum Episcoporum in civitate Carpentoractensi.

Debet omnia, quæ Ecclesiastica regula præcepit observari, in multis Canonibus conscriptarum. inserta, noscuntur tamen causæ, pro quibus necesse habent Sacerdotes, Dominis, quod ad iustitiam

pertinet, secundum disciplinam Ecclesiasticam ordinare. Et ideo quia Carpentoracte convenientes, huiusmodi ad nos quærela pervenit, quod ea quæ à quibusdam fidelibus, Parochiis conferuntur, ita ab aliquibus Episcopis præsumantur, ut aut parum, aut prope nihil Ecclesiis, quibus collata fuerant, relinquantur; hoc nobis iustum & rationabile visum est, ut

si Ecclesia civitatis ejus cui preest Episcopus, ita est idonea, ut ipsa nullius indigeat; quicquid parochiis fuerit detestatum; clericis, qui in ipsis parochiis deserviunt, vel reparationibus Ecclesiarum, rationabiliter dispensetur. Si vero Episcopum multas expensas, & minorem

substantiam habere constitit; parochiis, quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum, quod clericis, vel archidiaconis rationabiliter sufficiat, reservetur. Et subscripserunt hanc constitutionem Episcopi, quorum nomina in Concilio habeantur.

CONCILIUM

ARELATENSIS III.

Sub LEONE I. Papa, celebratum est à 34. Episcopis, *M. d. 461.* Martiano Augusto: Opilene, & Vincomalo Consulibus, 8. Idus Julii. Quum in Basilica S. Maria in Arelatens. civitate Sacerdotes Domini convenissent, congruum eis & rationabile visum est, ut primum de observandis canonibus assentissimâ sollicitudine pertractantes, qualiter ab ipsis Ecclesiastica regula servarentur, salubri consilio definirent.

Concillium Arelat. III. Verius circa tempora Joannis I. Pape. An. D. 524. Vide Concilian.

Primum, Ut Diaconus ante 25. annos, & Sacerdos ante 30. non ordinetur. 1.

Ut bigami, vel poenitentes, vel repudiatarum mariti ad Sacerdotium non provehantur. 2.

Ut laicus, ante annum conversionis non ordinetur. 3.

Ut, qui clericum alienum defendere nititur, communionis privetur. 4.

Ut laici, qui excubiis funeris observant, cum timore, & terrore, & reverentia hoc faciant. Nullus ibi Diabolica carmina presumant cantare, nec jocis, nec saltationes facere, quæ Pagani, donec diabolo, adinvenerunt. Quis enim nesciat diabolicum esse, & non solum à religione Christiana alienum, sed etiam humanæ naturæ esse contrarium; ibi lætari, cantare, inebriari, & cachinnis ora dissolvi, & omni pietate, & affectu charitatis postposito, quasi de fraterna morte exultare, ubi luctus & planctus

strepentibus vocibus debuerat resonare pro amissione chari fratris? Patres siquidem veteris & novi Testamenti, mortis sanctorum vivorum, legitimus multis in locis, cum fletu deplorasse; in nullo autem loco, de illis qui à seculo discesserant, exultasse. Nam & Jacob Patriarcham tota flevit Ægyptus 70. diebus; & Joseph, & fratres ejus, cum patrem deferrent in terram Chanaan ad sepelendum, celebrantes exequias, planctu magnò atque vehementi impleverunt septem dies. Tantus autem fuit planctus, ut locus inde nomen acceperit. Et de beato Stephano legitur, quòd *sepelitur cum viri timorari, & fuerunt planctus magnum super eum.* Et ideo talis inepta læticia, & pestifera cantica, ex autoritate interdicenda sunt. Si quis autem cantare desiderat, *Kyrie eleison* cantet; si autem aliter, omnino taceat. Si autem non vult, in crastino à presbytero taliter coarceatur, ut alii timeant.

Genes. 50.

Ibidem.

Actos. 8.

is, qui non scribitur.

CONCILIUM

CHALCEDONENSE

Vnum ex quatuor celeberrimis, celebratum est praesentibus 630. Patribus, temporibus LEONIS I. Papae, & Martiani Imperatoris, contra Eutychem Constantinopolitan. Abbatem, qui assererat Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis existere, sed solam in eo divinam naturam permanere; & contra Dioscorum ejusdem defensores. Qui condemnata praescripta haeresi, statuerunt hos canones, quorum auctoritate maxime S. Anatholius Constantinopolitan. Episcopus fuit.

Can. 1. De servandis canonibus
Synodorum.

s. qu. 1. **A** Sanctis Patribus in quaqueque
synodo usque nunc prolatae
regulas tenere, statuimus.

Can. 2. In quo damnatur Episcopus,
qui per pecuniam ordinationem
facit.

Si quis Episcopus per pecuniam ordinationem fecerit, & precio redegerit Spiritus sancti gratiam, quae vendi non potest: ordinaveritque per pecuniam presbyterum aut Diaconum, vel quemlibet de his, qui cognominantur in clero, promoverit, & dispensatorem, aut defensorem, vel quemlibet, qui subjectus est regulae, pro sui turpissimi lucri comodo: si qui hoc attentare probatus fuerit, proptu gradu periculo subiacet, & qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione vel promotione, quae est per negotiationem facta, proficiat, sed sit alienus a dignitate vel solitudine, quam pecunia acquisivit. Si quis vero mediator tam turpibus & nefandis datis vel acceptis extiterit (siquidem clericus fuerit) a proprio gradu decedat, si vero laicus, anathematizetur.

Can. 3. Ut hi, qui connumerantur in clero, turpibus lucris non in
ferantur.

Pervenit ad sanctam synodum, quia de his qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam, aliorum possessionum conductiones, & causas secularium negotiorum suscipiunt, & a sacris officiis se per desidiam separant, ad divinos autem secularium concurrunt, & substantiarum earum gubernationes (avaritiae causa) suscipiunt. Decrevit igitur sancta, & universalis, & magna synodus, neminem horum deinceps, hoc est, Episcopum, sive clericum, aut monachum, conducere possessiones, aut misceri secularibus possessionibus posse, nisi forte qui legibus ad minorum aetatis tutelam sive curationes inexcusabiles attrahantur, aut ipsius civitatis Episcopus, Ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula, & orphanorum ac viduarum quae indefensae sunt, aut earum personarum, maxime quae Ecclesiastico indigent adminiculo, propter Dei timorem. Si quis vero transgressus fuerit haec praecipua, Ecclesiasticae subiacet correctioni.

Can. 4.

Can. 4. Quidam monachi in civitatibus Episcopo debent esse subiecti.

Qui verè, & purè solitariam eligunt vitam, digni sunt convenienti honore. Quidam tamen, monachorum habitu utentes, indifferenter per civitates incedunt, neonon & monasteria, & seipfos propriâ præsumptione commendant. Placuit igitur, neminem aut edificare, aut construere monasteria, aut oratorii domum, sine consentia ipsius civitatis Episcopi. Eo verò, qui per singulis civitates, seu possessiones in monasteriis sunt, placet nobis, Episcopo subiectos esse debere, & quieti operam dare, atque observare jejunia & orationes, in locis in quibus semel se Deo voverint, permanentes; & neque communicare Ecclesiasticis, neque seculares aliquas atrocitate actiones, relinquentes propria monasteria, nisi forè jubeantur, propter urgentes necessitates, ab ipsius civitati Episcopo. Et neminem servorum suscipi in monasterium, ut sit cum eis monachus, nisi cum Domini proprii licentia. Præterea verò hæc, decrevimus extra communionem esse, ne nomen Domini blasphemetur. Convenit ergo civitatis Episcopo, curam sollicitudinemque necessitatem monasteriis exhibere.

Can. 5. Non licet Episcopo Ecclesiam suam relinquere, & ad aliam transire.

Propter eos Episcopos & clericos, qui de civitate ad civitatem transiunt, placuit, definitiones datas à sanctis Patribus, habere propriam firmitatem.

Can. 6. Nemo ordinatur absolute.

Neminem absolute ordinari jubemus presbyterum, neque Diaconum, nec quemlibet in Ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifestè in Ecclesia suæ civitatis sive possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio, hic qui ordinatur, mereatur ordinationis publicæ vocabulum. Eos autem qui absolute ordinantur, decrevit sancta Synodus

vacuam habere manus impositionem, & nullum tale factum valere, ad injuriam ipsius, qui eos ordinavit.

Can. 7. Quidam semel in clero taxati, vel monasteriis deputati, ad militiam non redeant.

Eos, qui semel in clero taxati fuerint, sive in monasterio deputati, decrevimus, neque ad militiam, neque ad honores seculares venire. Eos autem qui hoc ausi fuerint facere, & non ejus rei poenitere maluerint, (ut ad hoc idem revertantur, quod antè obtentum Deo sibi proposuerunt) convenit anathematizari.

Can. 8. Dispensatores pauperum Episcopo suo obediant.

Clerici, in parochiis, monasteriis, aut martyriis constituti; sub potestate sint ejus, qui in ea civitate est Episcopus, secundum traditionem sanctorum Patrum, neque per præsumptionem recedant à suo Episcopo. Eos verò qui ausi fuerint rescindere hujusmodi institutorem quocumque modo, vel si noluerint subjacere proprio Episcopo (siquidem fuerint clerici) secundum personarum ordinationem, subjaceant condemnationibus canonum: si verò monachi, seculari fuerint, communionem priventur.

Can. 9. Si clericus contra alium causam habeat, ante Episcopum suum conveniatur.

Si clericus adversum clericum habet negotium, non relinquit suum Episcopum, & ad secularia iudicia non concurrat; sed prius negotium agitur apud proprium Episcopum: vel certè si fuerit negotium ipsius Episcopi, apud arbitros ex utraque parte electos, audiat negotium. Si quis verò contra hoc fecerit, canonum correctionibus subjaceat. Et si clericus adversum suum vel alium Episcopum habeat causam, apud audientiam Synodi provincie cooperatur. Si verò contra ipsius Provincie Metropolitanam

Episcopum, Episcopus five clericus habeat controversiam, pergant ad ipsius diocesis Primatem, aut certe ad Constantinopolitanæ regis civitatis Sedem, ut eorum ibi negotium terminetur.

Advisio F. 5.

In can. 9. & 16. Primas dioceseos intelligitur Romanus Pontifex, ut ostendimus lib. 4. de Summo Pontif. q. 2. a. 7. ad 2.

Can. 10. Vt non liceat de alia civitate in aliam transmigrare.

Non liceat clericum in Ecclesiis duarum civitatum ordinari, sed in ea, in qua ab initio ordinatus est, & cujus experitio erat ante profugium. Et si propter vanæ gloriæ desiderium contigerit, ut post ad majorem Ecclesiam confugerit, eum indubitanter revocari decet ad suam Ecclesiam, in qua ab exordio ordinatus est, & ibi tantummodo ministrare. Si quis verò jam translatus est ab una Ecclesia in aliam, nihil habeat commune cum priori, five sub Ecclesia constitutis martyribus, five in Parochiis, vel xenodochiis, aut eorum negotiis. Eos verò qui ausi fuerint post ordinationem hujus magnæ & universalis Synodi agere quæ prohibita sunt, statuit sancta Synodus cadere de proprio gradu.

Can. 11. Vt provincia in duas Metropolitanas Episcopos non dividatur.

Pervenit ad nos, quod quidam præter Ecclesiasticas ordinationes, affectantes potestatem, per pragmaticum sacrum unam provinciam in duas dividant, & ea hoc inveniantur duo Metropolitanæ Episcopi in una eademque Provincia esse. Statuit ergo sancta Synodus, deinceps nihil attentari à quolibet Episcopo, hoc verò qui tale aliquid tentaverit, cadere de proprio gradu.

*Can. 12. De rusticis parochiis, commenta-
re: rusticis parochiis, commenta-
re: rusticis parochiis, commenta-*

Per singulas Ecclesias, Parochias rusticanas permanere immobiles apud eos qui eas tenent Episcopos, decrevimus; & maxime si eas sine violentia per trigen-

suam civitatem, sine commendationis litteris proprii Episcopi, nusquam penitus liceat ministrare.

Can. 13. Quod non liceat clericis, aliorum sectæ uxorem accipere.

Quoniam in quibusdam provinciis concessum est Psalmistis & Lectoribus uxores ducere, constituit sancta Synodus, prorsus cuiquam ex his, non licere alterius sectæ accipere uxorem. Si quis verò prævenit, & habet jam de tali conjugio filios, si forte prævenierit, eos jam apud hæreticos baptizari, debent eos offerre sanctæ Ecclesiæ Catholicæ ut ibi communicent. Qui verò adhuc baptizati non sunt, omnimodò non posse eos in hæretica Ecclesiâ baptizari, nec in matrimonio jungi hæretico, Judæo, vel Pagano, nisi forte sponderit se venire ad orthodoxam fidem, dum conjungitur personæ orthodoxæ. Si quis verò hæc definitionem sanctæ Synodi præterierit, regularum condemnationibus subjaceat.

Can. 14. Diaconissa que post ordinationem nobis, anathema sit.

Diaconissam non debere ante annos 27. quæ 40. ordinari, statuimus, & hoc cum diligenti probatione. Si verò ordinationem susceperit, & quantumque tempore observaverit ministerium, & postea se nuptiis tradiderit, injuriam faciens gratiæ Dei, hæc anathema sit cum eo, qui in nuptiis illius convenerit.

Cap. 15. Vt nec Deo dedicata virgo, nec monachus nuptiis iungi possint.

Si qua virgo se dedicaverit Deo, similiter Monachus, non licet eis nuptiis jungi. Si verò inventi fuerint hoc facientes, maneat excommunicati. Statuimus verò, posse eis fieri humanitatem, si ita probaverit Episcopus loci.

Can. 16. De rusticis parochiis.

Per singulas Ecclesias, Parochias rusticanas permanere immobiles apud eos qui eas tenent Episcopos, decrevimus; & maxime si eas sine violentia per trigen-

ta annos gubernaverunt. Si verò intra triginta annos facta fuerit de his dubitatio; liceat eis qui se dixerint læsos, propterea movere apud synodum provincie certamen. Si quis verò putaverit se à proprio Metropolitano gravari, apud Primatem diœceseos, aut apud Constantinopolitanam civitatis sedem agat negotium, sicut dictum est, Si verò quælibet civitas per authoritatem imperialem renovata est. Si verò quælibet civitas per authoritatem imperialem renovata est, aut si renovetur in posterum civilibus & publicis ordinationibus, etiam Ecclesiarum Parochianarum sequatur ordinatio.

Aditio F. 3.

Vide ad can. 9.

Can. 17. De his qui consirationem, aut calumniam contra Episcopum faciunt.

Conjuratorum & conspirationum originem (quod apud Græcos dicitur phratriam) publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi; hoc multò magis in sancta Dei Ecclesia (ne fiat) convenit abdicari. Si qui verò clerici vel monachi inventi fuerint conjuratores, aut conspiratores, aut phatrias, vel factiones componentes aliquas suis Episcopis, aut aliis, omninò cadant de proprio gradu.

Cap. 18. Quid corripantur Episcopi, qui ad Concilium vocati, venire recusant.

Pervenit ad nostras aures, quòd in Provinciis constituta Episcoporum Concilia minime celebrentur; hoc ex eo probatur, quòd multæ, quæ correctione opus habent, Ecclesiasticæ res negligantur. Statuit ergo hæc sancta Synodus, secundùm regulas Patrum bis in anno in unum convenire per singulas Provincias Episcopus, ubi singula, quæ emerferint, corrigantur. Qui verò noluerint convenire Episcopi constituti in suis civitatibus, & hoc maxime cum sui corporis sanitate sunt consistentes, cum etiam ab omnibus aliis urgentibus necessitatibus & inexcusabilibus negotiis sunt liberi, licere eos fraternæ charitatis conditionibus corripi.

Can. 19. Quid clerici velis Ecclesia in aliena non videtur.

Clericos in singulis Ecclesiis constitutos (sicut jam definitum) non liceat in alterius civitatis Ecclesiis ordinari, sed quiescant in ea in qua ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias civitates perdididerunt, & ex necessitate ad alias Ecclesias migraverunt. Si verò quicumque Episcopus post definitionem istam, ad alium Episcopum pertinentem clericum, susceperit; placuit sanctæ Synodo, & hunc qui suscepit, & cum qui susceptus est, tandiu excommunicatos manere, quamdiu ipse clericus ad propriam revertatur Ecclesiam.

Can. 20. De his qui accusant Ecclesiam.

Clericos aut laicis passim accusantes & sine probatione Episcopos aut clericos, ad accusationem non recipiendos decrevimus, nisi priùs discutiantur eorum examinationis opinio.

Can. 21. Clerici non licere diripere bona Episcopi.

Non liceat clericis, post mortem Episcopi sui rapere res pertinentes ad eum, sicuti præcedentibus regulis constitutum habetur. Si ve. d. hæc fecerint, periclitari se noverint à proprio gradu.

Can. 22. Vt monachi qui sine licentia Episcopi vagantur, ad propria loca revertantur.

Quidam monachi nihil habentes sibi injunctum à proprio Episcopo, interdum verò etiam illi qui ab eo fuerant excommunicati, veniunt ad civitatem Constantinopolitanam, & in ea perturbationem tranquillitati Ecclesiasticæ inferunt, & diversorum domos corrumpunt. Statuit igitur sancta Synodus, hos primùm commoneri, ut exeant à regia civitate demùm eos invitos dejici, ac inde per defensorem compelli, ut ad sua loca redeant.

Can. 23. Quidam monachi, qui sine licentia Episcopi vagantur, ad propria loca revertantur.

Quidam monachi nihil habentes sibi injunctum à proprio Episcopo, interdum verò etiam illi qui ab eo fuerant excommunicati, veniunt ad civitatem Constantinopolitanam, & in ea perturbationem tranquillitati Ecclesiasticæ inferunt, & diversorum domos corrumpunt. Statuit igitur sancta Synodus, hos primùm commoneri, ut exeant à regia civitate demùm eos invitos dejici, ac inde per defensorem compelli, ut ad sua loca redeant.

Can. 23.

71. *Can. in singulis.*

Item, Gregorius Fortunato Episcopo.

2. q. 7. *clericus aut laicus.*

12. qu. 1. *Non licet clericis.*

16. qu. 1. *Quidam monachi.*

Item, 1. legimus Paulino.

Can. 23. *Ut quae Deo semel dedicata sunt monasteria, coenacula secularium non fiant.*

De q. 8. Quae sunt sunt.

Quae semel sunt dedicata monasteria consilii Episcoporum, maneant perpetuo monasteria, & res quae ad ea pertinent, monasteriis reservari oportet, nec possit ea ultra fieri secularia habitacula. Qui vero permiserint hoc fieri, subjacent iis condemnationibus, quae per canones constituta sunt.

Can. 24. *Quod intra tres menses, Episcoporum ordinationes fiant.*

D. 57. Quomodo in hunc potestatem.

Quoniam quidam Metropolitanorum (sicut ad nos perlatum est) negligunt greges sibi creditos, & differunt ordinationes facere Episcoporum, placuit sanctae Synodo, intra tres menses fieri ordinationes Episcoporum; nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit ordinationis tempus amplius protelari. Si autem quis Episcoporum hoc non observaverit, ipsum debet Ecclesiasticae condemnationi subjacere. Reditus vero ejusdem viduatae Ecclesiae integros reservari apud aeternum ejusdem Ecclesiae, censemus.

Can. 25. *Ut Episcopi dispensatores habeant.*

D. 59. Quomodo in hunc hunc 16. quae 7. quomodo in quibusdam.

Quia in quibusdam Ecclesiis (ut rimore temperimus) Episcopi praeter aetonomos facultates Ecclesiae tractant, placuit, quinque Ecclesiam habentem Episcopum, habere aetonomum de clero proprio, qui gubernet Ecclesiae res cum arbitrio sui Episcopi, ut non sine testimonio sit, g' ratio ipsarum rerum Ecclesiasticarum & ex hoc deveniat dispersi ejusdem Ecclesiae, & Sacerdotali dignitati obestatio generetur. Si vero quis non observaverit hoc, divinis subjaceat regulis.

Can. 26. *De his qui mulieres amplexantur.*

Eos qui sibi rapiunt uxores, vel eos qui eis auxilium praestiterint, statim sancta Synodus (siquidem clerici fuerint) decidere a proprio gradu: si vero laici fuerint, anathematizentur.

Canonis sancti Concilii Chalcedonensis.

Bonifacius Presbyter S. R. E. factus & subscripsi: & ceteri Episcopi diversarum civitatum vel provinciarum subscripserunt.

Fides Romanorum ex Concilio Chalcedonensi.

Credimus in unum Deum omnipotentem, & in unigenitum Filium Jesum Christum, & Dominum Salvatorem nostrum, & Spiritum sanctum, Deum non tres Deos, sed Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, unum Deum esse confitemur. Non sic unum Deum quasi solitarium, nec eundem qui ipse sibi Pater, sit ipse Filius; sed Patrem verum qui genuit Filium verum, id est, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam ex vita, perfectum de perfecto, totum a toto, plenum a pleno, non creatum sed genitum, non ex nihilo sed ex Patre, unius substantiae cum Patre. Spiritum vero sanctum Deum non ingentum, neque genitum, non creatum sed nec factum, sed Patris & Filii semper in Patre & Filio aeternum veneramus, unum tamen Deum, qui ex uno.

Subscripserunt universi Episcopi, & Eusebius, & Constantius Presbyteri, agentes vicem Anastasii Episcopi Niccae, & Acisto Presbyter, habens vicem Eunomii Episcopi Nicomediae.

Finis Concilii Chalcedonensis.

SYNODUS CHALCEDONENSIS

*Episcoporum 630. habita contra omnes haereses, maximè contra Eutychem, & Dioscorum Alexandrinum Episcopum Aet. 488.
sub Valentiniانو & Martiano Imperatoribus.*

ACTIO I.

IN civitate Chalcedonens. Metropoli Provinciae Bithyniae facta est Synodus ex decreto piissimorum Imperatorum Valentiniани & Martiani, & sub die VIII. Idus Octob. Indict. IV. in Ecclesia sanctae Martyris Euphemiae. Congregatis & confederatis Paschasino & Lucencio Reverendiss. Episcopis, & Bonifacio religiosissimo Presbytero, tenentibus locum Sanctiss. & Reverendiss. Archiepiscopi urbis Romae Leonis; & Anatholio Reverendiss. Episcopo inelytae urbis Constantinopolit. ceterisque Reverendiss. Episcopis, & Gloriosiss. Iudicibus. Ecce advenientibus omnibus ante Cancellos sancti Altaris cum Magnificentiss. & Eximio Senatu, adveniente etiam Piissimo Imperatore Martiano in supra dicta Sanctiss. Basilica, Sanctam Synodum allocutus est, animam Christianam declarans, qualiter inter tantas publicas utilitates, nullum magis eum constriingeret negotium, quam rectam & veram fidem Christianorum (quae sancta & vera consistit) indubitatam omnibus declarare: ob idque sanctam convenisse ostendit Synodum, quam non semel horrat, ut pro viribus invigilent Patres, omneque adhibeant studium, ut haeresibus, omnibusque pravis sublatis institutionibus, fides nostra pura & sancta in omnium

ingrediens animas, propriae veritatis effulgetet luce. Deinde subdidit, dicens: De cetero audeat nemo de Nativitate Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi aliud disputare, praeter quod Apostolicum proemium 218. Sanctorum Patrum tradidisse noscitur, sicut Sanctissimi Papae Leonis, qui Apostolicum gubernat thronum, ad sanctae memoris Flaviani urbis Constantinopolitanae Episcopum testantur litterae.

Et post Regis haec verba, Paschasinus Reverendiss. Episcopus & Vicarius Sedis Apostolicae, cum in medio una cum collegis suis steteret, dixit: Beatissimi atque Apostolici viri Papae urbis Romae (quae est caput omnium Ecclesiarum) praeccepta habemus praemanibus, quibus praecipere dignatus est, ut Dioscorus Alexandrinorum Archiepiscopus non sedeat in Concilio, sed audiendus intromittatur, quod nos servare necesse est. Si ergo praecipit Vestra Magnificentia, aut ille egrediatur, aut nos exhibimus. Quibus in Graeco interpretatis per Berovicianum virum devotissimum, & Secretarium Sacri Consistorii, Gloriosissimi Iudices, & Amplissimi Senatus dixerunt: Quid enim specialiter ingeritur Dioscoro Episcopo? Paschasinus vero Episcopus, & Vicarius Sedis Apostolicae dixit: Cum intromissus fuerit, necesse est, ut illi objiciatur. Iudices & Senatus dixerunt: Ut jam interfati sumus, causa quae objicitur,

Specialiter manifestetur. Lucentius Episcopus & Vicarius Sedis Apostolicæ dixit: Judicii sui necesse est cum dare rationem, quia cum nec personam judicandi haberet, subrepsit, & Synodum ausus est facere sine autoritate Sedis Apostolicæ; quod nunquam ritè factum est, nec fieri licuit. Paschasius verò Vicarius Sedis Apostolicæ dixit: Ista sic est. Nos contra præcepta Beatissimi atque Apostolici Papæ Gubernatoris Sedis Apostolicæ venire non possumus, nec contra Ecclésiasticas regulas, vel contra Patrum instituta. Judices, & Senatus dixerunt: Convenit, vos specialiter quid erraverit exponere. Lucentius Episcopus & Vicarius Sedis Apostolicæ dixit: Er ista sic est. Non patimur tantam injuriam nec vobis fieri nec nobis, ut iste sedeat, qui judicandus advenit. Judices & Senatus dixerunt: Si Judicis obtines personam, non ut accusator debes prosequi. Et Dioscoro Episcopo Alexandriæ, secundum iustionem Judicum & Senatus, residence in medio, & residentibus Romanis, & Episcopis in propriis locis & tacentibus, Eusebius Episcopus Doryletana civitatis transiens in medium, dixit:

Per Sanctam Trinitatem vos adjuto, quæ custos est Prineipum, quamque colitis, & in qua baptizati estis, eujus quoque invocatione salvamini, jubete preces meas telegi. Clementissimi Judices miseremini, & adeste fidei, quæ violata est à Dioscoro. Clementissimi Judices per salutem vos adjuro Imperatorum. Flavianus sanctus Episcopus inique occisus est. Lachrymis impleor: simul mecum injustè à Dioscoro damnatus est. Jubete preces meas perlegi. Et lectæ sunt publicè preces & quærelæ Eusebii Doryletana civitatis contra Dioscorum, quibus offendit ipsum Dioscorum in Concil. Ephes. secundo, malis perturbationibus atque seditionibus mundum replevit, consensisseque Euthychi vaniloquo hæretico, in destructionem Religionis, fideique Catholicæ,

Insuper, quòd injustè damnaverit, occideritque Flavianum Archiepiscopum Constantinopolitan. Ad quæ omnia peritis Judices ut præcipiant Dioscorum respondere.

Quibus perlectis (perlectibus Dioscorus & Eusebiò) jussu Judicum atque Senatus, recensita sunt, quæ in Concilio Ephesino gesta fuerant, ut Dioscori causæ impudenter. Namque dicebatur, ipse probans, prædictum Concilium legitime congregatum, fuisseque Catholicum, & quòd robur & autoritatem habuerit, ut ex hoc tam ipse, quam Juvenalis Hierosolymorum Archiepiscopus, & Thalassius Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopus, qui præfati Concilii fuerant Judices, evaderent, quam justè merebantur, damnationem; vel si secus (ut successit) incidere in fossam, quam fecit. Quam ob causam, & pro manifestanda etiam Flaviani innocentia fecerunt Patres, ut legerentur in ista prima actione, acta tam Synodi Universalis I. Constantinopolitan. quam & I. Ephesina, & quædam epistolæ Cyrilli ad Nestorium hæreticum, & ad Joannem Antiochiæ Episcopum de pace, & de partu divinæ generatricis Virginis, & unig. nati Filii Dei humanitatis assumptione. Hac de causâ nonnulla etiam recitantur acta in Concilio Nicæno. Et cum legerentur acta in secunda Ephesina Synodo, & Dioscorus in sui defensionem allegaret, quòd tota illic congregata Synodus, lectam in depositionem & damnationem Flaviani, quam in omnibus aliis quæ ibidem decreta sunt, consensisset, & propriis verbis eadem confessus fuerit atque subscripserit. Orientales, & qui cum ipso erant omnes Episcopi dixerunt, illud esse falsum: & quòd nullus voluntariè consenserit; & addiderunt: Violenta facta est vis cum plagis: in pura charta subscripsimus; minabatur nobis damnatio, minæ exitibus tendebantur, milites cum fustibus & gladiis instabant: rimabamur & fustes, & gladios. Ubi gladii & fustes, quælis Synodus

Synodus est ? Milites propter hoc accepit Dioscorus, ut nos terreret. Unde quidquid egimus, terrore compulsi, fecimus. Peccavimus tamen, omnes ventam postulamus, etiamsi per vim & necessitatem in pura charta coacti fuerimus tunc subscribere.

Et cum ex actis in præfata Synodo legeretur, quod fuerit congregata ex præceptione Imperatorum, residentibus Sanctissimis Episcopis Dioscoro Alexandriæ & Juliano Episcopo agente vices, & tenente locum Sanctissimi Episcopi Rom. Ecclæs. Leonis, cujus lectæ & susceptæ fuerint Epistolæ ad dictam Synodum directæ: Insuper quod Patres omnes illic convenientes receperint libellum confessionis Euthychetis tanquam Catholicum, convictus est Dioscorus in multis. Ipsa etiam Synodus reprobata, & ut acephala, damnata: Nam cum ista legerentur, Orientales, & qui cum ipsis erant Reverendiss. Episcopi clamaverunt: Ejectus est, nullus illic suscepit nomen Leonis Papæ, nec ejus epistolæ receptæ, nec permittæ sunt à Dioscoro legi, & quod nec consenserint Patres consecrati Euthychetis, eò quod similis fuerit Apollinari, Valentiano, atque Macedoniano, qui verbum illud à Patribus de Christo in Symbolo additum, scilicet (*Qui conceptus est de Spiritu sancto ex Maria virgine*) nusquam susceperint. Deinde, cum inter cætera alia multa ex actis Ephesinæ II. Synodi legeretur sic:

„Consentimus & confitemur ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum, ante adunationem, post verò adunationem, unam naturam confitemur“. Quæ verba in Concilio Constantinopolitano pronuntiavit Euryches in sua confessione, recepta tamen à Dioscoro in secunda Synodo Ephesina, & hæc recitata. Quæ cum legerentur, Orientales, & qui cum ipsis erant, Episcopi dixerunt: Ista nemo dixit; Anathema ei, qui dixit ista; homicida dixit. Ægyptii dixerunt: Ista Pha-

raonis sunt; Anathema, qui ista dixerunt. Hæc Dioscorigo sunt, &c. Perlectis quæ in Ephesina secunda Synodo acta sunt, Judices & Senatus dixerunt.

Quoniam verò Flavianus Religiosæ memoriæ, & Eusebius Episcopus ex gestorum & cognitionum scrutatione, & ipsa voce quorundam qui tunc Synodo præfuerunt, consentium se errasse, & frustra eos damnasse, quia nihil circa fidem monstrantur errasse, ostenduntur injurè depositi: videtur nobis justum esse, eidem poenæ Dioscorum Episcopum Alexandriæ, & Juvenalem Episcopum Hierosolymorum, & Thalassium Episcopum Casareæ Cappadociæ, & Eusebium Episcopum Ancyræ, & Eustachium Episcopum Beryti, & Basilium Episcopum Seleuciæ Isauriæ, qui principatum tunc Synodi tenuerunt, subjacere, & ab Episcopali dignitate feri alienos. Quam sententiam ut justam cæteri omnes Episcopi approbaverunt: gratias deinde Imperatori, Judicibus, atque Senatui referentes. Et sic absoluta est actio prima.

ACTIO II.

– Conveniente sancto & universalis Concilio secundum sacram actionem in Chalcedonensi civitate congregato I. Paschasino & Lucentio Reverendiss. Episcopis, & Bonifacio Reverendiss. Presbytero, agentibus vices Sanctissimi & Deo Amanatiss. Archiepisc. senioris Romæ Sancti Leonis, Anatholiò Sanctiss. Archiepisc. Constantinopolit. civitatis novæ Romæ, & cætero Sancto Concilio, &c.

Præceptum est à Legatis & Senatu, ut in præsentia Concilii legeretur solum solum 318. Patrum in Nicæa congregatorum. Et lecta est per Episcopum Nicomediæ expositio fidei Concilii Nicæni. De quo vide supra.

Rursus præceperunt, ut recitaretur Symbolum 150. Patrum, qui in Constantinopolitana

riopolitana Synodo prima convenerant, quod cum epistolis etiam Leonis Papæ ad Flavianum Episcopum de hæresi Euthychis, Aëtius Archidiaconus Ecclesiæ Constantinopolitanz recitavit.

Iterum etiam leguntur duæ epistolæ Cypilli ad Nestorium, quæ habentur in prima actione hujus Synodi, quarum etiam mentionem fecimus in eadem actione.

Hæc acta sunt, ut per hæc examinaretur Dioscorus, discipulus Euthychis, si sequeretur fidem prædictorum Patrum, aliam, vel quam docuerat Euthyches.

Post lectionem verd epistolæ (quæ est 10. in numero) Episcopi clamaverunt: Hæc Patrum fides: Hæc Apostolorum fides: Omnes ita credimus: Anathema qui ita non credit: Petrus per Leonem locutus est: Apostoli ita docuerunt, &c.

Et cum legeretur prædicta epistola, in qua & ista verba continebantur, scilicet: Es ad resolvendum conditionis nostræ debitum, natura involabilis naturæ est unia passibili, ut quod nostris remediis congruebat, mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus, & non posset ex uno, & mori non posset ex altero. Dubitantibus Illyricanis, & Palæstinis Episcopis, quidam Episcoporum surrexerunt, ut eos in his quæ fidei sunt, instruerent. Et hac de causa, etiam ut pertinentia ad fidem commodius tractarentur, inducias nonnulli petierunt, quas etiam Judices concesserunt, differentes audientiam usque ad quinque tantum dies. Et sic absoluta est actio II.

In actione hac videri licet, quanta reverentia proficiantur, & tituli offerant Romanum Episcopum; Dominum enim nostrum vocant, ipsumq; adorantem Apostolicam Sedem fatentur, eius doctrinam ut ter Beatissimi Petri amplectuntur: namque, ut in primatu Ecclesia successer, in doctrina soliditate, in pascendo sibi commisso grege, esse & Petri hæret.

ACTIO III.

Conveniente sacro & universali Concilio, &c.

Accusatur Dioscorus ab Eusebio Dorylei Episcopo, sicut in actione prima; & supplicat sanctam synodum, ut sceleratum dogma Dioscori anathematizare digneretur, ipsum etiam compellere, ut coram Concilio compareret. Dioscorus enim continuerat se domi, nolens coram Synodo comparere.

Rursus accusatur absens à Theodoro, Diacono Ecclesiæ Alexandrinæ. Primum de homicidio. Secundo de blasphemia in Sanctam Trinitatem. Deinde, quod cum Origene consentiret: quod incendiarium fuerit. Postremò, quod excommunicationem contra Sanctissimum Apostolicæ Sedis, magnum Romæ Episcopum, Leonem fecerit: necnon etiam quod temerarius extiterit contra gestum in Metropoli Nicæna Concilium. Ex datò libello accusationis subscripsit, dicens:

Paratus sum, adveniente Dioscori in hoc sacrum vestrum Concilium, meis adesse accusationibus.

Pòst, productus est alius libellus accusationis per Isehyonem Diaconum, qui libellus sic incipit.

Sanctissimo & Beatissimo universali Archiepiscopo, & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & sanctæ & universali Chalcedonenis Synodo, &c. Ubi de multis aliis criminibus prædictum accusat Dioscorum.

Quarto productus, & lectus est alius libellus accusationis adversus eundem Dioscorum per Athanasium Presbyterum de similibus sceleribus.

Quinto, productus & lectus est alius libellus contra Dioscorum per Sophronium laicum, in quo præter alia accusavit illum de adulterio: & quod iniquo desiderio captus, suam rapuerat uxorem. Insuper, quod ipsum Sophronium viribus

totis Dioscorus de rebus humanis curaverat facere alienum.

Secundò, vocatus est Dioscorus ad Concilium per Notarium Concilii, ut responderet ad prædictas accusationes. Ille tamen simulans ægritudinem, noluit venire.

Vocatus est secundò directis litteris à Concilio ad illum & missis tribus Episcopis, qui commonefacerent illum, ut veniret, & satisfaceret de illis, quæ in Concilio illi ingerebantur. Quò adhuc reuocante, directæ sunt litteræ à Sacro Concilio ad illum, quibus jam tertio vocatus est, ut in factum illud Concilium dignaretur venire ad satisfaciendum simul & Reverendissimo Eusebio Episcopo, & illis, quæ illi tunc ingerebantur. Similiter responsurus & illis, qui illic adversus illum alios accusatorios dederant libellos, aliàs, & post tertiam (dicunt Patres) hanc regularem vocationem, ex omni parte nullam habentem suspicionem, ad veniendum distuleris, præfens Sancta Synodus ad illum veniret modum, quem contra pertinaces, & contemptores synodalis vocationis servare solet, &c.

Et cum adhuc in sua permaneret pertinacia, Pafchasinus Episcopus, & cum ipso Lucentius Episcopus, & Bonifacius Presbyter, tenentes locum Sanctissimi & Beatissimi Archiepiscopi Apostolicæ Sedis senioris Romæ Leonis Papæ, pronuntiaverunt.

Manifesta facta sunt, quæ à Dioscoro, quondam Alexandriæ Episcopo, commissa sunt adversus sanctarum regularum Ordinem, & Ecclesiasticam disciplinam, tam ex his, quæ dudum examinata sunt in priore consensu, quam ex his quæ hodie acta sunt. Hic enim (ut plura intermitteremus) Euthychem similia sibi sapientem, & regulariter à proprio damnatum Episcopo (id est, Sanctissimo Flaviano) præfatus sibi primatum, irregulariter in communionem suscepit priusquam confiteretur in Epheso cum Dei amantissimis

Episcopis. Sed & illis quidem Apostolicæ Sedes veniam præstitit de his, quæ ibi non voluntariè ab eis gesta sunt, qui hæc nusquam permanserunt obedientem Sanctissimo Archiepiscopo Leoni, & omni sancto & universali Concilio. Hic autem & hæcenus permansit glorians in eis, pro quibus eum oportebat gemere, & se terræ prosternere. Super hæc, nec epistolam Beatissimi Leonis Papæ ad sanctæ memoriæ Flavianum scriptam, legi permisit, etsi cum juramento fieri lectionem promiserit. Sed quoniam secundis excessibus priorem iniquitatem valde transcendit, (presumptum enim, & excommunicationem dicere adversus sanctissimum Archiepiscopum magnæ Romæ Leonem), insuper etiam & multi libelli, multis ejus pleni iniquitatibus, contra eum in sancto & magno Concilio oblati sunt: & semel, & 2. & 3. regulariter vocatus, minime voluit obedire; & hos, qui à diversis Conciliis regulariter damnati sunt, contra divinas Leges suscepit: idè ipse contra se clicus sententiam, sæpius Ecclesiasticos concilians canones. Undè sanctissimus Archiepiscopus magnæ Romæ Leo, per nos, & per præsentem sanctam Synodum, una eum ter beatissimo, & omni laude digno, B. Petro Apostolo, qui est Petra & Crepido Catholicæ Ecclesiæ, & ille, qui est rectæ fidei fundamentum, nudavit eum, tam Episcopatus dignitate, quam etiam ab omni sacerdotali alienavit ministerio.

Tunc Anatholius, Archiepiscopus Constantinopolitanus dixit: Hæc eadem Apostolicæ Sedis per omnia sapiens, concors sententia efficitur super damnatione Dioscorig. Similiter & omnes dixerunt, consentientes sententiæ legatorum Apostolicæ Sedis.

Post hæc, sacrum Concilium epistolam ad Valentinianum & Martianum Imperatores misit, rationem reddens omnium, quæ in his tribus actionibus gesta sunt in depositionem Dioscorig, hujus causas in

eadem epistola breviter complectens, ut Dioscori malitiam, & in eum prolatae iustae sententiae sinceritatem considerarent.

Miserunt Patres & aliam epistolam, ad sanctae memoriae Pulcheriam Augustam, quae idem, quod in praecedenti, continet argumentum.

Deinde subiectum est edictum sive leges Martiani Imperatoris ad Constantinopolitanos cives, quod interdicuntur, & prohibentur disputationes Christianorum cum Paganis & Judaeis. Quas leges beatissimus Papa Leo in suis confirmavit Epistolis; & confirmantur Chalcedonenfis Concilii edita, atque statuta.

Extat in hac actione, etiam relatio sanctae Synodi Chalcedonenfis ad Leonem Papam, de omnibus gestis generaliter in Synodo. Quae universa postulant confirmari auctoritate Apostolica, ut late ponitur in epistola quae incipit: *Repletum est gaudio os nostrum &c.* Et in ter alia, haec subiunguntur Haec sunt, quae tecum, qui spiritu praesens eras, & placere tanquam fratribus deliberasti, & qui penè per tuorum Vicariorum sapientiam videbaris nobis, effecimus. Indicavimus verò: quia & alia quaedam pro rerum ipsarum ordinatâ quiete, & propter Ecclesiasticorum statutorum definitivam firmitatem, scientes, quia & vestra Sanctitas addiscens, & probatura & confirmatura est eadem. Rogamus igitur, & tuis decretis nostrum honora iudicium, &c.

Ad quam epistolam respondet Leo, & confirmat acta hujus Synodi, excepto decreto primatus Constantinopolitanae Ecclesiae supra Alexandrinam, & Antiochenam: & est inter epistolas Leonis epistola 59. quae incipit: *Omnes quidem fraternitatem vestram, &c.*

Additio F. S.

Ista bene sunt notanda & conferenda cum epistolis S. Leonis 54. quae incipit, *Magno minore* 59. quae incipit, *Multa vobis*: 61. quae incipit, *omnes quidem fra-*

ternitatem: 62. quae incipit, *Quantum dilectioni*: ubi istorum veritas patet.

ACTIO IV.

Congregato sancto & universali Concilio, &c.

Primo, Judicum & Senatûs iussu lecta sunt coram Synodo, quae in praecedentibus actionibus acta fuerant. Deinde Iudices & Senatus dixerunt: Singuli reverendissimi Episcopi, qui hic conveniunt, doceant si expositio 318. Patrum, qui olim in Nicæa collecti sunt, & post haec 150. qui Constantinopol. congregati sunt, consonant epistolae reverendissimi Papae Leonis. Anatholius Archiepiscopus Constantinopol. dixit: Non solum illis consonat epistola sanctissimi Leonis Papae, sed & is quae in Epheso sub beatissimo Cyrillo gesta sunt ab universali & sancto Concilio. Hoc idem Vicarij Sedis Apostolicae cum omnibus aliis Episcopis dixerunt.

Illyriciani & Palaestini Episcopi, qui in 2. actione, cum legeretur epistola Leonis Papae (ut diximus) dubitare coeperant super verbis illis jam recitatis, consequenter, dixerunt: Nos sanctorum Patrum 318. qui in Nicæa convenerant, fidem semper servavimus, & servamus. Sequimur & 150. Patrum nullò modo dissonantem. Consentimus etiam actis & constitutis in prima Synodo Ephesina: Sed & lecta est nobis epistola beatissimi Archiepiscopi Romani Leonis, in plurimis rectè habens, & praedictis consonans, & consentimus. Aliqua autem nobis ex ipsa apparuerunt verba, ut partitionem & separationem aliquam à Divinitate carnis Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, quae sibi adunavit de sancta Virgine Maria, demonstrantia: de quibus paulò ante dubitabamus. Sed cum jam à sanctissimis Vicariis, locum tenentibus ejusdem sanctissimi Leonis, edocti simus, quia

quæ talia verba nullam partitionem in Domino & Salvatore nostro Jesu Christo, sed unum eundemque Dominum Filium Dei indicant, consentimus.

Deinde surrexerunt aliqui Episcopi Ægyptiæ regionis pro tota illa Provincia, & suam confessionem in scriptis dederunt, in qua secundum fidem à sanctis prædictis Conciliis expositam, fatebantur se credere: epistolæ autem Leonis Papæ volebant subscribere. Ob idque magna exorta est concertatio & tumultus in Synodo: ut compellerent illos, Leonis Papæ epistolæ subscribere; aut regularem damnationem, ut excommunicati, susceperent: indignè ferentes Partes, ut decem homines præjudicium facerent Synodo sexcentorum Patrum, & Catholicæ fidei. Illi verò instantè clamabant, misericordiam petentes, ut concederetur illis à sancta Synodo, à tali subscriptione ut superfedere possent, quoadusque esset eis & Archiepiscopus pro Ecclesia Alexandrina, cujus consensum (ut mos in Ægypto erat) Episcopi debebant expectare, ut talè quid possent deliberare. Sin autem quiddam in Concilio ferret Archiepiscopus Alexandrinus, & tunc subscriberent, & consentirent. Tandem datis sibi iussoribus quod non exiret de civitate quoadusque acciperet Episcopum Alexandria (quandoquidem non ut repugnarent Catholicæ fidei, nec ut non obtemperarent Synodo, subscribere in præsentè distulerint) eorum petitioni facta annuit Synodus.

Extat in fine hujus actionis epistola Pseudo-Archimandritarum hæreticorum, quam protulerunt in Concilio pro retributione Dioscori. Quæ cum legeretur, omnes Episcopi clamaverunt; Anathema Dioscoro: Dioscorum Christum deposuit: Istos foras mitte. Petitiones istas Synodum audire non licet: Illum qui damnatus ab omni Synodo; Episcopum nominare ausi sunt &c. Et sic absoluta est actio quinta.

ACTIO V.

In ista actione committitur quibusdam Episcopi, cum Vicariis Apostolicæ Sedis, & Anatholio Archiepiscopo Constantinopolitano, ut definitionem de fide inter se ordinarent, cui omnes postea assentiri deberent: in quo decreto, quæ à 318. Patribus in Nicæa; & quæ à 150. in Synodo Constantinopolitanâ primâ statuta sunt; similiter & gesta in Synodo Ephesinâ primâ, congregatâ sub Cælestino Papa, & Cyrillo Archiepiscopo Alexandriæ, renovantur & recipiuntur. Similiter & epistola Leonis Papæ ad Flavianum, pro expugnandâ pravitate Eurychis perfiditæ missa, recipitur a sancta Synodo, & nihil præterea.

ACTIO VI.

Conveniente Sanctâ & Universali Synodo, &c. Ad hanc actionem venit Imperator Martianus, qui Græcè & Latine sanctam allocutus est Synodum, cujus orationis eadem ferè sunt, quæ in prima actione (ut annotavimus) ad Synodum verba fecit. Post vero allocutionem, lecta est Imperatori definitio fidei, quæ in actione quinta fuerat prolata.

Et post lectionem definitionis, exant subscriptiones Episcoporum, & multi pro absentibus Episcopis subscripserunt. Paschasius Episcopus, Vicarius Domini mei Beatissimi, atque Apostolici Viri, universalis Ecclesiæ Papæ urbis Romæ Leonis, Synodo præsidens, statui, consensit, & subscripsit. Similiter & alii duo Vicarii Beatissimi Leonis Papæ dixerunt, & subscripserunt. Consequenter & alii Episcopi subscripserunt.

Post hæc, idem Præclarissimus Imperator ad sanctam Synodum dixit: Piâ & Catholicâ fide, à sancta & universali Synodo, secundum Patrum expositionem declaratâ; justum simul & expediens esse voluit.

tranquillitas approbavit, omnem de cetero contentionis occasionem, de sanctæ fidei religione penitus ampurari. Si quis igitur idiota, vel militaris, vel clericus, publicè de fide turbam congregans, sub obtentu disputationis tumultum fecerit; sciat, quia, siquidem idiota sit, ab urbe regia expelletur: militaris verò & clericus, gradus sui periculum sustinebunt, & penitus aliis subjaebunt. Tunc omnes clamaverunt: Multos annos Imperatori: Multos annos Augusto, pio & Christiano. Augustæ orthodoxæ multi anni &c. Diocæto anathema &c.

Imperator ad sanctam Synodum dixit: Quædam capitula sunt, quæ ad honorem vestræ reverentiæ vobis servavimus, decorum esse judicantes, à vobis hæc regulariter potius formari per Synodum; quam nostrâ lege sanciri. Et jubente piissimò Principe, lecta sunt capitula, quæ superfluum judicavimus recenseri, ut potè quòd primum caput, sit can. 4. & 2. c. sit 3. can. & 3. c. sit can. 5. hujus Concilii, & in aliis sæpè repetitus

ACTIO VII.

In ista actione agitur de concordia duorum Episcoporum, jam inter se compositâ, super quibusdam parochiis, quam postulavit à sancto Concilio (ut permaneat) confirmari: quod & factum est. Et nihil præterea.

ACTIO VIII.

Residente sancto Concilio ante cancellos sanctissimi altaris, Reverendissimi Episcopi clamaverunt: Theodoretus modo anathematizet Nestorium. Theodoretus dixit: Ego preces meas obtuli Reverendissimis Episcopis agentibus lo-Archiepiscopi Leonis, & si vobis placet, legantur coram vobis, ut sicut sapio,

cognoscatis. Episcopi clamaverunt: Nihil, rei. gi volumus, modò anathematizet Nestorium. Theodoretus dixit: Ego ab orthodoxis nutritus sum: orthodoxæ prædicavi, & docui: & non solum Nestorium, & Eutychem, sed & omnem, qui rectè non sapit, averfor. Episcopi dixerunt. Clarè dic: anathema. Nestorium & dogma &c. Tandem compulsus est: expressè & clarè Nestorium, & Eutychem, omnem hæreticum, & omnem hominem dicentem vel opinantem duos filios, & eos, qui non dicerent Dei genitricem, virginem Mariam, anathematizant. Quod cum dixisset, omnes Episcopi clamaverunt: Theodoretus dignus est sede Ecclesiæ: Orthodoxorum Ecclesiæ Pastorem recipiat: orthodoxum Doctorem Ecclesiæ recipiat: Archiepiscopo Leonis multos annos: Post Deum Leo judicavit. Et sic decretum est à sancta Synodo, ut Theodoro Ecclesiæ sua restitueretur, aqua fuerat & ejectus, & ab Episcopatu exclusus.

Theodoretus iste fuerat suspectus de Ariana hæresi; qua de causa apparet fuisse depositus. Et ob hoc cum (ut est videre supra in aliis prima hujus Concilii) accusaretur Diocæto ab Eusebio & Theodoro, ille conquirebatur, quòd permissus fuerit à Iudicibus & Senato Theodoretus Concilium intrare, qui nec Episcopus erat: insinuans illum fuisse iam depositum, quia hereticus. Hoc idem magis apparet ex sententia Theodosii junioris, latâ in Concilio Ephesino profano, ubi exclusit illum ab Episcopatu, & pari modò prohibuit scripta Theodoro legi, sicut & Nestorii Ariani: & ob hanc causam patres in ista actione tantò clamore insurrexerunt in prædictum Theodoretum, quoad sique fidem suam palam & manifestam faceret, quod & fecit, addens etiam, quòd ille subscribat epistola Leonis Papæ, unde ut per omnia orthodoxus à Synodo receptus est.

ACTIO IX.

ACTIO IX. & X.

Conveniente sanctâ & universali Synodo &c. Ibas reverendus Episcopus, qui fuit Edeffenâ civitatis Episcopus, dixit: Injustitiam ab Eutyche, & falsa sçgmenta perpeffus absens à quadraginta mansionibus, & condemnatus, huc adveni impetrate clementiam: &c.

Deprecor igitur vos, ut cognoscatis quam falsam accusationem pertuli, & calumniam à quibusdam clericis. Jubete omnia quæ per absentiam meam in Epheso sub Dioscoro gesta sunt, evacuari, & justitiam mihi servari, qui sum in nullo culpabilis, & reddi mihi Episcopatum pariter & Ecclesiam. &c.

Accusabatur Ibas, quod publicè coram clero & populo dixisset: *non in video Christo, factis Deo*: Et etiam, quodd Cyrilium vocasset hæreticum.

Examinatus tamen Ibas presentibus & instantibus accusationibus suis, talem audivit sententiam.

Paschasius & Luentius Episcopi, & Bonifacius Presbyter, tenentes locum Sedis Apostolici. Quia missi Apolloli semper in Synodis priùs loqui, & confirmare soliti sunt, per Paschasium dixerunt: Relectis chartis, agnovimus ex sententia reverendissimorum Episcoporum, Ibas reverendum, innoxium approbati. Relectâ enim ejus epistolâ cognovimus eum orthodoxum: & ob hoc decernimus ei honorem Episcopatus restituendum, & Ecclesiam à qua injustè & absens expulsus est, reparandam. De sanctissimo igitur Episcopo Nono (qui pro eo, paulò ante factus est) existimationis erit venerabilis Episcopi Antiochenâ Ecclesiæ, quid oporteat de eo statui, &c. Omnes Episcopi clamaverunt: omnes eadem dicimus, Nestorium modò anathematizet, Eutychem & ejus dogma anathematizet. Ibas reverendus Episcopus dixit: Et jam in scripto ana-

thematizavi Nestorium, ejusque dogma & nunc anathematizo cum decies nullis. Anathema Nestorio, & Eutychi: & omnem eum, qui non sapit sicut hæc sancta Synodus, anathematizo. Gloriosissimi Judices dixerunt: Quæ judicata sunt à sancta Synodo de Iba Reverend. Episcopo, propriam fortitudinem retinebunt. Et sic absoluta est actio decima.

ACTIO XI. & XII.

In istis duabus actionibus agitur causa inter Bassianum & Stephanum, contendentes de Episcopatu Ecclesiæ Ephesinæ: & definitum est, ambos esse removendos, quia præter regulas, Episcopi facti fuerant; & alterum Episcopum ordinari: prædictos verò habere Episcopi dignitatem, & à sanctissimâ Ephesina Ecclesia nutriendos.

In 13. & 14. actionibus tractatur de compositione quorundam Episcoporum, & præterea nihil.

ACTIO XVI.

Conveniente sanctò & universali Conciliò, residentibus omnibus ante altaris cancellos sanctæ Mariæ Euphemiz; Vicarii Sedis Apostolicæ ad Judices dixerunt: Hesternâ die postquam Potestas vestra surrexit, & humilitas nostra vestigia vestra secuta est, quædam gesta facta dicuntur, quæ nos & præter canones Ecclesiasticos, & disciplinam æstimamus effecta. Poscimus ergo, ut vestra Magnificentiâ relegi hæc præcipiat; ut omnis fraternitas inspiciat, utrum justa, an injusta sine ea, quæ gesta sunt. Judices dixerunt: Relegantur. Boronicianus vir devotus, secretarius divini consistorii legit sic:

Definitiones sanctorum Patrum sequentes ubique & regulam; & quæ nunc relecta sunt 150. Deo amantissimorum

Alc Canon
fuit claudes-
sine, abses-

62. SUMMA, CHALCEDON. CONCIL. - NOTA FRANKENSIS

ibat, & con-
tradictio-
nibus
egatis
ontificis
loman
onstitur
b Anarho-
ia, & reli-
quis Orien-
alibus ad
Primatam
na Eccle-
ia compa-
andam

Episcoporum, qui congregati sunt sub
piz memoriz Imperatore majore Theo-
dosio in regia civitate Constantinopoli,
cognoscentes: & nos, eadem deſnivi-
mus de privilegiis ejuſdem Constantino-
poli. Eccleſie, novæ Romæ. Eteſpim,
Sedi ſenioris Romæ, propter Imperium
civitatis illius, Patres conſequenter pri-
vilegia reddiderunt.

Adſiſ F. S.

Iſti rationi, propter imperium &c. ac
alia quæ ſunt in præjudicium Sedis Apo-
ſtolice, contradixerunt Legati, ut pater
hic inferius. Conſer quæ diximus l. 4.
de Pontif. q. 1. art. 5.

Et eadem intentione perſonæ centum
quingenta Deo amantiffimi Epifcopi,
æquæ Sedi novæ Romæ privilegia tribue-
runt, rationabiliter judicantes; imperio
& Senatu urbem ornatam, æquis ſenioris
Romæ privilegiis frui, & in Eccleſiaſti-
cis, ſicut illa, majeſtatem habere nego-
tiis, & ſecundam poſt illam exiſtere: &
ut hiſ qui de Ponto ſunt, & de Aſia, &
de Thracia diœceſibus, Metropolitanoſ
ſolos; rurſus autem, &, qui inter Bar-
baros ſunt, Epifcopos præſatarum diœ-
ceſum, ordinari à prædictæ Conſtanti-
nop. Sedis Eccleſia; quippe ut unuſquiſ-
que Metropolitæ præſatarum diœceſum,
cum Epifcopis ſuz Provinçie ordinet ſuz
regionis Epifcopos, ſicut divinis canonibus
eſt præceptum: ordinari autem (ſicut di-
ctum eſt) Metropolitæ præſatarum diœ-
ceſum à Conſtantiſopol. Archiepiſcopo,
decretis conſenſis ſecundum morem fa-
ctis, & ad eum relatis. Anatholius Epif-
copus Conſtantiſopolis deſignans ſubſcri-
pſi. Maximus Epifcopus Anthiochie de-
ſignans ſubſcripſi, &c.

Lucentius Epifcopus Apoſtolice Sedis
vicarius dixit:

Primò gloriæ veſtra perpendar, quæ
circumventione cum Epifcopis ſanctis ge-
ſtum ſit, ut non conſcriptis canonibus,
quorum mentionem fecerunt, ſubſcribere
ſunt coacti. Epifcopi clamaverunt: Nemo

coactus eſt. Lucentius Epifcopus Sedis
Apoſtolice dixit: *Accedit ad eundem*,
quod trecentorum decem & octo conſtitu-
tionibus poſtpoſita, centum quingenta
ginta quæ in ſynodiceſ canonibus non ha-
bentur, mentionem tantum ſeciffe ſuſ-
cuntur, quæ dicunt ante octoginta prope
annos conſtituta fuiſſe. Si ergo hiſ tem-
poribus, hoc beneficio uſi ſunt, quid
nunc requirunt? Si nunquam uſi ſunt,
quare requirunt? Aëtius Archidiaconus
Eccleſie Conſtantiſopol. dixit: Si de hoc
capitulo aliquid mandarum acceperunt,
proferant. Bonifacius Presbyter Sedis
Apoſtolice Vicarius dixit: *Beatiffimus*
& Apoſtolicus vir Papa inter cætera hoc
nobis mandavit, & ex chartula recitavit
ſanctorum quoque Patrum conſtitutio-
nem prolatam, nullâ patiamini temere
violari, ſervantes omnimodâ perſo-
næ noſtræ in vobis, quos vice noſtra traſ-
miſimus, dignitatem. Ac ſi qui fortâ, ci-
vitatum ſuarum ſplendore conſiſi, aliquid
ſibi tentaverint uſurpare; hoc, quæ di-
gnum eſt, conſtantia retundatis. Judices
dixerunt: *Utraque pars, canones pro-*
ponat. Paſchaliſnus Vicarius Sedis Apo-
ſtolice recitavit canonem ſextum Con-
cilio Nicæni, & ſecundum canonem. Con-
ſtantiſopolitanoſ Concilii; & alios recit-
averunt canones Vicarii Sedis Apoſto-
lice, ubi decernitur: *Sedem Romanam*
eſſe in omnibus, & per omnia primam,
& poſt illam ſecundum habere gradum
Conſtantiſopolitanam. Quæ quæſtio val-
dè inter Vicarios Sedis Apoſtolice, ca-
terosque Epifcopos controvertitur. Tan-
dem Judices dixerunt: *Ex hiſ quæ*
geſta ſunt, vel ab unoquoque depoſita,
& honorem præcipuum (ſecundum cano-
nes) antiquæ Romæ Deo amantiffimo
Archiepiſcopo conſervari. Oportere au-
tem Archiepiſcopum Conſtantiſopolita-
nan. eiſdem primatibus honoris & ipſum
dignum eſſe, & poteſtatem habere, ordi-
nate Metropolitanoſ in Aſiana & Pon-
ticia.

SUMMA VENERII CONCILII. 163.

tica, & Thracia diocesisbus. hęc modõ : ut electi à clericis cujuscumque Metropolit. referantur ab eligentibus Archiepiscopo Constantinopolit. ut penes eum sit, (si velit) hunc qui electus est, confirmare, repudiare. &c. Episcopi dixerunt : Hęc omnes dicimus : Hęc omnibus placent. Lucentius Episcopus Sedis Apostolicę Vicarius dixit : Sedes Apostolica nobis presentibus humiliari non debet. Et idẽ quęcumque in præ-

judicium canonum vel regularum, hesternã die gesta sunt nobis absentibus, Sublimitatẽ vestram petimus, ut circumduci jubeatis : sin aliã, contradicẽtiõ nostra his gestis inhaereat, ut noverimus, quid Apostolico viro universalis Ecclesię Papę deferre debeamus, ut ipse aut de suę Sedis injuria, aut de canonum ever- sione, possit ferre sententiam. Episcopus Sebastię dixit : Omnes, in sententia vestrę Magnificentię, permanemus.

Invalida, quę absque Apostolicę Sedis Legatis in Concilio geruntur

CONCILIUM

Concilium Veneticum An. D. 460

V E N E T I C U M.

Provinciale, sub Leone I. Papa, in quo pauci Episcopi convenerunt, qui statuerunt 16. Can. In quibus agitur de regula Ecclesiã. quę Sacerdotibus (donante Domino) credita est; & de districtione, cujus cura non sine eorum culpa vitata torpescit. Et ea quę in priorum Patrum statutis ab eis visa sunt omissa, & procedente tempore ex nimia licentia, prolabente seculari libertate, presumpta, statutis saluberrimis, in hac Synodo sancita sunt. Quę omnia, quia abunde in superioribus adscripta sunt, ex industria subtrahimus.

Finis Concilii Venetici.

Aditio F. S.

Isti canones 16. reperiuntur in romis Concil. & apud Coriolanum in Summa.

CONCILIUM

TURONENSE

Provinciale, tempore SIMPLICII Papæ. Interfuerunt alii Episcopi, Continent 13. Canones, quorum summa hac est.

Primum, hortatur clericos ad castitatem; nam si laico abstinence imperatur, ut post orationi vacans exaudiri; quando magis Sacerdotibus, qui omni momento parati esse debent sacrificium, offerre pro populo cum omni mundicia & puritate.

Secundò, hortatur eos ad abstinence. Alii continer regularem institutionem clericorum.

In ultimo, clericis prohibet usuras.

Decreta Hilarii Papæ.

HILARIUS, natione Sardus, ex patre Crispino, sedit ann. 37. menses 10. dies 2. Hic, Pontificibus successores substituendi, & laicis investiendi potestatem abrogavit, & Epistolas de fide Catholica per universum Orientem spaxit, confirmans tres illas universales Synodos, Nicenam, Ephesiam, & Chalcedonensem; & damnavit Eutychem & Nestorium, & eorum sequaces. Approbavitque dominationem & principatum sanctæ Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ.

Ad 8
Hilari
Pont.

CONCILIUM

ROMANUM.

Sub HILARIO Papæ.

Sub hoc celebratum est Concilium Romanum, 50. ferè Episcopis ibidem congregatis, & statuerunt aliquot canones.

Primò, ut canones Nicæni Concilii, & Apostolicæ Sedis decreta custodiantur.

Secundò, ut bigami, aut viduz, aut corruptæ mariti, ad gradus Ecclesiasticos non accedant.

Tertiò, ut parentes, aut infcii litteratum, sive defectu membrorum, aut

decisione aliquid minus habentes, ad superiorem ordinem non accedant.

Quartò ut nullus Episcopus sibi eligat successorem, ad petitionem Episcoporum Tarraconensium. Nam Episcopus Barchinonensis post mortem suam velut jure hæreditariò, voluit Irenæum successorem in Ecclesia derelinquere. Quibus Hilarius respondit ex sententia Episcoporum, qui in ipso Concilio sunt congregati, per subjecta capita.

Nullus
Episcopus
sibi
eligat
successorem.

Pri.

medium
romani.

l. Di. 48.

medium
romani.

q. 1.
Eulij fas.

D. 14. Curat.
iam est

D. 55. Po-
nentes, vel
mfrid.

l. q. 1. Ple-
riquo.

Primum, quod nullus ordinetur Episcopus sine consensu Metropolitani Episcopi.

Secundum, ut nullus Episcoporum, relicta una Ecclesia, ad aliam transeat.

Scriptit duas epistolas ad quosdam Episcopos, aliqua errata eorum emendare volens, nihil tamen continent notatidne dignum.

Decretum Hilarii iuxta Gratianum.

Ubi pars est corporis, est & totum. Eadem ratio est in corpore Domini, quae in Manna, quod in eius figura praecessit: de quo dicitur: Qui plus collegerat, non habuit amplius: neque qui minus paraverat, habuit minus. Non enim est quantitas visibilis in hoc sacramentum, sed virtus Sacramenti spiritualis.

Decreta Simplicii Papa.

SIMPLICIUS, natione Tiburtinus, ex patre Castino, sedit annos 15. mensibus quinque, dies 10. Hic urbem Romam in quinque Ecclesias distribuit, quarum prima Petri, secunda Pauli, tertia Laurentii, quarta Joannis Laterani (nunc in Urbe prima), quinta Maria majoris. Tum, Constantino Episcopo damnato, Ecclesiarum omnium primam, Romanam esse declaravit. A laicis Ecclesiasticum beneficium recognosci noluit. Hic scripsit aliquot epistolas ad quosdam Episcopos.

In quarum secunda ad Joannem Ravennatensem Episcopum, habetur illa regula juris:

Privilegium meretur amittere, qui permittit sibi abutitur potestate.

In tertia ad Florentinum, & Severum Episcopos, scribit: quod de redditibus Ecclesiae, vel oblatione fidelium, sola Episcopis ex his una portio remittatur; duae Ecclesiasticis fabricis, & erogationi pauperum profuturae, a Presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur; ultima, clericis pro singulorum meritis dividatur.

Finis decretorum Simplicii Papae.

Decreta Felicis tertii Papa.

FELIX III. Romanus, ex patre Felice Presbytero, sedit annos octo, menses undecim, dies 29. Fuit temporibus Odoacris Regis.

Hic, cum intellexisset, Petrum Eutychianum, ob haeresim ante in exilium pulsatum, ab Achaëo Constantinopolitans Episcopo revocatum; fraudem subesse veritus, auctoritate Sedis Apostolicae & consilio benedictientium approbata, Petrum & Achaëum damnat. Post annos vero tres (cum Zeno Imperator fidem faceret, hos homines poenitere) Felix eorum misit Episcopos duos Messenum, & Vitalem; qui (re cognita) damnatos abolverunt. Hi itaque Heracleam civitatem ingressi, poenitentia corrupti, nihil ex sententia Felicis egere. Unde Pontifex indignatus, habitam (de more) Synodo, hos, ut pravaticatores & simoniacos, a communione deiecit. Messeno tamen poenitentiae tempus adscriptum est; quia errorem suum confitebatur.

Hic, congregavit Synodum multorum Episcoporum & Presbyterorum, eorum quod in Africa rebaptizarentur Episcopi, & Presbyteri, & Diaconi. In quo primum statuitur, rebaptizatos Episcopos, Diaconos, Presbyteros, in poenitentia manere usque ad diem obitus sui, & non communicare orationi fidelium, & catechumenorum; & communicatio laica tantum in morte illis est reddenda.

Alii vero, per tres annos sint interaudientes, & septem annis poeniteant, & duobus annis non sinantur oblationes differre.

Scripsit epistolam Aquatino, in quem deposuit, & damnavit propter Eutychianorum communionem.

Scriptit & aliam, ad Zenonem Episcopum Italicae.

An. D. 489
Felix III.
Pont. 49.

De consuetudine
d. 4. Et
quod
In Concilio
Nizeno
can. 41. &
44. qu. 7.
Sed in quibus
liber.
In Concilio
Illa.

CONCILIUM
TARRACONENSE

Hujus etiam tempore celebratum. Est provinciale, decem Episcopis congregatis. Fuit Concilium, anno sexto Theoderici Regis. In quo.

Primo cavetur conversario inter fornicarios & clericos & monachos, etiamsi eorum curam ratione parentelæ gerant.

Secundo, ut quicumque in clero esse voluerit, emendi validis, & vendendi carius studio non utatur.

Tertio, ut quantum clericus præstitit, tantum recipiat.

Quarto, quod nullus clericus unquam judicet criminalia: diebus vero dominicis nec etiam civilia: sed ut tantum Deo itarum solemnia peragat.

Quinto, ut qui in Metropolitana civitate Episcopus non fuerit ordinatus, post alios mentes, se Metropolitanis præsententur.

Sexto ut Episcopus contemnens venire, ad Synodum Metropolitanam vocatus, excommunicetur.

Septimo, ut Episcopi annuatim diocesim visitent, & basilicas desertas restituant, & non nisi tertiam partem de parochiis accipiant.

Octavo, quod nullus clericus accipiat munera pro iudiciis.

Nono, quod monachus missus alicubi, ministerium clericatus agere non presumat, nisi cum Abbatis imperio: nec negotiator existat. 16. q. 1. Monachi.

Decimo ut si Episcopus intestatus decesserit, inventarium de rebus ejus fiat, & nullus exinde aliquid auferat.

Circa & Gratianus ex hoc Pontifice,

quod nullus confirmetur his, aut ter, aut nec baptizatur.

Explicit Concilium Tarracconense.

Decreta Gelasii Pape.

GELASIUS, natione Afer, ex parte Valerio, sedit annos quatuor, menses octo, dies 10. temporibus Theoderici Regis, & Zenonis Augusti. Hic, sanctitate, doctrina, & pauperum dilectione clarus, Manichæos, libris eorum combustis, proscripsit: utriusque Testamenti libros, ac Doctorum scripta, ab ambiguis authentica separavit. Ordinum factorum administrationem a mense Decembris, quatuor temporum Sabbatis attribuit: Episcopos 67. creavit: Canonem, & Præfationes Missæ, Profas, & Hymnos Cantibus miscuit. Imperatore excommunicato, eundem excommunicari posse probavit. Sub eo Honorius Sævus Vandalorum Africa Rex Arianorum favore, in fideles gladio flammæque sæviente fatigatus, 4965. relegatis, Ecclesias & bona Arianis tradidit.

Scriptis epistolam ad Episcopos per Lucaniam, & Brutios, Siciliam transmissos; in qua 30. decreta continentur, quæ omnia longum esset recensere, præsertim cum superioribus sparsim adscripta sint.

Scriptis & aliam epistolam ad Episcopos Siciliae in qua ita habetur:

Præsum nostrorum auctoritas emanavit, ut facultates Ecclesiis Episcopis ad

Facillim
itaco-
ms. So-
ndam
oriole-
im sub
loimlida
A. D. 517.

1. q. 4.
monachos
quod.

1. q. 5. Si
in clericis.

1. q. 4.
ut in
Episcopis.

1. q. 5.
ut in
Episcopis.

1. q. 5.
ut in
Episcopis.

1. q. 5.
ut in
Episcopis.

1. q. 5.
ut in
Episcopis.

1. q. 5.
ut in
Episcopis.

1. q. 5.
ut in
Episcopis.

ad regendum habeant potestatem; ita tamen, ut viduarum, pupillorum, atque pauperum, nec non & clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc etiam eis statuimus dari, quod hactenus decretum est; reliquum sibi Episcopi vendicent; ut (sicut antea diximus) peregrinorum, atque captivorum largiores esse possint.

In quodam tomo, quem Gelasius fecit de vinculo anathematis super acta Concilii Chalcedonenfis, sunt aliqua annotatione digna.

Primum, Chalcedonenf. Synodum admittendam, excepto decreto illò de privilegio Ecclesiæ Constantinopolitanæ, cui repugnant Vicarii Apostolicæ Sedis in ea præsentis.

Secundò videtur favere sententiæ, quam Hieronymus habet de observantia legalium, quam Petrus simulavit. Inquit enim sic: Sanctus Petrus primus Apostolorum, sic existimans novi Testamenti gratiam prædicandam, ut à legis veteris non recederet institutis, quædam per simulationem legitur inter Judæos Gentilefque gessisse.

Tertiò exponit illud Matthæi de peccato in Spiritum sanctum, & illud Joannis cap. 5. *Est peccatum ad mortem* &c. de eo peccato, quod usque ad mortem durat. Nam nullum (inquit) est peccatum, pro quo, aut non o et Ecclesia remittendum, aut quod, datâ sibi divinitus potestate, desistentibus ab eodem non possit absolvere, vel pœnitentibus relaxare, cui dicitur: *Quæcumque ligaveris*, &c. Loquens etiam de vinculo anathematis, dicit, quòd Ecclesiastica sententia reos tantum, & pœnitatores obligat.

Habet etiam, quòd quæcumque cuiuscumque Synodi acta, nisi per Róm. Pont. confirmentur, nullum habeant robur. Totum (inquit) in Sedis Apostolicæ positum est potestare. Ita, quòd firmavit in synodo Sedes Apostolica, hoc robur obtinuit: quòd refusavit; habere non

potuit firmitatem: & sola rescindit, quòd præter ordinem congregatio synodica putaverat usurpandum.

Quintò dicit, quòd comminationes, quæ sunt in sacris litteris, sunt intelligendæ, quamdiu permanerint in statu rationis quò sunt. Sic inquit, Tyrus, & Gaza, Beryton, & Ægyptus, pronuntiatæ sunt perituræ, quas postea per Evangelium novimus esse salvatas. Perierunt itaque duplici modò, aut permanentes in eo, quòd talem sententiam fulceperunt; aut deficientes ab eo, quò tales fuerant, & incipientes esse, quò non tales fuerant.

Sextò, & super illud Esaiæ, *Claude oculos eorum, ut videntes non videant*, &c. sic etiam inquit: De genere Judæorum prophætarum est, *Claude oculos*, &c. *ne unquam convertantur*, & *sanem illos*, &c. Hic etiam correctio & emendatio interdicta monstratur, & respiscendi quoque spes prorsus absconditur. De quo tamen populo Apostolus, & Ecclesiam primitivam novimus processisse, & tot millia hominum unâ die baptisate fuisse salvata.

Dicit, quòd fuerant hæc ante adventum Christi, ut quidam figurative, adhuc tamen in carnalibus actibus constituti, pariter reges existerent, & pariter Sacerdotes, quòd sanctum Melchisedech fuisse, sacra prodit historia. Quòd in suis quoque diabolus est imitatus (utpotè qui semper, quæ divino cultui convenirent, sibi met tyrannicò spiritu vendicare contendit) ut Lagani Imperatores, iidem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est Regem eundem atque Pontificem, ultra sibi nec Imperator Pontificis nomen imposuit, nec Pontifex regale fatigium vendicavit. Quamvis enim membra ipsius, id est, vel veri Regis atque Pontificis, secundum participationem naturæ, magnificè utrumque in sacra generositate sumpsisse dicantur, ut simul regale genus, & Sacerdotale subsistant: quoniam

Qualiter sint intelligenda comminationes divinz. Jerem. 47. Lucæ 10.

Explicatur locus Isa. 6.

Fuerunt talia aliqua, & Reges, & Sacerdotes. Genesi 14. & Heb. 7.

1. Feb. 8.

Post Christi-
sum dicitur
la sunt Pon-
tiffex & Im-
perator.

quoniam Christus memor fragilitatis
humanae, quod suorum saluti congrueret,
dispensatione magnificè temperavit; sic
actionibus propriis dignitatibusque di-
stinctis, officia potestatis utriusque discre-
vit (suos volens medicinali humilitate
salvari, non humanâ superbiâ tursum inter-
cipi,) ut & Christiani Imperatores pro
aeternâ vita Pontificibus indigerent, &
Pontifices pro temporalium cursu rerum,
imperialibus dispositionibus uterentur,
quatenus spiritualis actio à carnalibus
distaret incursum, & ideo militans Deo,
minimè se negotiis secularibus implicaret:
ac vicissim non ille rebus divinis præsi-
dere videretur, qui esset negotiis secu-
laribus implicatus: ut & mode in
utriusque ordinis curaretur, ne extolle-
retur utroque suffultus, & competens
qualitatibus actionum specialiter professio
apertaretur. Ex quibus (inquit) aperte
colligitur, à seculari potestate nec ligari
prorsus, nec absolvi posse Pontificem.

Epistola 1.

Misit etiam epistolam eloquentem &
elegantem ad Faustum Magistrum, fun-
gentem Legationis officio Constantino-
poli, in qua docet nullum absolvi posse ab
errore præterito, nisi respiciat. Remitti
culpa de præterito potest, correctione
sine dubio subsequente. Nam si deinceps
finitur mansura perversitas, non est be-
nignitas remittentis, sed consentientis
assensus.

24. qu. 1.
Acherius.

Docet etiam, solum Pontificem posse
hæreticos damnare sine aliorum consensu,
imò & quilibet Episcoporum hoc posse.
Et quod non opus est novâ damnatione
ei, qui in errorem, jam aliâs condemna-
tum, incidit, sicut iste Achatius.

24. qu. 1. 2. 3.

Appellationes etiam omnes ad Eccle-
siam Romanam licere deferre: ab ipsa verò,
numquam appellare sacri Canones sanxe-
runt.

Aliam etiam misit epistolam ad Ana-
stasium Augustinum, in qua & fidei zeum,
& charitatem erga proximos argutè de-
monstrat, sic dicens: Duo sunt, Imperator
Augustus, quibus principaliter hic regitur
mundus; Autoritas sacra Pontificum, &
regalis potestas. In quibus tantò gravius
est pondus Sacerdotum, quantò etiam pro
ipsis regibus vel legibus hominum in
divino sunt examine rationem reddituri.
Licet enim præsidere humano generi
dignitate rerum, tamen præsulibus divi-
narum devotus colla submittit, atque ab
eis causas tuas [sa]tis expectas, inque
sumendis cælestibus Sacramentis, eique
(ut competit) disponendis, subdi te
debere cognoscis religionis ordine, potius
quam præesse.

Extat alia ejusdem epistola ad Episco-
pos Dardaniæ, de ejusdem Petri &
Achatii iusta damnatione, per Sedem
Apostolicam facta.

Ex hac epistola citat Gratianus
duo decreta.

- Primum, quod repeti non possunt, quæ
triginta annis quietè possidentur.

Secundum, quod non oportet ad eorum
eleemosynas abstinere post mortem, qui-
bus in vita communicare non desistimus.

Aliam etiam scripsit epistolam ab Eu-
phemianum, in qua sanctissimè & do-
ctissimè illum cohortatur ad unitatem fidei
Catholicæ, & ut Petrum & Achatium
hæreticos habeat.

Ordo veteris & novi Testamenti, seu
quem Sancta, & Catholica, Romana Sæc-
suscepit & veneratur Ecclesia, digestus
à Gelasio Papa cum 70. Episcopis, in
superioribus jam bis relatus est.

CONCILIUM
EPAUNENSE,

Concilium
Epaunense
An. D. 494

Tempore GELASII I. Papa, est Provinciale, tempore Sigismondi Regis celebratum. Fuerunt verò 70. Episcopi in hoc Concilio, in quo ediderunt 40. decreta, qua omnia ferè ad institutionem Clericorum, & Episcoporum, & Ecclesiarum pertinent. Sed ea, cum jam superius relata sint, maxime in Concilio Agashensi, hòc locò recensere non duximus necessarium. Ex precipuis tamen hac summa est.

VT Episcopi venatores non sint, nec accipitres habeant.
 Ut clerici vògi, ad communione non assumantur.
 Ut alterius Episcopi clericus in alia civitate non constitatur.
 Ut unius Monasterii sit unus Abbas.
 De correctione Abbaris peccantis.
 Quòd clericus publicum iudicium non interpellet.
 Ne illicitis horis clericus ambulet.
 De pœnitentia homicidarum.
 De confirmatione Canonum.
 Finis Concilii Epaunensis.

Decreta Anastasii Papa.

ANASTASIUS Secundus, natione Romanus, ex patre Fortunato, s' d' e annum unum, menses 11. dies 27. Hæc fuit temporibus Theodorici Regis, & Anastasii Imperatoris, cujus tempore multi clerici ab ejus communione se subtraxerunt, -quòd communicasset Photino Thessalonicensi Diacono sine consilio Episcoporum & clericorum, qui communis erat Athatio; & quia occultè voluit revocare Acharum, & non potuit. Qui nutu divinò sibi à morte percussus est.

Additio P. S.

Hæc de Anastasio 2. ita quidem referuntur tom. 2. concil. & apud Gratian. d. 19. can. Anastasius. Sed annotatio Gregoriana optime monet; esse conficta; cum Achario (sic Nicophorus l. 16. c. 12. & Evagrius l. 3. c. 18. & seqq. & clarissimè Anastasius bibliothecarius in chronologia testatur) tempore Felicis 3. obiisset; cui successit Gelasius, & Gelasio Anastasius, qui iniù epistolæ suæ ad Anastasium Imperat. scripsit: Acharium, mortuum & ante Iudicem Christum uerò non Felice aitare; uti Gelasius quoque ante ipsum scripserat, cap. Nec quisquam 24. q. 2.

Hunc recentent aliqui inter hæreticos, propter communionem Acharii, & Photini Diacon: sed de hoc diximus in controversia 4. supra. Authoz.

Scripsit epistolam ad Anastasium Augustum, in qua hæc continentur.

Primum, quòd non sit temerè iudicandum de his, qui ad Dominum migraverunt.

Secundum, quòd magnopere sit contentio vitanda.

Tertium, ut Imperator quoscumque potuerit, ad veram fidem pertrahat.

170. SUMMA DECRET. SYMMACHI PAPA...

Quantum, ut ipse monitis Apostolicis pateat.

D. 18 Sec-
cundum Ec-
clesia.

Quantum, quod mali, ministrando, sibi tantummodo necent, non Ecclesie Sacramenta conmaculent; nec eos, qui per hæreticos sunt aut baptizati aut ordinati, portio læsionis attingat.

Decretum eiusdem ex Gratiano.

23 qd 3.
qui potest.

Qui potest obviare & perturbare perverfos, & non facit, nihil est aliud, quam favere impietati eorum: nec caret icripulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare.

Decreta Symmachi Papa.

An D. 422
Symmachus
Pont. 52

SYMMACHUS, natione Sardus, ex patre Fortunato, sedit annos 15. menses septem, dies 28.

Hic fuit temporibus Theodorici Regis, & Anastasii Augusti. Fuit verò ordinatus sub contentione unâ cum Laurentio, Symmachus in Basilica Constantiniana, & Laurentius in Basilica beatæ Mariæ, ex qua causa separatus est Clerus, & divisus est Senatus. Sed Schismaticis superatis, Symmachus, pauperum & clericorum amator & sustentator fuit. Eugenium 4. fidelem Carthaginensem Episcopum,

cum 220. Episcopis à Transimundo Vandalorum Rege in Sardiniam proscriptum, piè fovit. Hic decrevit, ut vivente Pontifice, de futuri subrogatione præsumat nem. Hic invenit Manichæos in Urbe, quorum simulachra & codices cremans, ipsos in exilium relegavit. Innumeras ferè basilicas Sanctorum construxit & reparavit, & infinitò aurò & argentò eas donavit.

Hic constituit, ut omni die Dominicò, & natalitiis martyrum, Hymnus, *Gloria in excelsis*, diceretur. Multos captivos redemit. Fecit ordinationes quatuor in Urbe, Presbyteros 92. Diaconos 16. Episcopos 117. Sepelitur in basilica B. Petri 14. Kal. Augusti, & cessavit Episcopatus dies 7.

Decreta
Symmachus

Hic statuit, bona Ecclesie non alienari, nisi magnâ & piâ causâ exigente.

16 qd. 1.
Poffessum.

Ut raptores viduarum vel virginum, Ecclesie communionem priventur.

26 qd. 2.
Raptori.

Ut viduz, & virgines diu in religioso proposito per tempus commoratz, ultra non nubant.

27. q. 1. Non
que viduz.

Ut nullus per ambitum ad Episcopatum accedat.

1. q. 1. Nul-
lus in qua.

Secunda
Synodus
Romana

SECUNDA
SYNODUS ROMANA,

Sub SYMMACHO PAPA.

D. 79 e. 33
quis Papa.

Congregavit Romæ Synodum in basilica B. Petri, & Inter cætera statuit, ut si quis, Papâ supersite, pro Romano Pontificatu cuiquam, quolibet modò favorem præstare, convincitur, loci sui honore privetur.

D. 19 34
szmjan.

Item, quòd si Papa morte præventus, non potuerit, de sui successoris electione ante decernere, is consecratur Episcopum,

quem cunctus clerus, aut centè pars major elegerit.

Item, quòd qui ambientes, vel ambientium fautores, conjuratosque prodiderit, non solum purgatus ab omni culpa videatur esse (etiam si fuerit participes) verum etiam remuneratione dignissimus.

Ibidem:
quis Papa.

TER.

TERTIA
SYNODUS ROMANA.

Terzia Synodus Romana.

Aliam etiam Synodum congregavit Romæ annò Domini 404 in qua cæteris sub anathematis pœna, ne bona Ecclesiastica alienentur.

QUARTA
SYNODUS ROMANA.

Quarta Synodus Romana.

Congregavit ibidem & aliam Synodum, quæ dicitur Palmensis, tempore Theodorici, cujus jussu fuit congregata, ut Symmachus à sibi objectis criminibus se purgaret. Extat liber eruditus & elegans Ennodii Ecclesiæ Rom. Diaconi, pro defensione quartæ & quintæ Synodi Symmachi Papæ, & 23. Episcoporum.

Aditio F. S.

Ex Baroniotôm. 6. ad annum 502. hîc observandum, quòd schismatici varia crimina imponentes Symmacho, volebant Visitatorem committi, qui ea examinaret; at non successit. Rex tamen Theodoricus Arianus obtulit à Symmacho, ut Synodum congregaret. Sed Patres in eâ con-

gregati definerunt, Symmachum non esse inquietandum, & totam causam Dei iudicio reservandam.

Ex quo desumptum est hujusmodi decretum:

Nonne directa sunt verba canonum, si quis Clericorum ab Episcopo suo antea sententiæ tempus pro dubia suspitione dicefferit, manifestam in eum manere censuram? Lex enim Ecclesiastica Pontificem ab aliis accusatum, priusquam sub luce objecta constituerint, exigit non relinqui: *s. q. 4. Nonne directe.*

Item illud: Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari; sed Sedis istius Præsulem, suo sine quæstione reservavit arbitrio. *s. q. 3. Aliorum hominum.*

QUINTA
SYNODUS ROMANA.

Quinta Synodus Romana.

Alia etiam Synodus est Romæ congregata sub hoc Symmacho, in qua approbatur supra scriptus liber Ennodii

Diaconi, & ei datur eadem authoritas, quæ decretis Synodorum, & ita jussus est inter actiones Synodicas adscribi.

SECUNDO.

Sciatum est Decretum illud à multis antecessoribus synodaliter firmatum :

2. q. 7. 0. 1. 2. Verba sunt Eusebii Papa.

" Oves quæ suo Pastori commissæ sunt, eum nec reprehendere, nisi à fide exorbitaverit, nec uliatenus accusare possunt :

„ sunt : quia facti Pastorum, oris gladio ferienda non sunt, quamquam reprehendenda rectè videantur”

Ex hac etiam Synodo habetur in Decretis, quòd nullus Episcopus, aut Clericus, ante sententiam suis bonis spoliatur; & si spoliatus fuerit, restitatur in omnibus.

2. q. 1. Reintegranda. Idem. Eusebii omnes Episcopi.

S E X T A

SYNODUS ROMANA.

Sexta Synodus Romana contra invasores rerum Ecclesiasticarum. 16 q. 1. In Canonibus.

E ULT & alia Synodus Romæ sub Symmacho tempore Theodorici Regis, ad Ecclesiæ reformationem & gubernationem congregata : in qua stricte & sub pœna anathematis prohibetur :

Ne ullus bona Ecclesiæ à fidelibus oblata occupet, & quasi propria possideat, sine Episcopali licentia.

Quòd ferro abscindenda sunt vulnera, quæ fomenta non sentiunt.

16. q. 2. Ferr.

Quòd injustum iudicium, & definitio injusta, regio metu vel jussu, aut à iudicibus ordinata, non valeat.

11. q. 1. Injustum.

Extant ejusdem epistolæ aliquæ, quas recensere supervacuum est.

C O N G I L I U M

I L L E R D E N S E,

Concilium Illerdense. Verius sub Joanne Papa An 524. Vide Coriellanum, & Dinium.

Tempore SYMMACHI, 8. Episcoporum, habitum annò 15. Theodorici Regis. In hoc Concilio statuerunt Canones sequentes.

Canon 1.

E T clerici in obsidionis necessitate positi à sanguine humano (etiam hostili) se abstinant, admittantur tamen ad pristinà officia post 3. annos poenitentiz.

Canon 2.

Quod his qui abortivum faciunt, vel natos suos extinguunt, post 7. annorum curricula communio tribuatur.

Canon 3.

Quòd Monachi sine licentia Abbatis non ordinentur.

16 q. 1. Ordinationem.

Canon 4. De incestu.

Ut hi, qui se incestus pollutione commaculant, (quosque in ipso detestando, & illicito carnis contubernio perseverant) usque ad Missam tantum Catechumenorum in Ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum sumere ul-

15. q. 2. & 4. De incestu qui incestu.

lum

D 50 De bl.

11. et. 3. lum Christianorum (sicut Apostolus iussit) oportet.

Canon 5. *De his, qui altario seruiunt.*

Hi qui altario Dei deserviunt, si subito in stenda, carnis fragilitate, corruerint, & Deo respiciente, dignè pœnituerint, ita ut mortificatō corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant: maneat in potestate Pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos, prolixiori tempore ab Ecclesiæ corpore segregare; ita tamen, ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoveri. Quod si iteratō velut canes ad vomitum reuersi fuerint, & veluti sues in volutabris iacuerint, non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem (nisi in exitu) non percipiant.

Canon 6. *De eo, qui vidua, vel religiose virginis suprammoluerit.*

Qui pœnitenti Vidua, vel Virgini religiosæ vim stupri inculcerit, si se ab eo sequestrare noluerit, pariter à communionem Christianorum, & consortio segregentur. Si verò illa quæ vim pertulerit, ad sanctam regionem redierit, in illo solo; sententia excommunicationis teneatur, quasadsque publicè pœniteat.

Canon 7. *De his qui Sacramento se obligant.*

Qui Sacramento se obligaverit, ut litigans cum quolibet, ad pacem nullò modo redeat, pro perjurio, unò annò à communionem corporis & sanguinis Domini segregatus, reatum suum elcemoynis, flatribus, & quantis potuerit jejuniis absolvar. Ad Charitatem verò, quæ operit multitudinem peccatorum celeriter venire festinet.

Canon 8. *Si clericus seruum de Ecclesia traxerit:*

Nullus Clericorum, seruum vel discipulum suum ad Ecclesiam confugiens extrahere audeat, vel flagellare præsumat. Quod si fecerit, (donec dignè

pœniteat) à loco cui honorem non dederit, segregetur.

Canon 9. *De his qui baptizati sunt.*

De his, qui in prauaricatione rebaptizati, sine aliqua necessitate vel tormento delapsi sunt placuit, ut circa eos illa Nicænæ Synodi statuta seruentur.

Canon 10. *De his qui iubente Episcopo ab Ecclesia exire contendunt.*

Qui iubente Sacerdote, pro qualicumque culpa ab Ecclesia exire contempserit, pro noxa contumeliæ, tardius recipiatur ad veniam.

Canon 11. *De Clericis, qui in mutuum eadem prorumpunt.*

Si qui clerici in mutuum eadem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excussu contumeliam pertulerit, à Pontifice districtis vndicetur.

Canon 12. *De his qui contra canones ordinati sunt.*

Qui contra decreta Canonum indiscretè clericos usque ordinaverunt, eis Dominus, vel sancta & Ecclesiastica charitas ignoscat. Amodò verò si in talia ausu proruperint, decretum canonum, quod circa eorum personas statutum est, obseruetur.

Canon 13. *De catholicis, qui filios suos hereticorum baptismo tradiderunt.*

Catholicus, qui filios suos in hæresi baptizandos obtulerit, oblatio illius in Ecclesia nullatenus recipiatur.

Canon 14. *De Sacerdote moriente.*

Cum Sacerdos moritur, res Ecclesiæ non diripiuntur, sed fideliter obseruentur.

Sergius Epi cõpus regi, & subscripti. Gratus Episcopus directus à Domino Stephano Episcopo, his constitutionibus interfui, & subscripti.

Ex hoc Concilio citat Gratianus quatuor Canonès.

Primum, quod in diebus quadagesimæ nuptias celebrare non licet.

Non oportet à Septuagesima usque ad octavam Pascha, & tribus hebdomadis

Can. 11. Ni. cano Synodi.

11. q. 3. Qui iubente.

Subscripto. Can. à Gratiano citat de hoc Concilio.

inter festivitatem S. Joannis Baptistæ, & ab adventu Domini usque post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur.

Secundum.

Non prohibetur à sacris Ordinibus, qui à medicorum incisione claudus efficitur.

Tertium.

Statuitur, quomodo clericus infama-

tus, debeat se purgare septem tribus, & juramento, ut fecit Leo Papa, coram Cæsare Carolo. Et si hoc facere non poterit, suspendatur usque ad dignam satisfactionem.

Quartum.

Statuitur, quòd Sacerdos ad baptizandi officium, & ad vestimenta altaris lavanda, debet habere propria vasa.

Decretum
Omnis I
hinc.

2. q. 1. Pres-
byter.

Conc. Va-
lentinum
Veritas sub
Joanne Pa-
pa A. D. 524
Vide Corio-
lanum &
Bianum.

CONCILIUM

VALENTINUM,

*Provinciale, 6. Episcoporum, circa tempora etiam SYMMACHI celebra-
bratum est in Valentia Hispania, Theodorici Regis anno 15.*

*Cap. 1. Vt Evangelium post Apostolum
legatur.*

Inter cetera hoc esse censuimus observandum, ut sacrosancta Evangelia ante munera illationem, in Missa Catechumenorum, in ordine lectionum, post Apostolum legantur; quatenus salutaria Christi præcepta, vel sermones Sacerdotis, non solum fideles, sed etiam Catechumeni, ac poenitentes, & omnes, qui è diverso sunt, audire licitum habeant. Sic enim Pontificum prædicatione audita, nonnullos attractos ad fidem, evidenter scimus.

Statuimus, qualiter Episcopus defunctus per viciniorem Episcopum sit honorificè tumulandus, & ejus exequia celebranda.

Finit Concilium Valentinum.

Decreta Hormisdæ Pape.

HORMISDA, natione Campanus, ex parte Justo, de civitate Frusina, sedit annos 9. dies 10. temporibus Theodorici Regis, & Anastasii Augusti. Hic Pontif.

An. D. 514.
Hormisda
Pont 532
Tempore
hujus fuit
Boetius Se-
verinus.

Regibus fuit charus, hæreticis exosus, & in Ecclesiam magnificus. Nuptias publicè agi decrevit. Manichæos, palam combutis libris, oppressit. Ab Anastasio Imperatore contemptus, iniquiente, Imperatoris esse imperare, non imperata Pontificis, vel cuiusvis recipere; sed à Justino confirmatus, Ecclesiarum pacem obtinuit.

Scriptis epistolam ad Episcopos Hispaniæ, exhortans eos observantiam veterum Canonum, & in primis docet, eos, qui ad Clerum promoventur, debere aliis esse præstantiores: nam milites suos, probatos sibi, querunt instituta fidelium, & prius debent exemplum religiose conversationis de se potius aliis præstare, quam sumere; & oportet emendatorem esse populo, quem necesse est orare pro populo: ideoque nullus ex poenitentibus debet ordinari. Quis enim eum, quem paulò ante jacentem viderat, veneretur Antistitem?

Admonet secundò, ut pro Episcopatu precium non accipiatur, ne spiritualia vilescant,

Argu-
tum q
le Hor
de Fu
D. 61.
negon

1. vilescant, dum precio emuntur, & a Domino corripiantur, sicut Simon Magus Spiritum sanctum mercari volens. Nam quis non vile putat, quod venditur? Sed ita debet fieri electio, ut in gravi murmure populorum, divinum credatur esse iudicium.

Tertio, ut bis in unoquoque anno provincialia Concilia celebrentur, ut circa res Ecclesiasticas recta disponant, & de recte dispositis, Deo gratias agant.

2. Scripsit & aliam epistolam ad Episcopos Hispaniae, in qua ponitur Joannis Episcopi Constantinopolitani professio, propter clericos Orientales, qui ejus communionem poposcerant; & docet, quomodo sint recipiendi ad Ecclesiae fidem, qui ante fuerant errores Nestorii, Eutychis, Acharii, & aliorum secuti.

3. Aliam etiam misit epistolam ad Epiphanium Constantinopolitanum Episcopum de reconciliatione Romanae & Constantinopolitanae Ecclesiae, Deo gratias agens, quod hoc beneficium suis temporibus exhibuerit.

4. Aliam scripsit epistolam ad Salustium Hispalensem Episcopum, cui commisit vicem suam super provinciam Beticam, & Lusitaniam, admonens, ut in omnibus,

statuta à Patribus decreta observati faciat.

Aliam etiam misit ad Episcopos Beticæ, *Epistola 5.* in qua eis gratulatur, quod pacem diu desideratam, inter se composuerint.

Habetur etiam epistola Justinii Imperatoris ad Hormisdam Papam, regans pro pace & unitate Ecclesiarum, maxime Hierosolymitanæ; sed nihil speciale continet annotatione dignum. *Epistola Justinii Imperatoris.*

Extat etiam deprecatio Hierosolymitanorum Clericorum, & Abbatum ad eundem Justinianum; in qua ei supplicant, ut pacem & unitatem Ecclesiarum promovendi conetur procurare; & offerunt ei libellum in quo ostendunt, qualiter de Sancta Trinitate, & de Jesu Christi Domini nostri Incarnatione sentiant juxta Decreta à sanctis Pontificibus in Conciliis Nicæno & Chalcedonensi. *Deprecatio Hierosolymitanorum clericorum.*

Ex hoc Pontifice citat Gratianus decretum, quod statuitur, ne ille, qui in monasterio reclusus est, ut poenitentiam agat, ordinetur Presbyter. *D. 6. Si i/j.*

Item, quod nullus fidelis, cujuscumque conditionis sit, occultè nuptias faciat, sed benedictione acceptà à Sacerdote publicè nubat in Domino. *50. q. 5. Nul. l. 1.*

Ibi etiam statuitur, ne aliquis ad matrimonium compellatur. *31. q. 2. D. nupt. m. 1.*

CONCILIUM
AURELIANENSE I.

concilium
urelia-
ense I.
secundum
oriolan.
ib Sym-
iacho Pap
a. D. 507.

Tempore HORMISD'Æ. In hoc Concilio primam habetur epistola Clodovei Regis Francia ad Synodum, in qua profitetur, se pariturum preceptis Ecclesia & Papa de non captivandis Clericis, Monialibus, & servis Ecclesiarum, nec eorum filiis, &c. & de captivatis reddendis. Secundò locò habetur rescriptum Synodi ad eundem Regem, in quo

7. qu. 4. 7d
infirmus.

Primò, continetur de homicidis, adulteris, & furibus, si ad Ecclesiam confugerint, ut ab Ecclesie atriis, vel domo Episcopi, eos abstrahere omnino non liceat.

6. qu. 11.
de raptori-
bus.

Secundò : De raptoribus verò, si ad Ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & foeminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, itatim liberetur de potestate raptoris, & raptor, mortis vel pœnarum impunitate concessa, aut ad serviendum subjectus sit, aut redimendi se, libertatem habeat facultatem.

5.

Tertiò : De obligationibus vel agris, quos Dominus noster Rex Ecclesie contulerit, id esse justum definimus, ut reparationibus Ecclesiarum, alimoniis Sacerdotum, & pauperum refectioni, vel redemptionibus captivorum, quicquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur.

D. 54. Si ser-
vus.

Quartò : Si servus, nesciente domino, sciente tamen Episcopo, ordinetur, teneatur Episcopus ejus pretium in duplo reddere domino, & ipse, permaneat in ordinibus. Si verò ignorante Episcopo; idipsum facere teneatur, qui illum ordinandum obtulerit.

J. 18. Si
Diaconus.

Quintò : Si Diaconus, aut Presbyter, crimen capitale commiserit, simul & ab officio, & communione pellatur.

D. 82. Epi-
scopus.

Sextò : Episcopus pauperibus vel in-

firmis, qui debilitate faciente, non possunt suis manibus laborare, vestitum, in quantum possibilitas habuerit, largiatur.

Septimò : Ne superstes frater, thorum defuncti fratris ascendat; nec se quamvis uxoris sorori audeat sociare.

Octavò : Quòd Abbates Episcopis, Monachi Abbatibus sint subjecti.

Nonò : Quòd monachus in monasterio orarium vel zonas non habeat.

Decimò : Quòd prescriptio non habeat locum in rebus Ecclesie.

Undecimò : Quòd ante Paschæ solemnitatem, non Quinquagesima, sed Quadragesima teneatur.

Duodecimò : Quòd Rogationes, id est Litanie, ante Ascensionem Domini celebrentur, ita ut præmissum triduanum jejunium, in Dominicæ Ascensionis solemnitate solvatur, per quod triduum servi & ancille ab opere relaxantur.

Tertiedecimò : Quòd Episcopus, si infirmitate non fuerit impeditus, Ecclesie, cui proximus fuerit, die Dominicò deesse non debet.

Alia multa sancita sunt circa partitionem bonorum Ecclesiasticorum, & Basilicas construendas, & honestatem monachorum, & clericorum, &c. Subscripserunt in hoc Concilio 31. Episcopi.

28. qu.
Abbas
27. qu.
Monach
16. qu.
Episcop
De co
d. 9. 1
Abbas

De ed
Rogati

De co
d. 9. 1
pna.

CONCILIUM
GERUNDENSE,

Concilium
Gerundenf.
An. D. 447

*Est Provinciale, tempore HORMISDÆ PAPA: Celebratum est
an. 7. Theodorici Regis, in quo,*

Primò statuitur, ut unaquæque provin-
cia in officio Ecclesiæ unum
ordinem teneat.

cr. Secundò, Ut expletâ solemnitate Pen-
tecostes, in sequenti septimana, à quinta
feria in sabbatum per hoc triduum ab-
stinencia celebretur.

cr. Tertio ut Cathecumeni baptizentur
die vel vigiliâ Paschæ, & Pentecostes.
Cæteris solemnitatibus tantum iustitiam.

Quartò, Ut parvuli, si infirmari
contingat, eodẽ die, quò nati sunt,
baptizentur.

Quintò, Ut omnibus diebus post ma-
turinas & vespas, oratio dominica à
Sacerdote proferatur.

Alia statuuntur circa honestatem, &
vitam tam clericorum, quàm ordinando-
rum.

De consecr.
d. 5. l. 1. f. 1. per.

CONCILIUM
CÆSARAUGUSTANUM,

Concilium
Cæsaraugu-
stan sub
Damaso
Papa.
An. D. 382

*A duodecim Episcopis celebratum. In quo primùm statuitur, ut mulieres
fideles ad virorum alienorum cœtum, & lectiõnem non accedant, nec ad
ipsas legentes, alii, studiò vel dicendi, vel docendi
convenient, ut Apostolus jubet.*

cr. **I**tem ne quis jejuet die domi-
nicâ, causâ timoris aut persuas-
ionis, nec quadragesimæ diebus
ab Ecclesiis fideles desint: nec
habitent in latibulis cubiculorum aut
inortium, qui in suspitionibus perseverant.

Item, Eucharistiæ gratiam, si quis
probatur acceptam non consumpsisse in
Ecclesiâ, anathema sit in perpetuum.

Item vicefimò & primò die id est, à 16.
Calendas Januarii usque in diem Epi-

phaniz, quæ est 8. Id. Januarii, conti-
nuis diebus, nulli liceat de Ecclesia se ab-
sentare, nec latere in domibus, nec sece-
dere ad villam, nec montes petere, nec
nudis pedibus incedere, sed ad Eccle-
siam concurrere, quod qui non observa-
verit, anathema sit in perpetuum.

Item, ne quis Dactoris nomen sibi
imponat præter has personas, quibus
est concessum, secundum quod scriptum Hebr. 5.
est.

Z Item,

Item, quòd Virgines non velentur, quæ se Deo voverunt, nisi 40. annorum probatâ ætate, quam sacerdos comprobaverit.

Decreta Ioannis I. Papa.

An. D. 388
Joan. I.
Pont. 34.

JOANNES I. natione Tuscus, ex patre Constantio, sedit annos duos, menses novem, dies 14. temporibus Theodorici Regis, & Justiniani Augusti Christiani. Hic à Justino Constantinopoli honoratus, Theodorici Regis (paulò post in Vulcani ollam dejecti) jussu, carceris pœdore, fameque consumptus, Avennæ martyrum numero est adscriptus.

Tempore
hujus floruit
B. Benedictus.

Scriptit epistolam ad quendam Zachariam Archiepiscopum, ex qua illud decretum (quod supra retulimus) desumptum est : *Oves que suo Pastori, &c.*

Item illud, ubi dicitur, quod nullus Episcopus vocetur ad Concilium, nec accusetur, donec omnia, quæ ab illo fuerint ablata, restituantur.

Aliam misit ad Episcopos Italiz de Theodorico Rege, hortans eos, ut pestem Arianam conentur pro vitili extirpare, & eorum Ecclesias Catholicas consecrent, non timentes minas Theodorici.

Decreta Felicis IV. Papa.

FELIX IV. natione Sammius, ex patre Castorio, sedit annos quatuor, menses duos, & dies 18. fuit temporibus Theodorici Regis, & Justiniani Augusti. Hic Divis medicis Obsino, & Damiano templum Romæ dedicavit. Hujus temporibus consumpta est incendiò Basilica Sancti Martyris Saturnini, quam à solo denud extrucendam curavit, & vixit usque ad tempora Athalarici.

An. I
Felix
Pont.
Etic.
Sancti
Parch
cham
navit.

Scriptit epistolam ad Episcopos omnes per diversa loca constitutos, in qua primum habetur : Missam non debere celebrari nisi in sacratís Domino locis, nisi magna compulerit necessitas : quoniam scriptum est : *Cave, ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus.*

In qui
locis
fit cel
brandi

Deut.

Sicut enim non alii, quam sacratí Domino Sacerdotes debent Missas cantare, nec sacrificia super altare offerre; sic non in aliis, quam in Domino consecratís locis, id est, in tabernaculis, divinis præcibus à Pontificibus delibatis, Missas cantare, aut sacrificia offerre licet. Non ergo licet in domibus oblationes celebrari ab Episcopis, & Presbyteris. Idem habetur Concil. Laodicen. canone 38.

Concilium
Toletan II,
An. D. 531

CONCILIUM

TOLETANUM II.

Tempore BONIFACII II. Papa anno 5, Almarici Regis.

1. Decretum.

IN hoc Concilio primum statutum est, ut clerici, quos parentes ab infantia clericatus officio manciperunt, si post velint ad nuptias accedere, permittantur : & idem de Monachis. Et cum pervenerint ad

annum 18. eorum voluntas requiratur, & non antea; nec Subdiaconatus officium ante 20. & Diaconatus ante 25. accipiant.

Similiter placuit, ut nullus clericorum à gradu Subdiaconatus (ut supra)

Scdm

in

in confortio familiaritatis habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam, &c.

Item, quod qui in terris Ecclesie agellos sive vineolas, seu alia aedificia fecerit, illa testamentò legare non possit, sed Ecclesie relinquat.

Habetur etiam hic editum * piissimal Imperatoris Justiniani, fidei confessionem continens, & refutationem hæresum, quæ adversantur Catholicæ Dei Ecclesie, Joanni II. Papæ transmissum, ut patet in vita ejusdem in libro Pontificali; in quo optimè, & satis prolixè ostendit, in Sancta Trinitate tres personas vel proprietates, & unam essentiam & naturam: in Christo verò duas naturas, unam personam, duas natiuitates. Beatam verò Virginem, propriè dici genetricem Dei. Et ultimò ostendit, hæreticos etiam post mortem posse anathematizari. Hoc probat multis rationibus, & Sanctorum testimoniis.

In fine primi Tomi habetur epistola Pontiani Episcopi ad eundem Justinianum Imperatorem, illius fidem & religionem collaudans: supplicans tamen, ne Theodorum hæreticum, post mortem jubeat anathematizari: nam licet ejus dicta possimus respicere, non tamen auctoritatem damnare: nam si v. veret, posset errorem admonitus corrigere.

Decreta Bonifacii II. Papæ.

BONIFACIUS II. natione Romanus, ex Patre Sigibuldò, sedit annos 2. temporibus Athalarici Regis hæretici, & Justin. Augusti. Hic, cum * Dioscoto ordinatur sub contentione: Dioscotus ordinatur in Basilica Constantiniana, Bonifacius verò in Basilica Julii: & fuit dissensio in Clero, & Senatu dies 29. Quo tempore defunctus est Dioscotus, & quievit seditione. Hic Bonifacius instituit, ne quispiam sibi in Episcopatu successorem deligeret, quod postea multi Pontifices confirmaverunt.

Extat epistola ejusdem ad Eulalium Alexandrinum Episcopum de reconciliatione Carthaginensis Ecclesie, ostendens per divinam sapientiam optimè constitutum, ut majora minoribus subdantur, & omnes Episcopi Episcopo Romano. Et hinc desumptum est decretum illud:

” Ad hoc divinæ dispensationis pro-
” viso gradus diversos, & ordines con-
” stituit esse distinctos, ut dum reveren-
” tiam minores posterioribus exhiberent, &
” potiores minoribus dilectionem im-
” penderent, una concordie fieret ex
” diversitate contextio, & rectè officio-
” rum generetur administratio singulo-
” rum. Neque enim universitas alia po-
” terat ratione subsistere, nisi hujusmodi
” magnus eam differentie ordo serva-
” ret”.

Extat etiam epistola precum Eulalii Episcopi Cathaginensis, & Justinii prædicti Principis, pro reconciliatione suæ Ecclesie, in qua se submittit Romano Pontifici, asserens esse veram salutem in Ecclesia Romana, & veram fidem, & non extra illam; & anathematizat omnes hæreticos, qui oppositam tenent, & statutus Romani Pontificis contradicunt.

Decreta Joannis II. Papæ.

JOANNES II. qui & Mercurius, An. D. 533 natione Romanus, ex patre Projecto de Cælio monte, sedit annos 3. Fuit temporibus Athalarici & Justiniani, cujus tempore idem Imperator Justinianus misit fidem suam in scripto sub chirographo proprio ad Sedem Apostolicam per Episcopos Hypatium & Demetrium, cum ingentibus donis auri, argenti, & gemmarum.

Scriptis unam epistolam ad Valerium Episcopum, in qua ostendit, quod Filius est Patri æqualis, congestis multis & probatissimis scripturarum Litterarum testimoniis.

Decreta Agapeti Pape.

An. D. 535; Agapetus, natione Romanus, ex
 Agapetas patre Gordiano Presbytero, sedit anno
 Pont. 58. integro, & amplius. Hic à Theodato
 Rege Gothorum Constantinopolim Le-
 gatus missus, Justinianum Imperatorem
 ab Ariamis in Constantinopolitan. Synodò
 (ubi mortuus est) avertit. De cujus vita
 ac morum sanctimonia, Gratianus dicit:
*Agapetus Papa, vas Catholicum, Evan-
 gelii taba, praece inistitia, sacra altaris sedisq;
 velamina, sacrilegis Anthemii infestis tabulis,
 suis Catholicis precibus delevis.* Cujus corpus
 Romam translatum est.

In 2. tomo Extat elegans, & Catholica epistola
 Conc. fol 2 ejusdem ad Anthemium Episcopum de
 duobus naturis in uno Christo.

Decreta Sylverii Pape.

An. D. 517 Silverius, natione Campanus, ex
 Silverius patre Hormida Episcopo Romano (ex
 Pont. 59. matrimonio tamen natus) sedit annos 4.
 Tempore & quinquem inchoatum. Qui, quoniam
 hujus Nea- noluit revocare Anthemium hæreticum
 polis capta in locum suum, quem deposuerat Agape-
 est, & Belli- tus Papa propter hæresim, præceptò Au-
 sarius Ro- gustæ missus est in exilium ad Pontianas;
 mana Pon- ubi, accusante Vigiliò, martyrium per-
 tur. tulit. De obitu autem ejus vide in exem-
 plaribus.

Decreta Vigili Pape.

An. D. 546 Vigilius, patria Romanus, ex
 Patre Joanne Consule, per Belisarium
 Pont. 60. introduitur in Sedem Petri, pulso in exi-
 Pont. 60. lium Papà Sylverio, à quo excommunicatur
 Prius Pseu- tamquam invasor, & Sedis emptor.
 do deinde legitimus Mortuò Sylverio, eligitur à Clero Ro-
 Papa. Romano ad evitandum schisma Ecclesiæ.
 Divinitus roboratus, fidem Catholicam
 confirmat, & Anthemium Episcopum
 Constantinopolitanum ab Agapeto depo-
 situm, & à se, ante legitimum Pontifica-
 tum, operà Theodoræ Augustæ restitutum,
 rursus anathemati subjicit, ac
 Theodoram, iterum instantem pro An-
 themii restitutione, unà cum aliis hæreti-

cis etiam excommunicat. Atrocissimè
 habitus à Justiniano missus fuit in exi-
 lium, à quo precibus Narsetis Ducis (qui
 ea de re fuerat rogatus à Clero Romano)
 liberatus, Siraculis in Sicilia diem obit,
 cùm sedisset annos 16.

Extat epistola ejusdem * ad Eutherum, * Sed
 in qua cum instruit, quid juxta Catho- addac 1
 licam disciplinam teneat Apostolicæ Se- 60-54
 dis auctoritas: divisa est in septem
 Capita.

In primo agit de Priscillianistis, qui
 ab esu carni um se subtrahunt, dicens:

* Hæc igitur sequentia Patrum Vene-
 rabilium constituta, specialiter eos cen-
 suerunt esse damnandos, qui cùm carni-
 bus abstinere, ea quoque credebant
 esse vitanda, quæ carnibus fuisse vide-
 bantur admixta. Nam & ipse Dominus
 noster Jesus Christus ita præmonuit, di-
 cens: *Non quod intrat in os, coingunt Math
 hominem; sed quæ procedunt de ore, hæc
 sunt quæ coingunt hominem.* Quapropter
 nec abit nentiam Deo placitam reproba-
 mus, nec eos, qui execrantur Domini
 creaturam, recipimus in nostra socie-
 tate.

In secundo agit de trina renascentium
 mensione, dicens: * De baptismo quo-
 que solemniter adimplendo, similiter
 quid Apostolica vel sanxerit, vel obser-
 vet auctoritas, in subjectis tua Charitas
 evidenter agnoscat. Illud autem novelli
 esse judicamus erroris, quod cum in fine
 Psalmorum ab omnibus Catholicis (ex
 more) dicatur, *Gloria Patri, & Filio,
 & Spiritui sancto*, aliqui (sicut indicas)
 subducta unâ syllabâ conjunctivâ, per-
 fectum conantur minuere vocabulum Tri-
 nitatis, dicendo, *Gloria Patri, & Filio,
 Spiritui sancto.* Quamvis ergo ipsa nos
 ratio evidenter edoceat, quia subductâ
 unâ syllabâ, personam Filii, & Spiritus
 sancti unam quodammodò esse designent,
 tamen ad errorem talium convincendum
 sufficit, quod Dominus Jesus Christus
 designans in invocatione Trinitatis,
 credentium

eredentium debere baptismum celebrari, ult. dixit: *Itē, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Ergo cum non dixerit, *in nomine Patris, & Filii, Spiritus sancti*, sed æqualibus distinctionibus Patrem & Filium, & Spiritum sanctum iusserit nominari, constat, illo omninò à doctrina Dominica deviare, qui aliquid huic voluerint confessioni derogare. Qui si in errore permanerint, socii nobis esse non possunt.

In tertio agit de his, qui ab Arianis iterum baptizantur, sic dicens: "De his etiam, qui baptismatis gratiâ salutatis accepti, apud Arianos iterum baptizati, profundæ voraginis sunt morte demersi, quid per singulos ordines, vel ætates Antecessorum uestrorum Decreta consueverunt, quæ multiplici sunt digesta ratione, è nostro serinio revelata capitula, his subjecta direximus. In quibus tamen illud speciali charitate etiam convenit observari, ut quia pro peccatis plurimis ingentibus, iniquitas ipsa surrexit; in æstimatione fraternitatis tuæ, aliorumque Pontificum per suas dioceses relinquatur, ut si qualitas & poenitentis devotio fuerit approbata, indulgentiæ quoque remedio sit vicina. Quorum tamen reconciliatio non per illam impositionem manûs, quæ per invocationem sancti Spiritus fit, operatur, sed per illam, quâ poenitentia fructus acquiritur, & sanctæ communionis restitutio perficitur.

In quarto agit de Ecclesiarum restauratione, in fabricis quid sit observandum, dicens: De fabrica verò cujuscunque Ecclesiæ, si diruta fuerit, instauranda; & si in eo loco consecratio sollemnis debeat iterari, in quo sanctuaria non fuerint, nihil judicamus officere, si per eam minime juretur aqua exorcizata; quia in consecratione cujuscunque Ecclesiæ, in qua Spiritus sancti ara non ponitur, celebritatem scimus tantum esse Missarum. Et idem, si qua sanctorum Basilicâ à

fundamenti fuerit innovata, sine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit Missarum celebrata sollemnitas, totius consecratio sanctificationis implebitur. Si verò sanctuaria, quæ habebat, ablata sunt, rursus earum repositione, & Missarum sollemnitate, reverentiam sanctificationis accipiet.

In quinto agit de Paschæ festivitate, & præcui ordine, ac Missarum sollemnitate.

In sexto agit, quod in nomine Trinitatis debeat baptizari, sic dicens: Si quis Episcopus, aut presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sed in una persona Trinitatis, aut in tribus Patribus, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paracletis, projiciatur de Ecclesia Dei.

In septimo agit de primatu Ecclesiæ Romanæ, sic dicens: Nulli vel tenuiter sententi, vel pleriter sapienti dubium est, quod Ecclesia Romana fundamentum & forma sit Ecclesiarum, à qua omnes Ecclesias principium sumpsisse nemo rectè credentium ignorat. Quoniam, licet omnium Apostolorum pars esset electio, beato tamen Petro concessum est; ut cæteris præmineret: unde & Cephas Joan. 1. vocatur, quia caput est; & primus omnium Apostolorum. Et quod in capite præcessit, in membris sequi necesse est.

Quam ob rem Sancta Romana Ecclesia, ejus merito, Domini voce consecrata, & Sanctorum Patrum auctoritate roborata, primatum tenet omnium Ecclesiarum; ad quam tam summa Episcoporum negotia, & judicia atque querelæ, quam & majores Ecclesiarum quaestiones (quasi ad caput) semper referenda sunt. Nam & qui se scit aliis esse præpositum, non molestè ferat aliquem esse sibi Prælatum. Ipsa namque Ecclesia, quæ prima est, ita reliquis Ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in partem sint vocata sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

statis. Unde, omnium appellantium Apostolicam Sedem Episcoporum iudicia, & cunctarum majorum negotia caufarum, eidem sanctæ Sedi reservata esse liquet: præsertim cum in his omnibus ejus semper sit expectandum consultum, cujus tramite si quis obviare tentaverit Sacerdotum, causas se non sine honoris sui periculo apud eandem sanctam Sedem nocere redditurum.

CONSTANTINOPOLITANA V.

SYNODUS

Constantinopolitana
Synodus
V. circa
Anno
514. &c.

Circa tempora prædictorum Pontificum AGAPETI, SILVERII, & VIGILII celebrata est, præsidente Menna Patriarcha, sedentibus verò multis aliis Episcopis Orientalis Ecclesiæ, & paucis quibusdam, qui ex Italia venerant. Congregata est Synodus contra Petrum, Anthimum, Severum, & Zoaram hæreticos. Petrus Archiepiscopus Antiochenus tenuit, in Trifagio addendum esse crucem, id est, Trinitatem esse crucifixam, & diceretur, Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui crucifixus est pro nobis: ubi necesse erat, aut confundi personas Trinitatis, aut negare duas naturas in Christo. Contra hunc scripserunt plures Episcopi Orientales, quæ omnia in secundo Tomo conscripta sunt, quapropter hæc præscidimus, Lectorem illuc destinantes. Epistolam tamen FELICIS Papa contra ipsum Petrum scriptam, hæc subjecimus, quia lætione digna est, & à memoria hominum nunquam excidenda.

Additio F. S.

Bellarminus tom. 2. l. 1. cap. 5. ostendit illam Synod. Constantinopolitanam sub Agapeto & Menna celebratam, fuisse particularem, ideòque non quintam generalem.

EPISTOLA
FELICIS PAPÆ,

Ad Petram Episcopum Antiochie moniteria, quoniam non oportet addere in Trifagio: crucifixus propter nos.

Jerem. 9. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Qualem*

autem & dignum fletum adducam animæ meæ, condolens Domini & Salvatoris nostri Christi sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ? Ipsa enim plorans ploravit super filios & filias, & non est qui consolaretur eam ex omnibus, qui diligebant eam. Universi tyranni & hæresiarum perseverantes ipsam, apprehenderunt eam per te (frater honoratissime) & affligentes ipsam, facti sunt in caput ejus. Omnis decore ipsius, quantum in te est, factus est in nihilum. Videntes inimici ejus gavisii sunt super perditione filiorum ejus. Quos enim fovemat, quos ematierat, quos ad mensuram ætatis perduxerat, lacteque paverat Prophetiis & Aposto-
licis

licis doctrinis; hos, unò temporis momento, venenò necasti. Quemadmodum enim qui piscationem sectantur, hamum escà contegunt, & ex improvìso capiunt pisces; sic & tu Angelicæ laudationi additionem indulsisti, & Trifagiz deprecationi, quasi pietatis obtentu, diram impietatem excogitasti. Ex pluribus enim Orientalibus provinciis litteras suscepimus significantes nobis, quomodò Veneratio tua dudum sopitum Valentiniani dogma resumpsit, & irritatur à vobis Salvatoris Incarnatio, quodque in Manichæorum dogma, & Arii, & Apollinaris, Paulique Samosatani incidisti. Dicere enim, unigenitum Filium, & Dominum nostrum Christum Jesum perfectum non esse in Deitate, atque in humanitate perfectum, nec ipsum subisse passionem crucis: sed unam Verbi Dei naturam incarnatam, corpusque Domini sine anima & mente; Apollinaris hæresim roborat. Ille enim ignoravit, quod ab ipsis mundi nascentis exordiis primum anima primi parentis nostri mortua est, vel in mortem præcipitata est, atque ita demum corpus. Dicitum quippe illi est à Deo: *In quacumque die comederis de ligno scientiæ boni & mali, morte morieris.* Inque juxta latam in illum à Deo sententiam, quâ die comedit ex ligno, in ipsa, secundum animam mortuus est. Nam ipsius corporis mors, post nongentos & triginta annos contigit. Itaque Deus donum non dimidiatum fecit; sed totum simul Adam ex utero Virginis sumpsit, ut etiam perditum, totum saluum faceret. Idcirco & Dominus ipse dicebat: *Ego animam meam pro vobis pono.* Valentini item, & Marcionis, Manichæorumque, ac gentilium innovare vis dogmata. Si enim Deus est, qui divisibiliter atque substantialiter est mortuus, similiter & sanctus Spiritus Deus, & ipse divisibiliter ac substantialiter invenietur: sicque juxta tuam & illorum rationem, tres Dii erunt, per hoc plurimum Deorum invalescet

error; quantumque in te est, evacuabitur illud: *Andi Israël: Dominus Deus tuus, Deus. 6. Dominus unus est.* Item quod ait Jeremias: *Hic Deus noster: non reputabitur alius ad eum.* Similiter & Dominus: *Vs Joann. 17. cognoscant se solum verum Deum.* Cumque Scriptura divina unum Deum, sanctam & individuum Trinitatem prædicet, tu, & hi, qui ante te fuerunt hæresiarum, tres Deos dogmatizari ausi estis; alium quidem dicentes Deum Patrem præter Filium, & alium Deum Filium præter Patrem: rursusque alium Deum Spiritum sanctum, præter Patrem & Filium: atque alium quidem mortalem, & noviter genitum, alium vero æternum atque immortalem.

In his autem noxiis verbis tuis, contraria sententia vis Patribus, qui in Nicæa, & qui in Constantinopoli, atque Chalcedone conveniunt, qui & consubstantialem roborarunt, & unam deitatem Patris, & Filii, sanctique Spiritus prædicarunt, atque Arii amentiam confuderunt. At verò tu in Ecclesia ausus es dicere quoddam in creaturam atque individuum Trinitatis passionem subire: per hoc consubstantialem quoque solvere niteris, ac Deum subjicere numero. Si enim unus est sanctus Trinitatis & coæternus, qui crucifixus est Deus (hoc est) filius, sunt autem tres sanctæ Trinitatis, Pater & Spiritus Sanctus, dicuntur autem Dii, & non (ut habet vera ratio) Deus (sicut tradiderunt nobis, qui ipsi inspexerunt, & ministri fuerunt verbi) invenitis quoque consubstantialem solvere. Quippe, mortale & immortale consubstantialia jam esse non possunt: roborabitur autem sic pluralitas Deorum, dum tres Dii Christianis auribus ingeruntur. Cum itaque scriptum sit: *Verbum Caro factum est, Joann. 1. & Deus erat verbum;* non alius Deus Verbum, præter Patrem invenietur: Verbum non simplex, sed Verbum substantiale. Et Deus filius invenietur, ut ex utilitate nostrâ, identitatem substantiæ

substantiæ Patris, & Verbi, & Sancti Spiritus agnoscamus. Nos enim, non alii præter verbum nostrum, inveniemur. Quoniam igitur nigen tus Dei Filius, quâ ratione Verbum est, in propria substantia, non poterit pati ne ad omni potentis Dei Patris substantiam passio referatur: (est enim una Patris, & Filii, & Sancti Spiritus Deitas) patitur autem proprium animatum corpus, quod ipsum substantiale Dei Verbum ex ipsa sanctæ & intemeratæ Virgini vulva sibi conjungens, ex muliere proccellit, de qua sancto Spiritu afflata Propheta cœcinerunt: *Deus virtutum convertere, respice de caelo, & vide, & visita viam istam, & perfice eam, quam plantavit dextera tua, & super filium hominum quem confirmasti tibi: vitem, & filium hominis, quem confirmavit Verbum, ut inferni claustra contereret, & vivificaret eos, qui à seculo mortui sunt salutarem Verbi incarnationem vocans. Idcirco & Dominus dicebat discipulis suis: Ego sum vitis, vos autem Palmites, & Pater meus agricola est: & traditur Filius hominis in manus peccatorum.* Patris enim incunum substantiale Verbum ac Deus, per sanctæ Virginis aures illapsum, conceptionem ineffabiliter operatum est. Quia igitur parte unigenitus Filius est consubstantialis Patri, & unitus individue Trinitatis, increatus atque invisibilis, impassibilis & immortalis permansit. Quod ergo increatum atque immortale est, creaturæ ne applicetur, neque Deorum pluralitatem confirmare pergat, dicens: unum sanctæ Trinitatis mortuum esse. Rursum, quâ parte ex muliere natum est, & substantiæ nostræ, ac generationis est particeps, absque peccato sustinuit passionem. Porro, quod non modo consubstantialis, verum etiam cognatus secundum carnem sic nobis Filius Dei, docet ipse Dominus, nunc quidem in Evangelio his, qui in e crediderant, dicens: *Ego sum vitis, vos palmites*; nunc autem in Psalmis: *Annuntiabo nomen tuum*

fratribus meis. Unde autem tibi tam pessima superbia stupere potuit, ut te ipsis quoque sancti Angelis intelligentiorem, sapientio remque putares? Super his ingemisco, in his plango inimicos crucis Christi, quorum finis perditio, & quorum Deus venter est, & gloria in Philippis in confusione ipsorum. Non cogitasti, quod scandalizate vel unum solum ex his, qui credunt in Dominum nostrum Jesum Christum, quam gravi cruciatu facit obnoxium? Sed incaute, ut serpens Evæ, tu ipse quoque erroris venena multitudini fidelium atque auribus infudisti, traditamque ab Angelis sanctissimam laudationis tormen corruisti, inferens illi: *Qui crucifixus est pro nobis.* Ergone non advertisti, quod Paulum Samosatenum, Phrygiumque, & Antemium impietate transcendis, qui duos Dei filios posuerunt, unum quidem ante secula, alterum verò noviter natum, cum ipse quoque Trinitati invexeris pluralitatem, duos Dei filios dicens, unum formem, alterum crucifixum? Ad hæc, fidelissimum Christi gregem in Manichæi opinionem præcipitate concidens, qui Spiritum sanctum asserit crucifixum. Nam quod post illud, *Sanctus immortalis*, quod est Spiritus Sanctus, tunc inferis, *Qui pro nobis crucifixus es, miserere nobis*, quæternitatem, non Trinitatem populo insinuate videris. Nempe si ex huiusmodi traditione mansisset hæc laus, non ita incaute tuum es etes laudi, in qua filii appellatio, *Foris* scilicet ponitur. Quoniam verò ab Angelis nobis laus ista profluxit, qui ante crucem dicebant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, sicut respicere Esaias metuit: post crucem verò cum laude amabant: *Sanctus Deus, Sanctus Foris, Sanctus Immortalis.* Denique cum terræ motu Constantinopolis quateretur, populusque in campo oraret, infansculus totò populo spectante cum proelio civitatis Episcopo, in cœlum per unam horam raptus est, ibique huiusmodi didicit hymnum. Rursumque

alm. 79.

an. 15.

latt. 26.

ann. 15.
salm. 82.

Marth. 1.

Genes. 1.

Ezech. 1.
nichol.

Esaie 6.

Miraco
lam.

que descendens, nunciavit, quæ in æthere audierat, dicens; de celo, quasi de multitudine psallerium, hujusmodi laudes insonasse auribus suis, dictumque sibi, ut eam laudationem populo indicaret. Quam ubi populi incoeperant, civitatem reoperunt, Deoque per hujusmodi laudem propitiò factò, ab imminente ira liberati sunt. At tu, quam temere, ut scripturas divinas reliquas, ita & Angelorum laudem pervertere præsumpsisti. Quis igitur in hujusmodi non ingemiscat? Quis non lamentetur? Quis dolor similis invenietur, sicut dolor Ecclesiæ Domini, & Salvatoris nostri Christi? Conspecte te constitutum, ut sis lumen his, qui in tenebris sunt, & eruditor insipientium: imò insipientiæ præceptor es, lucem in tenebras transferens. Vide à te populos semel illuminatos, qui bona gustaverunt Dei verba, Dei mandata, Dei prophetias, prædicationes Dei, Apostolicas Evangelicasque doctrinas, abs te perverti magis, ac doceri non solum crucifigere Filium Dei, & obscenari habere, verum & contraria sententia Scripturis divinis, & pacta abnegare, quæ accedentes ad sanctum Baptisma fecerunt. Nam cum coram cælestibus virtuosus omnibus, coram Apostolicis Evangelicisque ordinibus, sancti Baptismatis tempore promiserint credere in unum Deum omnipotentem, nunc illi in tres Deos credere docuisti. Rursum cum polliciti sint credere in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei Incarnatum, & hominem factum de Spiritu sancto, & Maria Virgine, tu eos doces ut dicant Dominum Jesum Christum Filium Dei crucem perpassum esse; qui Deus est secundum sempiternam & impassibilem ex patre generationem, & idem homo, secundum eam, quâ in novissimis diebus ex Matre prodit nativitatem, secundum quam etiam sustinuit passionem; sed unum Trinitatis mortuum esse, qui est

ipsum Dei Verbum. Confessi sunt rursus Spiritum sanctum, vivificum, & immortalem, dicentes credere in Spiritum sanctum, Dominum, & vivificantem: & mortalem esse ponis Spiritum sanctum, cum dicis: *Sanctus immortalis, qui crucifixus es pro nobis.* Fuge, obsecro, hujusmodi errorem. Corruit, noli in ruina perilliter. Peccasti, jam peccare noli. Expectat te sancta Dei Ecclesia, cupit amplecti penitentem in vanis propositionibus tuis, & secum de Christo divina prædicationem, neque negantem ipsius animatam incarnationem, secundum quam etiam passus esse memoratur, clamatque tibi per nos: *Venite ad me omnes,* Matt. 11. *qui laboratis, & ego reficiam vos. Non vult Deus (frater charissime) mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.* Ezech. 18. 1. Tim. 2. Memor esto Jesum Christum resurrexisse à mortuis secundum Evangelium. Memento B. Matthæi scribentis: *Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham.* Recordare, quid Paulus scribat, segregatus in Evangelium Dei, quod promiserat ipse Deus in Scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est filius. Memento etiam Joannis clamantis: *In principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum (sicut etiam est) & Deus erat Verbum,* quodque caro factum est, Joan. 1. Joan. 1. *hominem assumptò, & quod Deum nemo vidit unquam.* Hæc tibi scripti, una cum præfenti synodo conveniens te coram Deo & sanctis Angelis, ut ea doccas, ea nobiscum sentias, ut illibata fides nostra permaneat in gloriam Dei.

Sequitur expositio fidei, secundum revelationem Gregorii Episcopi Neocæsariensis.

Unus Deus Pater Verbi viventis, sapientia subsistentis, & potentia, ac characteris sempiterni, perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, character & imago deitatis, verbum operativum

Expositio. Fidei.

rativum, sapientia consentiæ omnium comprehensiva, & virtus totius creaturæ factiva, filius verus veri patris, invisibilis invisibilis, ineffabilis, ineffabilis & immortalis immortalis, & sempiternus sempiterni. Unus Spiritus S. ex Deo subsistentiam habens, & per filium existens, scilicet hominibus imago. Filii perfecti perfecta vita, viventium causa, sanctificatio, sanctificationis donativus, in quo apparet Deus Pater, qui est super omnia in omnibus, & Deus Filius, qui per omnia est. Trinitas perfecta, gloriâ, & æternitate, ac regnô, & imperiô non partita, id est, distributa, nec abalienata. Non ergo creatum quid, vel servitium in Trinitate, neque adventitium tanquam prius non existens, & posterius adveniens. Non ergo defuit aliquando Filius Patri, neque Filio Spiritus, sed in convertibilis & immutabilis semper ipsa Trinitas.

Actio prima precedentis Concilii Constantinopolitani.

In hac actione leguntur multi libelli Episcoporum & Monachorum, & aliorum Presbyterorum accusantium prædictos hæreticos, quibus auditis pronunciantur sententiæ damnationis contra Severum, & Petrum, &c.

Extant quoque sententiæ Epiphani

Patris, & synodi congregatæ; ac Mennæ contra Severum, Petrum, & Zoaram hæreticos, ad quem locum (superfluitatem vitantes) remittimus Lectorem.

Accessit supradictis sententiæ constitutio Justiniani Imperatoris contra quatuor supradictos hæreticos: qui jubet, eos de sacris sedibus deponendos, juxta sententiam Agapeti Papæ, & Sanctorum Episcoporum. Habetur in Exemplaribus ^{ibi} ^{no} hujus synodi.

In istis actionibus vocatus & inquisitus est Anthimus Archiepiscopus Trapezuntius, & eò non comparente, nec volente respondere ad libellos accusationum, damnatus est à synodo, & ejectus à loco suo.

Extat sententia synodi præsentis contra Anthimum in actione 4. quæ incipit: *Multarum transgressionum Anthimum*, &c. ^{ibi} qua damnatur de hæresi; & deponitur de sede Trapezuntina, juxta sententiam beatissimi Agapeti Papæ.

Sequitur & alia sententia Mennæ contra Anthimum in eadem actione 4. quæ incipit: *Cum Salvator noster Iesus* &c. ^{ibi} In qua damnat, & deponit prædictum Anthimum.

Hæc omnia quæ in his actionibus definita sunt, à sanctis Patribus ibi congregatis (etiam per litteras syrias) subscripta fuere.

C A P I T U L A

S. Concilii Constantinopolitani, generalis V. celebrati sub Justiniano Imperatore, anno ejus 27.

Additio F. S.

Sequentia Capitula non sunt istius Synodi Constantinopolitanæ quam

diximus fuisse particularem; sed sunt Quintæ Synodi generalis sub Vigilio celebratæ, An. D. 553.

Cap. 1.

Si quis non confiteretur, Patris, & Filii
 & Spiritus sancti unam naturam sive es-
 sentiam, unam virtutem, & potestatem, Trinitatem consubstantialem, unam deitatem in tribus subsistentiis sive personis adorandam, talis anathema sit. Unus enim Deus & Pater, ex quo omnia; & unus Dominus Jesus, per quem omnia; & unus Spiritus sanctus, in quo omnia.

Cap. 2.

Si quis non confiteretur Dei Verbi esse duas natiuitates, unam quidem ante secula & sine tempore ex Patre incorporaliter, aliam vero eisdem in ultimis diebus descendens de coelo, & incarnati ex sancta gloriosa Dei genitrice semperque Virgine Maria, qui natus est ex ea, talis anathema sit.

Cap. 3.

Si quis dicit alium esse Deum Verbum, qui miracula fecit, & alium Christum, qui passus est, vel Deum Verbum cum Christo esse dicit, quando ex muliere nascebatur, vel in ipso esse, ut alterum in altero, & non unum eundemque Dominum nostrum Jesum Christum, Dei Verbum incarnatum & hominem factum, atque ejusdem miracula & passiones, quas sponte passus est in carne, talis anathema sit.

Cap. 3.

Si quis dicit, secundum gratiam, vel secundum operationem, vel secundum dignitatem, vel secundum aequalitatem honoris, vel secundum auctoritatem, aut relationem, aut effectum, aut virtutem, unitionem Dei Verbi ad hominem factam esse, aut secundum bonam voluntatem, quasi quod placuit Deo Verbo, homo; quia bene visum est ei de ipso (sicut Theodoretus insaniens dicit:) vel secundum solam hominis similitudinem, quam Graeci homonymiam vocant, per quam Nestoriani Deum Verbum Jesum & Christum vocantes, & hominem separatim, Christum & Filium no-

minantes, & duas personas manifestè dicentes, per solam nominationem, & honorem, & dignitatem, & adorationem, unam personam, & unum Christum confingunt dicere; sed non consentunt (sicut sancti Patres docuerunt) unitatem Dei Verbi ad carnem animatam animatam rationali & intellectuali secundum compositionem, id est, secundum subsistentiam factam esse, & propterea unam ejus subsistentiam compositam, qui est Dominus noster Jesus Christus, unus de sancta Trinitate, talis anathema sit. Cum enim multis modis unitas intelligitur; qui impietatem Apollinaris & Eurychetis sequuntur, interemptionem eorum, qui conveniunt, colentes, unitionem secundum confusionem praedicant. Theodorius autem & Nestorius sequaces divisione gaudentes, affectualem unitatem introducunt. Sancta Dei verò Ecclesia utriusque perfidiae impietatem rejiciens, unitionem Dei Verbi ad carnem, secundum compositionem confitetur, quod est, secundum subsistentiam. Unio enim per compositionem in Christi mysterio, non solum inconfuse ea quae convenere conservat, sed neque divisionem suscipit.

Cap. 4.

Si quis unam subsistentiam Domini nostri Jesu Christi ita intelligit, tanquam suscipientem multarum subsistentiarum significationem, & propterea conatur introducere in mysterio Christi duas subsistentias vel personas, & ab eo introductis duabus personis, unam personam dicit per dignitatem & honorem & adorationem, sicut Theodorus, & Nestorius insaniens conscripserunt; & calumniantur S. Synodum Chalcedon. tanquam secundum hunc impiissimum intellectum usum unius intelligentiae vocabulò, sed non confiteretur Dei Verbum carni substantialiter uniri, & propterea unam ejus subsistentiam, vel unam personam, & ita sanctam Chalcedon. Synodum unam subsistentiam D.N. J. Christi

Facta est in Christo una natio naturarum per compositionem in una persona.

Non introducenda sunt in Christo duae subsistentiae nec personae.

confiteri, talis anathema sit. Neque enim adjectionem personæ vel substantiæ sanctæ Trinitas suscepit vel incarnato uno de eadem Trinitate Deo Verbo.

Cap. 6.

no Ma-
verè Dei
utris, et
net.

Si quis abusive, & non verè Dei genitricem dicit sanctam gloriosam semper virginem Mariam, aut per relationem tanquam homine purò natò, non autem Deò Verbo ex ea incarnatò; sed relati-, secundum, illos, hominis nativitate in Deum Verbum, tanquam cohzrens nascenti homini; & criminatur sanctam Chalcedonen. synodum, tanquam, secundum eundem impium intellectum à Theodoro commentatum, Dei genitricem virginem asserentem; aut si quis hominis genitricem, vocat, aut Christi genitricem, utpote Christi non existente & non specialiter & secundum veritatem Deò; Dei genitricem eandem confitetur, ob id quòd ante secula à Patre genitus Deus Verbum, in ultimis diebus ex ea incarnatus & natus est, atque ita piè sanctam Chalcedon. synodum Dei genitricem eam confiteri, talis anathema sit.

Cap. 7.

q. d. g-
te natu-
im uni-
personæ.

Si quis in duabus naturis dicens, non ut in deitate & humanitate, unum Dominum nostrum Jesum Christum cognosci confitetur, ut per hoc significat differentiam naturarum, ex quibus inconfusè ineffabilis initio facta est, neque Verbo in naturam carnis transmutatio, neque carne in verbi naturam transducta (manet enim utrumque quod est secundum naturam etiam post factam unitatem substantia-liter;) sed pro divisione per partem, hujusmodi recipit vocem in mysterio Christi, aut numerum naturarum consistendo in uno eodemque Domino nostro Jesu Christo, Deo Verbo Incarnato, non intellectu tantummodo differentiam earum excipit, ex quibus & compositus est, non intemptam, propter unitatem (unus enim ex utriusque, & per unum utraque;) sed propterea numerò utitur, ut separatim unaquaque natura suam

habente substantiam, talis anathema sit.

Cap. 8.

Si quis ex duabus naturis deitate & humanitate confitens unionem factam fuisse, vel unam naturam Dei Verbi Incarnati dicens, & non sic has voces intelligit, sicut sancti Patres docuerunt, quòd ex divina natura & humana, unionem secundum substantiam factam, unus Christus factus est; sed ex hujusmodi vocibus, unam naturam, sive substantiam deitatis & carnis Christi introducere conatur, talis anathema sit. Secundum substantiam enim dicentes carni unigenitum Verbum unitum esse, non confusionem quandam ad vices naturarum factam fuisse dicimus, magis autem manere utraque, hoc quòd est, unitum esse carni intelligimus Verbum. Propter quòd & unus est Christus, idem Deus & Homo, consubstantialis Patri secundum Deitatem, & consubstantialis nobis idem secundum humanitatem. Similiter enim & qui per partes dividunt, vel incidunt, & confundunt dispensationis mysterium Christi, rejicit, & anathematizat Catholica Dei Ecclesia.

Cap. 9.

Si quis adorari in duabus naturis dicit Christum, ex quo duz adorationes introducuntur semotim Dei Verbo, & semotim homini; aut si quis ad interemptionem vel ad confusionem deitatis & humanitatis, unam naturam sive essentiam convenientium potenter dicens, sic adoratur Christum, sed non una adoratione Deum Verbum Incarnatum cum ejus carne adoratur, juxta quòd sanctæ Dei Ecclesiæ ab initio traditum est, talis anathema sit.

Cap. 10.

Si quis non confitetur crucifixum carne Dominum nostrum Jesum Christum, esse verum Deum & Dominum gloriæ, & unum de sanctæ Trinitate, talis anathema sit.

Cap. 11.

Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nesto-

Unde
tione
randa
Christi
Deum
ma.

Condi-
natur
socii.

Nestorium, Eutychem, & Originem cum impiis eorum scriptis, & omnes alios hereticos, qui condemnati sunt & anathematizati à sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia, vel à prædictis sanctis quatuor Conciliis; sed & eos, qui similia cum prædictis hereticis sapuerunt, aut sapere noscuntur, & usque ad finem permanserunt in propria impietate, talis anathema sit.

Caput. 12.

Si quis defendit Theodorum impiissimum Mopuestenum, qui dixit alium esse Deum Verbum, & alium Christum, & passionibus animæ, & concupiscentiis carnis molestatum, & à malis molestatum, & à malis paulatim separantem se; & ita ex promotione operum melioratum, & ex vite conversatione incontaminatum constitutum, & tanquam purum hominem baptizatum in nomine Dei Patris, Filii, & Spiritus Sancti, & per Baptismum gratiam Sancti Spiritus accepisse, & adoptionem peperisse, & ad similitudinem imperialis imaginis in persona Dei Verbum adorari, & post resurrectionem inconvertibilem secundum intellectum, & impeccabilem omnino factum; & iterum dicente eodem impiissimò Theodoro unionem Dei Verbi ad Christum talem factam fuisse, qualem dixit Apostolus in marito & uxore: *Erant duo in carne una*: Et super alias innumerabiles ejus blasphemias, præsumente dicere, quod post resurrectionem sufflans Dominus in discipulis suis, & dicens, *Accipite Spiritum Sanctum*, non dedit Spiritum sanctum, sed tantum schemate sufflavit. Hic autem & confessionem Thomæ, per quam (dum palparet manum, vel latus Domini post resurrectionem) dixit: *Dominus meus*, & *Deus meus* asseruit non fuisse dictum de Christo à Thoma. Nec enim esse eum Deum dicit, sed miraculo resurrectionis obstupescentem Thomam glorificasse Deum, qui suscitavit Christum. Quod

autem pejus est, & in interpretatione facta ab eo in gestis Apostolorum, quasi in interpretatione comparans idem Theodorus Christum Platoni, vel Manichæo, & Epicuro, & Marcioni, dicit; quia sicut unusquisque illorum inveniens propriam sectam, discipulos suos fecit nominari Platonicos; & Manichæos, & Epicureos; & Marcionistas: simili modo, & Christo inventiente sectam, ex ipsa Christianos vocari. Si quis igitur defendit prædictum impiissimum Theodorum, vel impia ejus scripta, in quibus tam prædictas, quam & alias innumerabiles blasphemias evomuit adversus magnum Deum & Salvatorem nostrum Jesum Christum; & non anathematizat eum, & impia ejus conscripta, & omnes, qui suscipiunt, aut defendunt eum; aut dicentes, rectè eum exponere, & eos qui pro ipso scripserunt, & similia ei sapuerunt, pro eo scribunt vel ejus impiis conscriptis; & eos qui similia ei sapiunt, aut sapuerunt aliquando, & usque ad finem permanserunt, aut permanent in hujusmodi impietate, talis anathema sit.

Heretica comparatio.

Cap. 13.

Si quis defendit impia scripta Theodoretæ, quæ contra rectam fidem, & primam Ephesinam sanctam Synodum, & Sanctum Cyrillum, & 12. ejus capitula exposuit, & ea omnia quæ conscripsit pro Theodoro & Nestorio impiissimis, vel aliis; qui similia prædictis Theodoro & Nestorio impiissimè sapuerunt, & recipit eos, vel impietatem eorum, atque propterea impios vocans Ecclesiæ Doctores, qui substantialiter unionem Dei Verbi & carnem confitentur, & non anathematizat prædicta impiissimè conscripta, & eos qui similia his sapuerunt vel sapiunt, sed & omnes, qui contra rectam fidem scripserunt aut contra beatæ memoriæ Cyrillum, vel 12. ejus capi-

Damnatur Theodoretus Episcopus.

capitula, & in hac impietate defuncti sunt, tales anathema sint.

Si quis defendit epistolam, quam dicitur Ibas scripsisse ad Marim Persam hæreticum, quæ denegat quidem Dei Verbum de sancta genitrice, semperque Virgine Maria incarnatum, hominem factum, dicit autem purum hominem ex natum fuisse, quem templum vocat, tanquam aliò existente Deò Verbo & aliò homine; sed & S. Cyrillum, rectam Christianorum fidem prædicantem, reprehendit tanquam hæreticum, & similia scelesti Apollinario scripsisse criminatur; atque vituperat Ephesinam sanctam primam Synodum, tanquam sine iudicio & requisitione, Nestorium deponentem; sed & 12. capitula beate memorie Cyrilli, impia & adversa rectæ fidei nominat prædicta impia epistola, & defendit Theodorum & Nestorium, & impia eorum dogmata, & conscripta. Si quis igitur prædictam epistolam defendit, & non eam anathemati submitit, & eos qui defendunt eam, & dicunt recte esse, aut partem ejus, & eos qui conscripserunt, vel scribunt pro ea, sive pro im-

pietatis, quæ in ipsa continetur & præsumunt eam defendere, aut poscunt ea impietates ex nomine Sanctorum Patrum sanctæ Chalcedonenſis Synodi; & atque ad finem in his permaneat, talis anathema sit.

His igitur ita confessis à nobis, quæ & accepimus de divina Scriptura & à sanctorum Patrum doctrina, & à definitis de una eademque fide à prædictis sanctis quatuor Conciliis: facta verò à nobis & condemnatione contra hæreticos, & impietatem eorum; sed & contra eos qui defendere præsumperunt, aut defendunt prædicta tria capitula, aut permanserunt, & permanent in proprio errore, & condemnatione: si quis conatus fuerit contraria his quæ à nobis præ terminata sunt, tradere, aut docere, aut scribere; siquidem Episcopus est aut in clero communeratus, talis, extraneus & à Sacerdotum & Ecclesiastica disciplina peragens, denudabitur ab Episcopatu aut clero; si autem Monachus, aut laicus fuerit, anathematizabitur.

Finis capitulorum quintæ synodi Generalis

CONCILIUM

AURELIANENSE II.

Concilium
II. Aurel.
Secundum
Coriolan.
sub Silverio
Papa An.
D. 516.

Circa tempus VIGILII Papa; & est provinciale. Cum ex præceptione gloriosissimorum Regum, in Aurelianensem urbem de observatione legis Catholica tractaturi (Deò auxiliante) sancti Patres convenirent; ibi quid de antiquis regulis, quid de novis ambiguitatibus pro captu intelligentia (illuminante Dominò) senserit, expresserunt sigillatim: descripsitque, constitutionibus, quæ (Deò propitiò) in posterum sint observanda, ex veterum canonum auctoritate conscripserunt.

Canon 1.

ID ergo constitutum, ut nullus Episcoporum (admonente Metropolitanò Episcopò) nisi certâ tædii causâ deteu-

tus, ad Concilium, vel ordinationem consecratoris venire, penitus nullâ excusatione detractet.

Can 2.

SUMMA AURELIAN. CONCIL. II. 191

Canon 2.

Ut Metropolitanus singulis annis comp-
provinciales suos ad Concilium evocent.

Canon 3.

Ne quis Episcopus de quibuscumque cau-
sis, vel Episcoporum ordinationibus, ca-
terorumque clericorum aliquid præsu-
mat accipere: quia Sacerdotem nefas est
cupiditatis venalitate corrumpi.

Canon 4.

Si quis Sacerdotium per pecunie nun-
dinum execrabili ambitione quaesierit,
abjiciatur ut reprobus: quia Ap. Iolica
sententia donum Dei esse præcipit pecu-
nie trutinam minimè comparandum.

Canon 5.

Nullus Episcopus ad sepeliendum Epi-
scopum venire conficta occasione dissi-
mulet, ne cuiuscumque corpusculum diutius
inhumatum negligentia interveniente
solvatur. Is vero Episcopus qui defun-
ctum adveniens sepelire, præter expen-
sam necessariam, nihil pretii pro fatiga-
tione deposcit.

Canon 6.

Ut Episcopus, qui ad sepeliendum
Episcopum venit, evocatis Presbyteris
in unum, domum Ecclesie adeat, descri-
ptamque idoneis personis custodiendam
sub integra intelligentia derelinquat, ut
res Ecclesie ultiorum improbitate non pe-
reant.

Canon 7.

In ordinandis Metropolitanis Episco-
pis antiquam institutionis formulam re-
novamus, quam per incuriam omnimodis
videmus amissam. Itaque Metropolitanus
Episcopus à comprovincialibus clericis
vel populis electus, congregatis in unum
omnibus comprovincialibus Episcopis
ordinetur; ut talis (D. 6. propitiò.) ad
gradum hujus dignitatis accedat quem
regula Ecclesie in melius aucta plus va-
leat.

Canon 8.

Si quis Diaconus in captivitatem re-
ductus, uxori fuerit copulatus, reversus

ab officii omnino ministerio removendus
est. Cui sufficere debet pro actus sui
levitate impleta poenitentia; pro satisfac-
tione, communitio.

Canon 9.

Nullus Clericorum sine permissione
Episcopi sui cum secularibus habitare
præsumat. Quod si fecerit, ab officii
communione pellatur.

Canon 10.

Nullus noveret suæ, id est, uxori pa-
tris sui, nullâ copulatione jungatur. Quod
si præsumpsit, noverit se anathematis
supplicio feriendum.

Canon 11.

Contraria Matrimonia, accedente in-
firmitate, nullâ voluntatis contrarietate
solvantur. Quod si qui ex conjugibus
fecerint, noverint se a communione pri-
vandos.

Canon 12.

Ne quis in Ecclesia votum suum, can-
tando, bibendo, vel lasciviendo dissolvat:
quia Deus talibus votis irritatur potius
quam placetur.

Canon 13.

Clerici qui officium suum implere
despiciunt, aut vice sua ad Ecclesiam
venire detrectant, loci sui dignitate pri-
ventur.

Canon 14.

Oblacionem defunctorum, qui in ali-
quo crimine fuerint intercepti, recipi
debere censemus, si tamen non ipsi sibi
mortem probeatur propriis manibus in-
tulisse.

Canon 15.

Presbyter, vel Diaconus sine litteris,
vel si baptizandi ordinem nesciat, nulla-
tenus ordinetur.

Canon 16.

Feminae, quæ benedictionem Diacono-
natus hæctenus contra interdicta Cano-
num acceperunt, si ad conjugium pro-
bantur iterum devolutæ, à communione
pellantur. Quod si hujusmodi contubernium,
admonitæ ab Episcopo, cognitis
erroribus.

errore dissoluerint, in communionis gratiam, actâ penitentiâ, revertantur.

Canon 17.

Placuit etiam, ut nulli postmodum femine diaconalis benedictio, pro conditionis hujus fragilitate credatur.

Canon 18.

Placuit ut nullus Christianus Judæam, neque Judæus Christianam in matrimonio ducat uxorem: quia inter hujusmodi personas, illicitas nuptias esse censemus. Qui, si commoniti, à consortio hoc se separare distulerint, à communionis gratia sunt sine dubio submovendi.

Canon 19.

Catholici, qui ab idolorum cultu se non custodiunt, nec ad integram accepti baptismi gratiam revertuntur; vel qui cibis, idolorum cultibus immolatis, gustu

illicitæ presumptionis uruntur, ab Ecclesiæ cœtibus arceantur.

Canon 20.

Similiter & hi, qui bestiarum morsum extincto vel quolibet modo aut casu suscitato vesciuntur.

Canon 21.

Abbatibus, qui Episcoporum præcepta despiciunt, ad communionem nec penitus admittantur, nisi contumaciam humilitate susceptâ deponant.

Canon 22.

Savè si qui post hanc diligentissimam unctionem, non observaverint, quæ superius comprehensa, eos se divinitati pariter & fraternitatis judicio futuros esse cognoscant.

Explicit secundum Concilium Aurelianensè.

CANONES

AURELIANENSIS CONCILII III.

Concil. III.
Aurelianense.
An. D. 540.

Tempore VIGILII Papa, & Childeberti Regis. Est provinciale. Cum in Dei nomine Aurelianensem Urbem ad synodale Concilium Patrum venissent; de his, quæ per longum tempus, observatione cessante, fuerant intermissa, (primorum canonum tenore servato) presentibus reguli vetera statuta servanda, & nova, pro causarum vel temporum conditionem addenda crediderunt.

Canon I. Ne à Subdiacono & supra, quis se propriis uxoribus miscet.

V nullus Clericorum, à Subdiacono & supra, quos uxores in proposito suo accipere inhibeat, propterea (si fortè jam habeat) miscetur uxori. Quod si fecerit, laicâ communionem contentus, juxta priorum Canonum statuta, ab officio deponatur. Quem, si sciens Episcopus suus

in hac vilitate permissionis viventem, à officio postea admisit; & ipse Episcopus ad agendam penitentiam, tribus mensibus sit à suo officio sequestratus.

Canon 2. De electione Metropolitanorum.

De Metropolitanorum verò ordinatio nibus id placuit, ut Metropolitanis à Metropolitanis, omnibus (si fieri potest) presentibus comprovincialibus ordinetur.

tur, ita ut ipsi Metropolitanò ordinandi privilegium maneat, quem ordinationis consuetudo requirit. Ipse tamen Metropolitanus à comprouincialibus Episcopis (sicut decreta Sedis Apostolicæ continent) cum consensu cleri, vel civium eligatur. De comprouincialibus verò ordinandis, cum consensu Metropolitanì, cleri & civium, juxta priorum Canonum statuta, electio & voluntas requiratur.

Canon 3. De oblatiis & collatiis basilicis.

Si quæ oblationes in quibuslibet rebus atque corporibus collatæ fuerint basilicis in civitatibus constitutis, ad potestatem Episcopi redigantur. Et in ejus sit arbitrio, quid in reparatione basilicæ, aut observantium ibi substantiæ depuretur. De facultatibus verò parochiarum vel basilicarum in pagis civitatum constitutis, singulorum locorum consuetudo seruetur.

Canon 4. De ordinatis Clericis, ne nubant, & ne quis invitum ordinetur.

Clerici verò, qui cum uxores non haberent, benedictione susceptæ, conjugia crediderint eligenda, qui volentes absque ulla reclamatione in ætate fuerint legitima ordinati, cum ipsi mulieribus quas acceperint, excommunicatione percellantur. Quod si invitum vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, sed non à communione pellatur. Episcopus autem, qui invitum aut reclamantem præsumperit ordinare, annuili poenitentia subditus. Missas facere non præsumat. De adulteris autem honoratorum Clericorum id observandum est, ut si quis adulterasse aut confessus vel convictus fuerit, depositus ab officio, communione concessa, in monasterio totò vitæ suæ tempore deturdat.

Canon 5. De Clerico convicto de furto, aut falsitate, & de perjurio

Si quis Clericus furtum, aut falsitatem commiserit, quia capitalia etiam ipsa

sunt crimina, communione concessa, ab ordine degradetur. De perjurio verò id censuimus observandum, ut si quis Clericus in causis, quæ sub iurejurando finiendæ sunt, præbuerit juramenta, & post, rebus evidentibus detegatur peccasse, biennii tempore à communione pellatur.

Canon 6. De his, qui uxoribus defunctis, concubinas crediderint sociandas.

De his qui ex concubinis filios habent, & uxores legitimas pòt habuerint, aut defunctis uxoribus, sibi concubinas publicè crediderint sociandas, id observandum esse censuimus, ut sicut eos qui jam sunt Clerici per ignorantiam ordinati, non removemus; ita statuimus; ne ulterius ordinentur.

Canon 7. De incestis conjunctionibus, vel à quibus personis conjugalis copula sit observanda.

De incestis conjunctionibus ita quæ sunt statuta serventur, ut hi, qui aut modò ad Baptismum veniunt, aut quibus Patrum statuta Sacrorotali prædicatione antea in notitiam non venerunt (ita pro novitate conversionis ac fidei suæ creditimus consulendum) ut contracta hucusque hujusmodi conjugia non solvantur, sed in futurum, quod de incestis conjunctionibus in anterioribus Canonibus interdictum est, observetur: id est, ne quis sibi sub conjugii nomine sociare præsumat relictam patris, filiam uxoris, relictam fratris, sororem uxoris, consobriam, aut sobrinam relictam avunculi, vel patris. Quod si qui in hoc incesti adulterio potius quam conjugio fuerint sociari; quamdiu, se non sequestaverint, à communione Ecclesiastica repellantur. Illud etiam adjiciendum esse credidimus, ut in Episcopi discussione consistat, de his, qui in civitate sua ac territorio consistunt, & tali sunt ordine sociati, utrum ignoranter ad illicita conjugia venerint, aut per contumaciam quæ sunt interdi-

ita, præsumserint: quia sicut his qui per ignorantiam lapsi sunt, subvenitur; ita illis quibus prius Patrum statuta in notitiam venerunt, qui quæ etiam contra Sacerdotum interdicta in tali permissio-
ne versantur, priorum Canonum in om-
nibus statuta, serventur, ut non prius ad
communione recipiantur, quam incesti
adukerium (sicut scriptum est) separa-
tione sanaverint: quia in lege Domini
manifestè legitur: Maledictus qui dor-
mit cum uxore patris sui, cum privigna,
vel uxoris suæ sorore, & reliqua his si-
milis. Quo fit, ut quos Deus maledixit,
nos, nisi emendatos, benedicere non
possimus.

Additio F. S.

De isto can. confer quæ dixi Suppl.
q. 55. art. 6. ad Conclus. 3.

*Can. 8. De Clericis, propter patrocinia
seculares officium suum minus
implentibus.*

Si qui Clerici ministreria suscepta quæ-
cumque occasione agere, sicut & reliqui
detrectant, & excusationem de patroci-
niis quorumcumque, ne officium imple-
ant, prætendunt; ac Sacerdotes suos sub
hujusmodi causa remanent per inobe-
dientiam contemnendos, inter reliquos
Clerico, Canonicos (ne hæc licentia alii
vicietur) nullatenus habeantur, nec ex-
rebus Ecclesiasticis cum Canonicis sti-
pendia, aut munera ulla percipiant.

*Can. 9. De agris Ecclesie ab Episcopo
inutiliter distractis.*

De agellis verò cæterisque facultati-
bus Ecclesiasticis à Sacerdotibus non alie-
nandis, nec per contractus inutiles obli-
gandis, priorum Canonum statuta ser-
ventur, ut nobis per nullos contractus
res Ecclesiasticas alienate, aut inutiliter
liceat obligare. Ea etiam, quæ de rebus
Ecclesiasticis ab antecessoribus alienata,
vel quibuscumque instrumentis inutiliter
in dispendium Ecclesie obligata noscun-
tur, & intra trecentaria tempora repeti-
tio suppetit, quæ acta sunt, suffragante

justitiâ per publicum, aut electionem Ju-
dicium revocentur. Quod si is qui rem
Ecclesiasticam tenet, admonitus, judi-
cium declinavit; quousque aut ad discus-
sionem veniat, aut rem Ecclesiasticam
restituat, communione privetur.

*Can. 10. De mancipiis Christianis,
quæ in Indarum servis desi-
nuntur.*

De mancipiis Christianis, quæ in Ju-
dzorum servi. io detinentur, si eis quod
Christiana religio vetat, à d. minus im-
ponitur: aut si eos de Ecclesia excusatos
tollant pro culpa, quæ remissa est, &
affigere aut cadere fortasse præsumpe-
rint, & ad Ecclesiam ietate confuge-
rint; nullatenus à Sacerdote reddantur,
nisi pretium offeratur ac detur, quod
mancipia ipsa valere pronuntiaverit iusta
taxatio. Christianis quoque omnibus in-
terdicimus, ne Judæorum conjugis mis-
ceantur. Quod si fecerint, usque ad se-
questationem, quisque ille est, com-
munionem pellatur. Item; Christianis
convivia interdicens Judæorum, in qui-
bus si fortè fuisse probantur, annuali ex-
communicationis pro hujusmodi contra-
macia subjacebunt.

*Can. 11. Ut missarum celebritas horâ
tertiâ inchoetur.*

De Missarum celebritate in præcipuis
dumtaxat solemnitatibus id observare de-
bemus, ut horâ tertîâ Missarum celebra-
tio in Dei nomine inchoetur, quod facillimè
intra horas competentes ipsò officio ex-
peditò, Sacerdotes possint ad vespertinam
officia, id est, in vespertino tempore
convenire: quia Sacerdotum vespertinis
officiis ab Ecclesia, talibus præcipuè die-
bus nec decet deesse, nec convenire.

*Can. 12. Quod id quod Clerici bene-
ficiâ Ecclesie perciperunt, à suo
officio non auferatur.*

De munificentis verò Sacerdotum id
observandum, ut si quid præsentis tempore
à Clericis, decedentium munificentis
habetur vel possidetur, deinceps à suc-
cessoribus

et foribus nullatenus auferatur : ita, qui decessorum largitibus gaudent, officia Ecclesie, obedientiam & affectum Sacerdotibus præbeant. De quibus tamen munificentis, quæ præfenti tempore ab his (sicut dictum est) possidentur, si pro oportunitate Episcopo placuerit quod voluerit commutare, sine accipientis dispendio in locis aliis commutetur. De munificentis vero præsentibus, quas unusquisque Clericus pro sua gratia, eorum obsequiis existimat conferendas, sicut in arbitrio dantis est, ut tribuere quibus voluerit debeat, ita si inobedientia vel contumacia in aliquo accipientis, extiterit, culpâ agnitâ in arbitrio sit præfidentis, utrum vel qualiter debeat revocari.

Can. 13. De Clericis, qui in oratoris ordinationem acceperint.

De his vero Clericorum personis, quæ de Civitatenfis Ecclesie officio, monasterii, vel diocesis, vel basilicis in quibuscumque locis positis, id est, sive in tetratoris, sive in ipsi civitatibus suscipiuntur ordinandæ, in possessione sit Episcopi, si de eo quod autè de Ecclesia habebant, eos aliquid aut nihil exinde habere voluerit : quia unicuique facultas suscepti monasterii, diocesis, vel basilicæ debet plenâ ratione sufficere.

Can. 14. De Clericis contumacibus.

Si quis superbiâ elatus, officium suum indignatione quacumque implere noluerit, juxta statuta peiora, laicâ communione contentus, ab ordine depositus tandem habeatur, quamdiu dignâ (sicut scriptum est) penitentia & supplicatione satisfecerit præfidenti Pontifici. Tamen illis regulariter, juxta charitatem integram, quacumque illis stipendiorum juxta consuetudinem debentur, pro qualitate temporis sunt ministranda. De quibus, si querela procedat, officium agens recurrit ad synodum.

Can. 15. De Clericis iniquè oppressis à suis Pontificibus.

Si quis Clericorum circa se districtiorem Episcopi sui putat injuriam, juxta antiquas constitutiones recurrit ad synodum.

Can. 16. De Clericorum conspiratione per rebellionem in scripturis, aut aliâ factam.

Si qui Clericorum (ut nuper in multis locis, per superbiam, diabolo intigante, actum fuisse perparuit) rebeli auctoritate se in unum, conjuratione intercedente, collegerint; & aut Sacramenta inter se data, aut chartulam conscriptam fuisse patuerit, nullis excusationibus præsumptio labatur; sed res detecta, cum in Synodum ventum fuerit, in præsumptos, juxta personarum & ordinum qualitatem, à Pontificibus, qui tunc in unum collecti fuerint, vindicetur. Quia sicut charitas ex præceptis divinis, corde, non chartulæ conscriptione, vel conjuratione est exhibenda; ita quæ supra sacras admittuntur scripturas, auctoritate & districtione Pontificali sunt reprimenda.

Can. 17. De Sacerdotibus Ecclesia res debitas occupantibus.

Si quis Sacerdos res Ecclesie debitas, vel proprias Sacerdotis horrendâ cupiditate occupaverit, retinuerit, aut à potestate ex competitione peteperit, si eas non restituerit, nullis rebus excusetur. Sed & si agnitè jure Ecclesiasticis, non statim Ecclesie vel Sacerdoti reformaverit, ut ipsum jus agnoscere possit, & in judicium electorum venire distulerit, tandem à communione Ecclesiastica suspendatur, quamdiu restituit rebus, tam Ecclesiam, quam Sacerdotem reddat indemnem. Similis etiam, de his qui oblationes defunctorum legaliter dimissas, quolibet ordine assignare tardaverint, vel detinere præsumpserint; districtioris Ecclesiasticæ, juxta priores Canones, forma servetur. Cui etiam sententiæ subiacet, quisquis ille quolibet ordine, quod

xx. q. 1. si
qui Clerico-
rum.

De retinentibus defunctorum oblationes.

pro devotione sua Ecclesis dedit, revocare præsumperit.

Can. 18. Quod ministris Ecclesiarum non liceat Ecclesia res sine Episcopi consensu alienare.

quæ
batibus,
byzantiis,

Abbatibus, Presbyteris, aliisque ministris de rebus Ecclesiasticis, vel sacro ministerio deditis, alienare & obligare, absque permissu & subscriptione Episcopi nihil liceat.

Quod si præsumperint, degradentur, eorumque communione concessa. Et quod alienatum, vel temerè obligatum est, ordinatione Episcopi revocetur.

Can. 19. Quod penitentia non sit juvenibus temerè credenda.

De penitentium conversione, ut ne quis benedictionem penitentis juvenibus personis credere præsumat. Certè conjugatis, nisi ex consensu partium, ætate jam plenam dare non audeat. Aut si quis penitentis benedictione suscepta, ad secularum habitum, militiamque reverti præsumperit, excommunicatione plectatur, viaticò concessò ad exitum.

Can. 20. Ne sermo vel colonas ad honorem promovatur ante accipiendam ingenuitatem.

Ut nullus servilibus, colonariisque conditionibus obligatus, juxta statuta Sedis Apostolicæ, ad honores Ecclesiasticos admitatur, nisi prius, aut testamento, aut per tabulas eum legitimè constituerit absolutum. Quod si quis Episcoporum, ejus qui ordinatur conditionem sciens, transgredi per ordinationem indebitam fortasse voluerit, anni spatio missas facere non præsumant.

Can. 21. Quod die Dominico operari non permittatur.

Quia persuasum est populis, die Dominico cum caballis, & bobus & vehiculis itinerare non debere, neque ullam rem ad victum præparare, vel ad nitorem domus vel hominis pertinentem, nullatenus exercere: quæ res, quia ad Judai-

cam magis, quam ad observantiam Christianam pertinere probatur, id statumur: die Dominico, quod antè fieri licuit, licere. De opere tamen rurali, id est, agricultura, vel vinea, vel sectione, vel messionem, excussione, vel exacta sepe, censuimus abstinendum, quòd facilius ad Ecclesiam venientes, orationis gratia vacent. Quod si inventus fuerit quis in operibus superscriptis, quæ interdita sunt, se exercere; qualiter emendare debeat, non in laici districtione, sed in Sacerdotis castigatione consistat.

Canon 22. Ut ante Dominicam orationem expletam de Ecclesia nullus discedat.

De missis nullus laicorum antè discedat, quam Dominica dicatur oratio. Fisi Episcopus præsens fuerit, ejus benedictio expectetur. Sacrificia verò matutina missatum sive vespertinarum, ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum usum spectet. Quod qui fecerit, in Sacerdotis potestate consistat, qualiter ejus districtione debeat castigari.

Can. 23. Quando Judæis inter Christianos procedere non liceat.

Quia (Deo propitiò) sub Catholicorum Regum dominatione vivimus; Judæi à die cœnæ Domini usque in secundam sabbati in Pascha, hoc est, ipsò quattuordecimo procedere inter Christianos, neque Catholicis populis se ullo locò, vel quacumque occasione miscere præsumant.

Canon 24. De hereticis, vel Bonosiacis.

Judex civitatis, vel loci, si hereticum, aut Bonosiacum, vel cujuslibet alterius hæresi, Sacerdotem vel quancumque personam de Catholicis rebaptizasse cognoverit, & (quia Reges nos constat habere Catholicos) non statim rebaptizantes adstrinxerit, & ad Regis fidem acque justitiam propterea distringendos adduxerit, annuali excommunicationi subdatur.

Can. 25. Vt non liceat Laicis Clericos accusare.

10 Clericum cujuslibet ordinis, absque Pontificis sui permisso, nullus presumat ad secularem Judicem attrahere. Nec Laico quemlibet Clericum liceat accusare.

Can. 26. Quid de Episcopis, qui sunt prescripta observare distulerint.

Quocirca hæc, quæ inspirante Deo, communi consensu placuerunt, si quis An-

tistitum, vel eorum quos spiritus Dei esse voluerit successores, relicta observationis integritate, custodire, & implere neglexerit, reum se divinitatis pariter & fraternitatis judicio futurum esse cognoscat: quia & Canones suos, nec ignorare quemquam, nec dissimulare, id est, præterire, permittitur.

Explicuntur Canones Aurelianensis Synodi.

S. QUINTIANI EPISCOPI ESCULANI

Ad Petrum Antiochenum fides.

Quoniam qui dicit unam naturam Dei Verbi & carnis, & non duas unitas indivisibilesque; damnetur.

Si quis confundit duas Christi naturas, dicens Deum passum carne; & non Christum passum carne, secundum Apostolum; damnetur.

Si quis impassibilem & immortalem Deum Verbum, dicit conversum in passionem ac mortem, & non hæc reddit ejus carni; damnetur.

Si quis nomen *Trisagium*, id est, ter sanctum, dicit propter nos crucifixum, & non Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei unigenitum; damnetur.

Si quis post vocem ter sanctam, dicit Deum crucifixum propter nos; & non potius unum filium, cui in medio, ter sanctæ vocis hymnus dicitur; damnetur.

Si quis hominem dicit qui pro nobis crucifixus est, sive Deum, dividendo naturas, & non eas copulando in crucifixione ejus; damnetur.

Si quis dicit duas personas seu substantias, & non potius duas naturas in unam personam; & unam substantiam in unam concurrentes; damnetur.

Si quis Deum hominem, & non magis

Deum & hominem dicit; damnetur.

Si quis dicit creatum Patris Verbum, & non magis ejus carnem; damnetur.

Si quis dicit consubstantialem carnem Domini Deo & Patri, & non potius Deum Verbum; damnetur.

Si quis dicit sine mente, & sine anima Dominum nostrum Jesum Christum, & pro ea habuisse divinitatem, & ex hoc dicendum, passum carne Deum Verbum, & non magis mente cum anima rationali humanatum Deum Verbum, & impassibilem dicendum eundem divinitate, humanitate verò passibilem; damnetur.

* Si quis apponit in trisagio crucem præter Filium Dei, anathema sit.

Si quis quaternitatem introducit in trisagio, apponens post Trinitatem Christum crucifixum, anathema sit.

Si quis unum filium secat in dualitatem filiorum; anathema sit.

Si quis Dei Verbum & carnem, dicit unam naturam, ignorans naturarum differentiam, anathema sit.

Si quis confundit Trinitatem, eundem dicens esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, anathema sit.

B b 3

Si quis

* Subsequentes 1. anathematissimi non sunt Sancti Quintiani; sed Alespiadis Tralensis Episcopi. Vide Binium, tom. 1. p. 8.

198. SUMMA AVERNENSIS CONCILII.

Si quis distinguit unam essentiam Trinitatis in duas, anathema sit.

Si quis divinam naturam Filii confundit passionibus carnis ejus, & non confitetur eum spiritu impassibilem, carne vero passum, anathema sit.

Si quis dicit, Deum passibilitatem, aut mortem gustasse, tanquam ad hoc eum bona voluntate venisse, cum conversus esset, & non constetur eum tanquam

Deum non fuisse sub damnatione marie, mortem vero mortificasse per carnem suam mortalem, quam assumpsit, anathema sit.

Credimus enim quia vita est, & non recedit in mortem. Tu autem agnosce, & absconde in quibus inique locutus es. Tamen sit, & est Dei gratia cum his, qui recte predicant Verbum Dei.

CONCILIUM

AVERNENSIS,

inestiam
crenale
1. D 145.

*Circa tempora VIGILII Papa. Apud Ecclesiam Avernam cum in
nomine, congregante S. Spiritu, consentiente Domino gloriosissimo, pijs
Rege Theoderico, in Avernam urbem sancta Synodus convenisset, ibiq; in
Ecclesia (ex more) Patres confederent, inspectis Canonibus id eis ratio-
nabil e visum est, ut quamvis Ecclesiastica regula pena omnia comprehen-
dant, quedam tamen vel adderentur nova, vel repeterentur antiqua.*

Cap. 1.

IN primis placuit, ut quoties se-
cundum statuta Patrum, sancta
Synodus congregatur, nullus E-
piscopus aliquam prius causam
suggerere audeat, quam ea, quæ ad emen-
dationem vitæ, ad serenitatem regulæ, ac
animæ remedium pertinent, finiatur.

Cap. 2.

Placuit etiam, ut sacrum quis Pontifi-
cis honorem non votis querat, sed meri-
tis; nec divinum videatur munus compa-
rare rebus, sed moribus, atque eminen-
tissime dignitatis apicem omnium con-
secundat electione, non paucorum favore.
Sic in eligendis Sacerdotibus cura præci-
pua, quia irreprehensibiles esse convenit,
quos præesse necesse est corrigendis.

Cap. 3.

De operitorio Domini Corporis, seu

palla altaris, nunquam Sacerdotis corpus,
eum ad tumulum evehitur, obtegatur;
quia sacro velamine usus suis reddito,
dum honorantur corpora, altaria pol-
luuntur.

Cap. 4.

Ne ad nuptiarum ornatum ministeria
divina præsentur, &c.

Cap. 5.

Ne Judæi Christianis populis Judices
preponantur.

Cap. 6.

Episcopus, Presbyter, atque Diaconus
tam sanctâ conscientia resplendant, ut
effugiant probritate actuum maledicorum
obloquia, & testimonium in se divinum
implere contendant, quo Dominus ait:
Sic luceat lux vestra etc.

decret.
onis
24.

alter de
legendis
ordines,

Cap. 7.

SUMMA AURELIANENSIS CONCIL. 199

Cap. 7.

Ut Presbyteri plebes suas admoceant, quod hospiales sint.

Cap. 8.

Quod licitum sit Episcopo, cum consilio cleri, de thesauro Ecclesie pauperibus ejusdem Ecclesie, secundum Canonum instituta, ita quod indiguerint, erogare.

Joannis Vicariani, aliquando ductus in suspicionem illius mortis Vigilio, ab eo crimine publice se purgavit. A schismaticis occidentalibus ductus in suspicionem de viotara fide Catholica, ac desuper à Childeberto Francorum Rege admonitus, abundè se à calumnia purgavit, missa etiam ad eundem Regem exacta fidei professione. Sedit annis 4. mensibus 10. dies 18.

13.
a L
61.

Decreta Pelagii I. Papa.

PELAGIUS I. patria Romanus, filius

CONCILIUM

AURELIANENSE IV.

Concilium Aurelianense IV. Secundum Coriolan, sub vigilio Papa circa An. D. 445.

Circa tempora PELAGII Papa I. & est provinc. tempore Childeberti Reg. Cùm in Aurelian. urbem unanimiter in Christi nomine adfuisent Sacerdotes, & de his qua ad sacrum propositum pertinent, vel qua secundum Ecclesie ordinationem regulari conveniunt disciplina (Doo medio) tractata recepissent placuit, ut qua sunt definita secundum antiquam consuetudinem scripta monstrarentur. Et quod firmius statuta servantur, cum consensu omnium docet adnotata subscriptio.

Cap. 1. De festivitate Paschali celebranda.

Placuit, ut sanctum Pascha, secundum hæreticum Victoris ab omnibus Sacerdotibus uno tempore celebratur. Quæ festivitas, annis singulis ab Episcopo, Epiphaniarum die, in Ecclesia denuntietur. De qua solemnitate quoties aliquid dubitatur, inquisita vel agnita per Metropolitanos à Sede Apostolica sacra constitutio teneatur.

Cap. 2. Vt quadragesima equaliter tenentur.

Hoc etiam decet imus observandum, ut quadragesima ab omnibus Ecclesiis equaliter tenentur. Neque quinquagesima

nam aut sexagesimam ante Pascha quilibet Sacerdos præsumat indicare. Sed neque per sabbatha absque infirmitate quicquam solvat quadragesimæ post Junii, nisi tantum die Dominicâ prædeat. Quod fieri specialiter Patrum statuta sanxerunt. Si quis hanc regulam intempere, tanquam transgressor discipline à Sacerdotibus censetur.

Cap. 3. Vt primates civitatis Pascha in civitate celebrant.

Quisquis de principibus civitatis Pascha extra civitatem tenere voluerit, sciat sibi à cuncta Synodo esse prohibendum. Sed principales festivitates sub præsentis Episcopi teneant, ubi sanctum decet tenere conventum. Tamen si aliquis certis necessitatibus

necessitate astringatur, ut hoc implere non possit, ab Episcopo postulet commeatum. Quod si postulare despexerit, & in eodem loco festivitatem presentem tenere voluerit, suspendatur.

Cap. 4. De ordinatione Episcopi.

Id etiam regulariter esse perspeximus decernendum, ut Episcopus in civitate, in qua de cetero eligitur ordinandus, in sua Ecclesia cui præsutus est, consecratur, &c.

Cap. 5. Quod Clerici Canonum statuta ab Episcopis percipiant,

Parochiani Clerici à Pontificibus suis necessaria sibi statuta Canonum legenda percipiant, ne se, ipsi vel populi, quæ pro salute eorum decreta sunt, excusent postmodum ignorasse.

Cap. 6. De oratoriis, & Clerici in illis servare debentibus.

Ut in oratoriis, domini prædiorum minimè contra votum Episcopi, ad quem territorii ipsius privilegium noscitur pertinere peregrinos Clericos intromittant, nisi forsitan, quos probatos ibidem districtio Pontificis observare præcepit.

Cap. 7. De alienatis à Sacerdote cuiuslibet Ecclesie.

Ut Episcopus qui de facultate propria Ecclesie nihil relinquit, de Ecclesie facultate si quid aliter quam Canones eloquantur obligaverit, vendiderit, aut distaxerit, ad Ecclesiam revocetur, &c.

Cap. 8. De indignis ad Sacerdotium promotis.

Si quis Episcoporum sciens aut bigamum, aut internuptæ maritum ad officium Leviticæ dignitatis, sive Præbyterii contra jus Canonum promovete præsumpserit, sciat, se unius anni spatium ab omni officio Sacerdotii esse suspendi. Qui si fortè sententiæ subjacere contempserit, à communione ejus usque in aliam Synodum se fraternitas universa suspendat; illi verò, qui illicite promoti fuerit, degradentur.

Cap. 9. De non distrahendis his que Ecclesie sunt collata.

Siquid Abbatibus, aut sacris monasteriis, aut parochiis pro Dei contemplatione oblatum fuerit, in sua proprietate hoc Abbates aut Presbyteri minimè revocabunt, nec alienare, quod cunctis fratribus debetur, quacumque occasione præsumant. Quibus, si fuerit necessarium ut statuta convellant, non aliter valeant, nisi fuerit sui Episcopi subscriptione firmatum.

Cap. 10. De his que Episcopus Ecclesie dederit.

Quæcumque Ecclesiis à Pontificibus sub competententi ac justo documento fuerint derelicta, ab hæredibus legitimis, dignam esse, ut pro Dei contemplatione serventur.

Cap. 11. De his qui post baptismum demonibus offerunt.

Si quis post acceptum baptismi Sacramentum, ad immolata dæmonibus sumenda tanquam ad vomitum revertitur; si communitus à Sacerdote, se epprigere ex hac prævaricatione noluerit, à communione Catholica pro emundatione sacri-legii suspendatur.

Cap. 12. Quod Christianus in pecudis non iuret.

Si quis Christianus (ut est Gentilium consuetudo) apud cujuscumque feræ vel pecudis exta, invocatis insuper nominibus paganorum, fortasse juraverit, si se ab hac superstitione, communitus, noluerit cohibere, donec reatum emendet, à consortio fidelium, vel Ecclesie communionem pellatur.

Cap. 13. Quod Ecclesia præiudicium non patiat ex alienatione bonorum per Clericos.

Ut quicumque Clericus aliquid de jure Ecclesiastico, seu verbo, seu per Scripturam acceperit ad utendum; & postmodum alienare quacumque occasione voluerit, non valebit, quia, secundum Canonum instituta, proprietatem Ecclesie

liz

sz non violat in alios quantumlibet longa possessio. Sed in Pontificis potestate consistat, qualiter pro conservando jure Ecclesiastico, rem possessam inter Clericos debeat communicare.

Cap. 14. Quid Ecclesia collatum est, nec à Collatore, nec ab aliis heredibus repeti debet.

Quicumque pro devotione sua, oblationis studio, aliquid in campellis, vel in vineolis, etiam absque scriptura probatur Ecclesie contulisse, si postmodum vel ipse, vel heredes ejus quicumque occasione auferre à jure hoc Ecclesie, vel alienare voluerint; quoadusque à tali intentione discedant, aut pervasa restituunt, à communione Ecclesiastica suspendantur.

Cap. 15. De mancipiis propter spem coniugii ad Ecclesiam confugiuntibus.

Quicumque mancipia sub specie conjugii ad Ecclesie confugerint septa, ut per hoc credant posse fieri conjugia, minime eis licentia tribuatur, nec talis conjunctio à Clericis defenserit: quia probatum est, ut sine legitima traditione conjuncti, pro religionis ordine statim tempore ab Ecclesie communione suspendantur, ne in sanctis locis turpi concubitu mœtantur. De qua re decernimus, ut parentibus, aut propriis dominis, (prouc ratio potest personarum) accepta fide excusati, sub separationis promissione reddantur. Postmodum tamen à parentibus atque dominis concessa libertate, si voluerint, eos propria voluntate jungantur.

Cap. 16. De homicidio voluntario.

Quisquis homicidium voluntate commiserit, ita ut occidere audeat innocentem, si à principibus aut à parentibus quicumque re se reddiderit absolutum, modus penitentiae distringendi in Sacerdotis potestate consistat

Cap. 17. De mulieribus in adulterio cum Clericis deprehensis.

Si quæ mulieres fuerint prolapsæ in adulterium cum Clericis, distractione adhibitæ, mulieres ipsæ; prout Sacerdoti visum fuerit, distractioni subiaceant, & à civitatibus, ut Sacerdos præceperit, propellantur.

Cap. 18. De mancipiis Christianis servientibus Judæis.

Cum prioribus Canonibus fuerit definitum, ut de mancipiis Christianis, quæ apud Judæos sunt, si ad Ecclesiam confugerint, & redimi se postulaverint, etiam si ad quoscumque Christianos refugerint, & servire Judæis noluerint, taxatæ & ablatæ à fidelibus iustæ pretiæ, ab eorum dominio liberentur, ideo statuimus, ut tauri iusta constitutio ab omnibus Catholicis observetur.

Cap. 19. De Judæis, qui advenam, vel Christianum ad Judæam superstitionem seducerent.

Hoc etiam decernimus observandum, ut si quicumque Judæus profelytum (qui advena dicitur) Judæum facere præsumpserit, aut Christianum factum, ad Judæam superstitionem adducere: vel si Judæus Christianam ancillam suam sibi crediderit lociandam, vel si hæc parentibus Christianis natus, Judæum sub promissione fecerit libertatis, mancipiorum amissione mulctetur. Ille vero, qui de Christianis natus, Judæus factus est, si sub conditione fuerit manumissus, ut in ritu Judaico permanens habeat libertatem, talis conditio non valebit: quia injustum est, ut ei libertas maneat, qui de Christianis parentibus veniens, Judæicis vult cultibus adherere.

Cap. 20. De existentibus genere servilibus personis.

De genere servili id decrevimus observandum, ut descendens inde posteritas, ubicumque, quanvis post longa spatia temporum, repetiatur in loco, cui auctores ejus constat fuisse deportatos, te-

vocata Audiō Sacerdotis, in ea, quæ constituta est à defunctis, conditione permaneat. Cui præcepto si quis secularium, humanæ cupiditatis impulsu, crediderit obviandum, quousque se corrigat, ab Ecclesia suspendatur.

Cap. 21. De facientibus in agro suo oratorium.

Si quis in agro suo aut habet, aut possidet habere diocesim, primum & terras ei deputer sufficienter, & Clericos, qui ibidem sua officia impleant, ut factis locis reverentia condigna tribuatur.

Cap. 22. De agellis Sacerdotum.

Quisquis agellum Ecclesie in diem vite suæ à quocumque Sacerdote, cui potestas est, acceperit possidendum: quæcumque ibi profecerit, alienandi nullam habeat potestatem; nec sibi parentes sui ex ea re aliquid existiment vendicandum.

Cap. 23. De substituendo Anistite.

De substituendo Anistite, si fortassis mora extiterit, & voluntas decessoris ante fuerit reserata, quam successor accedit Ecclesie, non impediatur successorem.

Si quispiam Clericorum aliquid de facultate illa præsumserit, in potestate sit adveniēti Episcopi, utrum audire, aut testere decessoris sui debeat voluntatem, nec Ecclesie in objecto veniant tempora legibus constituta, dum non extiterit persona, quæ de utilitate Ecclesie cogitaret.

Capit. 24.

Si quis Episcopus alterius Ecclesie Clerico de facultatibus suæ Ecclesie aliquid sub titulo quocumque donaverit, post ejus obitum qui acceperit, ad Ecclesie jus, de cujus facultate discesserat, revertatur; quia iniquum est, ut sub hæc specie, damnum Ecclesie quæ multis subvenit, pariatur.

Cap. 25. Ut quæ statuta sunt, observentur.

Quæ propter (auxiliante Domino) quæ synodus sancta constituit, decernimus, ut à cunctis fratribus hæc definitio sancta conservetur.

Expliciunt Canones Synodi Aurelianensis. IV.

TURONICA II. SYNODUS

Circa tempora PELAGII I. Papa, est provincialis.

Additio F. S.

Item Turon. Synodum alii ponunt tempore Joannis Papæ 3. an. 570.

Proœmium.

Ecclesiasticæ disciplinæ debet esse suffragium congregatio Sacerdotum: nec aliud erit suæ sollicitudinis tam peculiare conferbere, quam quod ad fundamentum religionis proficere. recognoverit, operari non cesset, ut, cum pastoralis cautela propagatur in ovilis custodia, paucorum veneranda decreta sint salutis publicæ documenta. Et quo-

niam, quod omitti non decet, oportet implete, præsertim cum cujus animarum intellectualium (de quibus Deo cura est) forma processit, ejus traditionis lex ad Pontifices manavit; necesse est vigilantissimè providere repulsò torpore, ut quicquid ab antiquis Patribus statutum, de tramite Canonico quarundam personarum temeritate cernitur imminutum, revocandum est in statum pristinum, ut possint male admittenda corrigi, & non admittenda damnari. Magna est enim in ipsa severitate pietas, per quam tollitur pec-

Turonica
Synodus.
Verius sub
Joanne III.
Papa. An.
D. 570.

peccandi facultas. Nam ubi insana libertas generat vulnera, Sacerdotalis distributio dat medelam. Quapropter (Christo auspice) in tironica civitate, Concilio concordante, juxta convenientiam gloriosissimi Domini Arithberti Regis anuentis, coadunati pro pace & instructione Ecclesie, oportunum credidimus, subter annexa decreta conficere, & subscriptionibus propriis roborare, ut retundantur noxia propagentur optata, ne taciturnitate silentii vitiosorum criminum nutrirı videretur licentia, non abscindi: & quae oportuna erant pro qualitate temporis adjici, non paterentur negligi, sed procurerentur impleri.

Canon primus.

4. Ideo placuit, propter caeleste illud ^{ne} ^{mal.} mandatum: *Pacem meam do vobis &c.* ut Pontificalis affectus inter consecratos inviolabiliter conservetur. Verum si pro peccatis (ut assolent) ex causa livor emerferit, ut pendente certamine sibi invicem reconciliati non possint; electis ab utraque parte fratribus, id est, Presbyteris, praeponderante dulcedine, litis jacula siniant, & vota pacis acquirant.

Canon 2.

Ut Corpus Domini in altari, non in armario, sed sub crucis titulo componatur.

Aditio F. S.

In tomis Conciliorum, ac etiam in Summa Coriolani, sic iste canon hic secundus, alias tertius, legitur: *Si corpus Domini in altari, non in imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur.* Per eum autem prohibetur, ne corpus Domini ponatur inter sacras imagines super Altare poni solitas, jubereturque, ut sub ipsa cruce, quae in medio altaris poni consuevit, componatur. Illis temporibus (ut ex actis S. Basilii, quae nomine Amphilochei inscripta habentur, patet) servabatur Eucharistia intra columbam argenteam; & ea fortassis occasione quorundam temeritas fuit, ut inter imagines collocaretur in altari.

Canon 3. Ne laici in Ecclesia clericis miscantur.

Ut laici secus altare quod sancta mysteria celebrantur, inter clericos tam ad vigiliis, quam ad Missas stare penitus non praesumant: sed pars illa, quae a cancellis versus altare dividitur, choris tantum psallentium pateat Clericorum. Ad orandum & communicandum, laicis & foeminis (sicut mos est) pateant sancta sanctorum.

Canon 4.

Ut unaquaeque civitas pauperes, & egenos incolas alimentis, congruentibus pascat secundum vires, ut tam vicini Presbyteri, quam cives omnes suum pauperem pascant: quod fiet, ut ipsi pauperes per civitates alienas non vagentur.

Canon 5.

Ut nullus clericorum vel laicorum, praeter Episcopos, epistolia facere praesumat.

Canon 6.

Ut Episcopus nec Abbatem, nec Archiepresbyterum sine omnium suorum compresbyterorum & Abbatum consilio, de loco suo praesumat ejicere, neque per praemia alium ordinate: nisi factis Concilio tam Abbatum, quam Presbyterorum suorum, quos culpa aut negligentia ejecit, cum omnium Presbyterorum consilio resutentur.

Canon 7. Ne clericis familiaritate extraneorum mulierum utatur.

De familiaritatibus mulierum licet crebrius sit in Canonibus replicatum, attamen necesse est, ut (sicut secta virgulta) quae male pullulaverant, rursus fidei falce succidantur, atque etiam radicibus eruantur: nullus ergo deinceps clericorum pro occasione necessitatis faciendae vestis, aut causae ordinandae domus, extraneam mulierem in domo sua habere praesumat. Et cum jubeamur viduum aut vestitum, artificiosum quzerere, & manibus propriis laborare; quid opus est in domo serpentem includere pro veste,

quæ multifortem vellem non propterea, deponit ut nudetur, sed ut se gratiorem dum removetur, ostendat?

Canon 8.

* Episcopus conjugem, ut sotorem habeat; & ita sanctæ gubernatione gubernet domum omnem, tam Ecclesiasticam, quam propriam, ut nulla de eo suspicio quaquâ ratione consurgat. Et licet (Deo propitiò) clericorum suorum testimonio justus vivat, quia cum illo tam in cella, quam ubicumque fuerit, secum habitent, eumque Presbyteri, & Diaconi, vel deinceps clericorum turba juniorum (Deo adjutore) conservent; sic tamen propter zelotem Deum nostrum tam longè abhinc manserit, ut non inquitate divisi, ut nec hi, qui ad spem recuperandam clericorum servitute nutriuntur, famularum propinquâ contagione polluantur.

* *Intellige hunc Canonem iuxta usum Orientalis Ecclesie, in qua conjugatus promovebatur ad Sacerdotium.*

Canon 9.

Episcopum Episcopam non habentem, nulla sequatur turba mulierum, licet salvetur vir per mulierem fidelem, sicut & mulier per virum fidelem, ut Apostolus ait. Nam ubi talis custodia necessaria non est, quid est necesse, ut miseria prosequatur, unde fama consurgat? Habeant ministri Ecclesie, utique Clerici qui Episcopo serviunt & cum custodire debent, licentiam, extraneas mulieres de frequentia cohabitationis ejicere.

Canon 10.

Et ne occasio famam laerer honestatis, quia aliqui laici, dum diversa peccant adulteria, hoc quod de se sciunt, in aliis suspicantur, sicut ait Seneca pessimum in eo vitium esse, qui in id, quò insanit, ceteros putat furere: Ut ergo ipse sinistra existimationis aditus amputetur, nullus Sacerdotum, aut Monachorum colligere alium in lecto

suo presumat. Neque liceat monachis cellas habere communes, ubi aut bini maneant, aut singulares reponi possint; sed schola labore communi construatur, ubi omnes jaceant, aut Abbat, aut Præpositò imminente; ut dum duo vel tres vicissim & legant, & exuberent, alii consolentur; ut non solum sit custodia corporum, sed & surgat pro lectione assidua præfectus animarum.

Canon 11.

Si qui in monasterio conversi sint, aut converti voluerint, nullatenus exinde habeant licentiam evagandi; nec (quod absit) ullus eorum conjugem ducere, aut extraneum mulierum familiaritatem habere. Nam (sicut supra dictum est) si uxorem duxerit, excommunicetur, & de uxoris malè sociatæ consortio, etiam Judicis auxilio separetur. Quid si Judex ad hoc solatium dare noluerit, excommunicetur. Qui infelix Monachus tali conjunctione foedatus, si per eujuscumque patrocinium se conatus fuerit defendere, & is, qui in hac pertinacitate petdurat, & illi qui eum exceperint ad defendendum, ab Ecclesia segregentur, donec revertantur ad septa monasterii, & indictam ab Abbate, quamdiu præceptum ei fuerit, agat poenitentiam.

Canon 12.

Mulier intra septa monasterii nullatenus introire permittatur. Si Abbas in hac parte, aut Præpositus negligens apparuerit, qui eam viderit, & non statim ejecerit, excommunicetur.

Canon 13.

De jejuniis verò, antiqua à Monachis instituta servantur, ut de Pascha usque ad quinquagesimam, exceptis Rogationibus, omni die fratribus prandium præparetur. Post quinquagesimam tota hebdomada exactè jejunent. Postea usque ad Calen. Augusti, ter in septimana jejunent, secunda & quarta & sexta die, exceptis his, qui aliquâ infirmitate con-

Episcopus in domo, ac illas habere debet iuxta bonam conversationis rationem.

Deposita.

Episcopus mulieres prolequi non debent. 1. Cor. 7.

Duo clerici, ut duo monachi in uno strato cubare non debent.

Monachi non letentur.

Mulierem monasterium non introire.

De electione.

Strati.

Antiph. sunt. In Augusto, quia quotidie Missæ sanctorum sunt, prandium habeant. In Septembri toto & Octobri, & Novembri (sicut prius dictum est) ter in septimana: Decembri usque ad Natalem Domini omni die jejurent. & quia inter Natalem Domini & Epiphaniam omni die festiuitates sunt, itemque præcedunt. Excipitur triduum illud, quò ad eandem Gentilium consuetudinem, Patres nostri statuerunt privatas in Calen. Januarii fieri Litanias, ut in Ecclesia psallatur, & hora octava in ipsis Calendis circumcisiois, Missa (Deo propitiò) celebretur. Post Epiphaniam verò usque ad quadragesimam non in septimana jejurent.

Canon 14.

Itemque pro reverentia Domini Martini, vel cultu ac virtute, id statuimus observandum, ut tam in ipsa basilica sancta, quam in Ecclesiis nostris, ille psallendi ordo seruetur: ut in diebus festis ad matutinum sex Antiphonæ binis psalmis explicentur. Toto Augusto, manicationes sunt, quia festiuitates sunt & Missæ Sanctorum. Septembri, septem Antiphonæ explicentur, binis psalmis. Octobri, octo ternis psalmis. Novembri, novem ternis psalmis. Decembri, decem ternis psalmis. Januariò & Februariò, itidem usque ad Pascha Sed ut possibilitas habet, qui faciat amplius pro se, & qui minus ut potuerit; superest, ut vel duodecim psalmi expediantur ad matutinum, quia Patrum statuta præceperunt, ut ad sextam sex psalmi dicantur cum Alleluia, & ad duodecimam duodecim, itemque cum Alleluia, quod etiam (Angelò ostendente) didicerunt. Si ad duodecimam duodecim psalmi, cur ad matutinum non itemque vel duodecim explicentur? Quicumque minus quam duodecim psalmos ad matutinum dixerit, jejuret usque ad vesperam, panem cum aqua manducet, & non illi sit altera in illa die ulla refectio. Et qui hoc facere

contempserit, una hebdomada panem cum aqua manducet, & jejuret omni die usque ad vesperum.

Canon 15.

Archipresbyteri verò vicani, & Diaconi, & Subdiaconi, non quidem omnes, sed plures in hac suspitione tenentur a populo quòd cum conjugibus suis manent. Pro qua re hoc placuit observare, ut quoriescumque Archipresbyter, seu in vico manserit, seu ad villam suam ambulaverit, unus lectorum Canonicorum suorum, aut certus aliquis de numero Clericorum cum illo ambulet, & in cella, ubi ille jacet, lectum habeat pro testimonio.

Archipresbyteri conjugati, sine testimonio clericorum dormire non debent.

Canon 16.

Enimvero, quoniam cognovimus nonnullos inveniri sequepedas erroris antiqui, qui Calendas Januarii colunt (cum Janus homo Gentilis fuerit, rex quidem, sed Deus esse non potuit), quisquis ergo unum Deum Patrem regnantem cum Filio & Spiritu sancto credit, certè hic non potest integer Christianus dici, quia aliqua de gentilitate custodit. Sunt etiam qui in festiuitate cathedræ Domini Petri Apostoli cibos mortuis offerunt, & post Missas redeunt ad idòtas proprias, ad Gentilium revertuntur errores, & post corpus Domini, factatas demant escas accipiunt. Contestamur, illam sollicitudinem tam Pastores quam Presbyteros gerere, ut quemcumque in hac fatuitate persistere viderint, vel nescio ad quas petras, aut arbores, aut ad fontes (designata loca Gentilium) perpetrare quæ ad Ecclesiæ rationem non pertinent, eos ab Ecclesiâ sancta, autoritate repellant, nec participare sancto altario permittatur, qui Gentilium observationes custodiunt. Quid enim demonibus cum Christo commune, cum magis, sumendo iudicium, delicta videantur addere, quam purgare?

De Calend. Januarii.

De cathedr. S. Petri.

Canon 17.

Et licet Ambrosianos habeamus hym-

De hymnis recipiend.

nos in Canone, tamen, quoniam reliquorum sunt aliqui, qui digni sunt forma cantari, volumus libenter & amplecti eos, præter ea quorum auctororum nomina non fuerint in limine prænotata; quoniam quæ fide constiterint, dicendi rationi non obstant.

Canon 18. De peruersibus rerum Ecclesiasticarum.

Placet itaque, ac omnibus nobis conuenit obseruare, ut quia nonnulli memores sui per quaslibet Scripturas, pro captu animi, de facultatibus suis, Ecclesiis aliquid contulisse probantur, quod à diuersis Deum minùs timentibus, catenus mortiferâ calliditate tenetur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam; nec inueniri corde possunt diem iudicii, dum nimis cupiditatis delectantur ardore. Quicumque ergo immemor interitus sui, res Ecclesiis delegatas iniuste possidens, præsumpserit retinere; & veritate contempta, res Dei, seruis ejus dissimulaverit reformare, ab omnibus Ecclesiis segregatus, à sancta communione habeatur extraneus, nec aliud mereatur habere remedium, nisi culpam propriam rerum emendatione purgaverit. Indignè enim ad altare Domini properare permittitur, qui res Ecclesiasticas, & auder rapere, & iniuste possidere iniquâ defensione perdurat. Necatores enim pauperum iudicandi sunt, qui eorum taliter alimenta subtraxerint. Sacerdotalis tamen debet

esse provisio, ut vindictam ademptio manifestè præcedat; ut res usurpata si iniuste quis tulerit, adhibitâ æquitate restituar. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, postea prædonem, Sacerdotalis distinctio maturata percellari neque quisquam per interregna res Dei defendere nitatur, quia Dei potentia eunctorum regnorum terminos singulæ dominatione concludit.

Canon 19. De Iudicibus qui pauperes opprimunt.

Ut Iudices aut potentes qui pauperes opprimunt, si commoiti à Pontifice suo se non emendaverint, excommunicentur.

Canon 20.

Cauta enim est in salute provisio, ad effugiendam culpam delicti, aditum delinquendi repellere. Nullus Episcoporum de ordinationibus clericorum præmia præsumat exigere: quia non sacrilegium, sed hæreticum est (sicut in dogmatibus Ecclesiasticis habetur insertum) ad ordinandum clericum per ambitionem (ad imaginem Simonis Magi) pecuniam offerre Sacerdoti. Quia dicitur: *Gratiam accepisti, gratis date.* Et cum talis sit, qui gratiam Dei à Sacerdote æstimat pretiò comparari, qualis ille, qui vendidit; uterque usque ad Synodum ab Ecclesia segregetur.

Expliciuunt Canones II. Synodi Turonens.

Iste Canon habetur in...
ta in Pari-
iensi Sy-
nodo 1. in
1. cap.

Socin-
tiam
pau-
negi-
dant

Adm

CONCILIUM
PARISIENSE I.

Verbis tempore Joannis Papae III circa An. D. 559. Vide Bignum to. 2. p. 2 ubi etiam dicitur Conc. Parisiens. III.

Circa tempora PELAGII Papa primi, estq; provinciale. Coniuncti in unum (Christo opitulante) Parisiis pro utilitatibus Ecclesiarum (unde non leviter rationem sumus quandoque reddituri) inquam diuina pietas virtutem dare dignata est, tentavimus salubri consideratione prospicere, ne dum periculosa abusione ordinatio superna negligitur, in nobis aliorum crimina vindicentur.

Cap. 1.

Itaque placet, ac omnibus nobis convenit observare, ut quia nonnulli memores sui, &c.

In isto cap. agitur contra raptos, & injustos possessores rerum Ecclesiasticarum. Est idem, quod habetur in secunda Synodo Tutonenf. cap. 18.

Cap. 2.

Et quia Episcoporum res proprias Ecclesiarum esse noscuntur, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate grassatum, peravesores rerum memoratarum, Canonum districtione feriuntur, ut dum vindicta corrigit, qui nec moribus propriis, ac nulla conscientiae castigatione corripitur, saltem regulae obtundatur aculeis: perpetuo enim anathemate feriatur, qui res consilare, aut contempere, aut pervadere periculosa inquisitione praesumpserit.

Cap. 3.

Et quia exempla boni operis a Pontificibus debent primum (Christo opitulante) procedere: nullus Episcopus res competas alienas: aut si competitas aut a se, aut ab antecessore suo, forte quis possedit, domino proprietatis possessionem propriam absque praesudicio liberalitatis

regiae, integrâ reformatione restituat; ut quia Deus dona reprobat iniquorum, non ad iudicium suum, Ecclesiae res exteras derelinquat.

Cap. 4.

Sacratum etiam virginum, neque per raptum, neque per competitiones aliquas quisquam conjugia fortiat. Similiter de earum eric conjunctionibus abstinendum (& hi qui eas rapere aut competere voluerint, a communione sunt removendi) quae vestium commutatione tam viduae, quam puellae, religionem, poenitentiam, aut virginitatem publicâ declaratione fuerint professae. Quod si contra dicta quae venerit, & Sacerdotem suum audire neglexerit, & in praesenti a communione Catholicae Ecclesiae habeatur extitans, & perpetuo anathemate ferietur.

De sanctimonialium raptorum indecenti copula.

Cap. 5.

Et quia universis Sacerdotibus ita convenit, ut si quis de eis pro contemptu Canonum, aut pervasione rerum Ecclesiasticarum, a communione Ecclesiae aliquem fortasse suspenderit, a nullo penitus Episcopo recipi praesumatur. Quod si factum fuerit, is qui eum contra indicta receperit, & a fratrum suorum eric concordia separatus, & aeterni Iudicis in-

Excommunicatus, ab aliis colligi non debet.

futu-

fururum (ut confidimus) iracundiam sustinebit.

Cap. 6.

De ordina-
tione Epi-
scoporum.

Et quia in aliquibus rebus consuetudo prisca negligitur, ac decreta Canonum violantur, placuit, ut juxta antiquam consuetudinem, Canonum decreta seruentur. Nullus civibus in vicis ordinetur. Episcopus, nisi quem populi, & clericorum electio plenissimam quaesierit voluntate; non Principis imperio, neque per quamlibet conditionem contra Metropoles voluntatem vel Episcoporum comprovincialium ingeratur. Quod si per ordinationem regiam honoris sui culmen pervadere aliquis nimiam temeritate presumpserit, a comprovincialibus loci ipsius, Episcopus recipi nullatenus mereatur, quem indebitè assumptum agnoscunt. Si quis de comprovincialibus recipere eum contra indicta presumpserit, sit a fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omnium charitate remotus. Nam de actis ordinationibus Pontificum ita convenit, ut conjuncti Metropolitanus eum suis comprovincialibus Episcopis, vel quos vicinos Episcopos eligere voluerint, in loco

ubi convenierit, juxta antiqua statuta Canonum, omnia communi consilio & sententia decernantur.

Cap. 7.

De generibus servis, qui sepulchris defunctorum pro qualitate ipsius ministerii deputantur, hoc placuit observari, nempe ut sub qua ab actoribus fuerint conditione dimissi, & sive hæredibus, sive Ecclesie pro defensione fuerint deputati, voluntas defuncti circa eos in omnibus debeat conservari. Quod si Ecclesia eos de Fiscis defensionibus in omni parte defendiderit, tam illi, quam posteri eorum, Ecclesie defensione in omnibus potiantur, & occursum impendant. Et quia huic definitioni cuncti fratrum interesse minimè potuerunt, hoc omnis congregatio Sacerdotum (Christo propitiante) decrevit, ut constitutio præsens a quavis oblata fuerit, subscriptionibus eorum debeat probari; quatenus in hoc quod ab universis observandum est, universitas debeat consentire.

Explicunt Canones Patiensis
Synodi I.

Concilium
Aurelianense V.

CONCILIUM

AURELIANENSE V.

Circa tempora PELAGII I. Papa celebratum est.

Additio F. 3.

Istud Concilium 5. Aurelian. alii ponunt celebratum an Domini 552. Pontificatus Vigiliis 16.

PRÆFATIO.

Ad Divinam gratiam referendum est,

cum vota Principum concordant animis Sacerdotum: ut dum sit Pontificale Concilium, normam vivendi teneat recapitulatio antiqua Canonum, ut locus & tempus, quia est in quibuscumque titulis veteribus, adhærens nova constitutio functionum. Igitur clementissimus Princeps, triumphorum titulis investitus

hinc

sanctus Dominus Childebertus, cum pro amore sacrae fidei, studio religionis, in Aurelianensium urbem congregasset in unum Domini Sacerdotes, cupiens ex ore Patrum audire, quod sacrum est, & quod pro Ecclesiastico ordine, autoritate promoveretur pastorali, & quod adveniendis sit norma, & presentibus sit disciplina; quae conveniat a presenti tempore in posterum custodiri (praesente D. d.) signanter est titulis praenotatum.

Cap. 1.

Primum itaque, nefarias sectas Eutycheis, & Nestorii, quas Sedes Apostolica sancta condemnat, similiter & nos easdem cum suis authoribus & sectatoribus execrantes, praesentis constitutionis vigore anathematizamus & damnamus, Apostolicum fidei ordinem in Christi ordine praedicantes.

Cap. 2.

Nullus Sacerdotum quemquam rectae fidei hominem, pro pravus & levibus causis, a communione suspendat; praeter eas culpas, pro quibus antiqui Patres ab Ecclesia arceri iusserunt committentes.

Cap. 3.

Ut nullus & Episcopatum per praemia, aut comparatione liceat adipisci, sed voluntate Regis, juxta electionem cleri aut plebis; (sicut in antiquis Canonibus continere scriptum) consensu cleri ac plebis, a Metropolitano, vel quem vice sua miserit, cum comprovincialibus, Pontifex consecratur.

Cap. 4.

Item (juxta quod antiqui Canones decreverunt) nullus invitis detur Episcopus; sed nec per oppressionem potentium personarum ad consensum faciendum cives aut clerici (quod dici nefas est) inclinentur. Quod si factum fuerit, ipse Episcopus, qui magis per violentiam, quam per decretum legitimum ordinatur, ab indepto Pontificatus honore in perpetuum deponatur.

Cap. 5.

Nulli viventi Episcopo alius superponatur, aut superordinetur Episcopus, nisi forsitan in ejus loco, quem culpa capitalis dejecerit.

Cap. 6.

Quotumque puellae, seu propriae voluntate monasterium expetunt, seu a parentibus offeruntur, annum in ipsa veste, qua intraverint, permaneat. In his vero monasteriis, ubi non perpetuo tenentur inclusae, triennium in ea, qua intraverint veste permaneat, & postmodum, secundum statuta monasterii ipsius, in loco, quo elegerint permanere, vestimenta religionis accipiant. Quae si deinceps sacra relinquentes loca, propositum sanctum seculi ambitione transcenderint, illae, quae in domibus propriis tam puellae quam viduae commutatis vestibus conversantur, cum his, quibus conjugio copulantur, Ecclesiae communionem priventur.

Cap. 7.

Id etiam miserationis intuitu equum duximus custodiri, ut qui pro quibuscumque culpis in carceribus detinentur; ab Archidiacono, seu postposito Ecclesiae diebus singulis Dominicis requirantur: ut necessitas vincitorum secundum preceptum divinum misericorditer subleventur, atque a Pontifice instituta fidei & diligenti personae quae necessaria provideat, competens victus de dono Ecclesiae tribuatur.

Cap. 8.

Et licet (propositio Deo) omnium Domini Sacerdotum, vel quorumcumque fidelium haec cura possit esse, ut egentibus necessaria debeant ministrari: specialiter tamen debilibus in pietatis causa convenit, ut unusquisque Episcoporum, incolis, quos infirmitatem incurrisse, tam tertorii sui, quam civitatis, agnovet, de domo Ecclesiae, juxta possibilitatem, victui & vestitui necessaria subministret; ut non eis desit misericordiae cura quas

De oblatione puellarum in monasteriis.

Qui in carcerebus continentur, ab Archidiacono diebus Dominicis requirantur.

De sollicitudine infirmorum vel sustentatione.

210 SUMMA DECRET. JOAN. III. ET BENEDICT. I. PP.

per duram infirmitatem intolerabilis constringit inopia.

Cap. 9.

Hic Canon erat renovandus.

Nullus ex laicis, absque annua conversatione præmissâ, Episcopus ordinetur, ita ut intra anni ipsius spatium à doctis & probatis viris disciplinis & regulis spiritualibus plenius instituantur. Quod si hoc quisquam Episcoporum transgredere quâcumque conditione præsumpserit, annò integrò ab officio, vel charitate fratrum habeatur extraneus.

Cap. 10.

Qui facultates Ecclesie subtrahunt, puniuntur.

Ne cui liceat res, vel facultates Ecclesie, aut Monasteriis, vel Xenodochiis pro quâcumque elemosyna cum iustitia delegatas retentare, alienare, atque subtrahere. Quod si quis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum Canonum sententiis constrictus, ab Ecclesie liminibus excludatur, quamdiu ab ipso, ea quæ sunt ablata vel retenta, reddantur.

Cap. 11.

Nullas Ecclesie oblate auferre præsumat.

Quisquis etiam ad majorum, aut mediocrium personarum, quodcumque muneris, vel facultatis Sacerdotibus, aut Ecclesiis, aut quibuslibet locis Sanctorum, studio mercedis cum iustitia pro Dei contemplatione contulerit, & hæc ipsa, quæ à parentibus donata noscuntur, postmodum quis auferre præsumpserit, superiori sententiâ, ut necator pauperum, communionem privetur.

Cap. 13.

De annua evocatione Concilii.

His quoque (Deo propitiò) constitutis, quod præcipue in omnibus Patrum Conciliis habetur scriptum, congruâ definitione sancimus, ut intra anni circulum unusquisque Metropolitanus, Episcopus, junctis in unum locum, comprovincialibus suis, intra provinciam suam studeat habere Concilium: ut aut si qua accesserint, charitatis emendentur studio, aut si pax regalis, vel disciplina in cunctis permanserit, gratias Deo referant. Hæc ergo unanimiter definita servantes, etiam præteritorum statuta Canonum his decerni-

mus, ut inconvulsa universa serventur.

Finis Aurelianens. Concilii V.

Decreta Joannis III. Pape.

JOANNES III. natione Romanus, de parte Anastasio illustri, sedit annos 12. Jun dies 17. Fuit temporibus Justiniani Imperatoris. Hic Pont. ædem Apostolorum Philippi & Jacobi, à Vigilio inchoatam, absolvit; & Narseti eunucho amici simus fuit, eique consulum impetravit. Prodigiosam etiam tempestatem perturbacionibus & annis plenus superavit.

An. 1
Jun
Fon
Tom
huj
men
Jun
pon

Extat ejusdem epistola decretalis ad universos Episcopos per Germaniæ & Galliz provincias constitutus, in qua,

Primò damnat Choræpiscopos, quomodò damnati sunt à Damaso, & Leone, & à Concilio Neocæsariensi.

Secundò tradit, quòd Clemens post Petrum Sedem Apostolicam & potentiam Pontificalem tenuit, & id factum est tradente sibi B. Petro Aposto. d.

Cap
9.1

Tertiò demonstrat, quantò labore, quantisque vigiliis intendere debet, qui pascit oves Christi, quod fufius habetur in epistola Leonis, & Damasi IV.

Decreta Benedicti I. Pape.

BENEDICTUS I. natione Romanus, ex patre Bonifacio, sedit annos 4. mensum 1. dies 28. Hujus temporibus gens Longobardorum totam Italiam invasit, simulque & fames nimia, ut etiam multitudo cattorum se tradiderit Longobardis, ut temperare posset inopiam famis. In istis laboribus, & afflictionibus positus Benedictus Papa, mortuus est.

An.
Ben
Fon
Fon
ne
1
Jun

Extat epistola decretalis ad Episcopum David, qui per litteras significaverat Apostolicæ Sedi, esse quosdam intra provinciam Bœoticam, qui dicerent, neminem veraciter posse prebete, Trinitatem unitatem fieri, neque tres unum, neque unum in tribus posse quemquam præcipue approbare. Hos longa disputatione confundit

Hic
plu
ant

cesti

testimoniis veteris ac novi Testamenti. Quæ omnia habentur in epistola prima decretali Alexandri Papæ I.

Primum est Efaiz 6. *Vidi Dominum Sabaoth, &c. & Seraphim stabant in circuitu eius, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.* Quia Trinitas est, tertio *Sanctus* dixerunt: quia unitas est, sub trini repetitione, unum Deum ac Dominum intimarunt.

Secundum, Exodi 34. *Domine, Domine, Domine, miserator, misericors, &c.*

Tertium, Genes. 8. *Abraham sedens ad illicem Mambra, tribusq; occurrens, uni dixit: Domine &c.*

Quartum, Efaiz 37. *Domine, Deus Sabaoth, Deus Israël, qui sedes super Chermelium &c.*

Item illud 2. Reg. 7. *Domine, Deus omnipotens, Deus Israël, sermone tuo fidelis sunt &c.*

Item Matth. 28. Dominus discipulos suos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti uniuersas gentes misit baptizare.

Decreta Pelagii II. Pape.

5. 178
11.
64.
16811-
100-
1000-
12800-
PELAGIUS II. natione Romanus, sedit annos 12. menses 2. dies 27. tempore Iustini, Tiberii, & Mauriti Imperatoris. Hic absque Rom. Principis autoritate (contra consuetudinem) creatus est. Nihil enim tunc à clero in eligendo Pontifice actum erat, nisi Imperator approbasset. Sed Longobardis tunc Romam obsidentibus facultas mittendi Constantinopolim nulla fuit. Postea verò offensam, missò illic Gregorio, deprecatus est.

Extat decretalis epistola Pelagii, in qua primo desinit, generales Synodos non posse convocari nisi autoritate Apostolicæ Sedi, quantam Sedi B. Petri singulari privilegio hæc autoritas est tradita, & quia nulla unquam Synodus rata legitur, quæ Apostolicâ autoritate non fuerit fulta. Hoc desinit contra Jo-

annem Constantinopolitanum Episcopum, qui intentarat Concilium quoddam generale convocare.

In eadem epistola adjecit: *Orate fratres, ut honor Ecclesiasticus vestris diebus non eracuetur, neque unquam Romana Sedes (que institente Domino Caput est omnium Ecclesiarum) privilegio suis usquam careat, aut spolietur.*

In eadem sic: Majores verò & difficiles quæstiones (ut sancta Synodus statuit, & beata consuetudo exigit) ad Sedem Apostolicam semper referantur, &c.

Extat secunda epistola decretalis ejusdem de mutatione Episcoporum; in qua Benigno Arch-episcopo respondet, sic dicens: Exigit ergo dilectio tua consulta Sedis Apostolicæ, si licitum foret Episcopum transire, aut mutare de civitate in civitatem, cum quidam Canones (ut tibi videtur) hoc fieri prohibeant. Significasti etiam litteris tuis, quendam fratrum, nomine & actu Dei servum, causâ utilitatis te velle mutare in locum & civitatem defuncti, licet quidam dicant hoc fieri non licere, nisi consensum Apostolicæ Sedis habuisses. Quapropter scias, Frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis & utilitatis, & aliud præsumptionis, ac propriæ voluntatis. Non ergo mutat Sedem, qui non mutat mentem, id est, non avaritiæ causâ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, aut delectationis suæ migrat de civitate ad civitatem, sed causa necessitatis & utilitatis mutatur. Nam plurimorum utilitas unius utilitati aut voluntati præferenda est. Aliud est enim mutare, & aliud mutari. Quod enim in Canonibus legitur, non debere Episcopum de civitate in civitatem transire, non de his dicitur, qui aut vi expulsi, aut necessitate coacti, autoritate majorum hoc agunt, sed de his qui avaritiæ ardore inflammari sponte sua profluunt, & potius ambitioni, quam utilitati Ecclesiæ servire, & ut dominationem agant, insistere cupiunt.

D. 17. Muri denuo.

Quibus causis possit mutari Episcopus de una civitate ad aliam.

D. 7. qu. 8. Scias fratres.

Cap. 2.

met- **ocle-** Ea verò mancipia, quæ memoratus, de jure Ecclesiæ sublata, suis proximis conculit, si similia de proprio suo, Ecclesiæ ipsi non compensavit, Ecclesiæ absque aliqua oppositione accipiat.

Cap. 3. De clericis, cum quibus mulieres cohabitant.

1: Se. **1 Con.** **Tole-** Inter cætera verò hoc definitum à nobis est, pro abolendis maculis clericorum, secundum edictum Concilii Toletani, ut si Presbyteri, Diaconi, vel Clerici, consortia extranearum sceminarum, vel ancillarum familiaritatem, per Sacerdotis sui admonitionem à se minus removerint, seculi Judices easdem mulieres (cum voluntate, & permissu Episcopi comprehensas) in suis lucris usurpent, ut

vitium hoc, dum Sacerdos inhibere non prævalet, potestas judicialibus coëctar, datò tamen ab eisdem judicibus Sacramentò Episcopo, ut eas Clericis nullâ arte restituatur. Quòd si restituerint, ipsi Judices sententiâ excommunicationis feriantur. Mulieribus verò illis, juxta priorès Canontès à Sacerdotibus distractis, pretium eartum indigentibus dispensetur.

Quæ statuta, manu nostrâ subscripsi. **Subscripsi**
 mus; data ad sanctitatem vestram, die 2. Nonas Novembris, anno 5. gloriosò Domini nostri Reccaredi Regis. **Ærâ. 618.**
 Leander Ecclesiæ sanctæ Hispanensìs Episcopus, hanc constitutionem confirmavi & subscripsi. Joannes Episcopus Agragensis &c.

CONCILIUM

TOLETANUM III.

Concilium
 Tolet. III
 An. D. 585

Sub PELAGIO II. Papa, in quo Arii hæresis in Hispania condemnatur, Mausonâ Emeritano Episcopo.

Adiit F. S.

Celebratur est anno Domini 585.

PREFATIO.

IN nomine Domini Jesu Christi, annò quartò, regnante gloriosissimò atque piissimò, & Devotissimò Reccaredò Rege, die octavo kalendarum Majorum, **Ærâ. 617.** hæc sancta Synodus habita est in sancta civitate regia Tolertana ab Episcopis totius Hispaniæ, & Galliæ, qui inscripserunt.

Cap. 1.

Cum pro fidei suæ sinceritate idem gloriosissimus Princeps omnes regionis

sui Pontifices in unum convenire mandasset, ut tam de ejus conversione, quam de gentis Gothorum innovatione in Domino exultarent, & divinæ dignationi pro tanto munere gratias agerent, memoratus sanctissimus Princeps sic venerandum Concilium alloquitur: "Non incognitum reor esse vobis, dissimulanti Sacerdotes, quòd staurandam disciplinæ Ecclesiam, ad nostræ Vos Sententiæ evocaverim: & verò temporibus hæresis in tota Ecclesiæ Catholica agere negotia denegabat, Deus cui per nos ejusdem hæresis am-

Alloquitur
 Reccar
 ad C
 lium.

vocata Audiō Sacerdotis, in ea, quæ constituta est à defunctis, conditione permaneat. Cui præcepto si quis secularium, humanæ cupiditatis impulsu, crediderit obviandum, quousque se corrigat, ab Ecclesiâ suspendatur.

Cap. 21. De faciendis in agro suo oratorium.

Si quis in agro suo aut habet, aut postulari habere dicecessum, primùm & terras ei deputer sufficienter, & Clericos, qui ibidem sua officia impleant, ut factatis locis reverentia condigna tribuatur.

Cap. 22. De agellis Sacerdotum.

Quisquis agellum Ecclesiæ in diem vitæ suæ à quocumque Sacerdote, cui potestas est, acceperit possidendum: quæcumque ibi profecerit, alienandi nullam habeat potestatem; nec sibi parentes sui ex ea re aliquid existiment vendicandum.

Cap. 23. De substituendo Anistite.

De substituendo Anistite, si fortassis mora extiterit, & voluntas decessoris ante fuerit referata, quam successor accedit Ecclesiæ, non impediatur successorem.

Si quispiam Clericorum aliquid de facultate illa præsumpserit, in potestate sit adveniens Episcopi, utrum audire, aut rejicere decessoris sui debeat voluntatem, nec Ecclesiæ in obsequio veniant tempora legibus constituta, dum non extiterit persona, quæ de utilitate Ecclesiæ cogitaret.

Cap. 24.

Si quis Episcopus alterius Ecclesiæ Clerico de facultatibus suæ Ecclesiæ aliquid sub titulo quocumque donaverit, post ejus obitum qui acceperit, ad Ecclesiæ jus, de cuius facultate discesserat, revertatur: quia iniquum est, ut sub hac specie, damnum Ecclesiæ quæ multis subvenit, pariatur.

Cap. 25. Ut que statuta sunt, observentur.

Quapropter (auxiliante Domino) quæ synodus sancta constituit, decernimus, ut à cunctis fratribus hæc definitio sancta conservetur.

Explicunt Canones Synodi Aurelianensis. IV.

Turonica
Synodus.
Verius sub
Joanne III.
Papa. An.
D. 570.

TURONICA II. SYNODUS

Circa tempora PELAGII I. Papa, est provincialis.

Additio F. S.

Item Turon. 2. Synodum alii ponunt tempore Joannis Papæ 3. an. 570.

Proœmium.

Ecclesiasticæ disciplinæ debet esse suffragium congregatio Sacerdotum: nec aliud erit suæ sollicitudinis tam peculiare conscribere, quam quod ad fundamentum religionis proficere cognoverit, operari non cesset, ut, cum pastoralis cautela propagatur in ovis custodia, paucorum veneranda decreta sint salutis publicæ documenta. Et quo-

niam, quod omitti non decet, oportet implete, præsertim cum cuius animarum intellectualium (de quibus Deo cura est) forma processit, ejus traditionis lex ad Pontifices manavit; necesse est vigilantissimè providere repulsò torpore, ut quicquid ab antiquis Patribus statutum, de tramite Canonico quarundam personarum temeritate cernitur imminutum, revocandum est in statum pristinum, ut possint malè admissa corrigi, & non admittenda damnari. Magna est enim in ipsa severitate pietas, per quam tollitur pcc-

peccandi facultas. Nam ubi insana libertas generat vulnera, Sacerdotalis districtio dat medelam. Quapropter (Christo auspice) in turonica civitate, Concilio concordante, juxta convenientiam gloriosissimi Domini Arithberti Regis amentis, coadunari pro pace & instructione Ecclesie, opportunum credidimus, subter annexa decreta conficere, & subscriptionibus propriis roborare, ut retundantur noxia propagentur optata, ne taciturnitate silentii vitiosorum criminum nutririi videretur licentia, non abscindi: & quae oportuna erant pro qualitate temporis adjici, non paterentur negligi, sed procurarentur impleri.

Canon primus.

Ideo placuit, propter caeleste illud mandatum: *Pacem meam do vobis &c.* ut Pontificalis affectus inter consecratos inviolabiliter conservetur. Verum si pro peccatis (ut assolere) ex causa livor emergerit, ut pendente certamine sibi invicem reconciliari non possint; electis ab utraque parte fratribus, id est, Presbyteris, praeponderante dulcedine, litis jacula sinant, & vota pacis acquirant.

Canon 2.

Ut Corpus Domini in altari, non in armario, sed sub crucis titulo componatur.

Aditio F. S.

In tomis Conciliorum, ac etiam in Summa Coriolani, sic iste canon hic secundus, alias tertius, legitur: *Si corpus Domini in altari, non in imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur.* Per eum autem prohibetur, ne corpus Domini ponatur inter sacras Imagines super Altare poni solitas, jubeturque, ut sub ipsa cruce, quae in medio altaris poni consuevit, componatur. Illis temporibus (ut ex actis S. Basilii, quae nomine Amphiloohii inscripta habentur, patet) servabatur Eucharistia intra columbam argenteam; & ea fortassis occasione quorundam temeritas fuit, ut inter imagines collocaretur in altari.

Canon 3. Ne laici in Ecclesia clericis miscantur.

Ut laici secus altare quod sancta mysteria celebrantur, inter clericos tam ad vigiliis, quam ad Missas stare penitus non praesumant: sed pars illa, quae à cancellis versus altare dividitur, choris tantum psallentium pateat Clericorum. Ad orandum & communicandum, laicis & foeminis (sicut mos est) pateant sancta sanctorum.

Canon 4.

Ut unaquaeque civitas pauperes, & egenos incolas alimentis, congruentibus pascat secundum vires, ut tam vicini Presbyteri, quam cives omnes suum pauperem pascant: quod fiet, ut ipsi pauperes per civitates alienas non vagentur.

Canon 5.

Ut nullus clericorum vel laicorum, praeter Episcopos, epistolia facere praesumat.

Canon 6.

Ut Episcopus nec Abbatem, nec Archiepiscopus sine omnium suorum presbyterorum & Abbatum consilio, de loco suo praesumat ejicere, neque per praemia alium ordinate: nisi factò Concilio tam Abbatum, quam Presbyterorum suorum, quos culpa aut negligentia eiecit, cum omnium Presbyterorum consilio resutentur.

Canon 7. Ne clericus familiaritate extraneorum mulierum utatur.

De familiaritibus mulierum licet crebrius sit in Canonibus replicatum, attamen necesse est, ut (sicut secta virgulta) quae malè pullulaverant, rursus fidei faeces succidantur, atque etiam radicibus eruantur: nullus ergo deinceps clericorum pro occasione necessitatis faciendae vestis, aut causa ordinandae domus, extraneam mulierem in domo sua habere praesumat. Et cum jubeamur viduum aut vestitum, artificiosè quætere, & manibus propriis laborare; quid opus est in domo serpentem includere pro veste,

quæ multiformem vellem non propterea, deponit ut nudetur, sed ut se gratiore m dum removeretur, ostendat ?

Canon 8.

* Episcopus conjugem, ut sororem habeat ; & ita sanctâ gubernatione gubernet domum omnem, tam Ecclesiasticam, quam propriam, ut nulla de eo sus spicio quaquâ ratione consurgat. Et licet (Deo propitiô) clericorum suorum testimoniô justus vivat, quia cum illo tam in cella, quam ubicumque fuerit, secum habitent, eumque Presbyteri, & Diaconi, vel deinceps clericorum turba juniorum (Deo adjutore) conferent; sic tamen propter zelotem Deum nostrum tam longè abhinc manserit propinquitate divisi, ut nec hi, qui ad spem recuperandam clericorum servitute nueriuntur, famularum propinquâ contagione polluantur.

Episcopus in domo, ac aliàs habere debet suæ bonæ conversationis testes.

Consuetudo.

* Intellige hunc Canonem in usum Orientalis Ecclesie, in qua conjugatus permovebatur ad Sacerdotium.

Canon 9.

Episcopum Episcopam non habentem, nulla sequatur turba mulierum, licet salvetur vir per mulierem fidelem, sicut & mulier per virum fidelem, ut Apostolus ait. Nam ubi talis custodia necessaria non est, quid est necessa, ut miseria prosequatur, ut de fama consurgat? Habeat nimirum Hæretici, utique Clerici qui Episcopo serviunt & eum custodire debent, licentiam, extraneas mulieres de frequentia cohabitacionis ejicere.

Episcopum mulieres protequi non debent. 1. Cor. 7.

Canon 10.

Et ne occasio famam laceret honestatis, quia aliqui laici, dum diversa per petrant adulteria, hoc quod de se sciunt, in aliis suspiciant; sicut ait Seneca pessimum in eo vitium esse, qui in id, quô insanit, ceteros putat furere: Ut ergo ipse sinistra existimationis aditus amputetur, nullus Sacerdotum, aut Monachorum colligere alium in lecto

Duo clerici, aut duo monachi in uno strato recumbere non debent.

suo præsumat. Neque liceat monachis cellas habere communes, ubi aut bini maneant, aut singulares reponi possint, sed schola labore communi constituatur, ubi omnes jaceant, aut Abbate, aut Præposito imminente: ut dum duo vel tres vicissim & legant, & exubent, alii consolentur: ut non solum sit custodia corporum, sed & surgat pro lectione assidua profectus animarum.

Canon 11.

Si qui in monasteriis conversi sint, aut converti voluerint, nullatenus exinde habeant licentiam evagandi, nec (quod abest) ullus eorum conjugem ducere, aut extraneam mulierum familiaritatem habere. Nam (sicut supra dictum est) si uxorem duxerit, excommunicetur, & de uxoris malè sociatæ consortio, etiam Judicis auxilio separetur. Quid si Judex ad hoc solatium dare noluerit, excommunicetur. Qui infelix Monachus tali conjunctione sedatus, si per ejuscumque patrocinium se conatus fuerit defendere, & is, qui in hac pertinacitate perdurat, & illi qui eum exceperint ad defendendum, ab Ecclesia segregentur, donec revertantur ad septa monasterii, & indictam ab Abbate, quamdiu præceptum ei fuerit, agat poenitentiam.

Monachi conjugio non capiuntur.

Canon 12.

Mulier intra septa monasterii nullatenus introire permittatur. Si Abbas in hac parte, aut Præpositus negligens apparuerit, qui eam viderit, & non statim ejecerit, excommunicetur.

Mulier sine monasterii non adeat.

Canon 13.

De jejuniis verò, antiqua à Monachis instituta servantur, ut de Pascha usque ad quinquagesimam, exceptis Rogationibus, omni die fratribus prandium præparetur. Post quinquagesimam totâ hebdomadâ exactè jejunent. Postea usque ad Calen. Augusti, ter in septimana jejunent, secundâ & quartâ & sextâ die, exceptis his, qui aliquâ infirmitate con-

De observatione jejuniorum.

stricti.

fructi sunt. In Augusto, quia quotidie Missæ sanctorum sunt, prandium habeant. In Septembri toto & Octobri, & Novembri (sicut prius dictum est) ter in septimana: Decem bri usque ad Natalem Domini omni die jejurent: & quia inter Natalem Domini & Epiphaniam omni die festivitates sunt, itaque prandebunt. Excipitur triduum illud, quod ad eandem Gentilium consuetudinem, Patres nostri statuerunt privatas in Calen. Januarii fieri Litanias, ut in Ecclesia psallatur, & hora octava in ipsis Calendis circumcisions, Missa (Deo propitio) celebretur. Post Epiphaniam verò usque ad quadragesimam non in septimana jejurent.

Canon 14.

Itemque pro reverentia Domini Martini, vel cultu ac virtute, id statuimus observandum, ut tam in ipsa basilica sancta, quam in Ecclesiis nostris, ille psallendi ordo servetur: ut in diebus festis ad matutinum sex Antiphonæ binis psalmis explicentur. Totò Augusto, manicationes sunt, quia festivitates sunt & Missæ Sanctorum. Septembri, septem Antiphonæ explicentur, binis psalmis. Octobri, octo ternis psalmis. Novembri, novem ternis psalmis. Decembri, decem ternis psalmis. Januariò & Februariò, itidem usque ad Pascha Sed ut possibitas habet, qui facit amplius pro se, & qui minus ut potuerit, superest, ut vel duodecim psalmi expediantur ad matutinum, quia Patrum statuta præceperunt, ut ad sextam sex psalmi dicantur cum Alleluia, & ad duodecimam duodecim, itaque cum Alleluia, quod etiam (Angelo ostendente) didicerunt. Si ad duodecimam duodecim psalmi, cur ad matutinum non itaque vel duodecim explicentur? Quicumque minus quam duodecim psalmos ad matutinum dixerit, jejuret usque ad vesperam, panem cum aqua manducet, & non illi sit altera in illa die ulla refectio. Et qui hoc facere

contempserit, una hebdomada panem cum aqua manducet, & jejuret omni die usque ad vesperam.

Canon 15.

Archipresbyteri verò vicari, & Diaconi, & Sacerdotes, non quidem omnes, sed plures in hac suspitione tenentur a populo quod cum conjugibus suis manent. Pro qua re hoc placuit observare, ut quoriescumque Archipresbyter, seu in vico manserit, seu ad villam suam ambulaverit, unus lectorum Canonicorum suorum, aut certus aliquis de numero Clericorum cum illo ambulet, & in cella, ubi ille jacet, lectum habeat pro testimonio.

Archipresbyteri conjugati, sine testimonio clericorum dormire non debent.

Canon 16.

Enimvero, quoniam cognovimus nonnullos inveniri sequepedas erroris antiqui, qui Calendas Januarii colunt (cum Janus homo Gentilis fuerit, rex quidem, sed Deus esse non potuit), quisquis ergo unum Deum Patrem regnantem cum Filio & Spiritu sancto credit, certe hic non potest integer Christianus dici: quia aliqua de gentilitate custodit. Sunt etiam qui in festivitate cathedræ Domini Petri Apostoli cibos mortuis offerunt, & post Missas redeunt ad domos proprias, ad Gentilium revertuntur errores, & post corpus Domini, factatas demant escas accipiunt. Contestamur, illam sollicitudinem tam Pastores quam Presbyteros gerere, ut quemcumque in hac fatuitate persistere viderint, vel nescio ad quas petras, aut arbores, aut ad fontes (designata loca Gentilium) perpetrare quæ ad Ecclesiæ rationem non pertinent, eos ab Ecclesia sancta, autoritate repellant, nec participare sancto altario permittatur, qui Gentilium observationes custodiunt. Quid enim de reprobis cum Christo commune, cum magis, sumendo iudicium, delicta videantur addere, quam purgare?

De Calend. Januarii.

De cathedræ S. Petri.

Canon 17.

Et licet Ambrosianos habeamus hym-

De hymnis recipiendis.

nos in Canone, tamen, quoniam reliquorum sunt aliqui, qui digni sunt formâ cantari, volumus libenter & amplecti eos, præter ea quorum authorum nomina non fuerint in limine prænotata; quoniam quæ fide constitentur, dicendi rationi non obstant.

Canon 18. De pervasoribus rerum Ecclesiasticarum.

Iste Canon habetur infra in Parisiensi Synodo I. in 1. cap.

Placet itaque, ac omnibus nobis convenit observare, ut quia nonnulli memores sui per quaslibet Scripturas, pro captu animi, de facultatibus suis, Ecclesiis aliquid contulisse probantur, quod à diversis Deum minus timentibus, eatenus mortiferâ calliditate tenetur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam: nec inventi corde possunt diem iudicii, dum nimis cupiditatis delectantur ardore. Quicumque ergo immemor interitus sui, res Ecclesiis delegatas iniuste possidens, præsumpserit retinere; & veritate comperta, res Dei, servus ejus dissimulaverit reformare, ab omnibus Ecclesiis segregatus, à sancta communione habeatur extraneus, nec aliud mereatur habere remedium, nisi culpam propriam rerum emendatione purgaverit. Indignè enim ad altare Domini propereare permittitur, qui res Ecclesiasticas, & audeat rapere, & iniuste possidere iniquâ defensione perdurat. Necatores enim pauperum iudicandi sunt, qui eorum taliter alimenta subtraxerint. Sacerdotalis tamen debet

esse provisio, ut vindictam ademptio manifestè præcedat; ut res usurpatae si iniuste quis tulerit, adhibita æquitate restituar. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, postea prædonem Sacerdotalis districtio maturata percellat: neque quisquam per interregna res Dei defendere nitatur, quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari dominatione concludit.

Canon 19. De Iudicibus qui pauperes opprimunt.

Ut Iudices aut potentes qui pauperes opprimunt, si ammoniti à Pontifice suo se non emendaverint, excommunicentur.

Canon 20.

Cauta enim est in salute provisio, ad effugiendam culpam delicti, aditum delinquendi repellere. Nullus Episcoporum de ordinationibus clericorum præmia præsumat exigere: quia non sacrilegium, sed hæreticum est (sic in dogmatibus Ecclesiasticis habetur insertum) ad ordinandum clericum per ambitionem (ad imaginem Simonis Magi) pecuniam offerre Sacerdoti. Quia dicitur: *Gratis accepistis, gratis date.* Et cum talis sit, qui gratiam Dei à Sacerdote æstimat pretiis comparari, qualis ille, qui vendidit: uterque usque ad Synodum ab Ecclesia segregetur.

Sacerdotium per pecuniam negotiatur.

Actus I.

Expliciantur Canones II. Synodi Turonens.

CONCILIUM
PARISIENSE I.

Veritas tempore Joannis Papae III circa An. D. 559. Vide Bingham to. 2. p. 2 ubi etiam dicitur Conc. Parisiens. III.

Circa tempora PELAGII Papa primi, estq. provinciale. Coniuncti in unum (Christo opitulante) Parisiis pro utilitatibus Ecclesiarum (unde non leviter rationem sumus quandoque reddituri) inquantam divina pietas virtutem dare dignata est, tentavimus salubri consideratione prospicere, ne dum periculosam abusione ordinatio superna negligitur, in nobis aliorum crimina vindicentur.

Cap. 1.

Itaque placet, ac omnibus nobis convenit observare, ut quia nonnulli memores sui, &c.

In isto cap. agitur contra raptos, & injustos possessores rerum Ecclesiasticarum. Est idem, quod habetur in secunda Synodo Turonensi. cap. 18.

Cap. 2.

Et quia Episcoporum res proprias, Ecclesiarum res esse noscuntur, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate grassatum, pervertores rerum memoratarum, Canonum distinctione feriuntur, ut dum vindicta corrigit, qui nec motibus propriis, ac nulla conscientiae castigatione corripitur, saltem regule obtundatur aculeis: perpetuo enim anathemate feriatur, qui res consecrare, aut contempere, aut pervadere periculosam infestatione praesumpserit.

Cap. 3.

Et quia exempla boni operis a Pontificibus debent primum (Christo opitulante) procedere: nullus Episcopus res competas alienas: aut si competitas aut a se, aut ab antecessore suo, forte quis possedit, domino proprietatis possessionem propriam absque praesudicio liberalitatis

regiae, integrâ reformatione restituat; ut quia Deus dona reprobat iniquorum, non ad iudicium suum, Ecclesiae res exteras derelinquat.

Cap. 4.

Sacratum etiam virginum, neque per raptum, neque per competitiones aliquas quisquam conjugia fortiat. Similiter de earum erit conjunctionibus abstinendum (& hi qui eas rapere aut competere voluerint, a communione sunt removendi) quae vestium commutatione tam viduae, quam puellae, religionem, poenitentiam, aut virginitatem publicâ declaratione fuerint professae. Quod si contra dicta quis venerit, & Sacerdotem suum audire neglexerit, & in praesenti a communione Catholicae Ecclesiae habeatur extraneus, & perpetuo anathemate feriatur.

Cap. 5.

Et quia universis Sacerdotibus ita concevatur, ut si quis de eis pro contemptu Canonum, aut pervasione rerum Ecclesiasticarum, a communione Ecclesiae aliquem fortasse suspenderit, a nullo penitus Episcopo recipi praesumatur. Quod si factum fuerit, is qui eum contra indicta receperit, & a fratrum suorum erit concordia separatus, & aeterni iudicis in futu-

De sanctimonialium raprarum indecenti copula.

Excommunicatus, ab aliis colligi non debet.

fururum (ut confidimus) iracundiam sustinebit.

Cap. 6.

De ordina-
tione Epi-
scoporum.

Et quia in aliquibus rebus consuetudo prisca negligitur, ac decreta Canonum violantur, placuit, ut juxta antiquam consuetudinem, Canonum decreta seruentur. Nullus civibus in viciis ordinetur Episcopus, nisi quem populi, & clericorum electio plenissima quaesierit voluntate; non Principis imperio, neque per quamlibet conditionem contra Metropolitani voluntatem, vel Episcoporum comprovincialium ingeratur. Quod si per ordinationem regiam honoris sui culmen pervadere aliquis nimia temeritate presumpserit, à comprovincialibus loci ipsius, Episcopus recipi nullatenus mereatur, quem indubitè assumptum agnoscunt. Si quis de comprovincialibus recipere eum contra indicta presumpserit, sit à fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omnium charitate remotus. Nam de actis ordinationibus Pontificum ita convenit, ut conjuncti Metropolitanus eum suis comprovincialibus Episcopis, vel quos vicini Episcopus eligere voluerint, in loco

ubi convenierit, juxta antiqua statuta Canonum, omnia communi consilio, & sententiâ decernantur.

Cap. 7.

De generibus servis, qui sepulchris defunctorum pro qualitate ipsius ministerii deputantur, hoc placuit observari, ut sub qua auctoritate fuerint conditione dimissi, & sive heredibus, sive Ecclesiae pro defensione fuerint deputati, voluntas defuncti circa eos in omnibus debeat conservari. Quod si Ecclesia eos de Fiscis defunctorum in omni parte defenderit, tam illi, quam posteri eorum, Ecclesiae defensione in omnibus periantur, & occursum impendant. Et quia huic definitioni cuncti fratrum interesse minime potuerunt, hoc omnis congregatio Sacerdotum (Christo propitiante) decrevit, ut constitutio praesens à quacumque oblata fuerit, subscriptionibus eorum debeat probari; quatenus in hoc quod ab universis observandum est, universitas debeat consentire.

De min-
isterio. In
rum et
maximè

Expliciunt Canones Parisiensis
Synodi I.

Concilium
Aurelian-
ense V.

CONCILIUM AURELIANENSE V.

Circa tempora PELAGII I. Papa celebratum est.

Additio F. 3.

I Scud Concilium 5. Aurelian. alii ponunt celebratum an Domini 552. Pontificatus Vigilii 16.

P R Æ F A T I O.

Ad Divinam gratiam referendum est,

cum vora Principum concordant animis Sacerdotum: ut dum sit Pontificale Concilium, normam vivendi teneat recapitulatio antiqua Canonum, ut locus & tempus, quia est in quibuscumque titulis veteribus, adhærens nova constitutio sanctionum. Igitur clementissimus Princeps, triumphatum titulis invictissimus

sanctus Dominus Childebertus, cum pro amore sacrae fidei, studio religionis, in Aurelianensium urbem congregasset in unum Domini Sacerdotes, cupiens ex ore Patrum audire, quod sacrum est, & quod pro Ecclesiastico ordine, autoritate promoveretur pastorali, & quod advenientibus sit norma; & presentibus sit disciplina; quae conveniat a presenti tempore in posterum custodiri (praesente D. d.) signanter est titulus praenotatum.

Cap. 1.

Primum itaque, nefarias sectas Eutycheis, & Nestorii, quas Sedes Apostolica sancta condemnat, similiter & nos easdem cum suis authoribus & sectatoribus execrantes, praesentis constitutionis vigore anathematizamus & damnamus, Apostolicum fidei ordinem in Christi ordine praedicantes.

Cap. 2.

Nullus Sacerdotum quemquam rectae fidei hominem, pro pravis & levibus causis, a communione suspendas; praeter eas culpas, pro quibus antiqui Patres ab Ecclesia arceri iusserunt committentes.

Cap. 3.

Ut nullum; Episcopatum per praemia, aut comparatione liceat adipisci, sed voluntate Regis, juxta electionem cleri aut plebis; (sicut in antiquis Canonibus continere scriptum) consensu cleri ac plebis, a Metropolitanano, vel quem vice sua miserit, cum comprovinciis, Pontifex consecratur.

Cap. 4.

Item (juxta quod antiqui Canones decreverunt) nullus invidis detur Episcopatus; sed nec per oppressionem potentium personarum ad consensum faciendum civis aut clerici (quod dici nefas est) inclinentur. Quod si factum fuerit, ipse Episcopus, qui magis per violentiam, quam per decretum legitimum ordinatur, ab indepto Pontificatus honore in perpetuum deponatur.

Cap. 5.

Nulli viventi Episcopo alius superponatur, aut superordinetur Episcopus, nisi forsitan in ejus loco, quem culpa capitalis dejecerit.

Cap. 6.

Quaeunque puellae, seu propriae voluntate monasterium expetunt, seu a parentibus offeruntur, annum in ipsa veste, qua intraverint, permaneat. In his vero monasteriis, ubi non perpetuo tenentur inclusae, triennium in ea, qua intraverint veste permaneat, & postmodum, secundum statuta monasterii ipsius, in loco, quo elegerint permanere, vestimenta religionis accipiant. Quae si deinceps sacra relinquentes loca, propositum sanctum seculi ambitione transcenderint, illae, quae in domibus propriis tam puellae quam viduae commutatis vestibus conversantur, cum his, quibus conjugio copulantur, Ecclesiae communione priventur.

De oblatione puellarum in monasteriis.

Cap. 7.

Id etiam miserationis intuitu arguimus custodiri, ut qui pro quibuscunque culpis in carceribus detinentur; ab Archidiacono, seu praeposito Ecclesiae diebus singulis Dominicis requirantur: ut necessitas victorum secundum praecipuum divinum misericorditer subleventur, atque a Pontifice instituta fidei & diligenti personae quae necessaria provideat, competens victus de dono Ecclesiae tribuatur.

Qui in carceribus continentur, ab Archidiacono diebus Dominicis Dominiciis requirantur.

Cap. 8.

Et licet (propositio Deb) omnium Domini Sacerdotum, vel quorumcumque fidelium haec cura possit esse, ut egentibus necessaria debeant ministrari: specialiter tamen debilibus in pietatis causa convenit, ut unusquisque Episcoporum, incolis, quos infirmitatem incurrisse, tam territorii sui, quam civitatis, agnoverint, de domo Ecclesiae, juxta possibilitatem, victui & vestitui necessaria subministrat; ut non eis desit misericordiae cura quas

De solitudine infirmorum, vel sustentatione.

210 SUMMA DECRET. JOAN. III. ET BENEDICT. I. PP.

per duram infirmitatem intolerabilis constringit inopia.

Cap. 9.

Hic Canon erat renovandus.

Nullus ex laicis, absque annua conversatione præmissa, Episcopus ordinetur, ita ut intra anni ipsius spatium a doctis & probatis viris disciplinis & regulis spiritualibus plenius instituantur. Quod si hoc quisquam Episcoporum transgredere quacumque conditione præsumperit, annò integrò ab officio, vel charitate fratrum habeatur extraneus.

Cap. 10.

Qui facultates Ecclesiarum subtraherit, puniatur.

Ne cui liceat res, vel facultates Ecclesiarum, aut Monasteriis, vel Xenodochiis pro quacumque elemosyna cum iustitia delegatas retentare, alienare, atque subtrahere. Quod si quis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum Canonum sententis constitutus, ab Ecclesiarum liminibus excludatur, quamdiu ab ipso, ea quæ sunt ablata vel retenta, reddantur.

Cap. 11.

Nullus Ecclesiarum oblationes auferre presumat.

Quisquis etiam ad majorum, aut mediocrium personarum, quodcumque muneris, vel facultatis Sacerdotibus, aut Ecclesiis, aut quibuslibet locis Sanctorum, studio mercedis cum iustitia pro Dei contemplatione contulerit, & hæc ipsa, quæ à parentibus donata noscuntur, postmodum quis auferre præsumperit, superiori sententiâ, ut necator pauperum, communione privetur.

Cap. 13.

De annua evocatione Concilii.

His quoque (Deò propitiò) constitutis, quod præcipuè in omnibus Patrum Conciliis habetur scriptum, congruâ definitione sancimus, ut intra anni circulum unusquisque Metropolitani Episcopus, junctis in unum locum, comprovincialibus suis, intra provinciam suam studeat habere Concilium: ut aut si qua accesserint, charitatis emendentur studio, aut si pax regalis, vel disciplina in cunctis permanferit, gratias Deo referant. Hæc ergo unanimiter definita servantes, etiam præteritorum statuta Canonum his decerni-

mus, ut inconvulsa universa serventur.

Finis Aurelianens. Concilii V.

Decreta Iovanni III. Pape.

JOANNES III. natione Romanus, de patre Anastasio illustri, sedit annos 12. dies 17. Fuit temporibus Justiniani Imperatoris. Hic Pont. ædem Apostolorum Philippi & Jacobi, à Vigilio inchoatam, absolvit; & Narseti eunucho amicissimus fuit, eique consulatum impetravit. Prodigiosam etiam tempestatem perturbacionibus & annis plenus superavit.

Extat ejusdem epistola decretalis ad universos Episcopos per Germaniæ & Galliarum provincias constitutus, in qua,

Primò damnat Chorëpiscopos, quomodo damnati sunt à Damasco, & Leone, & à Concilio Neocæsariensi.

Secundò tradit, quod Clemens post Petrum Sedem Apostolicam & potestatem Pontificalem tenuit, & id factum est tradente sibi B. Petro Apostolo.

Tertio demonstrat, quanto labore, quantisque vigiliis intendere debet, qui pascit oves Christi, quod fufius habetur in epistola Leonis, & Damasi IV.

Decreta Benedicti I. Pape.

BENEDICTUS I. natione Romanus, ex patre Bonifacio, sedit annos 4. mensis 1. dies 28. Hujus temporibus gens Longobardorum totam Italiam invasit, simulque & fames nimia, ut etiam multitudo cattorum se tradiderit Longobardis, ut temperate posset inopiam famis. In istis laboribus, & afflictionibus positus Benedictus Papa, mortuus est.

Extat epistola decretalis ad Episcopum David, qui per litteras significaverat Apostolicæ Sedi, esse quosdam intra provinciam Boeticam, qui dicerent, neminem veraciter posse probare, Trinitatem unitatem fieri, neque tres unum, neque unum in tribus posse quemquam proprie approbare. Hos longâ disputatione confundit

acti-

testimoniis veteris ac novi Testamenti. Quæ omnia habentur in epistola prima decretali Alexandri Papæ I.

Primum est Esaïæ 6. *Vidi Dominum Sabaoth, &c. & Seraphim stabant in circumcinctis, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.* Quia Trinitas est, tertio *Sanctus* dixerunt: quia unitas est, sub trini repetitione, unum Deum ac Dominum intimarunt.

Secundum, Exodi 34. *Domine, Domine, Domine, miserator, misericors, &c.*

Tertium, Genes. 8. *Abraham sedens ad iilem Mambra, tribusq; occurrens, uni dixit: Domine &c.*

Quartum, Esaïæ 37. *Domine, Deus Sabaoth, Deus Israël, qui sedes super Cherrubin &c.*

Item illud 2. Reg. 7. *Domine, Deus omnipotens, Deus Israël, sermone tuus fidelis fuit &c.*

Item Matth. 28. Dominus discipulos suos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti uniuersas gentes misit baptizare.

Decreta Pelagii II. Papa.

PELAGIUS II. natione Romanus, sedit annos 12. menses 2. dies 27. tempore Iustini, Tiberii, & Mauricii Imperatoris. Hic absque Rom. Principis autoritate (contra consuetudinem) creatus est. Nihil enim tunc à clero in eligendo Pontifice actum erat, nisi Imperator approbasset. Sed Longobardis tunc Romam obsidentibus facultas mittendi Constantinopolim nulla fuit. Postea verò offensam, missò illic Gregoriò, deprecatus est.

Extrat decretalis epistola Pelagii, in qua primò definit, generales Synodos non posse convocari nisi autoritate Apostolicæ Sedis, quoniam Sedi B. Petri singulari privilegio hæc autoritas est tradita, & quia nulla unquam Synodus rata legitur, quæ Apostolicâ autoritate non fuerit sulta. Hoc definit contra Jo-

annem Constantinopolitanum Episcopum, qui intencrât Concilium quoddam generale convocare.

In eadem epistola adjecit *Oratè fratres, ut honor Ecclesiasticus vestris diebus non eracuetur, neque unquam Romana Sedes (quæ insitante Domino Caput est omnium Ecclesiarum) privilegiis suis usquam careat, aut spolietur.*

In eadem sic: Majores verò & difficiles quæstiones (ut sancta Synodus statuit, & beata consuetudo exigit) ad Sedem Apostolicam semper referantur, &c.

Extrat secunda epistola decretalis ejusdem de mutatione Episcoporum; in qua Benigno Arch. Episcopo respondet, sic dicens: Exigit ergo dilectio tua consulta Sedis Apostolicæ, si licitum foret Episcopum transire, aut mutare de civitate in civitatem, cum quidam Canones (ut tibi videtur) hoc fieri prohibeant. Significasti etiam litteris tuis, quendam fratrum, nomine & actu Dei servum, causâ utilitatis te velle mutare in locum & civitatem defuncti, licet quidam dicant hoc fieri non licere, nisi consensum Apostolicæ Sedis habuisses. Quapropter scias, Frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis & utilitatis; & aliud præsumptionis, ac propriæ voluntatis. Non ergo mutat Sedem, qui non mutat mentem, id est, non avaritiæ causâ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, aut delectationis sue migrat de civitate ad civitatem, sed causa necessitatis & utilitatis mutatur. Nam plurimorum utilitas unius utilitati aut voluntati præferenda est. Aliud est enim mutare, & aliud mutari. Quod enim in Canonibus legitur, non debere Episcopum de civitate in civitatem transire, non de his dicitur, qui aut vi expulsi, aut necessitate coacti, autoritate majorum hoc agunt, sed de his qui avaritiæ ardore inflammati sponte sua profluunt, & potius ambitioni, quàm utilitati Ecclesiæ servire, & ut dominationem agant, insisterre cupiunt.

D. 17. Muti deuo.

Quibus cau-
sis possit
mutari Epi-
scopus de
una civitate
ad aliam.

D. 7. qu. 2
Scias frater.

D. 177
E. 11.
i. 64.
basii-
Lan-
ii mas-
reque-

Quapropter (charissime) muta Episcopum causâ necessitatis aut utilitatis, super quo consulere nos voluisti; & alios fratres nostros, quibus hoc faciendum necessitas aut utilitas compulerit, agere doce; quia hoc, quod tibi soli scribimus, generaliter omnibus tenere mandamus. Quia sicut potestatem habemus, Episcopos & Sacerdotes regularit. & titolare & ordinare, ita (ut prædictum est) causâ necessitatis aut utilitatis habes & mutare, ac de titulo ad titulum transferre, licet de minori ad majorem urbem mutandus sit. Hoc tamen summo opere prævidendum est, ne causâ arrogantis aut avaritias unquam fiat, quia hi à prædictis Canonibus damnantur, non illi, qui necessitate, aut utilitate, majorum consilio, & sanâ ac purâ, & Deo placitâ intentione hoc faciunt.

Ex tunc epistola decretalis tertia ejusdem

ad universos Episcopos Italix, in quos exhortatur ad sollicitudinem Ecclesiarum.

Extat quarta ad Episcopos Germanix & Gallix, in qua ordinem præfationum, quem Ecclesia Romana habet, requirentibus Episcopis tradit. Invenimus has novem præfationes in sacro catalogo tantummodo recipiendas, quas longa reus veritas in Romana Ecclesia hætenus servavit. Unam in albis Paschalibus, aliam de Ascensione Domini, tertiam die Pentecostes, quartam de Natali Domini, quintam de Apparitione Domini; sextam de Apostolis, septimam de S. Trinitate, octavam de Cruce, nonam de Jejunio, in Quadragesima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet & custodit sancta Romana Ecclesia, has tenendas vobis mandamus.

CONCILIUM

HISPALENSE I.

Sub PELAGIO II. Papa. Est provinciale, sed robur habet à Sede Romana, ut patet ex præfatione Concilii, Præsidente Leandro Episcopo Hispalensi.

Domino sancto, & reverenter à nobis honorando, charissimo fratri Pelagio Episcopo Legender, Agapius &c. Episcopi, qui unâ in urbe Hispalensi adfuimus, Sanctitatem tuam charitatis studio salutantes, precamur Dominum, qui nos de salute mutua, vel visione lætificare dignetur, te lætum multo conservet in tempore.

Cap. 1. De disponendis Ecclesia rebus p. s. Episcopi excessum.

* Competimus autem in Canone (con-

sulentes vetera statuta) ut Episcopus, qui res proprias, excepto filiis & nepotibus, alteri, & non Ecclesie suæ dimiserit, quicquid de Ecclesie rebus aut donavit, aut vendidit, aut quoquomodo ab Ecclesia transulit, irritum habetur.

* Hiæ Canonæ renovandus, in Concilio, ut heres defuncti Episcopi esse Ecclesia, non tamen Papa. Secundo, Alienum est à sententia horum patrum, licere Episcopo instituire primogenitoras, vel locupletare sanguineos.

Cap. 2.

ocelliam
de Hispa-
nia non
b Pelagio
I circa
mpora
regoris I.
celebra-
m An. D.
o. Neque
ratio est
Pelagium
pam, sed
Pegasium
ligna-
m Epi-
scopum; ut
sunde
n. patet
præfa-
one, quod
bur ha-
at à Sede
mana.
de Bin.
2. p. 2.

Emet
scopi
sancti
Ecclesi
san.

Ambas

SUMMA TOLETANÆ CONCIILII III. 213

Cap. 2.

1561-1562 **Ecclē-** Ea verò mancipia, quæ memoratus, de jure Ecclesiæ sublata, suis proximis contrulit, si similia de proprio suo, Ecclesiæ ipsi non compensavit, Ecclesiæ absque aliqua oppositione accipiat.

Cap. 3. De clericis, cum quibus mulieres cohabitatis.

1563 **1564** **1565** **1566** **1567** **1568** **1569** **1570** **1571** **1572** **1573** **1574** **1575** **1576** **1577** **1578** **1579** **1580** **1581** **1582** **1583** **1584** **1585** **1586** **1587** **1588** **1589** **1590** **1591** **1592** **1593** **1594** **1595** **1596** **1597** **1598** **1599** **1600** **1601** **1602** **1603** **1604** **1605** **1606** **1607** **1608** **1609** **1610** **1611** **1612** **1613** **1614** **1615** **1616** **1617** **1618** **1619** **1620** **1621** **1622** **1623** **1624** **1625** **1626** **1627** **1628** **1629** **1630** **1631** **1632** **1633** **1634** **1635** **1636** **1637** **1638** **1639** **1640** **1641** **1642** **1643** **1644** **1645** **1646** **1647** **1648** **1649** **1650** **1651** **1652** **1653** **1654** **1655** **1656** **1657** **1658** **1659** **1660** **1661** **1662** **1663** **1664** **1665** **1666** **1667** **1668** **1669** **1670** **1671** **1672** **1673** **1674** **1675** **1676** **1677** **1678** **1679** **1680** **1681** **1682** **1683** **1684** **1685** **1686** **1687** **1688** **1689** **1690** **1691** **1692** **1693** **1694** **1695** **1696** **1697** **1698** **1699** **1700** **1701** **1702** **1703** **1704** **1705** **1706** **1707** **1708** **1709** **1710** **1711** **1712** **1713** **1714** **1715** **1716** **1717** **1718** **1719** **1720** **1721** **1722** **1723** **1724** **1725** **1726** **1727** **1728** **1729** **1730** **1731** **1732** **1733** **1734** **1735** **1736** **1737** **1738** **1739** **1740** **1741** **1742** **1743** **1744** **1745** **1746** **1747** **1748** **1749** **1750** **1751** **1752** **1753** **1754** **1755** **1756** **1757** **1758** **1759** **1760** **1761** **1762** **1763** **1764** **1765** **1766** **1767** **1768** **1769** **1770** **1771** **1772** **1773** **1774** **1775** **1776** **1777** **1778** **1779** **1780** **1781** **1782** **1783** **1784** **1785** **1786** **1787** **1788** **1789** **1790** **1791** **1792** **1793** **1794** **1795** **1796** **1797** **1798** **1799** **1800** **1801** **1802** **1803** **1804** **1805** **1806** **1807** **1808** **1809** **1810** **1811** **1812** **1813** **1814** **1815** **1816** **1817** **1818** **1819** **1820** **1821** **1822** **1823** **1824** **1825** **1826** **1827** **1828** **1829** **1830** **1831** **1832** **1833** **1834** **1835** **1836** **1837** **1838** **1839** **1840** **1841** **1842** **1843** **1844** **1845** **1846** **1847** **1848** **1849** **1850** **1851** **1852** **1853** **1854** **1855** **1856** **1857** **1858** **1859** **1860** **1861** **1862** **1863** **1864** **1865** **1866** **1867** **1868** **1869** **1870** **1871** **1872** **1873** **1874** **1875** **1876** **1877** **1878** **1879** **1880** **1881** **1882** **1883** **1884** **1885** **1886** **1887** **1888** **1889** **1890** **1891** **1892** **1893** **1894** **1895** **1896** **1897** **1898** **1899** **1900** **1901** **1902** **1903** **1904** **1905** **1906** **1907** **1908** **1909** **1910** **1911** **1912** **1913** **1914** **1915** **1916** **1917** **1918** **1919** **1920** **1921** **1922** **1923** **1924** **1925** **1926** **1927** **1928** **1929** **1930** **1931** **1932** **1933** **1934** **1935** **1936** **1937** **1938** **1939** **1940** **1941** **1942** **1943** **1944** **1945** **1946** **1947** **1948** **1949** **1950** **1951** **1952** **1953** **1954** **1955** **1956** **1957** **1958** **1959** **1960** **1961** **1962** **1963** **1964** **1965** **1966** **1967** **1968** **1969** **1970** **1971** **1972** **1973** **1974** **1975** **1976** **1977** **1978** **1979** **1980** **1981** **1982** **1983** **1984** **1985** **1986** **1987** **1988** **1989** **1990** **1991** **1992** **1993** **1994** **1995** **1996** **1997** **1998** **1999** **2000** **2001** **2002** **2003** **2004** **2005** **2006** **2007** **2008** **2009** **2010** **2011** **2012** **2013** **2014** **2015** **2016** **2017** **2018** **2019** **2020** **2021** **2022** **2023** **2024** **2025** **2026** **2027** **2028** **2029** **2030** **2031** **2032** **2033** **2034** **2035** **2036** **2037** **2038** **2039** **2040** **2041** **2042** **2043** **2044** **2045** **2046** **2047** **2048** **2049** **2050** **2051** **2052** **2053** **2054** **2055** **2056** **2057** **2058** **2059** **2060** **2061** **2062** **2063** **2064** **2065** **2066** **2067** **2068** **2069** **2070** **2071** **2072** **2073** **2074** **2075** **2076** **2077** **2078** **2079** **2080** **2081** **2082** **2083** **2084** **2085** **2086** **2087** **2088** **2089** **2090** **2091** **2092** **2093** **2094** **2095** **2096** **2097** **2098** **2099** **2100** **2101** **2102** **2103** **2104** **2105** **2106** **2107** **2108** **2109** **2110** **2111** **2112** **2113** **2114** **2115** **2116** **2117** **2118** **2119** **2120** **2121** **2122** **2123** **2124** **2125** **2126** **2127** **2128** **2129** **2130** **2131** **2132** **2133** **2134** **2135** **2136** **2137** **2138** **2139** **2140** **2141** **2142** **2143** **2144** **2145** **2146** **2147** **2148** **2149** **2150** **2151** **2152** **2153** **2154** **2155** **2156** **2157** **2158** **2159** **2160** **2161** **2162** **2163** **2164** **2165** **2166** **2167** **2168** **2169** **2170** **2171** **2172** **2173** **2174** **2175** **2176** **2177** **2178** **2179** **2180** **2181** **2182** **2183** **2184** **2185** **2186** **2187** **2188** **2189** **2190** **2191** **2192** **2193** **2194** **2195** **2196** **2197** **2198** **2199** **2200** **2201** **2202** **2203** **2204** **2205** **2206** **2207** **2208** **2209** **2210** **2211** **2212** **2213** **2214** **2215** **2216** **2217** **2218** **2219** **2220** **2221** **2222** **2223** **2224** **2225** **2226** **2227** **2228** **2229** **2230** **2231** **2232** **2233** **2234** **2235** **2236** **2237** **2238** **2239** **2240** **2241** **2242** **2243** **2244** **2245** **2246** **2247** **2248** **2249** **2250** **2251** **2252** **2253** **2254** **2255** **2256** **2257** **2258** **2259** **2260** **2261** **2262** **2263** **2264** **2265** **2266** **2267** **2268** **2269** **2270** **2271** **2272** **2273** **2274** **2275** **2276** **2277** **2278** **2279** **2280** **2281** **2282** **2283** **2284** **2285** **2286** **2287** **2288** **2289** **2290** **2291** **2292** **2293** **2294** **2295** **2296** **2297** **2298** **2299** **2300** **2301** **2302** **2303** **2304** **2305** **2306** **2307** **2308** **2309** **2310** **2311** **2312** **2313** **2314** **2315** **2316** **2317** **2318** **2319** **2320** **2321** **2322** **2323** **2324** **2325** **2326** **2327** **2328** **2329** **2330** **2331** **2332** **2333** **2334** **2335** **2336** **2337** **2338** **2339** **2340** **2341** **2342** **2343** **2344** **2345** **2346** **2347** **2348** **2349** **2350** **2351** **2352** **2353** **2354** **2355** **2356** **2357** **2358** **2359** **2360** **2361** **2362** **2363** **2364** **2365** **2366** **2367** **2368** **2369** **2370** **2371** **2372** **2373** **2374** **2375** **2376** **2377** **2378** **2379** **2380** **2381** **2382** **2383** **2384** **2385** **2386** **2387** **2388** **2389** **2390** **2391** **2392** **2393** **2394** **2395** **2396** **2397** **2398** **2399** **2400** **2401** **2402** **2403** **2404** **2405** **2406** **2407** **2408** **2409** **2410** **2411** **2412** **2413** **2414** **2415** **2416** **2417** **2418** **2419** **2420** **2421** **2422** **2423** **2424** **2425** **2426** **2427** **2428** **2429** **2430** **2431** **2432** **2433** **2434** **2435** **2436** **2437** **2438** **2439** **2440** **2441** **2442** **2443** **2444** **2445** **2446** **2447** **2448** **2449** **2450** **2451** **2452** **2453** **2454** **2455** **2456** **2457** **2458** **2459** **2460** **2461** **2462** **2463** **2464** **2465** **2466** **2467** **2468** **2469** **2470** **2471** **2472** **2473** **2474** **2475** **2476** **2477** **2478** **2479** **2480** **2481** **2482** **2483** **2484** **2485** **2486** **2487** **2488** **2489** **2490** **2491** **2492** **2493** **2494** **2495** **2496** **2497** **2498** **2499** **2500** **2501** **2502** **2503** **2504** **2505** **2506** **2507** **2508** **2509** **2510** **2511** **2512** **2513** **2514** **2515** **2516** **2517** **2518** **2519** **2520** **2521** **2522** **2523** **2524** **2525** **2526** **2527** **2528** **2529** **2530** **2531** **2532** **2533** **2534** **2535** **2536** **2537** **2538** **2539** **2540** **2541** **2542** **2543** **2544** **2545** **2546** **2547** **2548** **2549** **2550** **2551** **2552** **2553** **2554** **2555** **2556** **2557** **2558** **2559** **2560** **2561** **2562** **2563** **2564** **2565** **2566** **2567** **2568** **2569** **2570** **2571** **2572** **2573** **2574** **2575** **2576** **2577** **2578** **2579** **2580** **2581** **2582** **2583** **2584** **2585** **2586** **2587** **2588** **2589** **2590** **2591** **2592** **2593** **2594** **2595** **2596** **2597** **2598** **2599** **2600** **2601** **2602** **2603** **2604** **2605** **2606** **2607** **2608** **2609** **2610** **2611** **2612** **2613** **2614** **2615** **2616** **2617** **2618** **2619** **2620** **2621** **2622** **2623** **2624** **2625** **2626** **2627** **2628** **2629** **2630** **2631** **2632** **2633** **2634** **2635** **2636** **2637** **2638** **2639** **2640** **2641** **2642** **2643** **2644** **2645** **2646** **2647** **2648** **2649** **2650** **2651** **2652** **2653** **2654** **2655** **2656** **2657** **2658** **2659** **2660** **2661** **2662** **2663** **2664** **2665** **2666** **2667** **2668** **2669** **2670** **2671** **2672** **2673** **2674** **2675** **2676** **2677** **2678** **2679** **2680** **2681** **2682** **2683** **2684** **2685** **2686** **2687** **2688** **2689** **2690** **2691** **2692** **2693** **2694** **2695** **2696** **2697** **2698** **2699** **2700** **2701** **2702** **2703** **2704** **2705** **2706** **2707** **2708** **2709** **2710** **2711** **2712** **2713** **2714** **2715** **2716** **2717** **2718** **2719** **2720** **2721** **2722** **2723** **2724** **2725** **2726** **2727** **2728** **2729** **2730** **2731** **2732** **2733** **2734** **2735** **2736** **2737** **2738** **2739** **2740** **2741** **2742** **2743** **2744** **2745** **2746** **2747** **2748** **2749** **2750** **2751** **2752** **2753** **2754** **2755** **2756** **2757** **2758** **2759** **2760** **2761** **2762** **2763** **2764** **2765** **2766** **2767** **2768** **2769** **2770**

14 SUMMA TOLETAN. CONCIL. III.

lete, admonuit instituta, de more, Ecclesiastica reparare. Ergo sit Vobis iucunditatis, sit gaudii, quod mos Canonicus, prospectu Dei per nostram gloriam ad paternos reducit terminos. Prius tamen admoneo pariter & exhortor, jejuniis Vos & vigiliis, ac que orationibus operam dare, ut ordo Canonicus, quem à Sacerdotalibus sensibus detraxerat longa ac diuturna oblivio, quem ætas nostra se nescire fatetur, divino donò Vobis rursum pateat.

iarum
Gen

Ad hæc autem, gratias Deo agentes, & religiosissimo Principi univèrsò Concilio in laudibus acclamante, triduanum est exinde prædicatum jejunium. Sed eum die octavà Iduum Majorum in unum cœtum Dei Sacerdotes adessent, & oratione præmissâ unusquisque Sacerdotum competenti locò resedisset, ecce in medio eorum adfuit Serenissimus Princeps, seque cum Dei Sacerdotibus orationi communicans divinò deinceps Flamme plenus, sic ad loquendum exorsus est, dicens:

Secunda
allocutio
Reccaredi.

Non credimus vestram lærere sanctitatem, quantò tempore in errore Arianorum laborasset Hispania, & non multos post decessum genitoris nostri dies, quibus nos vestra beatitudo fidei sanctæ Catholicæ cognovit esse sociatos, credimus generaliter magnum & æternum prædium habuisse. Ex idè, venerandi Patres, ad hanc vos peragendam congregari decrevimus synodum; ut de omnibus super advenientibus ad Christum, ipsi æternas Deo gratias referatis. Quicquid verbò verbis apud Sacerdotium vestrum nobis agendum erit de fide atque spe vestra, quam gerimus, in hoc Tomo conscripta atque allegata, nota facimus. Relegatur ergo in medio vestri; & in iudicio Synodali examinata, per omne succiduum tempus gloria nostra ejusdem fidei testimoniò decorata clarescat. Susceptus est autem ab omnibus Dei

Sacerdotibus (offerente rege) sacrosanctò, clarà voce recensitus est; in quo confessus est fidem Catholicam juxta Canones quatuor Conciliorum generalium, cui subscripsit Rex, his verbis: *Hinc verò confessioni meæ sanctæ Serenissimæ Synodis testimoniò dispen- ptararum, & Conciliorum constitutionibus consentiens, testimoniò dispen- plicitate subscripsi.*

Tunc acclamatum est in laudibus Dei, & in favore Principis ab univèrsò Concilio, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto*, cui cura est pacem, & unitatem Ecclesiæ Catholicæ providere, &c.

Aditus F. S.

Hymnum hunc glorificationis, *Gloria Patri, & Filio & Spiritui sancto*, ex Apollolorum instituto fluxisse author est S. Basilus cap. 7. 27. 29. de Spiritu sancto. Cui Nicenæ Synodi auctoritate, iustum est contra Arianos addi, *Sicut erat in principio, & auct, & semper, & in secula seculorum. Amen* Confer Synodi Valentis Cap. 5. Baron. ad. ano. 325. Barthol. Gavannum ad rubricas Missalis.

Deinde univèrsò Concilio jubente, unus Episcoporum Catholicorum ad Episcopos & religiosos Clericos, vel majores natu, ab hærese Ariana conversos, sic est allocutus: Officii nostri cura compellimur, à vestra charitate perquirere, quid damnetis in hæresi, aut quid intractam Catholicam credatis Ecclesiam? Tunc Episcopi omnes, unà cum Clericis suis Primitione dixerunt: Gothicæ, pari confessione atque fraternitas vestra, quod paternitas atque jam ternitas vestra à nobis cupit auirite, jam olim conversionis nostræ tempore egerimus, quando secuti gloriosissimum Reccaredum regem nostrum, ad Ecclesiam transivimus, & perdidimus Arianam cum omnibus superstitionibus suis anathematizavimus; nunc tamen propter charitatem & devotionem, quam Deo, & Ecclesiæ

Ecclesie Catholice debemus, quæ petitis promptissime agere properamus: sed & si qua adhuc congrua fidei esse perspiciatis, ac nobis charitate persuaderis, faciemus.

Ne
ip-
sum,
no-
bisi-
mo-

Omnia ergo, qui fidem & communionem ab Ario venientem, & usque ad nos retentam adhuc tenere desiderat, & de tota cordis intentione non damnat, anathema sit.

Quicumque filium Dei, Dominum Jesum negaverit à paterna substantia sine initio genitum, & æqualem Patri esse, vel consubstantialiam, anathema sit.

Quicumque Spiritum sanctum non credit, aut non crediderit à Patre & Filio procedere, cumque non dixerit coeternum esse Patri & Filio, & coessentialiam, anathema sit.

Quicumque in Patre, & Filio, & Spiritu sancto, & personas non distinguit, & unius divinitatis substantiam non agnoscat, anathema sit.

Quicumque Filium Dei, Dominum nostrum Jesum Christum, & Spiritum sanctum, juxta deitatem esse Patre minorem asseruerit, & gradibus separaverit, creaturamque esse dixerit, anathema sit.

Quicumque nescire Filium Dei, quod Deus Pater sciat, dixerit, anathema sit.

Quicumque initium Filio Dei, & Spiritui sancto depulerit, anathema sit.

Quicumque Filium Dei secundum divinitatem suam visibilem aut passibilem ausus fuerit proferre, anathema sit.

Quicumque Spiritum sanctum, sicut Patrem, & Filium, verum Deum & omnipotentem esse non credit, anathema sit.

Quicumque alibi fidem & communionem Catholicam, præterquam in Ecclesia universali, quæ Nicent, & Constantinopolitani, & primi Ephesini, & Chalcedonensis Concilii decreta tenent, pariter & honorant, anathema sit.

Quicumque Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum honore, & gloria, &

divinitate separat, aut disjungit, anathema sit.

Quicumque non dixerit, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto*, anathema sit.

Quicumque rebaptizandi sacrilegum opus, esse bonum aut credidit, agit, aut egerit, anathema sit.

Quicumque Ariminense Concilium ex toto corde non respexit, & damnaverit, anathema sit.

Sicut ergo damnata in celo & in terra quæcumque per hanc Catholicam fidem damnantur, & sint accepta in celo & in terra, quæcumque per hanc fidem accipiuntur, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto est gloria in secula seculorum.

Subscripserunt Episcopi, Presbyteri, & Diaconi ex hæresi Ariana conversi, & Gothorum viri illustres, & omnes seniores subscripserunt.

DECRETA CONCILII.

CAUSA I.

Post damnationem hæresis Arianz, & fidelem sanctæ Catholice expositionem, hoc sanctum præcepit Concilium, ut quia à nonnullis, vel hæresis, vel gentilitatis heresitate, per Hispaniarum Ecclesias Canonicus prætermissus est ordo, dum & licentia abundaret transgrediendi, & discipline optio negaretur, dum omnis excoffus; hæresis fovetur patrociniis, & abundantia mali temporis procul esse districtio disciplinæ; at nunc pace Ecclesie, Christi misericordiam, reparata, quod prætorum Canonum auctoritas prohibet, sic resurgente disciplinam inhiberetur, & agatur omne quod præcepit fieri. Permaneat in suo vigore, Conciliorum omnium constituta, simul & Synodice sanctorum Prætorum Romanorum epistolæ. Nullus deinceps ad promerendos honores Ecclesiasticos, contra Canonum statuta aspiciat indignus. Nihil ex hoc sit,

Concilio-
rum statu-
ta, & Pont-
ficis de-
creta catho-
lica debent

Adversus
Legem

fat, quod sancti Patres, Spiritu Dei pleni, sanxerunt, debere non fieri. Et qui præsumpserit, severitate priorum Canonum distringatur.

Canon 2.

In omni-
bus Eccle-
siis die do-
minicâ
Symbolum
recitetur.

Petitione Reccaredi regis constituit Synodus, ut per omnes Ecclesias Hispaniæ, & Galliciæ, secundum formam Orientalium Ecclesiarum, Concilii Constantinopolitani, hoc est, centum quinquaginta Episcoporum, Symbolum fidei recitetur: & priusquam Dominica dicatur, oratio, voce clara populo prædicetur, quò fides vera manifesta sit, & testimonium habeat, & ad Christi Corpus & Sanguinem prælibandum, pectora populorum fide purificata accedant.

Canon 3. Ut nequis contra necessitatem, rem Ecclesie alienet.

Hæc sancta Synodus nulli Episcoporum licentiam tribuit res alienare Ecclesie, quia & antiquioribus Canonibus hoc prohibetur. Si quid verò, quod utilitatem non gravet Ecclesie, pro suffragio Monachorum, vel Ecclesiarum, ad suam parochiam pertinentium dederint, firmum maneat. Peregrinorum vel Clericorum, & egenorum necessitati, salvò jure Ecclesie, præstare permittuntur pro tempore quæ potuerint.

Canon 4. Quòd licet religionis intuitu, res Ecclesie alienare.

27. q. 2. §3
Episcopus.

Si Episcopus unam de parochianis Ecclesiis monasterium dedicate voluerit, ut in ea Monachorum regulariter congregatio vivat, hoc, de consensu Concilii sui, habeat licentiam faciendi. Qui etiam, si de rebus Ecclesie pro eorum substantia aliquid, quod detrimentum Ecclesie non exhibeat, eidem loco donaverit, sit stabile. Rei enim bene statuendæ sanctorum Concilium dat consensum.

Sacerdoti-
bus non li-
cet cum
societate
libidinosa
vivere.

Compertum Can. 5. est à S. Concilio, Episcopos Presbyteros, & Diaconos venientes ex hæresi, carnali adhuc desiderio uxoribus copulari. Ne ergo de cætero hoc fiat, præcipitur, quod & Cano-

nibus prioribus continetur, ut non liceat eis vivere libidinosa societate, sed manente inter eos conjugali lege, communem utilitatem habeant, & non sub uno conclavi maneant. Vel ceterè, si suffragatur virtus, in alia domo suam uxorem faciat habitare, ut castitas apud Deum, & apud homines habeat testimonium bonum. Si quis verò post hæc conventionem obscenè cum uxore elegerit vivere, ut neglector habeatur: Qui verò semper sub Canone Ecclesiastico jacuetur, si contra veterum imperata, in suis cellulis, mulierum quæ infamie suspicionem possunt generare, consortium habuerint; illi Canonicè quidem distringantur, mulieres verò ab Episcopis venundentur, & pretium ipsum pauperibus erogetur.

Additio F. 5.

Ex his colligitur, quod istò tempore necdum imperata erat continentia Subdiaconi Galliciæ, & Hispaniæ; cum hoc locò soli Episcopi, Sacerdotes, & Diaconi jubeantur absque uxoribus vivere. Confer. notata per. nos Supplem. q. 35. ar. 3.

Can. 6. ut liberi ad Episcopo defendantur.

De libertis autem hæc præcipit sancta Synodus; ut si qui Presbyteri, vel Diaconi ab Episcopis facti sunt, secundum modum, quò Canones antiqui dant licentiam, sint liberi, & tamen à patrocinio Ecclesie, tam ipsi quàm ab eis progeniti non recedant. Ab aliis quoque libertati traditi, & Ecclesiis commendati, patrocinio Episcopi colligantur: & ne cuiquam donentur, hoc à Principe Episcopus postulet.

Can. 7. Quòd sacrarum scripturarum lectio Sacerdotibus contrivis miscetur.

Pro reverentia Dei, & Sacerdotum, id universa constituit Synodus, ut (quia non solent cretò mensis otiosæ fabulæ interponi) in omni Sacerdotali convivio lectio divinarum scripturarum miscetur.

Per

Per hoc enim & animæ adificentur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur.

Canon 8.

Jubente autem atque consentiente domino Reccaredo Rege, id præcipit Sacerdotale Concilium, ut Clericos ex familia fisci nullus audeat à Principe donatos expetere, sed tradito capitis sui tributo, Ecclesie Dei, cui sunt alligati, usque dum vivunt, regulariter administrant.

Canon 9.

Decretis hujus Concilii hoc statuitur, ut Ecclesie quæ fuerunt in hæresi Ariana, nunc autem sunt Catholicæ, ad eos Episcopos, cum suis rebus pertineant, ad quos parochie ipsæ, in quibus ipsæ Ecclesie fundatæ sunt, pertinere videntur.

Can. 10. *Vt mulier irrita, viro non nubat.*

Viduz, quibus placuerit, teneant castitatem, non tamen ad nuptias vi venire cogantur. Similis conditio & de virginibus habeatur. Si quis verò propositum castitatis viduz vel Virginis impedierit, à sancta communione, & à limitibus Ecclesie habeatur extraneus.

Canon 11.

Quoniam compertimus, per quosdam Hispaniarum Ecclesias, non secundum Canones, sed fœdissime pro suis peccatis homines agere poenitentiam, ut quoties peccare libuerit, toties à Presbyteris se reconciliari exposculent: idè pro eorum excetabili præsumptione, id à sancto Concilio jubetur, ut secundum formam Canonum antiquorum detur poenitentia, hoc est, ut prius eum, quem sui poeniter facti, à communione suspensum faciat inter reliquos poenitentes ad manus impositionem crebro recurrere. Expletis autem satisfactionis tempore, sicuti Sacerdotalis contemplatio probaverit, eum communioni restituat. Hi verò, qui ad propria vitia, vel infra poeniten-

tiz tempus, vel post reconciliationem labuntur, secundum priorum Canonum severitatem damnentur.

Canon 12.

Quicumque ab Episcopo vel Presbytero sanus vel infirmus poenitentiam postulat, id ante omnia Episcopus servet & Presbyter, ut si vir est, sive sanus sive infirmus, prius eum tondeat, aut in cinere & cilicio habitum mutare faciat, & sic poenitentiam ei tradat. Si verò mulier fuerit, non accipiat poenitentiam nisi prius aut velata fuerit, aut mutaverit habitum. Sæpius enim Laicis cum faminis tribuendo desidiosè poenitentiam, ad lamentanda rursus facinora, post acceptam poenitentiam relabuntur.

Canon 13.

Inclita præsumptio usque adeo illicitis ausibus aditum patefecit, ut Clerici Clericos suos (relicto suo Pontifice) ad judicia publica pertrahant: Proinde statui- mus ut hoc de cætero non præsumatur. Si quis hoc præsumptio facere, & causam perdat, & à communione efficiatur extraneus

Canon 14.

Conventus noster hoc Canonibus interendum præcipit ut Judæis non liceat Christianas habere uxores vel concubinas, neque mancipium Christianum in usus proprios comparare: sed & filios qui ex tali conjugio nati sunt, assumendos esse ad baptismum. Nulla officia publica eis injungantur, per quæ eis occasio tribuatur Christianis poenam inferre. Si verò Christianis ab eis Judaismi ritu sunt maculati, vel etiam circumcisi, non reddito pretio, ad libertatem, & religionem redeant Christianam.

Canon 15.

Si qui ex servis fiscalibus fortè Ecclesias construxerint, easque de sua paupertate dotaverint, hoc procuret Episcopus prece sua autoritate Regis confirmari.

De his qui poenitentiam postulant.

11. q. 2. In- elita præsumptio.

Officia publica Judæis non sunt committenda. Dist. 94. Nulla officia publica.

De servis fiscalibus.

Canon 16.

Episcopi
in iudici-
is idola
frangere
debent.

Quoniam penè per omnem Hispaniam, sive Galliciam idololatriæ sacrilegium inolevit, hoc cum consensu gloriosissimi Principis sancta Synodus ordinavit, ut omnis Sacerdos in loco suo, unâ cum Iudice territorii, sacrilegium memoratum studiosè perquirat, & exterminare inventum non differat. Omnes verò qui ad talem errorem concurrunt, sine discrimine, quâ poterunt animadversione coëctant. Quod si neglexerint, sciant, se utique excommunicationis periculum esse subituros. Si qui verò Domini extirpare hoc malum de possessione sua neglexerint, & familiarè prohibere noluerint, ab Episcopo & ipsi à communione pellantur.

Canon 17

Episcopi
in iudici-
is, necesse
est filios
in cor-
ruptis.

Cum multæ querelæ ad aures sancti Concilii deferrentur, inter cætera tantæ crudelitatis opus est nuntiatum, quantum confitentium aures Sacerdotum non possent sustinere, ut in quibusdam Hispaniæ partibus filios suos parentes interimant, fornicationis avidi, pietatis alieni, quibus si redium est filios numerosos alere; prius seipos debent castigare à fornicatione. Nam dum causa propagandæ prolis sortiantur conjugia parricidio & fornicationi tenentur obnoxii, qui filios necando proprios, docent, se non pro filiis, sed pro libidine uxores duxisse. Proinde tantum, nefas ad cognitionem gloriosissimi Domini nostri Rearedi Regis perlatum est, cujus gloria dignata est iudicibus eorundem partium imperare, ut amovendum tantum facinus diligenter cum Sacerdote procurant, & adhibita severitate prohibeant. Ergo & Sacerdotes locorum eorundem in quibus sceleris hujus immanitas peragitur, sancta Synodus præcipiendo convenit, ut idem scelus cum iudice curiosus querant, & sine capitali vindicta, acriori disciplina prohibeant.

Canon 18. *Pro Ecclesia cum dotibus suis, in Episcopi potestate consistant.*

Sic quidam contra Canonum auctoritatem Ecclesias, quas edificaverunt, postulante consecrari, ut dotem, quam eidem Ecclesiæ contulerint, censent ad Episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum, taliter in præterito corrigatur, ut in futuro ne fiat, prohibeatur; & omnia secundum constitutionem antiquam ad Episcopi ordinationem, & potestatem pertineant.

Canon 19.

Quia cognovimus Episcopos per parochias suas non Sacerdotaliter agere, sed crudeliter deservire; dum scriptum sit: *Forma estis gregi, neque dominantes in clero*, exactiones diocæsi suæ, vel damna infligunt; idèd censemus (excepto, quod veterum constitutiones à parochiis habere jubent, Episcopos) ut alia quæ illis hucusque præsumpta sunt, denegentur, hoc est, neque in angustiis Presbyteri, aut Diaconi, neque in aliquibus fatigentur indictionibus, ne videantur in Ecclesia Dei exactores potius, quam Dei Pontifices nominari. Hi verò Clerici tam locales, quam diocæsanî, qui se ab Episcopo gravari cognoverint, querelæ suas ad Metropolitanum deferre non differant, & Metropolitanus non moretur hujusmodi præsumptiones avertere.

Canon 20.

Ecclesiarum servos, & Episcoporum, vel Presbyterorum, vel omnium Clericorum à iudicibus vel exactoribus publicis, in diversis angustiis fatigari dolemus. Propter quod omne Concilium à pietate gloriosissimi Domini nostri poscit, ut tales ausus deinceps inhibeat, sed servi supradictorum officiorum, in eorum usibus, vel Ecclesiæ Laborent. Si quis verò iudicum, aut actorum, Clericum, aut servum Clerici vel Ecclesiæ, in publicis ac privatis negotiis occupare voluerit, à communione Ecclesiastica

(cui

(cui impedimentum facit) efficiatur ex-
traneus.

*Can. 21. Quod qui spem futura resur-
rectionis habent, de mortuis tri-
stari non debent.*

Qui divinâ vocatione ab hac vita re-
cedunt, cum psalmis tantummodò, &
psallentium vocibus debent ad sepul-
chrum deferri. Nam funebre carmen,
quod vulgo defunctis cantari solet, vel in
peccatoribus se aut proximos aut famílias
cadere, omninò prohibemus. Sufficiat
autem quoddam in spe resurrectionis, Chri-
stianorum corporibus famulatus divino-
rum impenditur canticorum. Prohibet
enim nos; Apostolus sanctus lugere de-
functos, dicens: *De dormientibus autem
nolo vos contristari, sicut & ceteri, qui spem
non habent.* Dominus non flevit Laza-
rum mortuum, sed ad hujus vite ærum-
nas ploravit resuscitandum. Si autem po-
test hoc Episcopus omnibus Christianis
prohibere, non moretur agere: religio-
sis autem omninò aliter fieri non debere
censemus. Sic enim Christianorum per
omnem mundum huic morti oportet corpora
defunctorum.

*Can. 22. Quod in sanctorum natalibus
balliambis prohibeantur.*

Irreligiosa consuetudo est, quam vul-
gus per sanctorum solemnitates & festi-
vitates agere consuevit. Populi qui de-
bent officia divina attendere, saltatio-
nibus turpibus invigilant, cantica non

solum mala cantantes, sed etiam religio-
forum officiis perstrepunt. Hoc enim, ut
ab omnibus provinciis depellatur, Sacer-
tum & Judicium à Concilio sancto curæ
committitur.

Post confessionem ergo & subscriptio-
nem omnium Episcoporum, & totius
gentis Gothicæ seniorum, Reccaredus
Rex, Dei Sacerdotis piè & benignè affa-
tus est, & post alia verba hoc subjecit
decretum.

Hoc adhuc necessariò pro firmitate
Catholicæ fidei nostræ Deo supplex insti-
tuere decrevit autoritas, ut propter ro-
borandam gentis nostræ novellam con-
versionem, omnes Hispaniarum & Gal-
licæ Ecclesiæ, hanc regulam servent, ut
omni sacrificii tempore ante communica-
tionem Corporis Christi & Sanguinis,
juxta Orientalium partium morem, una-
nimitè clarâ voce sacratissimam fidei
recenseant Synodum, ut Primum populi
quam credulitatem teneant fateantur, &
sic, corda fide purificata, ad Christi
Corpus & Sanguinem percipiendum ex-
hibeant.

Publicò edictò Regis confirmatum est
Concilium: & singula ejus capitula in
unam summam redacta, confirmavit
dicens: Flavius Reccaredus Rex hanc
deliberationem, quam cum sancta defini-
vimus Synodo, confirmans, subscripsi.
Subscripseruntque Episcopi præsentés.
Explicit Concilium Tolletanum III.

Decretum
Reccaredi
Regis.

Descriptio
confirmatio-
nis Con-
cilii.

CONCILIUM
MATISCONENSE I.

Circa tempora PELAGII II. Papa, & est provinciale.

Adiis F. S.

Celebratum ponitur à Coriolano anno Christi 582.

Ec 2

Ut

Concilium
Maticone-
nse I.
Anno 582

Canon 16.

Episcopi
cum iudici-
bus idola
destruere
debent.

Quoniam penè per omnem Hispaniam, sive Galliciam idololatriz sacrilegium inolevit, hoc cum consensu gloriosissimi Principis sancta Synodus ordinavit, ut omnis Sacerdos in loco suo, una cum Iudice territorii, sacrilegium memoratum studiosè perquirat, & extirpare inventum non differat. Omnes verò qui ad talem errorem concurrunt, sine discrimine, quà poterunt animadversione coercant. Quod si neglexerint, sciant, se utique excommunicationis periculum esse subituros. Si qui verò Domini extirpare hoc malum de possessione sua neglexerint, & familiariz prohibere noluerint, ab Episcopo & ipsi à communione pellantur.

Canon 17

Episcopi
cum iudici-
bus, necesse
est filio-
rum cor-
ripiant.

Cum multæ querelæ ad aures sancti Concilii deferrentur, inter cætera tantæ crudelitatis opus est nunciatum, quantum confidentium aures Sacerdotum non possent sustinere, ut in quibusdam Hispaniz partibus filios parentes interimant, fornicationis avidi, pieratis alieni, quibus si rædium est filios numerosos alere; prius seipsos debent castigare à fornicatione. Nam dum causa propagandæ prolis sortiuntur conjugia parricidio & fornicationi tenentur obnoxii, qui filios necando proprios, docent, se non pro filiis, sed pro libidine uxores duxisse. Proinde tantum nefas ad cognitionem gloriosissimi Domini nostri Recaredi Regis perlatum est, cujus gloria dignata est iudicibus eorundem partium imperare, ut amovendum tantum facinus diligenter cum Sacerdote procurent, & adhibitâ severitate prohibeant. Ergo & Sacerdotes locorum eorundem in quibus sceleris hujus immanitas peragitur, sancta Synodus præcipiendo convenit, ut idem scelus cum iudice curiosus querant, & sine capitali vindicta, acriori disciplina prohibeant.

Canon 18. *Ut Ecclesia cum dotibus suis, in Episcopi potestate consistant.*

Sic quidam contra Canonum auctoritatem Ecclesias, quas edificaverunt, postulant consecrari, ut dotem, quam eidem Ecclesiæ contulerint, censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum, taliter in præterito corrigatur, ut in futuro ne fiat, prohibeatur; & omnia secundum constitutionem antiquam ad Episcopi ordinationem, & potestatem pertineant.

Canon 19.

Quia cognovimus Episcopos per parochias suas non Sacerdotaliter agere, sed crudeliter deservire; dum scriptum sit: *Forma estote gregi, neque dominantes in clerum*, exactiones diocesi suæ, vel damna infligunt: idè censemus (excepto quod veterum constitutiones à parochiis habere jubent, Episcopos) ut alia quæ illis hucusque præsumpta sunt, denegentur, hoc est, neque in angariis Presbyteri, aut Diaconi, neque in aliquibus fatigentur indictionibus, ne videantur in Ecclesia Dei exactores potius, quàm Dei Pontifices nominari. Hi verò Clerici tam locales, quàm diocæsani, qui se ab Episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad Metropolitanum deferre non differant, & Metropolitanus non moretur hujusmodi præsumptiones avertere.

Canon 20.

Ecclesiarum servos, & Episcoporum, vel Presbyterorum, vel omnium Clericorum à iudicibus vel exactoribus publicis, in diversis angustiis, in diversis angustis, non dolemus. Propter quod, ut in pietate gloriosissimi scit, ut auctoritas, sed

(cui impedimentum facit) efficiatur ex-
tenuis.

*Can. 21. Quod qui spem futura resur-
rectionis habent, de mortuis tri-
stari non debent.*

Qui divinâ vocatione ab hac vita re-
cedunt, cum psalmis tantummodò, &
psallentium vocibus debent ad sepul-
chrum deserere. Nam funebre carmen,
quod vulgo defunctis cantari solet, vel in
pectoribus se aut proximos aut famílias
cadere, omninò prohibemus. Sufficiat
autem quoddam in spe resurrectionis, Chri-
stianorum corporibus famulatus divino-
rum impenditur canticorum. Prohibet
enim nos; Apostolus sanctus lugere de-
functos, dicens: *De dormientibus autem
nolo vos contristari, sicut & ceteri, qui spem
non habent.* Dominus non flevit Laza-
rum mortuum, sed ad hujus vitæ ærum-
nas ploravit resuscitandum. Si autem po-
test hoc Episcopus omnibus Christianis
prohibere, non moretur agere: religio-
sis autem omninò aliter fieri non debere
tensemus. Sic enim Christianorum per
omnem mundum huic morti oportet corpora
defunctorum.

*Can. 22. Quod in sanctorum natalibus
ballimantibus prohibeantur.*

Irreligiosa consuetudo est, quam vul-
gus per sanctorum solemnitates & festi-
vitates agere consuevit. Populi qui de-
bent officia divina attendere, saltatio-
nibus turpibus inavigilant, cantica non

solum mala cantantes, sed etiam religio-
sorum officis pestrepunt. Hoc enim, ut
ab omnibus provinciis depellatur, Sacre-
tum & Judicium à Concilio sancto curæ
committitur.

Post confessionem ergo & subscriptio-
nem omnium Episcoporum, & totius
gentis Gothicæ seniorum, Reccaredus
Rex, Dei Sacerdotes piè & benignè affa-
tus est, & post alia verba hoc subjecit
decretum.

Hoc adhuc necessariò pro firmitate
Catholicæ fidei nostræ Deo supplex insti-
tuere decrevit autoritas, ut propter ro-
borandam gentis nostræ novellam con-
versionem, omnes Hispaniarum & Gal-
licæ Ecclesiæ, hanc regulam servent, ut
omni sacrificii tempore ante communica-
tionem Corporis Christi & Sanguinis,
juxta Orientalium patrum morem, una-
nimiter clarâ voce sacratissimam fidei
recenseant Synodum, ut Primum populi
quam credulitatem teneant fateantur, &
sic, corda fide purificata, ad Christi
Corpus & Sanguinem percipiendum ex-
hibeant.

Publicò editò Regis confirmatum est
Concilium: & singula ejus capitula in
unam summam redacta, confirmavit
dicens: Flavius Reccaredus Rex hanc
deliberationem, quam cum sancta defini-
vimus Synodo, confirmans, subscripsit.
Subscripsitque Episcopi presentes.

Explicit Concilium Toletanum III.

Decret
Reccar
Regis.

Deseri
confir
tionis
eius.

CONCILIUM
ATISCONENSE I.

tempore PELAGII II. Pape, & est primum

celebratum pontificatus

Christi 581.

Conc
Matth
neuf.
Ann

Canon 16.

Episcopi
cum iudici-
bus idola
destruere
debent.

Quoniam penè per omnem Hispaniam, sive Galliciam idololatriæ sacrilegium inolevit, hoc cum consecrati gloriofissimi Principis sancta Synodus ordinavit, ut omnis Sacerdos in loco suo, unà cum Iudice territorii, sacrilegium memoratum studiosè perquirat, & exterminare inventum non differat. Omnes verò qui ad talem errorem concurrunt, sine discrimine, quæ poterunt animadversione coercerent. Quod si neglexerint, sciant, se utique excommunicationis periculum esse subituros. Si qui verò Domini extripare hoc malum de possessione sua neglexerint, & familiaritè prohibere noluerint, ab Episcopo & ipsi à communione pellantur.

Canon 17

Episcopi
cum iudici-
bus, necesse
est filio-
rum corripiant.

Cum multæ querelæ ad aures sancti Concilii deferrentur, inter cætera tantæ crudelitatis opus est nunciatum, quantum confitentium aures Sacerdotum non possent sustinere, ut in quibusdam Hispaniæ partibus filios suos parentes interimant, fornicationis avidi, pietatis alieni, quibus si redemptum est filios numerosos alere; prius seipfos debent castigare à fornicatione. Nam dum causa propagandæ prolis sortiuntur conjugia parricidio & fornicationi tenentur obnoxii, qui filios necando proprios, docent, se non pro filiis, sed pro libidine uxores duxisse. Proinde tantum, nefas ad cognitionem gloriofissimi Domini nostri Rectæ Regis perlatum est, cujus gloria dignata est iudicibus eorundem partium imperare, ut amovendum tantum facinus diligenter cum Sacerdote procurent, & adhibita severitate prohibeant. Ergo & Sacerdotes locorum eorundem in quibus scelus hujus immanitas peragitur, sancta Synodus præcipiendo convenit, ut idem scelus cum iudice curiosus querant, & sine capitali vindicta, acriori disciplina prohibeant.

Can. 18. *Ut Ecclesia cum doctis suis, in Episcopi potestate consistat.*

Sic quidam contra Canonum auctoritatem Ecclesias, quas edificaverunt, postulant consecrari, ut dotem, quam eidem Ecclesiæ contulerint, censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum, taliter in præterito corrigatur, ut in futuro ne fiat, prohibeatur; & omnia secundum constitutionem antiquam ad Episcopi ordinationem, & potestatem pertineant.

Canon 19.

Quia cognovimus Episcopos per parochias suas non Sacerdotaliter agere, sed crudeliter deservire; dum scriptum sit: *Forma estis gregi, neque dominantes in eorum*, exactiones diocesis suæ, vel damna infligunt; idè censemus (excepto quod veterum constitutiones à parochiis habere jubent, Episcopos) ut alia quæ illis hucusque præsumpta sunt, denegentur, hoc est, neque in angustiis Presbyteri, aut Diaconi, neque in aliquibus fatigentur indictionibus, ne videantur in Ecclesia Dei exactores potius, quam Dei Pontifices nominari. Hi verò Clerici tam locales, quam diocessani, qui se ab Episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad Metropolitanum deferre non differant, & Metropolitanus non moretur hujusmodi præsumptiones avertere.

Canon 20.

Ecclesiarum servos, & Episcoporum, vel Presbyterorum, vel omnium Clericorum à iudicibus vel exactoribus publicis, in diversis angustiis fatigari dolemus. Propter quod omne Concilium à pietate gloriofissimi Domini nostri possit, ut tales ausus deinceps inhibeat, sed servi supradictorum officiorum, in eorum usibus, vel Ecclesiæ Laborent. Si quis verò iudicum, aut actorum, Clericum, aut servum Clerici vel Ecclesiæ, in publicis ac privatis negotiis occupare voluerit, à communione Ecclesiastica

(cui

(cui impedimentum facit) efficiatur ex-
traneus.

Can. 21 *Quod qui spem futura resur-
rectionis habent, de mortuis tri-
stari non debent.*

Qui divinā vocatone ab hac vita re-
cedunt, cum psalmis tantummodò, &
psallentium vocibus debent ad sepul-
chrum deferri. Nam funebre carmen,
quod vulgo defunctis cantari solet, vel in
pectoribus se aut proximos aut familias
cædere, omninò prohibemus. Sufficiat
autem quoddam in spe resurrectionis, Chri-
stianorum corporibus famulatus divino-
rum impenditur canticorum. Prohibet
enim nos; Apostolus sanctus lugere de-
functos, dicens: *De dormientibus autem
nolo vos contristari, sicut & ceteri, qui spem
non habent.* Dominus non flevit Laza-
rum mortuum, sed ad hujus vite ærum-
nas ploravit resuscitandum. Si autem po-
test hoc Episcopus omnibus Christianis
prohibere, non moretur agere: religio-
sis autem omninò aliter fieri non debere
censemus. Sic enim Christianorum per
omnem mundum humari oportet corpora
defunctorum.

Can. 22. *Quod in sanctorum natalitiis
ballimatiis prohibeantur.*

Irreligiosa consuetudo est, quam vul-
gus per sanctorum solemnitates & festi-
vitates agere consuevit. Populi qui de-
bent officia divina attendere, saltatio-
nibus turpibus invigilant, cantica non

solum mala cantantes, sed etiam religio-
sorum officiis perstreperunt. Hoc enim, ut
ab omnibus provinciis depellatur, Sacer-
tum & Judicum à Concilio sancto curæ
committitur.

Post confessionem ergo & subscriptio-
nem omnium Episcoporum, & totius
gentis Gothicæ seniorum, Reccaredus
Rex, Dei Sacerdotis piè & benignè affa-
tus est, & post alia verba hoc subjecit
decretum.

Hoc adhuc necessariò pro firmitate
Catholicæ fidei nostræ Deo supplex insti-
tuere decrevit autoritas, ut propter ro-
borandam gentis nostræ novellam con-
versionem, omnes Hispaniarum & Gal-
licæ Ecclesiæ, hanc regulam servent, ut
omni sacrificii tempore ante communica-
tionem Corporis Christi & Sanguinis,
juxta Orientalium partium morem, una-
nimiter clarâ voce sacratissimam fidei
recenseant Synodum, ut Primum populi
quam credulitatem teneant fateantur, &
sic, corda fide purificata, ad Christi
Corpus & Sanguinem percipiendum ex-
hibeant.

Publicè editò Regis confirmatum est
Concilium: & singula ejus capitula in
unam summam redacta, confirmavit
dicens: Flavius Reccaredus Rex hanc
deliberationem, quam cum sancta defini-
vimus Synodo, confirmans, subscripsi.
Subscripseruntque Episcopi præsentés.

Explicit Concilium Toletanum III.

Decretum
Reccardi
Regis.

Descriptio
confirma-
tionis Con-
cilii.

CONCILIUM MATISCONENSE I.

Circa tempora PELAGII II. Papa, & est provinciale.

Aditio F. S.

Celebratum ponitur à Coriolano anno Christi 582.

Ec 2

Ut

Concilium
Matisco-
nense I.
Anno 582.

CANON 1.

Ut nullus Episcopus, Presbyter, Diaconus, Clericus vel quicumque secularis in monasteriis puellarum, nisi probatae vitae, & ætatis provectæ, præter utilitatem, aut pro quacumque ratione monasterii, in quacumque earum necessitate habitare, aut secretas collationes habere præsumant: neque intra saluatorium, aut oratorium ingredi permittantur: præcipuè Judæi, non pro quorumcumque negotiorum occasione, puellis intra monasterium Deo dicatis aliquid secretius colloqui, aut familiaritatem, vel moras ibidem habere præsumant.

CANON 2.

Ut nulla mulier in cubiculo Episcopi absque duobus Presbyteris, aut certè Diaconis, ingredi permittatur.

CANON 3.

Ut nullus Clericus sagum, aut vestimenta, aut calceamenta secularia, nisi quod religionem deceat, induere præsumat. Quòd si post hanc definitionem, Clericus aut cum indecenti veste, aut cum armis inventus fuerit, à seniore ita coëctetur, ut 30. dierum inclusione detentus, aqua tantum & modicò pane diebus singulis sustentetur.

CANON 4.

Ut Archiepiscopus sine pallio Missas dicere non præsumat.

CANON 5.

Ut nullus Clericus ad judicem secularem quemcumque, alium fratrem de Clericis accusare, aut ad causam dicendam trahere quòcumque loco præsumat, sed omne negotium Clericorum, aut in Episcopi sui, aut in Presbyteri, aut Archidiaconi præsentia finiatur. Quòd si quicumque Clericus hoc implere distulerit, si junior fuerit, unò minus de quadraginta, iæus accipiat: si certè honoratior, 30. dierum inclusione mulctetur.

CANON 6.

Ut à feria sancti Martini usque ad Natalem Domini, secundà, quartà &

sextà sabbati jejuneret, & sacrificia quæ dragesimali ordine celebrentur. In quibus diebus Canones legendos esse, speciali definitione sancimus, ut nullus se fatetur per ignorantiam deliquisse.

CANON 7.

Ut Presbyteri, Diaconi, vel de quolibet ordine Clerici, ita Episcopo suo obedientiæ devotione subjaceant, ut non alibi dies feriatos, nisi in obsequio alius liceat tenere aut celebrare. Quòd si quis per quancumque contumaciam, aut per cujuscumque patrociniū hoc facere distulerit, ab officio sequegetur.

CANON 8.

Nec Judæi Christianis populis Judices deputentur, aut telenarii esse permittantur, per quod illis Christiani videantur esse subiecti.

CANON 9.

Ut Judæis, à cœna Domini usque ad primam diem post Pascha, secundum edictum bonæ recordationis Domini Childeberti Regis, per plateas aut forum, quasi insultationis causâ, deambulandi licentia denegetur: & ut reverentiam cunctis Sacerdotibus Domini vel Clericis impendant, nec ante Sacerdotes confesum, nisi ordinati, habere præsumant. Qui hoc facere fortasse præsumperit, à iudiciis locorum (prout persona fuerit) distringatur.

CANON 10.

Præsenti Conciliò (Deo auctore) sancimus, quòd qui Judæo deinceps debeat deservire, datis pro quolibet dono mancipio 12. solidis, ipsum mancipium, quicumque Christianus seu ad ingenuitatem, seu ad servitium licentiam habeat redimendi: quia nefas est, ut quos Christus Dominus Sanguinis sui effusione redemit, persecutorum vinculis permanent interiti. Quòd si acquiescere his, quæ statuiimus, quicumque Judæus noluerit, quamdiu ad pecuniam constitutam venire distulerit, liceat mancipium ipsum cum Christianis ubicumque voluerit habitare.

CANON 11.

Prohibetur Episcopi, & Presbyteri in monasteria ingredi.

Sacerdotes, secularia vestimenta induere non debent.

Clerico non licet alium Clericum coram iudice seculari accusare.

De jejuniis adventus Domini.

De obedientia clerici Episcopo.

De Judæis.

Canon hic debet vari.

De mancipio Judæi.

SENTA MATISCON CONCIL. II. 211

his qui
alio ad
tam re-
negium
pobant-

Canon 11.

Id etiam pari conventiã placuit, ut si quis convictus fuerit alios ad falsum testimonium, vel perjurium attraxisse, aut quãcumque corruptione sollicitasse, ipsi quidem usque ad exitum non communicent: hi verò, qui ei in perjurio concessisse probantur, pòit ab omni iure

testimonio prohibendi, & secundum legem, infamiã notabuntur.

Canon 12.

De his verò, qui innocentes aut coram Principe, aut iudicibus accusare convicti fuerint, si Clericus honorator fuerit, ab officii sui ordine degradetur, si verò secularis, communiõne p̄vetur.

De his qui innocentes accusant.

CONCILIUM
MATISCONENSE II.

Sub PELAGIO II. & est provincialis.

Concilium
Matis. II.
An. D. 588.
De oblat.
vantis diei
Dominica.

Advisio F. S.

Celebratum anno 588.

Canon 1.

Constituit debemus diem dominicam, quæ nos denud pepertit, & à peccatis emittit liberavit. Nullus vestrum licium somnitibus vacet, nullus causarum actiones exerceat, nemo sibi talem necessitatem exhibeat, quæ jugum cervicibus jumentorum imponere cogat. Estote omnes hymnis & laudibus Dei animo corporeque intenti. Si quis vestrum proximam habeat Ecclesiam, prope- ret ad eandem, & tibi dominicò die semetipsum precibus, lachrymisque afficiat. Sint oculi, manusque vestre totò illo die ad Deum expansæ: ipse est enim dies requiectionis perpetuus, ipse nobis per septimæ diei umbram insinuat noscitur in lege & Prophetis. Justum igitur est ut hanc diem unanimiter celebremus, per quam facti sumus, quod non fuimus. Fuimus enim antè servi peccati, sed per eam facti sumus filii iustitiæ. Exhibeamus Domino liberam servitutem, cuius nos novimus pietate de ergastulis liberatos eroris: non quia hoc Dominus no-

ster à nobis expetit ut corporali abstinentiã diem dominicam celebremus, sed quærit obedientiam, per quam nos, cæcatis terrenis actibus, ad cælum usque misericorditer provehat. Si quis igitur vestrum hanc salubrem exhortationem parvipenderit, aut contemptui tradiderit, sciat, se pro qualitatibus merito principaliter à Leq̄ puniri, & deinceps Sacerdotali quocumque iure implacabiliter subjacere. Si causidicus fuerit, irreparabiliter causam amittet; si rusticus aut servus, gravioribus fustium idibus verberabitur; si Clericus aut monachus, mensibus sex à consortio suspendetur factum.

Canon 2.

Pascha nostrum, in quo summus Sacerdos & Pontifex pro nostris delictis immolatus est, omnes debemus festivissime colere, & in illis sanctissimis sex diebus, nullus servile opus audeat facere.

De remem-
tione Pa-
schæ.

Canon 3.

Decernimus, ut extra tempora decreta baptismi, nullus filios suos baptizet, nisi infirmitas nimia vel dies extremus compulerit, filios suos baptismum suscipere.

De oblatio-
ne altaris
diebus dom-
inicalis.

E c 3

Canon 4.

Canon 4.

Item statuimus, ut omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur tam panis quam vini; ut per has immolationes, & peccatorum suorum fallibus careant, & cum Abel, vel cæteris justè offerentibus, promerentur esse consortes.

Canon 5.

Omnes reliquas fidei sanctæ Catholice causas, quas temporis longitudine cognovimus deterioratas fuisse, oportet nos ad statum pristinum revocare, si nobis simus adversarii, dum ea quæ agnoscimus ad nostri ordinis qualitatem pertinere, aut non corrigimus, aut (quod nefas est) silentio præterimus. Leges namque divinæ consulentes Sacerdotibus ac ministris Ecclesiarum, pro hæreticis portione omni populo præceperunt, decimas fructuum suorum locis sacris præstare, ut nullò labore impediti per res illegitimas, spiritualibus possint vacare ministeriis: quas leges Christianorum congeries longis temporibus custodivit intemeratas. Unde statuimus, ut decimas Ecclesiasticas omnis populus inferat, quibus Sacerdotes, aut in pauperum usum, aut captivorum redemptionem prorogatis, suis orationibus pacem populo ac salutem impetrent. Si quis autem contumax nostris statutis fuerit, à membris Ecclesie omni tempore separetur.

Canon 6. est Can. 29. Concilii Carthaginensis tertii, qui etiam corrigitur per Can. 29. sextæ Synodi.

Canon 7.

Statuimus insuper, ut liberi Ecclesie, per solos Episcopos judicentur.

Canon 8.

Item decernimus, ut quicumque culpâ compellente, aut potentia importuna non sustinens, suæ græmii matris Ecclesie petierit; in eodem loco inconculsè permaneat; nulli permittentes quolibet gradu dignitatis functo, fugitivo in locis lacris violentiam inferre.

Canon 9.

Statuimus etiam, ut Episcopus per secularem potestatem non judicetur. Nefas est enim, ut illius manibus Episcopus aut jussione de Ecclesia trahatur, pro quo semper Deum exorat, & cui invocato nomine Domini, ad saluationem corporis animæque Eucharistiam sæpe porrexit. Hoc decretum à nobis præfixum, qui fuerit audacter transgressus, tam ipse quam omnes qui ei consenserint, usque ad generale Concilium anathematizati de Ecclesia separentur.

Canon 10.

Quod de Episcopis, censuimus, vim Clerici obtineat & in clerico: ut neque Presbyter, nec Diaconus, neque Subdiaconus de Ecclesiis trahantur, aut injuriam aliquam (inscò Episcopò eòrum) patiantur: sed quicquid quis adversus eos habuerit, in notitiam Episcopi proprii perducatur, & ipse causam, justitiâ præcunte discutiens animo Clericos neculantis satisficiat.

Canon 11.

Sectatores hospitalitatis nos esse non solum Dominus Jesus admonet cum se dicit in hospitem receptum fuisse, sed etiam ejus Apostolus omnibus penè suis præceptis. Propterea, beatissimi fratres, unumquemque nostrum oportet non solum semetipsum ad hoc opus hortari, sed etiam omnium fidelium mentes, ut possint apud Deum misericordie operibus pro nostris peccatis intercedere, & nos ei per veram hospitalitatem reconciliare. Si quis ergo nostrum non admonuerit, aut exemplum exhortationis suæ ipse prius comprobaverit opere, indignationem proculdubio incurret Domini majestatis. Prædicetur hoc nostræ mediocritatis statutum in auribus omnium Christianorum.

Canon 12.

Quid autem Scriptura divina de viduis & pupillis præcipiat, nobis etiam non est; ideoque, quia provisioni nostræ (Deò auctore) causæ principaliter viduarum,

Statuimus
Episcopus
aut jussione
de Ecclesia
trahatur,
pro quo
semper Deum
exorat, &
cui invocato
nomine Domini,
ad saluationem
corporis animæque
Eucharistiam
sæpe porrexit.

vim Clerici
obtainat &
in clerico:
ut neque
Presbyter,
nec Diaconus,
neque Subdiaconus
de Ecclesiis
trahantur,
aut injuriam
aliquam
(inscò Episcopò
eòrum) patiantur:
sed quicquid
quis adversus
eos habuerit,
in notitiam
Episcopi proprii
perducatur,
& ipse causam,
justitiâ præcunte
discutiens
animo Clericos
neculantis
satisficiat.

nos esse non
solum Dominus
Jesus admonet
cum se dicit
in hospitem
receptum fuisse,
sed etiam ejus
Apostolus
omnibus penè
suis præceptis.
Propterea,
beatissimi fratres,
unumquemque
nostrum oportet
non solum
semetipsum
ad hoc opus
hortari, sed
etiam omnium
fidelium mentes,
ut possint
apud Deum
misericordie
operibus
pro nostris
peccatis
intercedere,
& nos
ei per veram
hospitalitatem
reconciliare.

de viduis
& pupillis
præcipiat,
nobis etiam
non est; ideoque,
quia provisioni
nostræ
(Deò auctore)
causæ principaliter
viduarum,

Item 4.

De decimis
fructuum
decimas
fructuum
prestandis.

duarum, & pupillorum sunt commissæ; decernimus, ut Iudices non prius viduas, & pupillos conveniant, nisi Episcopo nunciariant, cujus sub velamine degunt. Quod si Episcopus præsens non fuerit, Archidiaconus & Presbyter pariter sedentes, communi deliberatione causis eorum terminos figant, ita justè & rectè, ut deinceps de talibus antedictæ personæ non conquassentur. Quod si quis Iudex, aut impetitor eis injuriam aliquam ingesserit, aut hanc definitionem transgressus fuerit, à communiōne suspendatur.

Canon 13.

Tractatis omnibus, quæ divini vel humani juris fuerunt, & ad finem usque perductis, putavimus congruum esse, de canibus etiam vel accipitribus aliqua statuere.

Volumus igitur, quod Episcopalis domus, quæ ad hoc instituta est, ut sine personarum acceptione omnes in hospitalitate recipiat, canes non habeat, ne fortè hi, qui in ea miseriarum suarum levamen habere confidunt, dum infestorum canum moribus laniantur, detrimentum, verà vice, suorum sustineant corporum. Custodienda est igitur Episcopalis habitatio, hinc, non latratibus, operibus bonis, non moribus venenosis. Ubi igitur Dei est assiduitas cantilenæ, monstrum est, & dedecoris nota, canes ibi vel accipitres habitare.

Canon 14.

Ex interpellatione quorundam cognovimus, quod cæteris canonibus & legibus, hi, qui lateri Regis adhærent, vel aliqui, qui potentiâ seculari insistant, res alienas competere, & nullis exercitis actionibus, aut conjunctionibus prærogatis, non solum miseros de agris, sed etiam de Domibus propriis exulare. Idcirco in remedium consulentes, decernimus, ut deinceps, hujus mali licentiam quispiam non habeat, sed secundum Canonum arguere legum tenorem,

causarum suarum actionem proponant, ut nullus miserorum rebus suis per vim aut assentionem quamlibet defraudent. Illi autem, qui contrafecerint, processivi anathematis ultione plectantur.

Canon 15.

Statuimus, ut si quis secularium quempiam Clericorum honoratorum in itinere obvium habuerit, usque ad inferiorem gradum veneranter (sicut concedet Christianum) illi colla subdat, per cuius officia & obsequia fidelissima, Christianitatis jura promeruit. Et siquidem ille secularis equo vehitur, clericusque similiter secularis galerum de capite auferat, & Clerico sincerae salutationis manus adhibeat. Si verbò Clericus pedes graditur, & secularis vehitur equo, illic ad terram desinat, & debitum honorem illi sincerae charitatis exhibeat. Qui verbò horum, quæ Spiritu sancto dictante sancta sunt, transgressor fuerit, ab Ecclesia, quamdiu Episcopus illius Ecclesie voluerit, suspendatur.

Canon 16.

Illud quoque rectum nobis visum est disponere, ut quæ uxor subdiaconi, vel exorcistæ, vel acolythi fuerat, mortuò illò, secundo se non audeat sociare matrimonio. Quod si fecerit, separetur, & in cœnobii puellarum Dei tradatur, & ibidem usque ad exitum vitæ permaneat.

Canon 17.

Comperimus, multos, necdum marcidatis mortuorum membris sepulchra referare, & mortuos suos superimponere, & aliorum, (quod nefas est) pro mortuis suis religiosa loca usurpare sine voluntate Domini sepulchrorum: ideoque statuimus, ut nullus deinceps hoc peragat. Quod si factum fuerit, secundum legum decreta, super imposita corpora de eisdem tumulis rejectentur.

Canon 18.

Incestam copulationem, in qua nec conjux nec nuptiæ rectè appellari leges sanxerunt, Catholica detestatur Eccle-

De reverentia præstitanda Clericis.

De his, qui sepulchra referant.

fia, & gravioribus poenis eos afficere promittit, qui navivatis suæ gradus libidinosis ardore concrementis, in stercore, ut fœces teretissimi, convolvuntur.

Canon 1.

Item statuimus, ut ad locum examinationis reorum, vel ad locum ubi pro reatu sui qualitate quispiam interficiendus est, nullus Clericorum accedat.

Canon 20.

Decernimus etiam, ut ad Synodum post triennii tempus omnes conveniant, & hoc adimplere, sollicitudinis sit metropoli litanæ Lugdunensis Episcopi, una cum dispositione magnifici principis nostri, prius diffinientis locum, ad quem omnes congregentur. Si aliquis eorum contumax fuerit, aut excusationem falsæ necessitatis invenierit, volumus, ut usque ad Concilium generale à communione maneat alienus.

Accessit ad hæc edictum Regis Germani insigniter pium de observando die Dominico, & aliis statutis secundæ Synodi Matifonensis.

Explicunt Canones Concilii Matifonensis.

*Gregorius 1. Sexagesimus quartus
Papa*

a. D. 590.
regor. 1.
cap. 64

GREGORIUS natione Romanus, ex patre Gordiano, sedit annos 13. menses 6. dies 10. Hic exposuit Homilias Evangeliorum 40. In Job scripsit libr. 53. In Ezechielem homilias 22. Pastoralis quoque, & Dialogorum libr. squatuor, edidit & alia multa, quæ vulgò ejus nomine circumferuntur. sub Gregorio celebrata sunt duo Concilia Romæ, quæ habentur in Registro, lib. 4. cap. 88. Celebratum est sub eodem, Concilium Lateranense de quiete, & libertate, atque exemptione nigrorum monachorum.

SABINIANUS 65. Papa sub Petro, sedit menses 5. dies 19. nihil fecit memoria dignum. Ejus patria ignoratur: successit Gregorio, cuius res bene gestas perpetuò adversarius est.

an. D. 591
Sabianus
Pont. 61

BONIFACIUS III. patriâ Romanus, Papa 66. sub Petro, obtinuit à Phoca Imperatore, ut sedes Beati Petri, quæ caput est omnium Ecclesiarum, ita & diceretur, & haberetur ab omnibus; quem locum Ecclesia Constantinopolitana sibi vindicare conabatur favoribus malis principibus & affirmantibus, eò loco primam sedem esse debere, ubi imperii caput esset. Quantum temporis sederit Pontifex iste, diversitas est inter Scriptores. Nam ex Plurima colligitur, quod sederit menses 9. nonnulli quoddam menses cum dimidio sederit, alii unum, dies 25. Alii verò annum unum, menses quinque, dies 28. Alii quoddam mense octavo, & die 22. sui Pontificatus obierit.

an. D. 592
Bonif. 62
Pont. 62

BONIFACIUS IV. Papa 67. sub Petro, natione Marfus, sedit annos 6. menses 8. dies 13. Hic templum, quod veteres Pantheon appellabant, (quia omnibus diis commune esset) à Phoca Imperatore obtinuit, & consecravit in honorem B. Mariæ Virginis & omnium Martyrum, ejectis prius gentium simulachris; unde postea Virgo ad Martyres appellata est.

an. D. 593
Bonif. 63
Pont. 63

DEUS-DEDIT Papa 68. sub Petro natione Romanus ex Patre Stephano Subdiacono, hic sedit annos 3. menses 5. diebus sub hoc florui in Hispania Ildorus Hispanensis Episcopus, Leandri successit. Ille Deus dedit fuit vir sanctitatis eximie. Sub hoc celebratum est Concilium Antifiodorense, cuius Canones sunt sequentes.

an. D. 594
Deus-Dedit
Pont. 64

CON-

CONCILIUM
ANTISIODORENSIS.

Sub DEUS-DEDIT Papa. Est Provinciale.

Concilium
Antisiodo-
rense.
Veritas sub
Gregorio I.
Papa. An.
D. 590.
Vide Corio-
Janum, &
Bianum.

Canon 1.

Non licet Cal. Januarii vazo'a
aut cervolo facere, vel stenas
diabolicas observare; sed in ipsa
sic omnia beneficia tribuantur, sicut &
reliquis diebus.

Canon 2.

Ut omnes Presbyteri ante Epipha-
niam in flos suos dirigant, qui eis de
princ' pio Quadragesimæ nuncient, & in
ipsa Epiphania ad populum indicent.

Canon 3.

Non licet compensas in domibus pro-
priis, nec vigilias in festivitibus san-
ctorum facere, nec inter sentes aut ar-
butes sacrires, vel ad fontes vota exsol-
vere: sed quicumque votum habuerit, in
Ecclesia vigilet, & matricolæ ipsam vo-
tum, aut pauperibus reddat, nec subtilia
pede, aut hominem lineo fieri penitus
procurat.

Aditio F. 5.

Prohibentur hi: Vigilæ quæ & in
privatis domibus fieri consueverant, &
superstitionem habebant admixtam: non
autem illæ, quæ a fidelibus religiose ser-
vabantur, cum hic addatur, quicumque
votum habuerit, in Ecclesia vigilet; & mox
can. 11. commenderet vigiliam Paschæ
Confer Concil. Bracar. 1. can. 30. Aliis
c. 2. Et nota pro compensas, forte legen-
dum consuetas. In reliquis canon est ob-
scuro.

Canon 4.

Non licet ad Sacrilegos vel auguria

respicere, nec ad characteres, nec ad
fortes, quas sanctorum vocant, vel quas
de ligno, aut de pane faciunt aspicere,
sed quicumque homo facere vult, omnia
in nomine Domini faciat.

Canon 5.

Omnino & inter supradictas conditio-
nes, vigilas quas in honore Domini
Martini observant, omnibus prohibemus

Canon 6.

Ut à media quadragesima Presbyteri
Christina petant; & si quis infirmitate
detentus venire non potuerit, Ad archi-
diaconum suum, vel Archidiaconum
transmittat, sed cum Christinatio &
lingeo; sicut reliquæ sanctorum depor-
tati solent.

Canon 7.

Ut omnes Presbyteri ad Synodum in
civitatem veniant, & Cal. Novemb: om-
nes Abbates ad Concilium veniant.

Canon 8.

Non licet in atrario in sacrificio divi-
no mellituræ (quod mullum appellatur)
nec ullum aliud poculum extra vinum
cum aqua mixtum offerre; quia ad gran-
dem reatum & peccatum pertinet Pres-
bytero illi, quicumque aliud poculum
extra vinum, in consecratione Sanguinis
Christi offerre presumpserit.

Canon 9.

Non licet in Ecclesiis choros secula-
rium, vel puellarum cantica exercere,
nec convivia in Ecclesia præparare, quia
Ff scri-

gis vel au-
guriis.

De vigilis.

De Christinatio.

Extra atrarium non
licet consecratio Sanguinis
Christi.

scriptum est : *Domus mea, domus orationis vocabitur.*

Canon 10.

Non licet super uno altario in una die duas Missas dicere; nec in altariis, ubi Episcopus Missas dixerit, Presbyter in illa die Missas dicat.

Canon 11.

Non licet in vigilia Paschæ ante horam secundam noctis vigiliam expedire; quia in illa nocte non licet post mediam noctem bibere, nec in Natali Domini, nec in reliquis solemnitatibus.

Canon 12.

Non licet mortuis nec Eucharistiam, nec osculum tradi, nec velo, nec pallis corpora eorum involvi.

Canon 13.

Non licet Diacono, velô vel pallâ scapulas suas involvi.

Canon 14.

Non licet in baptisterio corpora sepelire.

Canon 15.

Non licet mortuum super mortuum mitti.

Canon 16.

Non licet die Dominicæ boves iungere, vel alia opera exercere.

Canon 17.

Quicumque se propriâ voluntate in aquam iactaverit, aut collô ligatô se suspendent, aut de arbore præcipitaverit, aut ferrô percusserit, aut quâlibet occasione voluntariæ se morti tradiderit, siquam oblata non recipiantur.

Canon 18.

Non licet absque Paschæ solemnitate, ullô tempore baptizare nisi illos, quibus mors vicina est, quos Grabatarios dicunt: quod si quis ipso alio pago, contumaciâ faciente, post interdictum hoc, infantes suos ad baptismum detulerit, in Ecclesiis nostras non recipiantur: & quicumque Presbyter ipsos extra nostrum præceptum recipere præsumperit, tribus

mensibus à communione Ecclesiæ sequestratus sit.

Canon 19.

Non licet Presbytero, aut Diacono, aut Subdiacono, post acceptum cibum, vel poculum Missas tractare, aut in Ecclesiâ, dum Missæ vicuntur, stare.

Canon 20.

Quod si Presbyter (quod nefas est dicere) aut Diaconus, aut Subdiaconus, post acceptam benedictionem infantes procreavit, aut adulterium commiserit, & Archipresbyter hoc Episcopo, aut Archidiacono non intimaverit, in tertio annô non communicet.

Canon 21.

Non licet Presbytero, in uno lecto, post acceptam benedictionem, cum Presbyteris sua dormire, nec in peccato carnali misceri. nec Diacono, nec Subdiacono.

Canon 22.

Non licet relicte Presbyteri, nec relicte Diaconi, nec Subdiaconi post ejus mortem maritum accipere.

Canon 23.

Si Monachus in monasterio adulterium commiserit, aut peculiare habere præsumperit, aut furtum fecerit, & hoc Abbas per se non emendaverit, aut Episcopo aut Archidiacono non intimaverit, ad penitentiam agendam in alio monasterio retrudatur.

Canon 24.

Non licet Abbati vel Monacho ad nuptias ambulare.

Canon 25.

Non licet Abbati filios de baptismo habere, nec Monachis commatres habere.

Canon 26. Abbas non permittat mulieres monasterium ingredi.

Quod si quis Abbas mulierem in monasterium ingredi permisit, aut festivitates aliquas ibi spectare præceperit, tribus mensibus in monasterio tradatur pane & aquâ contentus.

A Canone 27. usque ad 32. tantum agitur de personis inter quas prohibitum est nuptias celebrare. Quid quidem omnibus notum est.

Canon 33.

Non licet Presbytero, nec Diacono ad trepaliū ubi rei torquentur, stare.

Canon 34.

Non licet Presbytero in iudicio illo federe, unde homo ad mortem tradatur.

Canon 35.

Non licet Presbytero, aut Diacono, vel cuiquam Clericorum, de qualibet causa clericum suum ad iudicem secularem trahere.

Canon 36.

Non licet mulieri nudā manu Eucharistiam sumere, nec manum suam ad pallas Dominicas mittere.

Can. 37. Nullus cum excommunicatis communicet.

Si quis Presbyter, aut quilibet de clero, aut de populo, excommunicatum, atque voluntate ipsius qui eum excommunicaverit, sciens receperit, aut cum illo panem manducaverit, vel colloquium habere decreverit, simili sententiæ subjaceat.

Canon 38.

Non licet Presbytero inter epulas cantare, nec saltare.

Canon 39.

Unaquæque mulier quando communicat, Dominicalem suam habeat. Quod si non habuerit, usque in alium diem Dominicum non communicet.

Additio F. 5.

Iste canon apud alios est 42. Per Dominicalem intelligitur linteum nitidum in quo mulieres olim recipiebant Corpus Christi, quando viris solebat in manus dari. Ea de re diximus 3. p. q. 80. art. 12.

Canon 40. Index sanctorum inconsulto Episcopo nulli Clericorum inviam inferat.

Quicumque Judex, aut secularis, Pres-

bytero, aut Diacono, aut cuilibet de clero, aut de junioribus, absque audientia Episcopi, aut Archidiaconi, aut Archipresbyteri injuriam inferre præsumpserit, annō ab omnium Christianorum consortio habeatur extraneus.

Canon 41. Pœnendum est præceptis Archipresbyteri.

Si quis ex secularibus institutionem aut commotionem Archipresbyteri sui, communitatis sciente, audire distulerit; tandiu à liminibus sanctæ Ecclesiæ habeatur extraneus, quamdiu tam salutrem institutionem adimplere statuerit. Insuper & multam, quam gloriosissimus Dominus Rex instituit, sustineat.

Explicunt Can. Concil. Antifiodor.

BONIFAGIUS V. Papa natione Campanus, Heraclio Imper. sedit an. 9. menses 10. die uno. Hic Pontifex Campanos sacrilegos ab Ecclesiâ exclusit; sed ad Ecclesiâ confugientes immunitate donavit.

An. D. 618
Bonifac. V
Pont. 69.

Sub hoc Pontifice Mahometes Arabi natus est ex patre Pagano, & ex matre Hebræa Hifmaëlici generis; qui magnum in Christianum populum excitavit incendium. Qui cum magnum se Dei Prophetam esseret, magicis artibus Asianos & Africanos deludens, ita populos quosdam concitavit novā à se religione imbutos, ut paulatim adfuerit, quin omnino Imperij nomen deleteret, captā Alexandriā, multisque aliis Syriæ, & Ciliciæ urbibus Saracenos sectatores suos habuit. Qui annos natus penè 40. postquam tam terrā peste animos hominum infecisset, extractus est. Visitur in Arabia urbe Modina ejus sepulchrum, uti sanctorum apud nos.

Mahometi
origo, inge-
nium, &
obitus.

HONORIUS I. natione Campanus ex patre Patrônio viro consulari, sedit annos 12. menses 12. dies 17. Hic Pont. Ecclesiâ restaurans; Heraclii permisso, ætas Romuli adis tegulas S. Petro superpetexit. Quō mortuō, vacavit sedes mensibus 9.

An. D. 628
Honor. I
Pont. 70.

Concilium
Hispal. II.

CONCILIUM HISPALENSE II.

*Sub die Iduum Novembrium circa tempora HONORII Papae tempore :
Sisebuti Regis : estq; Provinciale.*

Aditio F. S.

A Lii, Concilium Hispal. 2. ponunt sub Bonifacio V. anno Dom. 619. Sisebuti anno nono.

Cap. 1. Non est obicienda praescriptio, ubi necessitas inest hostilitatis.

Primi actione Theodolphi Malacitanæ Antiquitatis Ecclesiæ, ad nos oblata precatio est, adherentis, antiquam ejusdem urbis parochiam, militaris quondam hostilitatis discrimine fuisse decisam, & ex parte aliqua, ab aliis Ecclesiis esse retentam. Pro qua re, placuit, ut omnis parochia, quæ ab antiqua ditione, ante militatam hostilitatem retinuisse Ecclesiam suam comprobaret, ejus privilegio restitueretur. Sicut enim per legem mundialem his, quos Barbarica feritas captivâ necessitate transvexit, postliminiò revertentibus redditur antiqua possessio: sic Ecclesiæ receptura est parochiam, quam antea tenuit cum rebus suis. Non enim erit obicienda praescriptio temporis, ubi necessitas inest hostilitatis.

Cap. 2. Legimus si deficiat limes, praescriptio longi temporis silentium repetenti imponit.

Placuit, ut si in diocesi Episcopi possidentis firmam basilicam, veteribus signis, limes pravus monstraverit, Ecclesiæ cujus est jus retentionis, sit æternum Dominium. Quid & si limes legitimus eandem basilicam non recludit, & tamen longi temporis probatur objecta

praescriptio, appellatio repetentis Episcopi non valebit, quia illi triennalis objectio silentium imponit. Sin verò infra metas, triennalis temporis, extra alienos terminos basilicæ injusta retentio reperitur, & repetentis Episcopi juri, sine mora restituitur.

Cap. 3. De desertoribus Clericis, ac Episcopis suis restituantur.

Placuit ut si quis Clericus ministeriis Ecclesiæ propriæ destitutus, ad aliam transitum fecerit, compellente (ad quem fugerit) Sacerdote; ad Ecclesiam, quam prius incoluerat, remittatur. Qui verò eum susceperit, nec statim, sine ullo nisi exceptionis, ad propriam Ecclesiam remittendum elegerit, quamdiu eum restituat, communionem se privatam agnoscat. Desertorem autem Clericum, cingulo honoris atque ordinationis suæ exutum, aliquò tempore monasterio relegari convenit: sicque postea in ministerio Ecclesiastici ordinis revocari.

Cap. 4. Bigami ad Presbyterium, vel Diaconatum non sunt promovendi.

Nunciatum est nobis, apud Astigitanam Ecclesiam quosdam nuper ordinationes illicitas extitisse, ita ut quidam viduarum mariti, Levitarum ministerio sacarentur. Quos quidem convenit à gradu suscepto in jectum devocari, nec ultra prochi ad Diaconi ministerium, qui contra divina atque Ecclesiastica jura instituti reperiuntur.

Cap. 5.

Cap. 4. cap. & post l. 1. quæ.

Cap. 5. Presbyteri non presumant ordinaré.

Relatum est nobis de quibusdam Clericis, quorum dum unus ad Presbyterium, duo ad Levitarum ministerium sacrarentur, Episcopus oculorum dolore detentus, fertur manum suam super eos tantum imposuisse, & presbyter quidam, illis, contra Ecclesiasticum ordinem, benedictionem dedisse. Qui licet propter tantam audaciam poterat accusatus damnari, si adhuc viveret: sed quia jam ille ex animi divino relicto, humani iudicii accusari non potest, hi qui supersunt, gradum Sacerdotii vel Levitici ordinis, quem pervetse adepti sunt, amittant.

Cap. 6. Presbyteri vel Diaconi ab uno Episcopo non sunt deponendi.

Comperimus, quemdam Presbyterum à Pontifice suo injustè olim dejectum, & innocentem, exilio condemnatum. Idèd decrevimus (juxta patrum decretum) Synodali sententiâ, ut nullus nostrum sine Concilii examine, deiciendum quemlibet Presbyterum vel Diaconum audeat. Episcopus enim Sacerdotibus & ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Tales enim neque ab uno damnari, nec uno judicante poterunt honoris sui privilegii exui: sed presentari Synodali iudicio, quod canon de illis præcepit, deservi.

Cap. 7. Prohibita Corèpiscopi & Presbyteris.

Relatum est nobis, Agapium Cordubensem Episcopum, frequenter Corèpiscopos, vel Presbyteros destinasse (qui tamen juxta Canones unum sunt): qui absente Pontifice altaria erigerent, basilicas consecrarent. Quod quidem non est mirum id præcepisse. Virum Ecclesiasticæ disciplinæ ignarum. Ergo, ne ultra talis à nobis licentia usurperetur, communi sententiâ statuendum oportuit, scientes, quia sicut Presbytero vel Corèpiscopo illicita consecratio est altaris, ita & con-

stitutio. In divinis enim litteris, præcipiente Dominò, solus Aaron in tabernaculo erexit altare; solus ipse unxit: quia summus Dei Sacerdos erat, sicut scriptum est de eo: *Moyse & Aaron in Sacerdotibus eius.* Ideoque, id quod tantam facere principibus Sacerdotum iustum est (quorum typum Moyse & Aaron tenuerunt) Presbyteri, qui filiorum Aaron gerant figuram, arripere non præsumant. Nam quantum cum Episcopo plurima illis mysteriorum communis sit dispensatio, quædam tamen autoritate veteris legis, quædam novellis & Ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint, sicut Presbyterorum, & Diaconorum, ac Virgum consecratio, Constitutio altaris, benedictio, vel unctio: siquidem nec liceat eis benedicere Ecclesiam; vel altaria consecrare; nec per impositionem manuum fidelibus baptizandis, vel conversis ex hæresi Spiritum sanctum tradere; nec christina conficere; nec christinate baptizatorum frontem signare; sed nec publice quidem inmissa quemquam penitentem reconciliare; nec formatas cuiuslibet epistulas mittere. Hæc omnia illicita esse Presbyteris: quia pontificatus apicem non habent, quem solis debent Episcopis autoritate Canonum præcipitur; ut per hæc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summi Pontificis demonstraretur. Sed nec coram Episcopo licet eis in baptisterium introire; nec presentem Admittre infantem tingere, aut signare; nec penitentem sine præcepto Episcopi sui reconciliare; nec eò presente Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi conficere; nec, eò coram positò, populum docere, vel benedicere, aut salutare; nec plebem utique exhortari. Quæ omnia eis à sede Apostolica prohibita esse noscuntur.

Ad ditio F. 5.

De Chorèpiscopis lege quæ notavimus ad Conc. Antiochen. pag. 115.

Quod altare à solo Episcopo consecrari

Aaron summus Dei Sacerdos.

Presbyteri filiorum Aaron gerant figuram.

Prohibita Corepiscopi & Presbyteris Ecclesiastica Sacramenta.

ex Patre Deum natum,
 ex utero glorioſæ Virginis
 editum, & ob hoc, in
 duas naturas habentem;
 ante ſecula genitus eſt, &
 quæ in tempore editus eſt.
 naturæ diſtinctio primùm
 deinde ex Prophetis, &
 atque Apoſtolicis depro-
 pinis, ut ea, quæ aſſectimus,
 ſed exemplis Scriptura-
 rum. Primò ex illo: *Ece mitto*
qui præcedat te: obſerva
eſt nomen meum in illo. Hic
 obſtratur natura. Et illud:
benedicentur omnes gentes, id
Christi, quæ in Abrahamæ ſtirpe
 Hic humana demonstratur na-
 turæ in Psalmis, David sub una
 persona sic ostendit utramque
 : divinam, secundum illud: *Ex*
bisiformis generi te: humanam,
notus eſt in eo. Rurſus divi-
 bi: *Enclavis cor meum Verbum*
 humanam, ibi: *Species formæ pre-*
 vium. Terriò, Eſaias, sub una
 que Christi persona utramque
 naturam; Deitatis, ibi: *Nunquid*
parum ſaris, ipſe non pariam? Hu-
 manæ verò, secundum illud: *Ece*
intero concipiet, & pariet filium.
 Deitatis: *Rorate carb defuper, &*
pluant iuſtum, Humanitatis, ibi:
natus eſt nobis. In Evangelio quo-
 in uno eodemque Christo, divinæ
 ſignificatio: *Ego, & Pater unum*
 Humanæ naturæ inſinuat, ibi:
maior me eſt. Item divinæ naturæ,
Ego ſum via, veritas, & vita, humanæ
træ: Trifis eſt anima mea: aſper ad
em. Paulus quoque Apoſtolus in uno,
 ungue Christo, naturam divinitati-
 ſinit, ibi: *Primogenitus variis crea-*
ipſe eſt ante omnes. Humanitatis, cum
Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ. De

paſſione verò, quam in ſola humanitate
 non in deitate ſuſtinuit, Legis & Prophe-
 tarum autoritas, Evangeliorum & Apo-
 ſtolorum prædicatio adhibenda eſt. Ex
 Prophetis illud: *Lavabit in vino ſtolam*
ſuam, & in ſanguine ura pallium ſuum.
 Quid hic pallium, quid ſtola, niſi caro
 Christi, paſſionis ſanguine decorata? Et
 alia multa, quæ ſupervacaneum eſt re-
 ferre. Probatur ergo veteris ac novi Te-
 ſtamenti teſtimoniis, in quibus duæ naturæ
 Christi præſentæ ſunt in una ſubſiſtentes
 perſona, in quibus & paſſio ejus, appa-
 ruit, in homine ſolo expleta: deinde
 oportuit ſententias ſubnecſi ſanctorum
 Patrum, qui in ſacris litteris ingenti glo-
 riâ refulſerunt, ut etiam eorum traditione
 perſequeatur, quia Dominus noſter Jeſus
 Chriſtus ex duabus naturis, & una per-
 ſona ſubſiſtit: & quia mortem & paſſio-
 nem in ſola carne ſuſcepit.

Genſ. 4910

Reſtaſtitur ad hoc: Eſthavias, Ambroſius, Autho.
Gregorius Nazianzenſis, Baſilius, Cyrillus,
Athanaſius, Auguſtinus, Leo Papa, Fulgentius:
quorum centum teſtimoniis concluditur
queſtio.

Hæc quidem, quæ tam divinæ Scri-
 pturæ, quæ etiam Sanctorum Patrum
 eloquia docuerunt, decretis noſtris bre-
 viter inſecta prætulimus, demonſtrantes
 geminam carnis & deitatis naturam in
 una Domini & Salvatoris noſtri perſona;
 paſſum quoque eundem in ea natura, quæ
 corporis eſt: non tamen paſſum in ea
 natura, quæ deitatis eſt. His ergo con-
 cordi ſententiâ in tribus Secretariis deſi-
 nitis; præ confirmatiõne ſui propriam
 ſubſcriptionem ſubjericimus. Iſidorus in
 Christi nomine Eccleſiæ Hiſpalenſ. Epi-
 ſcopus ſubſcripſi. Malactranus Epico-
 Cordubenſ. Epicoſopus, & cæteri omnes
 fecerunt ſimiliter.

Subſcriptio
Epicoſopo-
rum

Epicoſopus Canonice ſecundi Conc.
 Hiſpalenſis.

fia, & gravioribus poenis eos afficere promittit, qui natiuitatis suae gradus libidinose ardore contemnerent, in theroce, ut fues terecintini, conuoluntur.

Canon 1.

Item statuimus, ut ad locum examinationis reorum, vel ad locum ubi pro reatus sui qualitate quisquam interficiendus est, nullus Clericorum accedat.

Canon 20.

Decernimus etiam, ut ad Synodum post triennii tempus omnes conveniant, & hoc adimplere, sollicitudinis sit metropolitani Lugdunensis Episcopi, una cum dispositione magnifici principis nostri, prius diffinientis locum, ad quem omnes congregentur. Si aliquis eorum contumax fuerit, aut excusationem falsae necessitatis invenerit, volumus, ut usque ad Concilium generale a communionemaneat alienus.

Accessit ad haec edictum Regis Guzmanii insigniter pium de observando die Dominico, & aliis statutis secundae Synodi Matifonensis.

Expliciuat Canones Concilii Matifon. 2.

*Gregorius 1. Sexagesimus quartus
Papa*

An. D. 590.
Gregor. 1.
Pont. 64

GREGORIUS natione Romanus ex patre Gordiano, sedit annos 13. menses 6. dies 10. Hic exposuit Homilias Evangeliorum 40. In Job scripsit libr. 53 5. In Ezechielem homilias 22. Pastoralis quoque, & Dialogorum libr. squatuor, edidit & alia multa, quae vix eo nomine circumferuntur. Sub Gregorio celebrata sunt duo Concilia Romae, quae habentur in Registro, li. 4. cap. 88. Celebratum est sub eodem, Concilium Lateranense de quiete, & libertate, atque exemptione nigrorum monachorum.

SABINIANUS 65. Papa sub Petro, sedit menses 5. dies 19. nihil fecit memoria dignum. Ejus patria ignoratur: successit Gregorio, cuius res bene gestas perpetuo adversarius est.

An. D. 602
Sabinianns
Pont. 65.

BONIFACIUS III. patria Romana, Papa 66. sub Petro, obtinuit a Phoca Imperatore, ut sedes Beati Petri, quae caput est omnium ecclesiarum, ita & diceretur & haberetur ab omnibus; quem locum Ecclesia Constantinopolitana sibi vindicare conabatur severitibus malis principibus & affirmantibus, eod ioco primam sedem esse debere, ubi imperii caput esset. Quantum temporis sederit Pontifex iste, diversitas est inter Scriptores. Nam ex Pl. tina colligitur, quod sederit menses 9. nonnulli quod octo menses cum dimidio sederit, alii unum, dies 25. Alii vero annum unum, menses quinque, dies 28. Alii quod mense octavo, & die 22. sui Pontificatus obierit.

An. D. 606.
Bonif. III.
Pont. 66.

BONIFACIUS IV. Papa 67. sub Petro, natione Marfus, sedit annos 6. menses 8. dies 13. Hic templum, quod veteres Pantheon appellabant, (quia omnibus diis commune esset) a Phoca Imperatore obtinuit, & consecravit in honorem B. Mariae Virginis & omnium Martyrum, cunctis prout gentium simulachris; unde postea Virgo ad Martyres appellata est.

An. D. 609.
Bonif. IV.
Pont. 67.

DEUS-DEDIT Papa 68. sub Petro natione Romanus ex Patre Stephano Subdiacono, hic sedit annos 3. minus 5. diebus sub hoc sortui in Hispania Isidorus Hispanensis Episcopus, Leandri successit. Ille Deus dedit fuit vir sanctitatis extimae. Sub hoc electus est Concilium Antisiodorense, cuius Canones sunt sequentes.

An. D. 612.
Deus-dedit
Pont. 68.

CON-

CONCILIUM
ANTISIODORENSIS.

Sub DEUS-DEDIT Papa. Est Provinciale.

Concilium
Antisiodo-
rense.
Verbis sub
Gregorio I
Papa. An.
D. 590.
Vide Corio
Janum, &
Bianum.

Canon 1.

Non licet Cal. Januarii vtro'a
aut cervolo facere, vel strens
diabolicas observare; sed in ipsa
sic omnia beneficia tribuantur, sicut &
reliquis diebus.

Canon 2.

Ut omnes Presbyteri ante Epipha-
niam in flos suos dirigant, qui eis de
principio Quadragesimæ nunciunt, & in
ipsa Epiphania ad populum indicent.

Canon 3.

Non licet compensas in domibus pro-
priis, nec vigiliis in festivitibus san-
ctorum facere, nec inter sentes aut ar-
botes sacriores, vel ad fontes vota exsol-
vere: sed quicumque votum habuerit, in
Ecclesia vigilet; & mattheolæ ipsum vo-
tum, aut pauperibus reddat, nec subtrahat
pede, aut hominem lineo fieri penitus
presumat.

Aditio F. 8.

Prohibentur hi: Vigiliae quæ & in
privatis domibus fieri consueverant; &
superstitionem habebant admixtam: non
autem illæ, quæ a fidelibus religiose fer-
vabantur, tum hic addatur, quicumque
votum habuerit, in Ecclesia vigilet; & mox
can. 11. commendetur vigilia Paschæ.
Confer Concil. Bracar. 1. can. 20. Alias
c. 2. Et nota pro compensas, forte legen-
dum conventus. In reliquis canon est ob-
scurus.

Canon 4.

Non licet ad Sacrilegos vel auguria-

respicere, nec ad characteres, nec ad
fortes, quas sanctorum vocant, vel quas
de ligno, aut de pane faciunt aspicere,
sed quicumque homo facere vult, omnia
in nomine Domini faciat.

Canon 5.

Omnia & inter supradictas conditio-
nes, vigiliae quas in honore Domini
Martini observant; omnibus prohibemus

Canon 6.

Ut à media quadragesima Presbyteri
Christina petant; & si quis infirmitate
deceatur venire non potuerit, Ad archi-
diaconum suum, vel Archisubdiaconum
transmittat, sed cum Chrismario &
linco; sicut reliquæ sanctorum depor-
tari solent.

Canon 7.

Ut omnes Presbyteri ad Synodum in
civitatem veniant, & Cal. Novemb. om-
nes Abbates ad Concilium veniant.

Canon 8.

Non licet in altario in sacrificio divi-
no mellitum (quod mulsum appellatur)
nec ullum aliud poculum extra vinum
cum aqua mixtum offerre; quia ad gran-
dem reatum & peccatum pertinet Pres-
bytero illi, quicumque aliud poculum
extra vinum, in consecratione Sanguinis
Christi offerre presumpserit.

Canon 9.

Non licet in Ecclesia choros secula-
rium, vel puellarum cantica exercere,
nec convivia in Ecclesia præparare, quia
F f

gus vel au-
guria.

De vigilia

De Chris-
mato.

Nota quod
mellitum non
licet conse-
cratio Sanguinis
Christi.

scriptum est : *Domus mea, domus orationis vocabitur.*

Canon 10.

Non licet super uno altario in una die duas Missas dicere; nec in altaribus, ubi Episcopus Missas dixerit, Presbyter in illa die Missas dicat.

Canon 11.

Non licet in vigilia Paschæ ante horam secundam noctis vigiliam expedire; quia in illa nocte non licet post mediam noctem bibere, nec in Natali Domini, nec in reliquis solemnitatibus.

Canon 12.

Non licet mortuis nec Eucharistiam, nec osculum tradi, nec velo, nec pallis corpora eorum involvi.

Canon 13.

Non licet Diacono, velô vel pallâ scapulas suas involvi.

Canon 14.

Non licet in baptisterio corpora sepelire.

Canon 15.

Non licet mortuum super mortuum mitti.

Canon 16.

Non licet die Dominico boves iungere, vel alia opera exercere.

Canon 17.

Quicumque se propriâ voluntate in aquam iactaverit, aut collô ligatô se suspendent, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percusserit, aut quâlibet occasione voluntariè se morti tradiderit, si quum oblata non recipiantur.

Canon 18.

Non licet absque Paschæ solemnitate, ullô tempore baptizare nisi illos, quibus mors vicina est, quos Grabatarios dicunt: quod si quis in alio pago, contumaciâ faciente, post interdictum hoc, infantes suos ad baptismum detulerit, in Ecclesiis nostras non recipiantur; & quicumque Presbyter ipsos extra nostrum præceptum recipere præsumpserit, tribus

mensibus à communione Ecclesiæ sequestratus sit.

Canon 19.

Non licet Presbytero, aut Diacono, aut Subdiacono, post acceptum cibum, vel poculum Missas tractare, aut in Ecclesia, dum Missa vicarius stare.

Canon 20.

Quod si Presbyter (quod nefas est dicere) aut Diaconus, aut Subdiaconus, post acceptam benedictionem infantes procreavit, aut adulterium commiserit, & Archipresbyter hoc Episcopo, aut Archidiacono non intimaverit, in quibus annis non communicet.

Canon 21.

Non licet Presbytero, in uno lecto, post acceptam benedictionem, cum Presbytero sua dormire, nec in peccato carnali misceri. nec Diacono, nec Subdiacono.

Canon 22.

Non licet relicte Presbyteri, nec relicte Diaconi, nec Subdiaconi post ejus mortem matrum accipere.

Canon 23.

Si Monachus in monasterio adulterium commiserit, aut peculiare habere præsumpserit, aut furtum fecerit, & hoc Abbas per se non emendaverit, aut Episcopo aut Archidiacono non intimaverit, ad penitentiam agenda in alio monasterio retrudatur.

Canon 24.

Non licet Abbati vel Monacho ad nuptias ambulare.

Canon 25.

Non licet Abbati filios de baptismo habere, nec Monachis commatres habere.

Canon 26. *Abbas non permittat mulieres monasterium ingredi.*

Quod si quis Abbas mulierem in monasterium ingredi permiserit, aut festivitates aliquas ibi spectare præceperit, tribus mensibus in monasterio tradatur pane & aquâ contentus.

A Canone 27. usque ad 32. tantum agitur de personis inter quas prohibitum est nuptias celebrare. Quid quidem omnibus notum est.

Canon 33.

Non licet Presbytero, nec Diacono ad trepalium ubi rei torquentur, stare.

Canon 34.

Non licet Presbytero in iudicio illo sedere, unde homo ad mortem tradatur.

Canon 35.

Non licet Presbytero, aut Diacono, vel cuiquam Clericorum, de qualibet causa conlericum suum ad Iudicem secularem trahere.

Canon 36.

Non licet mulieri nudam manu Eucharistiam sumere, nec manum suam ad pallas Dominicas mittere.

Can. 37. Nullus cum excommunicatis communicet.

Si quis Presbyter, aut quilibet de clero, aut de populo, excommunicatum, absque voluntate ipsius qui eum excommunicaverit, sciens receperit, aut cum illo panem manducaverit, vel colloquium habere deieverit, simili sententia subiacet.

Canon 38.

Non licet Presbytero inter epulas cantare, nec saltare.

Canon 39.

Unaquaque mulier quando communicat, Dominicalem suum habeat. Quod si non habuerit, usque in alium diem Dominicum non communicet.

Aditio F. 5.

Iste canon apud alios est 42. Per Dominicalem intelligitur lineum nitidum in quo mulieres olim recipiebant Corpus Christi, quando viris solebat in manus dari. Ea de re diximus 3. p. q. 80. art. 12.

Canon 40. Index sanctorum inconfusio

Episcopis nulli Clericorum immunitatem inferat.

Quicumque Iudex, aut secularis, Pres-

bytero, aut Diacono, aut cuilibet de clero, aut de junioribus, absque audientia Episcopi, aut Archidiaconi, aut Archipresbyteri injuriam inferre presumpserit, anno ab omnium Christianorum consortio habeatur extraneus.

Canon 41. Parendum est preceptis Archipresbyteri.

Si quis ex secularibus institutionem aut communionem Archipresbyteri sui, communitatis sciente, audire distulerit; tandiu a liminibus sancte Ecclesie habeatur extraneus, quamdiu tam salubrem institutionem adimplere statuerit. Insuper & multam, quam gloriosissimus Dominus Rex instituit, sustineat.

Explicunt Can. Concil. Antisiodor.

RONIFAGIUS V. Papa natione Campanus, Heraclio Imper. sedit an. 9. menses 10. die uno. Hic Pontifex Campanos sacrilegos ab Ecclesia exeluit; sed ad Ecclesiam confugientes immunitate donavit.

Sub hoc Pontifice Mahometes Arabs natus est ex patre Pagano, & ex matre Hebræa Hismælici generis; qui magnum in Christianum populum excitavit incendium. Qui cum magnus se Dei Prophetam assereret, magicis artibus Africanos & Africanos deludens, ita populos quosdam concitavit novam se religionem imbutos, ut paulum adfuerit, quin omnino Imperij nomen deleteret, captam Alexandriam, multisque aliis Syriæ, & Cilicie urbibus Saracenos sectatores suos habuit. Qui annos natus penè 40. postquam tam terribili peste animos hominum infecisset, extinctus est. Visitur in Arabia urbe Modina ejus sepulchrum, uti sanctorum apud nos.

HONORIUS I. natione Campanus ex patre Patronio viro consulari, sedit annos 12. menses 11. dies 17. Hic Pontifex Ecclesias restaurans; Heraclii petmissu, aras Romuli adis regulas S. Petro superpetexit. Quo mortuo, vacavit sedes mensibus 9.

An. D. 618.
Bonifac. V.
Pont. 69.

Mahometis
origo, inge-
nium, &
obitus

An. D. 622.
Honor. I
Pont. 70.

acillum
pal. II.CONCILIUM
HISPALENSE II.*Sub die Iduum Novembrium circa tempora HONORII Papa tempore
Sisebuti Regis : est q² Provinciale.**Additio F. 5:*

A Lii, Concilium Hispal. 2. ponunt
sub Bonifacio V. anno Dom. 619.
Sisebuti anno nono.

*Cap. 1. Non est obicienda prescriptio,
ubi necessitas ingressu hostilitatis.*

Primam actionem Theodolphi Malacitanæ
Antistitis Ecclesiæ, ad nos oblata prece-
ratio est, afferentis, antiquam ejusdem
urbis parochiam, militaris quondam ho-
stilitatis discrimine fuisse decisam, & ex
parte aliqua, ab aliis Ecclesiis esse re-
tentam. Pro qua re, placuit, ut omnis
parochia, quæ ab antiqua ditione, ante
militarem hostilitatem retinuisse Eccle-
siam suam comprobaret, ejus privilegio
restitueretur. Sicut enim per legem mun-
dialem his, quos Barbarica feritas cap-
tivâ necessitate transiecit, postliminio
revertentibus redditur antiqua possessio:
sic Ecclesia receptura est parochiam,
quam antea tenuit cum rebus suis. Non
enim erit obicienda prescriptio tempo-
ris, ubi necessitas iniret hostilitatis.

*Cap. 2. Legimus si deficiat limes,
prescriptio longi temporis silen-
tium repetenti imponit.*

Placuit, ut si in diocesi Episcopi
possidentis suam basilicam, veteribus
signis, limes prævisus monstraverit, Ec-
clesiæ ejus est jus retentionis, sit æter-
num Dominium. Quod & si limes legiti-
mus eandem basilicam non recludit, &
tamen longi temporis probatur objecta

prescriptio, appellatio repetentis Epi-
scopi non valebit, quia illi triennialis ob-
jectio silentium imponit. Sin verò infra
metas triennialis temporis, extra alienos
terminos basilicæ injusta retentio repe-
ritur, repetentis Episcopi juri, sine mora
restituatur.

*Cap. 3. De desertoribus Clericis, ac
Episcopis suis restituantur.*

Placuit ut si quis Clericus ministeriis
Ecclesiæ propriæ destitutus, ad aliam
transitum fecerit, compellente (ad quem
fugerit) Sacerdote; ad Ecclesiam, quam
prius incoluerat, remittatur. Qui verò
eum susceperit, nec statim, sine ullo nisi
exceptionis, ad propriam Ecclesiam re-
mittendum elegerit, quamdiu eum resti-
tuat, communionem se privatum agnoscat.
Desertorem autem Clericum, cingulâ
honoris atque ordinationis suæ exutum,
aliquo tempore monasterio relegari con-
venit; sicque postea in ministerio Ecce-
siastici ordinis revocari.

*Cap. 4. Bigami ad Presbyterium, vel
Diaconatum non sunt promo-
vendi.*

Nunciatum est nobis, apud Astigi-
tanam Ecclesiam quosdam nuper ordina-
tiones illicitas exitisse, ita ut quidam
viduarum mariti, Levitarum ministerio
sacrarentur. Quos quidem convenit à
gradu suscepto in irritum devocari, nec
ultra prochi ad Diaconii ministerium,
qui contra divina atque Ecclesiastica jura
instituti reperiantur.

Cap. 5.

Cap. 5. Presbyteri non presumant ordinaré.

Relatum est nobis de quibusdam Clericis, quorum dum unus ad Presbyterium, duo ad Levitarum ministerium sacrarentur, Episcopus oculorum dolore detentus, fertur manum suam super eos tantum imposuisse, & presbyter quidam, illis, contra Ecclesiasticum ordinem, benedictionem dedisse. Qui licet propter tantam audaciam poterat accusatus damnari, si adhuc viveret: sed quia jam ille ex animi divino relicto, humani iudicii accusatori non potest, hi qui supersunt, gradum Sacerdotii vel Levitici ordinis, quem perverti adepti sunt, amittant.

Cap. 6. Presbyteri vel Diaconi ab uno Episcopo non sunt dependendi.

Comperimus, quemdam Presbyterum a Pontifice suo iniuste olim dejectum, & innocentem, exilio condemnatum. Ideo decrevimus (juxta patrum decretum) Synodali sententia, ut nullus nostrorum sine Concilii examine, deiciendum quemlibet Presbyterum vel Diaconum audeat. Episcopus enim Sacerdotibus & ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Tales enim neque ab uno damnati, nec uno judicante poterunt honoris sui privilegii exui: sed presentari Synodali iudicio, quod canon de illis precepit, debent.

Cap. 7. Prohibita Corepiscopi & Presbyterii.

Relatum est nobis, Agapium Cordubensem Episcopum, frequenter Corepiscopos, vel Presbyteros destinasse (qui tamen juxta Canones unus sunt) qui absente Pontifice altaria origerent, basilicas consecrarent. Quod quidem non est mirum id precepisse, utrum Ecclesiastice disciplinae ignarum. Ergo, ne ultra talis a nobis licentia usarperetur, communi sententia statuendum oportuit, scientes, quia sicut Presbytero vel Corepiscopo illicita consecratio est altaris, ita & con-

stitutio. In divinis enim litteris, precipiente Domino, solus Aaron in tabernaculo exiit altare; solus ipse unxit: quia summus Dei Sacerdos erat, sicut scriptum est de eo: *Moses & Aaron in Sacerdotibus eius*. Ideoque, id quod tantam facere principibus Sacerdotum iustum est (quorum typum Moyses & Aaron tenuerunt) Presbyteri, qui filiorum Aaron gerant figuram, arripere non presumant. Nam quamvis cum Episcopo plurima illis mysteriorum communis sit dispensatio, quaedam tamen autoritate veteris legis, quaedam novellis & Ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint, sicut Presbyterorum, & Diaconorum, ac Virgum consecratio, Constitutio altaris, benedictio, vel unctio: siquidem nec liceat eis benedicere Ecclesiam; vel altaria consecrare; nec per impositionem manuum fidelibus baptizandis, vel conversis ex heresi Spiritum sanctum tradere; nec christina conficere; nec christmate baptizatorum frontem signare; sed nec publice quidem in missa quemquam penitentem reconciliare; nec formatas cuiuslibet epistulas mittere. Hæc omnia illicita esse Presbyteris: quia pontificatus apicem non habent, quem solis debent Episcopis autoritate Canonum precipitur; ut per hæc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summi Pontificis demonstraretur. Sed nec coram Episcopo licet eis in baptisterium introire; nec presentem Adultere infantem tingere, aut signare; nec penitentem sine precepto Episcopi sui reconciliare; nec eodem presente Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi conficere; nec, eodem coram posito, populum docere, vel benedicere, aut salutare; nec plebem utique exhortari. Quæ omnia eis à sede Apostolica prohibita esse noscuntur.

Aditio F. 5.

De Corepiscopi lege quæ notavimus ad Conc. Antiochen. pag. 115.

Quod altare à solo Episcopo consecrari

Aaron summus Dei Sacerdos.

Presbyteri filiorum Aaron gerant figuram.

Prohibita Corepiscopi & Presbyterii Ecclesiastica Sacramenta.

crati possit, diximus 3. p. q. 83. art. 3. quæstio 4. Et hoc intelligendum est citra privilegium, quod à solo Summo Pontifice potest concedi.

Formata, de quibus hic sermo est, sunt epistolæ, quæ clericis peregrinaturis dabantur, & fidei, & religionis ergo.

Cap. 8. *Ob ingratiudinem, liberti libertate priventur.*

Statuimus, quod qui ab Episcopo suo libertati traditi sunt, si immemores beneficii acceperit, ei ingrati ob superbiam suam extirpentur, in servitutem revocentur: ut quorum libertas perniciofa est, sit salutaris servitus.

Cap. 9. Est cap. 25. Concilii Chalcedonensis.

Cap. 10. *Anathematice serventur monasteriorum expoliatores.*

saluandis
ria, monachica vita.

Si quis nostrum, vel nobis succedentium Sacerdotum, quodlibet monasterium aut vi cupiditatis expoliandum, aut simulatione aliqua fraudis contellendum, aut dissolvendum contraxerit, anathema effectus maneat, & à regno Dei extraneus, nec profectus illi bonum fidei, vel operis ad salutem, qui taceat, & salutem vitæ destruat: transmittens. Super hos etiam universi illius provincie Episcopi congregati, eundem sacrilegum, cæcæque sui eventorem: à communione suspendant: quod in ipso vivente, omnes restituant.

Cap. 11. *Virginitatem monasteria, monachorum cura committantur.*

Doctrinam, ut monasteria virginum, manerent administratione gubernentur. Tunc enim salubria, Christo dicatis virginibus prædicentur, quando eis patres spirituales obsequuntur, quorum non solum gubernaculis tracti, sed etiam doctrinis adificari possunt. Et tamen circa monachos * cautela servetur, ut remoti ab eorum familiaritate maneant. Sed nec Abbatibus vel ei qui præstitit, extra eam, quæ præest, loqui virginibus Christi aliquid, quod ad justitiam motum non potest

neat, licetis: nec cum ea sola, quæ præest, frequentes eis loqui oportet, sed sub testimonia duarum vel trium forum, ita ut rara sit accessio, & brevis omnis locutio. Ab his enim ut monachos (quod dictum etiam nefas est) Christi virginibus familiares, esse velimus: sed eos tantum earundem gubernacula deputamus, constituentes: ut unus monachorum probatissimus eligatur, cujus cura sit, prædici earum rusticis, vel urbanis intendere, fabricas extruere, &c. ut Christi famulæ suis divinis cultibus, operibusque sanctis inserviant. Sanè is, qui ab Abbate proponitur, iudicio sui Episcopi comprobetur. Vestes autem, illæ, iisdem consuevit fieri, à quibus antequam expectant, ab eisdem deinde laborum fructus, & procuratorie suffragium recepturæ. Si qui monachorum contra fecerint, sciant, quod eorum reuocatas excommunicationis sit plectenda censura.

Cap. 12.

In isto Canone, hæretici cuiusdam Episcopi Acephalorum, abnegantis proprietatem duarum naturarum in Christo, & asserentis Deitatem passibilem, damnantur, & eiusdem Episcopi conversio ad fidem describitur.

Idem
pro
ne em
na.

Cap. 13.

Tertiâ decimâ prosecutione breviter narrandum putavimus, ad refutatioem eorundem hæreticorum, qui duas naturas Christi post unionem, delirantes confundunt, & passibilem in eo divinitatis substantiam asserunt. Contra quorum blasphemias oportet nos in una persona Christi, geminæ naturæ proprietatem ostendere: passionemque eius in sola humanitatis susceptione manifestare; ut si forte aliqui stultorum, hujus sententiæ errore decepti sunt, dum ista legerint, respiciant, rectæque fidei veritatem firmiter teneant. Ergo (sicut immaculata fides, & sanctæ Dei Ecclesia docet) confitemur Dominum nostrum Jesum Christum

In ho
nate
de d
in Cl
natur
una |

* Nota.

sum æternaliter ex Patre Deum natum, temporaliter ex utero gloriose Virginis Mariæ hominem editum, & ob hoc, in una persona duas naturas habentem; Deitatis, quæ ante secula genitus est, & humanitatis, quæ in tempore editus est. Cujus geminæ naturæ distinctio primùm ex litteris legis, deindè ex Prophetis, & Evangelicis atque Apostolicis deprimenda est paginis, ut ea, quæ asserimus, non argumentis, sed exemplis Scripturarum firmemus. Primò ex illo: *Ecce misit Angelus meum, qui præcedat te: observa eum, &c. quia est nomen meum in illo.* Hic divina demonstratur natura. Et illud: *In semine tuo benedicuntur omnes gentes, id est, in carne Christi, quæ in Abrahæ stirpe descendit.* Hic humana demonstratur natura. Secundò in Psalmis, David sub una Christi persona sic ostendit utramque naturam: divinam, secundùm illud: *Ex ore ante briferam genit te: humanam, ibi: Homo notus est in ea.* Rursum divinam, ibi: *Eructavit cor meum Verbum domini: humanam, ibi: Speciosus formâ præfiliis hominum.* Tertio, Esaias, sub una eademque Christi persona utramque ostendit naturam; Deitatis, ibi: *Namquid qui alius parere fecit, ipse non pariam?* Humanitatis verò, secundùm illud: *Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium.* Rursum, Deitatis: *Rorate cælum desuper, & nubes pluviam infundam,* Humanitatis, ibi: *Parvulus natus est nobis.* In Evangelio quoque, in uno eodemque Christo, divinæ naturæ significatio: *Ego, & Pater unum sumus.* Humanæ naturæ insinuario, ibi: *Pater major me est.* Item divinæ naturæ, ibi: *Ego sum via, veritas, & vita,* humanæ naturæ: *Tristis est animus meus usque ad mortem.* Paulus quoque Apostolus in uno, eodemque Christo, naturam divinitati, exprimit, ibi: *Primogenitus omnis creaturæ, ipse est ante omnes.* Humanitatis, cum dicit: *Ipse est caput corporis Ecclesie.* De

passione verò, quam in sola humanitate non in deitate sustinuit, Legis & Prophetarum auctoritas, Evangeliorum & Apostolorum prædicatio adhibenda est. Ex Prophetis illud: *Larabis in vino solam juam, & in sanguine uræ pallium suum.* Quid hic pallium, quid sola, nisi caro Christi, passionis sanguine secorata? Et alia multa, quæ supervacaneum est referre. Probatur ergo veteris ac novi Testamenti testimoniis, in quibus dicitur naturæ Christi personam subesse in una substantia personam, in quibus & passio ejus apparuit, in homine solo expleta: deinde oportuit sententias subnecti sanctorum Patrum, qui in sacris litteris ingenti gloria refulserunt, ut etiam eorum traditione perpateat, quia Dominus noster Jesus Christus ex duobus naturis, & una persona subsistit: & quia mortem & passionem in sola carne suscepit.

Retentor ad hoc Hiberius, Ambrosius, Gregorius Nazianzenus, Basilus, Cyrillus, Athanasius, Augustinus, Leo Papa, Fulgentius: quorum citata testimonia concluditur questio.

Hæc quidem, quæ tam divinæ Scripturæ, quàm etiam Sanctorum Patrum eloquia docuerunt, decretis nostris breviter inserta protulimus, demonstrantes geminam carnis & deitatis naturam in una Domini & Salvatoris nostri persona; passum quoque eundem in ea natura, quæ corporis est: non tamen passum in ea natura, quæ deitatis est. His ergo concordi sententiâ in tribus Secretariis definitis, pro confirmatione sui propriam subscriptionem subjecerimus. Isidorus in Christi nomine Ecclesie Hispalens. Episcopus subscripti. Malactranus Episcopus, Cordubens. Episcopus, & cæteri omnes fecerunt similiter.

Explicitunt Canonæ secundi Concilii Hispalensis.

Illium
tan. 17.

CONCILIUM TOLETANUM IV.

*SUB HONORIO I. PAPA, & ANNO TERTIO REGNANTE SISENANDO REGE,
CELEBRATUM EST AB OMNIBUS EPISCOPIS HISPANIA & GALICIA AERA 681.*

ADDITIO P. S.

Alii ponunt celebratum AERA 671. ANNO CHRISTI 633.

PRAEFATIO.

CUM convenissemus Sacerdotes Domini apud urbem Toletanam, ut Regis imperiis atque iussis communiti, a nobis ageretur de quibusdam Ecclesiae disciplinis tractatus; primum gratias Salvatori nostro Deo omnipotenti egimus, post haec, antefato Ministro excellentissimo, & glorioso Regi, cujus saeva erga Deum devotio extat, ut non solum in rebus humanis, sed etiam in causis divinis sollicitus maneat. Hic quippe, dum in basilica beatissimae & sanctae martyris Leocadiae omnium nostrum pariter jam coetus adesset, pro merito fidei suae, cum magnificentissimis & nobilissimis viris ingressus, primum coram Sacerdotibus Dei humi prostratus, cum lachrimis & gemitibus pro se interveniendum Domino postulavit. Deinde religiosam prosecutionem Synodum exhortatus est, ut patrum decretorum memores ad conservanda in nobis jura Ecclesiastica studium preberemus, & illa corrigere, quae dum per negligentiam in usum venerunt, contra Ecclesiasticos mores licentiam sibi de usurpatione fecerunt. Talibus ejus moni-

ratio si-
medi.

figis
1740

tis congaudendas, necessarium existit (iuxta ejus nostrumque votum) quae conveniunt tractare. Et quoniam generale Concilium agimus; oportet primum nostrae vocis sermonem de caelo esse, ut post professionem fidei, sequentia operis nostri vota, quasi super fundamentum firmissimum disponantur.

1. Non
mille
San. In
San. Gal
Gallia

Can. 1. De oratione & fidei confessione.

In isto primo Canone pronuntiatur publice generalis confessio omnium pertinentium ad fidem per formam symboli. Specialiterque explicatur illud symboli: *Descendit ad inferos; ut sanctos qui ibi tenebantur, erueret: per quem & nos sumus in novissima die resuscitandi, in ea, quae nunc vivimus carne, & in ea, quae resurrexit idem Dominus, forma; percepturi ab ipso, alii pro iustitia meriti vitam aeternam, alii pro peccatis supplicium aeternum.* Quae omnia in aliis symbolis explicitè non tradita sunt.

23
Explic
Delect
ad illu

Can. 2. Diversitas in his quae ad religionem pertinent prohibetur.

Placuit, ut unus ordo orandi atque psallendi a nobis per omnes Hispaniam atque Galliciam conservetur. Unus modus in Missarum solemnitatibus; unus in vesper-

Notu
magis
plur

Re- de- quum inacta isas
 vesperis officii: nec diversa sit ultra in nobis Ecclesiastica consuetudo, quia in una fide continemur & regno.

Can. 3. Statuatur formula pro Concilio celebrando.

Statuimus, ut saltem semel in anno à nobis Concillium celebretur, ita tamen, ut si fidei causa est, aut quolibet alia Ecclesie communis, generalis Hispanie & Gallicie Synodus convocetur. Si verò talis non exiterit causa, speciale erit Concilium. Omnes autem, qui causas adversus quoscumque habere noscuntur, ad idem Concilium concurrant, & pro compellendis quibuscumque personis, quidam executor à principe postuleret &c. Deinde annotatur modus observandus in Concilio celebrando, & in tractandis rebus Synodalibus.

Can. 4. De solemnitate Paschali.

Placuit, ut ante tres menses Epiphaniarum, Metropolitanani Sacerdotes litteris se invicem inquirant, ut diem resurrectionis Christi comprovincialibus suis insinuent, & uno tempore celebrandum annuncient.

Can. 5. De Baptismi Sacramento.

In isto Canone docetur, quòd in usu Baptismi tenetur modus ille, quem Gregorius I. consultus à Leandro Episcopo Hispano definivit, scilicet, ut sive trina, sive simpla mersione fuerit infans baptizatus, censetur baptizatus: quia in illa trina mersione triduanæ sepulture sacramenta significamus; ut dum tertio infans ab aquis educitur, resurrectio triduanæ temporis exprimitur, etiam & trinitas designetur. In simpla verò mersione, unitas substantiæ in Trinitate datur intelligi. Ne tamen hæreticis videamur consentire, (qui tertio mergunt) dum eorum morem servamus, cautum est, ne in Hispania fiat baptismus nisi in una mersione.

In residuo capituli declaratur pulchrum mysterium, quare in una mersione debeat fieri Baptismus.

Can. 6. Vt passio Christi populi predicetur.

Statuimus, in sexta feria passionis Domini, mysterium Crucis, quod ipse Dominus cunctis annunciandum voluit, predicari; atque indulgentiam criminum, clara voce, omnem populum præstolari; ut penitentia compunctione mundati, venerabile festum Dominicæ resurrectionis, remissis iniquitatibus suscipere mereamur, corporisque ejus, & sanguinis sacramentum mundi à peccato sumamus.

Can. 7. In die passionis Christi ieiunium solvi non debet.

Quicumque in die passionis Domini jejunium, præter parvulos, senes, & languidos, ante peractas indulgentias præcesserit, à Paschali gaudio depellatur: nec in eo Sacramentum corporis & sanguinis Domini percipiat, qui diem passionis ejus per abstinentiam non honoravit.

Can. 8.

Lucerna & cereus, in vigilia sacre Resurrectionis, propter gloriosum noctis ipsius Sacramentum, solemniter benedicatur; ut sacre Resurrectionis Christi mysterium, quod tempore hujus noctis vorivè advenit, benedictione sanctificati luminis suscipiamus.

Can. 9. De efficacia orationis Dominice.

Nonnulli Sacerdotum in Hispania reperuntur, qui Dominicam orationem, quam Salvator noster docuit & præcepit, non quotidie, sed tantum die Dominicâ dicunt. Attamen, quia quotidiana oratio est, quotidie quoque ut detur, dici oportet. Delet enim hæc quotidiana oratio, minima & quotidiana peccata: delet & à la, à quibus vita fidelium (etiam sceleratè gesta) penitendo in melius mutata discedit. Quisquis ergo Sacerdotum, vel subjacentium Clericorum, hanc orationem quotidie, aut in publico, aut in privato officio præterierit, ordinis sui honore privetur.

Exprimitur causa benedictionis cerei in vigilia Resurrectionis Domini.

thor.

Pro confirmationis huius Canonis adducitur Cyprianus in Sermonem de Oratione Dominica, Hilarius, & Augustinus in libro Enchiridion ultra medium.

Can. 10. In quo tempore Alleluia decantari debeat.

Statuimus, ut in omnibus diebus Quadragesimæ Alleluia non caneretur, quia tempus tristoris est. In temporibus vero reliquis, id est, Calendis Januarii, quæ propter etorem gentilium aguntur, omnino Alleluia non decantabitur. In quibus etiam, præter piscem & olus, sicut & in illis quadraginta diebus cæteris, carnibus abstinetur, & à quibusdam etiam nec vinum bibitur. Si quis ergo Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus contrafecerit, ordinis sui officio carere cogatur, & communione ejusdem Paschæ privetur.

Can. 11. Post Evangelium decantentur laudes.

Item, decrevimus, ut in Missa laudes post epistolam non decantentur, donec prædicetur Evangelium. Nam laudes, Evangelium sequuntur, propter gloriam Christi, quæ per idem Evangelium prædicatur. Qui vero hunc ordinem perturbaverint, excommunicationis poenam suscipiant.

Can. 12. De hymnis canendis.

De hymnis & psalmis etiam canendis publicè in Ecclesia, & Salvatoris & Apostolorum habemus exemplum: Et hymno dicto, &c. Paulus hoc etiam docet: Implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalms, & hymnis, &c. Et quia nonnulli hymni humani studio in laudem Dei compositi esse noscuntur, sicut hi, quos Hilarius, & Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo quod de scripturis sanctorum Canonum, vel Apostolica traditione non existunt; respuant ergo & illum hymnum ab hominibus compositum, quem in fine omnium psalmodum dicimus, Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. Similiter, & totum illud quod sequi-

tur post Angelicum hymnum, Gloria in excelsis Deo, &c. quod Ecclesiastici Doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in Ecclesiis canendi sunt, quia in sanctorum Scripturarum libris non inveniuntur? Componuntur Missæ, sive preces, vel orationes, sive commendationes, seu manus impositiones, ex quibus si nulla decantentur in Ecclesia, vacant omnia officia Ecclesiastica. Admonet enim hæc fieri, atque hortatur Apostolus Timotheum, dicens: Offerto igitur primum omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones. Excommunicatione ergo plerumque sunt, qui hymnos rejicere fuerint ausi.

Can. 13. De hymno trium puerorum.

Hymnum quoque trium puerorum, in quo univèrsa celi & terræ creatura unum Deum collaudat, & quem Ecclesia tota Catholicæ per totum orbem diffusa celebrat, publicè in Concilio decantari instituit.

Can. 14. Quid in fine psalmodum dicendum.

Statuimus, ut in fine psalmodum, non Gloria Patri, sed Gloria & honor Patri, dicatur, David dicente: Afferte Domino psalmi gloriam & honorem. Et Joannes Evang. audivit vocem dicentem, Honor & gloria Agni Dei nostri, &c. Qui vero hoc præterierit, excommunicetur.

Additio. F. 8.

In Ecclesia mos Romanus prævaluit, ut dicatur Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Vide additionem ad Concil. Tollet. III. §. Tunc acclamatum est.

Can. 15.

Statuimus, ut Gloria, in fine responsiorum in lætis sequatur: in tristoribus vero, repetatur principium.

Can. 16. De libro Apocalypso.

Apocalypsim librum, multorum Conciliorum autoritas, & Synodica sanctorum Præsulum Romanorum decreta, Joannis Evangelistæ esse præscribit, & inter divinos libros recipiendum constituit.

stituerunt. Et quia plurimi sunt qui ejus
 auctoritatem non recipiunt, cumque in
 Ecclesia Dei predicare contempnunt, si
 quis eum deinceps aut non receperit, aut
 a Pascha usque ad Pentecosten Missarum
 tempore in Ecclesia non predicavit,
 excommunicationis sententiam habebit.

*Can. 17. Quò locò & tempore
 communicandum?*

Nonnulli Sacerdotes, post dictam ora-
 tionem Dominicam, statim communicant;
 quod deinceps interdiximus: sed data
 benedictione ad populum, tunc corporis
 & sanguinis Domini Sacramentum sumat-
 ur, eò videlicet ordine, ut Sacerdotes
 & Levitæ ante altare communicent, in
 choro Clericus, extra chorum populus.

Additio F. S.

Conferat additionem ad can. 31. Concil.
 Bracar. I.

*Can. 18. A quibus debet esse immunitas,
 qui in Episcopum ordinatur?*

In isto canone notantur qui sunt in-
 digni ad honorem Sacerdotii, quos jus
 nunc vacat *Irregulares*. Inter quos etiam
 recensentur & isti, qui muneribus * ho-
 norem obtinere moluntur; Qui à deces-
 soribus in Sacerdotium eliguntur; Qui
 inficii litterarum sunt; Qui nondum ad
 triginta annos pervenerunt; Qui nec à
 Clero, nec à populo propriæ civitatis
 electi sunt. Qui verò probatus inventus
 fuerit, ab universis comprovincialibus
 Episcopis, aut certè à tribus in Sacerdo-
 tem die Dominicæ consecrabitur. Episco-
 pus verò comprovincialis ibi consecran-
 dus est, ubi Metropolitanus elegerit. Me-
 tropolitanus autem non nisi in civitate
 Metropoli, comprovincialibus ibi conve-
 nientibus. Si quis autem ad gradum Sa-
 cerdotii indignus aspirare contenderit,
 cum ordinatoribus suis adepti honoris
 periculo subiacebit.

*Can. 19. Quo tempore in veteri lege
 Levitæ ordinabantur.*

Decreverimus, ut 25. annorum ætatis

Levitæ consecrentur, & 30. Presbyteri
 ordinentur; ita ut secundum præceptum
 Apostolicum probentur primùm, & sic
 ministrent nullum crimen habentes.
 Quoniam & in veteri lege ab anno 25.
 Levitæ in tabernaculo servire mandan-
 tur.

Numer. 9.
 1. Tim. 8.

*Can. 20. De Sacerdotibus, quales esse
 debeant.*

Quicumque in Sacerdotio Dei positi
 sunt, irreprehensibiles esse debent, Paulo
 attestante: *Oportet Episcopum irreprehen-
 sibilem esse*. Inoffensos ergo, & immacula-
 tos decet Dei existere Sacerdotes: nec
 ullius eos fornicationis contagiò pollui.
 Abstineamus ergo nos ab omni opere
 malo, ut mundi corpore, purgati mente,
 possimus ad sacrificium Christi digni ac-
 cedere, & Deum pro delictis omnium
 deprecari.

Rom. 12.
 D. & 2. Co-
 rinth. 1. 6.

Can. 21. De eisilem.

Quamvis conscientiam puram apud
 Deum nos habere oporteat; tamen &
 apud homines famam optimam custodire
 oportet. Ideò convenit, Episcopos testi-
 monium probabilem personarum conver-
 sationis & vitæ in conclavi suo habere:
 ut & Deo placeant per conversationem
 bonam, & Ecclesiæ per optimam famam.

Can. 22. De Presbyteris, & Levitis.

Item placuit, ut quemadmodum An-
 tititiles, ita Presbyteri, & Levitæ, quos
 fortè infirmitas, atque ætatis gravitas in
 conclavi suo manere non sinit, ut & eisdem
 in cellulis suis testes vitæ habeant, vitam-
 que suam, sicut nomine, ita meritis ten-
 neant.

*Can. 23. Quòd adolescentes probatissimo
 seniori deputentur.*

Omnis ætas ab adolescentia prona est
 in malum. Nihil enim incertius quam
 vita adolescentium. Ob hoc constituere
 oportuit, ut si qui in clero impuberes, aut
 adolescentes existunt, omnes in uno
 conclavi commaneant, ut lubricæ ætatis
 annos non in luxuria, sed in disciplinis
 Ecclesiasticis agant, deputati probatissimo

12. qu. 5.
 Omnis ætas.
 Genes. 6. 8.
 Prov. 30.

seniori, quem & magistrum doctrinæ, & testem vitæ habeant.

Can. 24. Quod Sacerdotibus maxime ignorantia vitanda est.

D. 38. *Iguo. reque*

Ignorantiâ, max. r. cunctorum errorum, maxime in Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populo Dei susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas Scripturas frequenter, admonet Paulus dicens ad Timotheum: *Attende lectioni, & exhortationi &c.* Sciant ergo Sacerdotes Scripturas sanctas, & Canones meditentur; omne opus eorum in prædicatione divina & doctrina consistat, atque ædificent cunctos tam fidei scientiâ, quam operum disciplinâ.

Can. 25. Quod officialem libellum ab Episcopo accipiant Presbyteri, cum ordinantur.

D. 38. *Quando presbyteri,*

Quando Presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem à suo Sacerdote accipiant, ut ad Ecclesias sibi deputatas instructi accedant; ne per ignorantiam etiam in ipsi divinis Sacramentis Christum offendant: ita ut, quando vel ad Litanias, vel ad Concilium venerint, rationem Episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent, vel baptizent.

Additio F. 5:

Liber officialis, idem est, quod liber officiorum, seu Manuale, quod ritus Sacramentorum ministrandorum continetur.

Can. 26. De castitate servanda, tempore sue ordinationis Presbyteri, & Diaconi votum emittant.

In Decret. 1. lib. 3.

Quando Presbyteri, aut Diaconi per parochias constituuntur, oportet eos primum professionem suo Episcopo facere, ut castè & purè vivant sub Dei timore: ut dum eos talis professio obligaverit, vitæ sanctæ disciplinam retineant.

Can. 27. Presbyteri iniuste depositi, quò modo in pristinum restituantur statum.

Episcopus, Presbyter, aut Diaconus à

gradu suo injustè dejectus, si in sancta Synodo innocens invenitur, gradus amissos recipiat coram avari de manibus Episcoporum. Si Episcopus est, orarium, annulum, & baculum: Si Presbyter, orarium, & planetam: Si Diaconus, orarium, & albam: Si Subdiaconus, patenam & calicem. Sic & reliqui gradus, ea in reparationem sui recipiant, quæ cum ordinarentur perciperunt.

Can. 28. Privetur honore, quicumque ex ordine clericorum magos convulsaverit.

Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut quilibet de ordinibus Clericorum magos aut aruspices, aut certè augures, vel sortilegos, vel eos, qui profitentur: artem magicam, aut, aliquem eorum similia exercentem, convulsaverit deprehensus; ab honore dignitatis suæ depositus, monasterii censuram excipiat: ibique perpetuè pœnitentiæ deditus, scelus admissum sacrilegii solvat.

Can. 29.

Confratrum hostium Sacerdotes, nullum mandatum ad gentem extraneam occultè accipere, vel dirigere præsumant.

Can. 30. Nullus Sacerdos sit Index ubi sanguinis sententia præparatur.

Si quis Sacerdotum, ubi sanguinis sententia præparatur, Index extiterit, reus effusi sanguinis sit apud Christum: & apud Ecclesiam perdat proprium gradum.

Can. 31. Ne pauperes à potentibus opprimantur, Episcopis cura committitur.

Episcopi (quibus hæc cura à Deo imposita est) dum conspiciunt Iudices ac potentes, pauperum oppressores existere, prius eos Sacerdotali admonitione redarguant: & si contempserint emendari, eorum insolentiam Regis auribus intiment, ut quos Sacerdotalis admonitio non flectit ad iustitiam, regalis potestas ab impro-

Nota

improbitate exerceat. Si quis Episcopo-
rum id neglexerit, Concilio erit reus

Can. 32. *Episcopi nihil de iure sua
diocesis presumant auferre.*

6. **Avaritia** radix est cunctorum malorum:
cujus firis etiam Sacerdotum mentes ob-
tinet. Ideò constitutum est à presenti
Concilio, Episcopos dioceses suas ita
regere, ut nihil ex earum jure presumant
auferre: sed juxta priorum auctoritatem
Conciliorum, tam de oblationibus, quam
decimis, tributis, ac frugibus tertiam
consequantur, ut concessa à fidei-
bus in Christi & Martyrum honorem, ipsorum
Episcoporum parochiis intacta remaneant.
Noverint tamen conditores basilicarum,
in rebus, quas eisdem Ecclesiis
conferunt, nullam se potestatem habere,
sed juxta Canonum instituta, sicut Ec-
clesia, ita & dos ejus ad ordinarionem
Episcopi pertineat

Can. 33. *Quòd triennalis possessio intra
condem provinciam servari
debeat.*

8. **Quicumque** Episcopus alterius Epi-
scopi diocesim per triginta annos sine
aliqua interpellatione possederit, admit-
tenda non est contra eum actio reposcen-
di. Sed hoc inra unam provinciam.
Exarà verò nullò modo: nec dum diocesi
defenditur, provinciarum termini con-
fundantur.

Can. 34.

19. Sicut diocesim alienam triennalis pos-
sessio tollit, ita territorii conventum non
adimit.

Can. 35. *Invalitudo gravatus Epi-
scopus, visitatione officium alio
committat.*

10. Episcopos, per cunctas dioceses paro-
chiasque suas per singulos annos ire oportet,
ut exquirant, quò unaquaque basilica
in reparatione sui indigeat. Quòd si ipse
aut languore, aut aliis occupationibus
implicatus, id exple nequiverit; Pres-
byteros probabiles, aut Diaconos mittat,
qui & redditus basilicarum, & repara-

tiones, & ministrantium vitam inquiritant.

Can. 36. *Exolvat prelati, quod
in remunerationem obsequii Ec-
clesie impendit, alicui promi-
ss.*

Quicumque Episcopi, suffragio cujuslibet
liber, aliquid Ecclesiasticæ utilitatis
proverint, & pro eo quodcumque com-
modum in remunerationem promiserint,
promissi solutionem exolvere oportebit.

Can. 37. *Fundatores Ecclesiarum, si
ad inopiam devenierint, ab eisdem
abmentia accipiant.*

Quicumque fidei-um de facultatibus
suis Ecclesiæ aliquid devotione propria
contulerit, si fortè ipsi, aut filii eorum re-
dacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ec-
clesia suffragium vitæ (pro temporis usu) per-
cipiant. Si enim omnibus aliis neces-
sitatibus sustentibus, (pro solo religionis
intuitu) in usum res Ecclesiasticæ lar-
giuntur, quantò magis consulendum est;
quibus retributio iusta daberetur?

Canon 38. est can. 7. sextæ Synodi.

Can. 39. *¶ Levita unum tantum
humorum ambiat orariò.*

Unum orarium oportet Levitam ge-
state in sinistro humero, propter quod
orat, id est prædicat. Dexteram autem
partem oportet habere liberam, ut ex-
peditiùs ad ministerium Sacerdotale dis-
currat. Caveant ergò Levitæ geminò uti
orariò, sed unò tantùm, & purò, nec
ullis coloribus, aut aurò, ornarò.

Can. 40. *¶ Clerici tonsuram des-
runt.*

— Omnes Clerici vel lectores, sicut Le-
vita & Sacerdotes, deturò superiùs
capite rotò, inferiùs solam circuli coro-
nam relinquunt. Non sicut hucusque in
Galliæ partibus facere lectores viden-
tur, qui prolatis (ut Laici) comis, in
solo capitis apice modicam circulum ton-
dunt. Ritus enim iste in Hispaniis huc-
usque hæreticorum fuit. Unde oportet
ut pro amputando ab Ecclesiis scandalo,

hoc signum dedecoris auferatur. Qui se-
cundo fecerit, fidei Catholicæ reus erit.

Canon 41. & 42. idem continent
quod & cap. 5. sextæ Synodi.

Can. 43.

D. 81. Qui-
dam Clerici. Clerici, qui sine consensu Episcopi
sui uxores duxerint, separari eos à pro-
prio Episcopo oportebit.

Can. 44. De Clerico qui voluntariè
arma sumunt.

174. qu. 8.
Clerici. Clerici, qui in quacumque factione,
arma volentes sumpserunt, amissò ordi-
nis sui gradu, in monasterio, pœnitentia
tradantur.

Can. 45. Ne Clerici sepulchra demo-
liantur.

Si quis Clericus in demoliendis sepul-
chris fuerit deprehensus; à Clericatus
ordine submoveatur, & pœnitentiæ,
trienniò deputetur.

Can. 46. De libertate Clericorum.

Præcipiente Domino nostro Sisenando
Rege, id constituit sanctum Concilium,
ut omnes ingenui Clerici pro officio reli-
gionis, ab omni publica indictione ar-
que labore habeantur immunes, ut liberi
Deo serviant.

Canon 47. est can. 25. Concil.
Chalced.

Can. 48. Quod paterna devotio Mona-
chum facias, siens propria pro-
fessio.

28. qu. 1.
Monachum. De hoc vide
infra in
Conc. V. or-
mac. c. 5.

Monachum, aut paterna devotio, aut
propria professio facit. Quicquid horum
fuerit alligatum, tenebit. Proinde his
ad mundum revertendi intercludimus
aditum, & omnes ad seculum interdici-
mus regressu.

Can. 49. Quod liberum sit Clericus
monasticam profiteri vitam:

Clerici, qui Monachorum propositum
appetunt (quia meliorem vitam sequi cu-
piunt) liberos eis ab Episcopo in mona-
steriis largiri oportet ingressus, nec in-
terdici propositum eorum, qui ad con-
templationis desiderium transire nuncun-
tur.

Can. 50. Male ius Episcopi in mona-
steriis habere debeant

Nunciatum est præsentì Concilio;
quòd Monachi, Episcopali imperiò, ser-
vili operi mancipentur, & jura mona-
steriorum, illicità præsumptione usur-
pentur, ita ut penè ex conobio posses-
sio fiat; atque illustris portio Christi,
ad ignominiam servitutem perveniat.
Quapropter monemus eos, qui Ecclesiis
præsumunt, ut ultra, talia non præsumant.
Sed hoc tantum, sibi in monasteriis
vindictent Sacerdotes: Abbates, aliaque
officia instituire, atque extra regulam
facta corrigere. Qui contra fecerit, ex-
communicetur.

Can. 51. De Monachis à monasterio
egredientibus.

Nonnulli Monachorum egredientes à
monasterio; non solum ad seculum re-
vertuntur, sed etiam uxores accipiunt.
Igitur revocati, in eodem monasterio à
quo exierant, pœnitentiæ deputantur.

Can. 52. Quia seipso infamia notant,
ad clerum pervenire non possunt.

Hi, qui in discrimine constituti pœni-
tentiam accipiunt, nulla manifesta cri-
mina confitentes, sed tantum se peccato-
res esse prædicantes, hujusmodi, si re-
valuerint, possunt etiam per morum pro-
bitatem ad gradus Ecclesiasticos perveni-
re. Qui verò ita pœnitentiam accipiunt,
ut aliquod mortale peccatum se perpe-
trasse publicè fateantur, ad clerum vel
honores Ecclesiasticos pervenire nulla-
tenus potuerunt, quia se confessione pro-
pria notaverunt.

Can. 53. Pœnitentia statum qui se-
mel acceperint mutare non pos-
sunt.

Quicumque ex secularibus accipientes
pœnitentiam toronderunt se, & rursus
prævaricantes, Laici effecti sunt, ab
Episcopo suo ad pœnitentiam revocen-
tur. Quòd si aliqui admoniti, ad pœni-
tentiã reverti noluerint, verè ut apostatae,
cotam Ecclesiã, anathematis sententiã
con-

condemnentur. Hoc etiam totum servetur in Religiosis: etiam in viduis virginibusque sacris, ac poenitentibus. fœminis, quæ habitum religionis mutaverunt, aut ad nuptias transierunt, eadem forma servetur.

In canone 54. idem habetur, quod de viduis in præcedenti dictum est.

Can. 55. *Sicut Indæ ad fidem non sunt cogendo, ita nec conversi, ab ea recedere permittuntur.*

De Judæis præcepit sancta Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre. *Cuius enim vult Deus miseretur, & quam vult indurat.* Non enim tales inviti salvandi sunt, sed volentes: ut integra sit forma iustitiæ. Sicut enim homo propria arbitrii voluntate serpenti obediens, perit: sic (vocante se gratiâ Dei) propria mentis conversione quisque credendo salvatur. Qui autem jam pridem ad Christianitatem venire coacti sunt (sicut factum est temporibus religiosissimi Principis Sisebuti) quia jam constat, eos Sacramentis divinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & christinate unctos esse, & corporis Domini & sanguinis extitisse participes, oportet ut fidem, etiam quam vi vel necessitate suscepertunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, contemptibilis habeatur.

Can. 56. *Indæ, contra fidem Christianam, dare suffragium prohibetur.*

Quicumque Judæis contra fidem Christianam suffragium qualecumque præstiterit, verè ut prophanus, & sacrilegus anathemate effectus, ab Ecclesia Catholica, & regno Dei habeatur extraneus.

Can. 57. *De prævaricatione eorum, qui ad fidem Christianam promoti fuerant.*

confess. *Præcipit.* Judæi qui ad fidem Christianam promoti, abominandas circumcisiones & alios Judaicos usus exercent, pontificali

authoritate corrigantur, & ad cultum Christiani dogmatis revocentur. Eos autem, quos circumciderunt, si filii eorum sint, a parentum consortio separentur. Si servi, pro injuria corporis sui, libertati gradantur.

Can. 58. *Indæ filii, post baptismum à parentibus separentur.*

Judæorum filios vel filias baptizatos, ne parentum involvantur erroribus, ab eorum consortio separentur decernimus. Depurandos autem monasteriis, aut Christianis viris aut mulieribus Deum timentibus, ut in moribus, & fide proficiant.

Can. 59. *Perfidia parentum filii obesse non debet.*

Judæi baptizati, si postea prævaricantes in Christum, quâlibet penâ damnati extiterint; a rebus eorum, fideles filios excludi non oportebit: quia scriptum est: *Filius non portabit iniquitatem patris.* Hoc desideramus observari.

Can. 60. *Indæ ad fidem conversi, cum remanentibus in veteri vita non communicent.*

Nulla communio sit Hebræis ad fidem Christianam translatis cum his, qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne eorum participatione subvertantur. Quicumque hoc non servaverint, & hi Christianis donentur, & illi, cum quibus prohibitum est eis conversari, publicis cædibus deputentur.

Can. 61. *Indæ ab uxore fideli separentur, nisi ad fidem accesserit.*

Judæi, qui Christianas mulieres in conjugio habent, admonentur ab Episcopo civitatis illius, ut si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quod si admoniti noluerint, separentur. Filii autem, qui ex talibus nati sunt, fidem atque conditionem matris sequantur. Similiter & illi, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus, & fidelibus viris, Christianam religionem sequantur, non Judæam superstitionem.

Can. 62.

12. q. 2. Et si illi qui
12. q. 2. Liberti Ecclesie, quia
12. q. 2. Liberti Ecclesie, quia
 Can. 62. *Judei testes esse non possunt.*
 Judzi, qui Christiani facti sunt, & Christi fidem prævaricati sunt, ad testimonium dicendum admitti non debent: quamvis se esse Christianos annuncient: quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita in testimonio humano dubii habentur.

Can. 63. *Judei publicis officiis non proficiantur.*

Constituit sanctum Concilium, ut Judzi, aut hi, qui ex Judzis sunt, officia publica nullatenus appetant: nec illa exercere. Judices provinciarum permittant. Si quis Judex hoc permisit, excommunicetur, & is qui subrepsit, publicis credibus depercuter.

Can. 64. *Quod non liceat Judzis Christianos servos habere.*

Judzis, nullò modò liceat Christianos servos, nec Christiana mancipia emere. Si contra fecerint, ablari ab eis, à Principe libertatem consequantur.

Canon 65.

Nullus Episcoporum liberos ex familiaribus Ecclesie facere præsumant. Si fecerit, per successorem Episcopum ad Ecclesiam revocentur.

Canon 66. *Liberti Ecclesie, à patrocinio Ecclesie non discedant.*
 Liberti Ecclesie (quia nunquam mo-

titur eorum patrona) ne à patrocinio Ecclesie aliquando discedant, necesse est, ut tam hi liberti, quam ab eis procreati, professionem Episcopo suo faciant. Qui si à patrocinio Ecclesie, præmissâ admonitione, nihilominus decesserint, manu mitti eo corum irrita sit.

Can. 67. *Quando libertatem quis integram consequitur, ad clericatum suscipi potest.*

Quicumque libertatem à Dominis suis ita recipiunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus retentet, isti, si sine crimine capitali sunt, ad Clericatus ordinem suscipiantur.

Can. 68. *Quod de familiis Ecclesie liceat Presbyteros constituere.*

De familiis Ecclesie constituere Presbyteros, & Diaconos per parochias liceat, quos tamen vitæ rectitudo commendat. Etiam ratione, ut antea manu-missi, libertatem statûs sui percipiant.

In ultimo canone, excommunicantur omnes, qui contra Regis, regniq; Hispaniæ conservationem aliquid tyrannicè attentaverint. Quibus omnibus subscripserunt omnes Episcopi numero septuaginta. Subscripsit etiam Episcopus Castellonensis, & Vicarii etiam Episcoporum.

Explicit Concilium Toletanum IV.

CONCILIUM

Cœcilium
Toletan. V.

TOLETANUM V.

*Tempora HONORII I. Papa primi, annis primis Chintillani
Regis Gothorum, presidente Eugenio Ecclesia Toletana, &
provincia Carthaginensis Episcopo Metropolitano,
assuerunt & alii viginti Episcopi.*

Addit. F. S.

Celebratum anno 636.

in. I. Quando Litania dici debeant.

In cuncto regno specialis & propria hæc religiosa omni tempore teneatur observantia, ut a die Iduum Decembrium Litania ubique, annua successione peragatur. Quod si dies Dominica intercesserit, pœnti hebdommada celebretur.

Canone secundo nihil aliud tractantur de custodia salutis Regum, & ratione prolis presentium principum.

in. 3. Sine electione omnium, nullus preficiatur in Regem.

quis ad Regis Majestatis ambit per-

venire fastigia, quem nec electio omnium præficit, nec Gothica gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, sic consortio Catholicorum privatus, & divino anathemate condemnatus.

In reliquis Canonibus cavetur sub anathemate, ne quis in Principem maledicta congerat, aut illi aliquò modò infidietur.

Subscripserunt omnes Episcopi, & Vicarii etiam Episcoporum.

Explicit Concilium Toletanum
quintum.

Concilium
Tolet. VI.
An. D. 633.

CONCILIUM TOLETANUM VI.

Sub eodem HONORIO Papa I. anno secundo Chintiliani Regis, in Ecclesia Leocadia Martyris celebratum ab Episcopis Hispania, & Gallicia, quinquaginta duobus, presidente Eugenio Episcopo Toletano.

IN tribus personis divinis solus filius humanitatem assumpsit.

IN primo Canone pronuntiatur symbolum fidei, in quo explicatus habetur illud; Quod ex tribus personis divinis solum Filium fecerunt ad redemptionem humani generis, propter culparum debita, quæ per inobedientiam Adæ originaliter, & nostro libero arbitrio contractimus resolvenda, à seculo Patris, arcanoque prodiisse, & humanitatem sine peccato, de sancta Virgine assumpsisse, ut idem Filius Dei Patris, esset Filius hominis; Deus perfectus, & homo perfectus; in duabus naturis una persona; ne quaternitas Trinitati accederet, si in Christo gemina persona esset.

Filius Dei in singularitate personæ, non in unitate naturæ, humanitatem assumpsit.

Et ibidem etiam habetur, Et cum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepti hominis (quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis) solus tamen Filius suscepit humanitatem in singularitate personæ, non in unitate divinæ naturæ, id est, in eo quod proprium est Filii, non quod commune est Trinitatis. Nam si unam nati hominis, Dei alteram confecisset personam, tota Trinitatis corpus assumpsisset: quoniam constat naturam Trinitatis esse unam, non tamen personam. Hic ergo Dominus noster Jesus Christus mortuus est propter expiationem nostram; resurrexit propter justificationem nostram. Quem etiam venturum in fine expectamus seculorum, & cum

resurrectione omnium, & ultimo suo iudicio reddendum iuxta præmia, & inaptis poenas, &c.

In Can. 2. agitur tantum de observantia Litaniarum pro successu Regum.

Can. 3. *Ut Hispaniarum Reges iuramentum præsent de expellendis à suo regno infidelibus.*

Sanctum Concilium, simul & cum consensu Christianissimi Principis, suorumque Optimatum, illustriumque virorum, hanc promulgamus Deo placitaram sententiam: ut quisquis succedentium temporum regni sortitus fuerit apicem, non antè ascendat regiam sedem, quam inter reliqua conditionum Sacramenta pollicitus fuerit, nullum non Catholicum permittere in suo regno degere. Si verò postquam ad regni gubernacula accesserit, ipse temerario hujus extiterit promissi, sit anathema, maranatha in conspectu sempiterni Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni. Similiter & omnes qui cum eo consenserint.

Horum Patrum sententiæ usus est Ferdinando Hispaniarum Rex, regnumque Catholicum, cum à totâ ditione sua expulset Indeos, & Saracenos.

Additio F. S.

Et postea Philippus III. expellendo ex Hispania Mauros, ad numerum 20000. qui

qui multa moliebantur contra Regem, & Regnum.

Canon 4. est Can. 22. sextæ Synodi, de his qui per pecunias Ecclesiasticos gradus assumunt.

Can. 5. Qui beneficium ab Ecclesia accipit, eius professionem nomine precatæ facias.

Si quis Clericorum, stipendium de rebus Ecclesiæ, cuiusquam Episcopi percipit largitate, sub precatæ nomine debeat professionem scribere; ne per retentionem diurnam, præjudicium afferat Ecclesiæ.

Canon 6.

Quicumque religiosum spontaneè semel induci habitum, dimiserint, excommunicantur, si reverti noluerint.

Can. 7. est Can. 53. supra in Concil. Toletan. IV.

Canon 8.

Qui in ætate adolescentiæ positus, dum mortis formidat causam, pervenerit ad penitentiam remedium: si conjugatus, & fortè fuerit incontinens; ne postea adulterii incurrat lapsum, redeat ad pristinum conjugium, quousque possit adipisci temporis maturitate continentiam. Quod nos sicut de viris, ita de feminis eodè modo censemus non quidem hoc generaliter & canonicè præceptum, sed pro humana fragilitate constat a nobis indultum, eadem tamen ratione, ut si is, qui penitentiam non est legibus desinitus, ante ab hac vita decesserit, quam ex communi consensu ad continentiam prius eorum fuerit regressus, superstitioni non liceat denuò transire ad uxoris amplexus. Si autem illius vita superstes extiterit, qui non accepit * absolutionem penitentis, nubat, si se continere non potest, & alterius consortiò fruatur uxoris. In omnibus tamen Sacerdotis expectetur observatio, ut juxta quod ætatem aptam perspexerit, penitentiam absolutionis tribuat legem.

Cum conjugatus in agri cultu verè con-

sistentiam, si postea non potest continere, redibit ad uxorem. Et tamen mortuò, non transibit ad secundas nuptias. Visum est Synodo dispensandum cum illo in usu primi matrimonii, & arere eum à secundis nuptiis. Quod tamen licet coniungi non verenti. Atque hic est scopus huius Canonis.

Canon 9.

Novò adveniente Pontifice, omnes Ecclesiæ liberti, & ab eis progeniti, chartulas & professiones suas in conspectu Ecclesiæ renovare debent. Quod si intra annum non fecerint, vaez remaneant, & inanes.

Canon 10.

Libertorum filii, intra Ecclesiam erudiendi, nutriantur, & Episcopo debitum reddant famulatum.

Canon 11.

Quisquis à quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio detur, quam accusator præsentetur.

Canon 13.

Quisquis patrator culparum extiterit, & ad hostium refugium confugerit, excommunicetur.

Canon 12.

Qui primatum dignitatis habent in palatio, his à junioribus modestus honor per omnia deferatur & minores à senioribus dilectionis amplectantur affectu, & humilitatis imbuantur exemplo.

Can. 14. est Can. 6. Conc. Tolet. V.

Canon 15.

Res, Ecclesiæ à quibuslibet iuste collectæ, in eorum iure, summa stabilitate permaneat.

Can. 16. est Can. 2. Concil. Toletan. V.

Can. 17. est Can. 4. Concil. Toletan. V.

Can. 18. est 18. Can. in Conc. Toletan. V.

Can. 19. Consumitur in gratiarum actionibus Deo, & deinde Regi, cuius studio & instantiâ collecti sunt Episcopi.

244. SUMMA BRACARENSEIS CONCILII I.

Subscriperunt Episcopi, qui ibi con-
venerunt num. 52. Ego Eugenius Tolet.
Episcopus subscriptus.

Subscriperunt etiam vicem agentes
abŕentium Episcoporum.
Explicuit Concilium Toletanum Vlt.

Concilium
Bracar I.

CONCILIUM

BRACARENSE I.

• Theod-
miri.

Sub HONORIO Papa I. anno tertio * Ariamiri Regis celebratum in
Hispania citeriori ab Episcopis Gallicia provincia : vin quo primùm lectum
exemplar fidei cum capitulis, qua Episcopi Tarraconenses, & Carthagi-
nenses, Lusitani, & Bætics, contra impiam Priscilliana hæresis sectam
olim factò inter se Conciliò, tamquam regulam fidei, tradiderunt. Propo-
sita capitula sic habent.

Aditis P. S.

Primum Bracaten. Concilium aliò sub
Jeanne Papa III. ponunt, an. 563.

Canon 1.

SI quis Partem, Filium, & Spi-
ritum sanctum non confectur tres
personas unius substantiæ, &
virtutis ac potestatis, sicut Ca-
tholica Ecclesia docet; sed unam tantum,
ac solitariam dicit esse personam, ita ut
ipse sit Pater, qui Filius, &c. sicut Sabel-
lius & Priscillianus dixerunt, anathema
sit.

Canon 2.

Si quis extra sanctam Trinitatem, alia
(nescio qua) divinitatis nomina introdu-
cit, dicens: Quòd ipsa divinitas sit
Trinitas, sicut Gnostici & Priscillianus
dixerunt, anathema sit.

Canon 3.

Si quis dicit Filium Dei, Dominum
nostrum, antequam ex Virgine nascere-
tur, non fuisse, sicut Paulus Samosatenus,
& Photinus, & Priscillianus dixerunt,
anathema sit.

Canon 4.

Si quis natale Christi secundum car-
nem non verè honorat, sed honorate se
simulat, jejunas in eodem die, & in Do-
minico; quia Christum in hominis vera
natura esse non credit, sicut Cerdon, Mar-
cion, Manichæus, & Priscillianus dixe-
runt, anathema sit.

Canon 5.

Si quis animas humanas, vel Angelos,
ex Dei credit substantia extitisse, sicut
Manichæus & Priscillianus dixerunt,
anathema sit.

Canon 6.

Si quis animas humanas dicit prius in
caelesti habitatione peccasse, & pro hoc
in corpora humana dejectas, sicut Priscil-
lianus dixit, anathema sit.

Canon 7.

Si quis dicit, diabolum non fuisse prius
Angelum bonum à Deo factum; nec Dei
opificium fuisse naturam ejus; sed dicit,
eum ex tenebris emerisse, nec aliquem
sui habere auctorem; sed ipsam esse prin-
cipium, atque substantiam mali, sicut
Mani-

Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Canon 8.

Si quis credit, quod aliquas immundas creaturas diabolus fecerit, & tonitrua, & fulgura, & tempestates, & siccitates ipse diabolus suâ autoritate faciat, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

Canon 9.

Si quis animas, & corpora humana fatalibus stellis credit adstringi, sicut Pagani, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Canon 10.

Si quis duodecim signa, id est, sydera, quæ Mathematici observare solent, per singula animæ vel corporis membra dissipata credunt, & nominibus Patriarcharum ascripta dicunt, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

Canon 11.

Si quis conjugia humana damnat, & procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Canon 12.

Si quis plasmationem humani corporis diaboli dicit signum esse, & conceptiones in uteris matrum operibus dicit demonum figurari; propter quod resurrectionem carnis non credit, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Canon 13.

Si quis dicit, creationem universæ carnis non opificium esse Dei, sed maiorum angelorum, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Canon 14.

Si quis immundos putat cibos carniû, quas Deus in usu hominum dedit, & non propter afflictionem sui corporis, sed quasi immunditiam putans, ita abstineat ab eis, ut nec olera cocta cum carnibus prægustet, sicut Manichæus, & Priscillianus docuerunt, anathema sit.

Canon 15.

Si quis clericorum, vel monachorum, præter matrem aut germanam, vel etiam quæ proximâ consanguinitate junguntur, alias aliquas quasi adoptivas feminas secum retinet, & cum ipsis habitat, sicut Priscilliani secta docuit, anathema sit.

Canon 16.

Si quis feriâ quintâ Paschali, quæ vocatur Cœna Domini, horâ legitimâ post nonam, jejunos in Ecclesiis Missas non tener; sed secundum sectam Priscilliani, festivitatem ipsius diei ab hora tertia per Missas defunctorum soluto jejuniô colit, anathema sit.

Canon 17.

Si quis Scripturas (quas Priscillianus secundum suum depravit errorum, vel tractatus Dicitini, quos ipse Dicitinus, antequam converteretur, scripsit sub nomine Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorum; & sub errori consona confinxit) legit, & impia eorum signamenta sequitur; aut defendit, anathema sit.

Hæc sunt dogmata Priscillianistarum.

Post hæc pronunciantur sunt Canones ad instructionem clericalis disciplinæ pertinentes.

Canon 19. est Can. 2. Concil. Tolentan. II. & Concilii Veneti cap. 5.

Canon 20.

Item placuit, ut per solemnium dierum vigiliis vel Missis, omnes easdem, & non diversas lectiones in Ecclesiis legant.

Canon 21. *Præter unum modum saluandi in Missa.*

Item placuit, ut non aliter Episcopi, & aliter Presbyteri populum, sed unô modo saluent; dicentes: *Domine sit nobiscum*, sicut in libro Ruth legitur: & ut respondeatur à populo: *Et cum spiritu tuo*; sicut & ab ipsis Apostolis traditum omnis retinet Oriens, & non sicut Priscilliana hæresis permutavit.

Istas olim necabant subintroductas mulieres, quæ Synodus non permittit.

Ruth. 2. Traditio Apostolorum.

Additio F. S.

Priscillianus ordinem ita permutaverat, ut vellet ab Episcopo semper dici, *Pax vobis*, à Sacerdote verò, *Dominus vobiscum*. Contra quem hic statuitur, non quòd Episcopus non debeat dicere *Pax vobis*, sed quòd non minùs quàm Sacerdotes salutare possit ac debeat populum, dicendo, *Dominus vobiscum*: postquàm scilicet primà vice sic eum in Missa salutavit, *Pax vobis*.

Canon 22. Vt uno ordine Missa celebrentur.

Item placuit, ut eodem ordine Missæ celebrentur ab omnibus, quòd *Profuturus*, quondam hujus Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus, ab ipsa Apostolica sedis auctoritate suscepit scriptum.

Canon 23. Vt sit unus ordo baptizandi.

Item placuit, ut nullus eum ordinem baptizandi prætermitterat, quem & antea tenuit Metropolitana Bracarensis Ecclesia, & pro amputanda aliquorum dubitate, prædictus *Profuturus* Episcopus scriptum, & sibi directum à Sede Beati Petri Apostoli suscepit.

Canon 24. Episcopi secundum tempus ordinationis sedent.

Item placuit, ut conservatò Metropolitanæ Episcopi primatu, cæteri Episcoporum, secundum suæ ordinationis tempus, alius alii sedendi deferat locum.

Canon 25. Res Ecclesiastica in tres partes dividenda.

Item placuit, ut de rebus Ecclesiasticis tres fiant æquæ portiones, id est, una Episcopi, alia clericorum, tertia in reparatione, vel in luminariis Ecclesiæ: de qua parte, sive Archipresbyter sive Archidiaconus illam administrans, Episcopo faciat rationem.

Canon 26.

Item placuit, ut nullus Episcopus clericum alterius ordinate præsumat sine licentia alterius Episcopi.

Canon 27.

Item placuit, ut Diacones superpositò scapulæ utantur oratiò.

Canon 28.

Placuit, ut non liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, nec aliis, nisi his, qui ab Episcopo Subdiaconi fuerint ordinari.

Canon 29.

Lectores in Ecclesia in habitu seculari ornato non psallant.

Canon 30.

Extra psalmos veteris Testamenti, nihil poeticè compositum in Ecclesia psallatur.

Canon 31.

Ingredi *sacrarium* ad communicandum non liceat laicis, nisi tantùm clericis.

Additio F. S.

Per *sacrarium*, vel locus *sacratior* hic intelligitur, qui est prope altare, vel velum, quò locus iste distinguebatur, ne pervius esset laicis. Juxta verò *Can. 19.* vel ut alii 18. Concil. Toletani IV. olim sacra communio dabatur sacerdotibus, & levitis ante altare, in choro clericis aliis, extra chorum populo. Hinc nata est distinctio communionis laicæ, & peregrinæ à Sacerdotali, de quibus operæ pretium est videre nostrum Comment. in 3. part. q. 80. a. 11. quæsitio 5. & 6. Videat quoque Lector Concil. Leodic. cap. 19.

Canon 32. Ne ab usu carnis abstineat clerics.

Quicumque in clero tibo carnis non utuntur; pro amputanda suspitione Priscillianæ hæresis, vel olera cocta cum carnibus tamen prægustare cogantur: quòd si contempserint, necesse est, pro suspitione hæresis hujus ut excommunicentur, & ab officio removeantur.

Additio F. S.

Hæc ita statuuntur, quia Priscillianis à carnibus abstinerebant, reputantes eas esse immundas.

Canon 33. Vt sententia excommunicati,

Qui pro hæresi, aut pro crimine aliquo

SUMMA BRACARENSIS CONC. II. 247

quo excommunicatur, nullus eis communicare presumat. Quæ si quis spernit voluntariè, seipsum alicuius à communione facit.

Canon 34.

Qui sibi ipsis, quodlibet modo culpabili inferunt mortem, nulla pro illis fiat commemoratio, nec cum psalmis sepeliantur. Hoc idem observetur in illis, qui pro suis seeleribus puniuntur.

Can. 35. De catechumenis sine baptismo defunctis.

Catechumenis sine redemptione baptismi defunctis, simili modo, non oblationis sanctæ commemoratio, neque psallendi impendatur officium.

Can. 36. est Can. 17. Concil. Tibericensis.

Canon 37. Ne Presbyter Altaria consecret.

Si quis Presbyter, post hoc interdictum

ausus fuerit chrisma benedicere, aut Ecclesiam, aut Altaria consecrare, à suo officio deponatur.

Canon 39. Ne quis ex ordine laico assumatur ad Sacerdotium.

Ex laico ad gradum Sacerdotii ante nemo veniat, nisi prius anno integro in officio Lectorum vel Diaconatus, disciplinam Ecclesiasticam discat; & sic per singulos gradus eruditus, ad Sacerdotium veniat.

Canon 39. De aliter distribuenda oblationes fidelium.

Si quid ex collatione fidelium, aut per festivitates Martyrum, aut per commemorationem defunctorum offertur, apud unum clericorum fideliter colligatur, & constituto tempore, aut semel, aut bis in anno, inter omnes clericos dividatur.

Expliciant Canon. Concil. Bracarenensis I.

Hoc item de Episcopis præcipitur in c. 9. octava Synodi.

CONCILIUM

BRACARENSE II.

Anno secundo Regis Ariamiri Bracaren. 610. sub HONORIO Papa I.
Est Concilium provinciale, in quo tractantur ea tantum, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam pertinent.

Aditio F. S.

Concilium Bracar. II. alii ponunt celebratum an. 571. post mortem Joannis Papæ III. tempore interregni Pontificii

Can. 1. Quæ forma visitabunt Episcopi Ecclesiarum suarum.

Blacuit omnibus Episcopis, atque convenit, ut per singulas Ecclesias Episcopi, & per dioceses ambulantes, primum discant

clericos, quomodo ordinem baptismi teneant vel Missarum, & qualiter quæcumque officia in Ecclesia peragant. Et si rectè quidem invenerint, Deo gratias agant; sin autem minime, docere debent ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, sicut antiqui Canones jubent, ut ante dies viginti baptismi, ad purgationem exorcismi concurrant catechumeni. In quibus viginti diebus omnes catechumeni Symbolum, quod est: Credo in Deum &c.

spe-

quem ordi-
em servent
Episcopi
stantes
iactant
nam.

specialiter doceantur. Postquam ergo in
his suos ceteros discesserint, vel docuerint
Episcopi (alia die, vocata plebe
ipsum Ecclesie) doceant illos, ut errores
fugiant idolorum, vel diversa crimina, id
est, homicidium, adulterium, perjurium,
falsum testimonium, & reliqua peccata
mortalia; & quod nolunt sibi fieri,
alteri non faciant; & ut credant resurre-
ctionem omnium hominum, & diem ju-
dicii, in quo unusquisque secundum opera
sua recepturus sit. Et sic postea Episcopus
de illa Ecclesia proficiat ad aliam.

*Canon 2. Quid accipiant Episcopi
resistantes.*

o. qu. 9.
Placuit ut
nullus.

Nullus Episcoporum per suam alicui-
sim ambulans, præter honorem cathedrae
suae, id est, solidos duos, aliquid aliud per
Ecclesias tollat. Tertia verò pars oblatio-
num populi pro luminaribus, vel recupera-
tione, in Ecclesiis parochialibus ser-
vetur. Similiter & parochiales clerici;
servili timore in aliquibus operibus Epi-
scopi servire non cogantur, quia scriptum
est: *Neque ut dominantes in clero etc.*

*Canon 3. Non sunt accipienda munera
ab Episcopo.*

l. q. 1. Pla-
cuit ut de
v. d. n.
Mauth. 10.

De ordinatione clericorum Episcopi
munera nulla accipiant; sed, sicut scri-
ptum est: *Gratis accepistis etc.* Quia anti-
qua definitio Patrum ita de Ecclesiasti-
cis ordinationibus statuit, dicens: Ana-
thema sit danti, & accipienti.

*Canon 4. Pro balsamo nihil accipiat
Episcopus præter solum.*

Modicum balsami, quod benedictum
pro Baptismi Sacramento per Ecclesias
datur, quia à singulis tremisses pro i, so-
cixigi solent, nihil ulterius exigatur: ne
forte, quod pro salute animarum per in-
vocationem Sancti Spiritus consecratur,
sicut Simon Magus donum Dei pecuniâ
emere, ita nos venditare, damnabiliter
videamur.

*Canon 5. Pro consecratione Ecclesie
nihil accipiendum.*

Astor. 3.

Placuit, ut quoties ab aliquo fidelium

l. q. 2. Pla-
cuit, ut quo-
vis.

ad consecrandas Ecclesias Episcopi invi-
tantur, non quasi ex debito minus ali-
quod à fundatore requirant, sed si ipse
quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non
respuatur. Si verò aut paupertas illum,
aut necessitas retinet, nihil exigatur ab
illo. Antequam unusquisque Episcoporum
meminerit, ut non prius dedicerit Eccle-
siam, nisi antea dotem basilicæ, & obse-
quium ipsius, per donationem charitatis
confirmatum, accipiat. Contra verò fa-
cere, temeritas magna est.

Canon 6. Qualiter edificanda basilica.

Si quis basilicam non pro devotione
fidei, sed pro quaestu cupiditatis edificat,
ut quicquid ibi de oblatione populi col-
ligitur, medium cum clericis dividat, cõ
quod basilicam in terra sua condiderit,
nullus Episcoporum tam abominabili
voto consentiat; nec talem basilicam au-
deat consecrare.

*Canon 7. Nihil exigendum pro
baptismo.*

Unusquisque Episcoporum per Ecclesias
præcipiat, ut hi, qui infantes suos ad
baptismum offerunt, si quid voluntariè
pro suo offerunt voto, suscipiatur ab eis.
Si qui verò per necessitatem paupertatis
aliquid non habent quod offerant, nullum
illis pignus violentè tollatur à clericis.

Canon 8. Qualiter accusandi clerici.

Si quis aliquem clericorum in accusa-
tione fornicationis imperit, secundum
præceptum Pauli, duo, vel tria testimonia
requirantur ab illo. Quod si non potuerit,
datis testimoniis, approbare quod dixit,
excommunicationem accusati, accusator
accipiat.

*Canon 9. De ieiunio quadragesime
indicendo.*

Adveniente Natalis Domini die, post
lectionem Evangelicam, superventurum
ipsum ante Pascha, quotà Calendarum
die, vel quotà lunâ debet suscipi, à
Sacerdotibus nunciatur populo, & qua-
dragesimæ jejunia populo servare præ-
cipiant.

De c
Placuit
post
Quar
à
anim
cipiant

VITA SEVERINI, JOANNIS IV. ET THEODORI P.P. 249

Gen. 20:7. nullus nisi jejunans Missas peraget.

Cognovimus, quosdam Presbyteros in hujus presumptionis audacia retineri, ut Missas mortuorum, etiam post acceptum merum, vel oblationem, ausi sint consecrare: ideoque hoc præfixæ evidentis sententiæ admonitione servetur, ut si quis Presbyter post hoc edictum nostrum amplius in hac vrsania fuerit deprehensus, hoc est, non jejunus, sed quicumque cibo præsumptò oblationem consecraverit, in altari, continuò ab officio suo privatus, à proprio deponatur Episcopo.

Explicit Concil. Bracarense II.

19. SEVERINUS Papa, patriam Romanam, patre Abieno, in Honorii locum electus, electionis suæ confirmationem (quam sibi tyrannicè Imperatores attribuebant) per duos propè annos ab Heraclio obtinere non potuit, ex eo quòd ejus Edicto pro Monothelitis, quod Ecchesium, id est, expositionem nominabat, nollet subscribere. Propterea gravissimè exagitatus à ministris Imperatoris vir singularis pietatis & religionis inter afflictiones moritur, postquam à die, non electionis,

sed suæ consecrationis sedisset menses 2. & dies 4.

JOANNES IV. natione Dalmata, filius Venantii Scholasticus. Hic, Prædecessoris sui insistens vestigijs Heraclii jam dictæ Ecchesei fortiter se opposuit eo eventu, ut & ipsum Heraclium puderet ejusdem Ecchesei, eamque novo Edicto declararet, non esse suam, sed Sergii Constantinopolitani Episcopi, qui eam Imperatoris nomine edidisset. Fuit in redimendis captivis beneficus, & per omnem Dalmatiam multas pecunias misit ad redimendos Catholicos quos Sclavi gentiles depredati fuerant. Sedit annum unum, menses 9. dies 6.

An. D. 600.
Joan. IV.
Papa 73.

THEODORUS, Theodori Episcopi ab Oriente suscepta adversus Monothelitas, Vicarium in illis partibus creat Stephanum Dornensem. Sollicitatus quoque ab Africana Ecclesia, mittit suos Apocrisarios, id est, Responsales adversus Paulum Constantinopolitanum Episcopum Monothelitam, eumque frustra admonitum excommunicat. Sedit annos 7. menses 5. dies 20.

An. D. 642.
Theodor. Papa 74.

CONCILIUM

TOLETANUM VII.

Circa tempora THEODORI & MARTINI I. Pape, in quo convenerunt triginta & octo Episcopi.

Adiuv. F. S.

Anno 664. fuit habitum.

Concilium
Tolet. VII.

Canon 1. De eventu languoris in clerico ministrante.

Censuimus convenire, ut cum à Sacerdotibus, Missarum tempore, sancta mysteria consecrantur, si ægritudinis accidit quilibet eventus, quo coëptum nequeat consecrationis expleri mysterium, sit liberum Episcopo, vel presbytero alteri, consecrationem exequi officii coëpti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysteriis competit, quam aut incipientis, aut subsequenter completa benedictio Sacerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Dum enim sumus omnes unum in Christo, nihil contrarium personarum diversitas format, ubi efficaciam prosperitatis, unitas fidei repræsentat. Quod etiam consuetum cuncti ordinis clerici individuum esse sibi non ambigant, sed præcedentibus, libenter alii pro complemento succedant. Ne tamen, quod naturæ languoris causâ consulitur, in præsumptionis petiicium convertatur; nullus post cibum potumque quemlibet minimum sumptum Missas facere; nullus absque patenti proventu molestiæ, Minister vel Sacerdos, cum coeperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Qui contra fecerit, excommunicetur.

Canon 2. De exequiis morientis Episcopi.

Si quis Sacerdotum ad humanda decedentis Episcopi membra venire communitus, distulerit; appellatibus clericis abeuntis Episcopi apud Synodum vel Metropolitanam Episcopum; tempore anni unius, nec faciendi Missam, nec communicandi habeat omnino licentiam. Presbyteri autem, sive ceteri clerici, quibus major honoris locus apud eandem Ecclesiam fuerit cujus Sacerdos obierit, si omni sollicitudine pro exequiis aut jam mortui, aut continuo Antistitis morituri, ad commonendum Episcopum tardi inveniantur, aut per quamcumque molestiam

animi, id negligere comprobentur, totius anni spatium ad poenitentiam in monasteriis deputentur.

Canon 3.

Ultra duos solidos à parochianis Ecclesis Episcopus non præsumat accipere, & amplius quam unâ die per unamquamque basilicam morandi licentiam non habeat.

Omnibus alia tria capita, aliâs repetita.

Explicit Concilii Toletan. VII.

MARTINUS I. patriâ Tuderinus in Tuscia. Is ubi Thronum Apolliticum conscendit, confestim Synodum Lateranensem indixit non tam ut Paulus Constantinopolitanus cum suis asseclis damnaretur, qui jam ab ejus Prædecessore Theodota condemnatus fuerat, quam ut recens quædam à Constante Imperatore, suâ præfati Pauli, proposita credendâ formula, Typis dicta, proferberetur. Propter quod Imperator furore repletus eum in exilium traxit ad Insulam Naxum, Deinde Constantinopolim, ubi Pontificiis insignibus exutus, ac seminudus constitutus, ferreis catenis collo, totoque corpore vinculus, publicè per urbem Constantinopolitanam à carnificibus tractus, ac dein frigore, inediâ consumptus, ac horrido carceri inclusus; gladio quoque vitam snivisset, nisi idem Paulus malorum omnium architectus, eodem tempore in peccatis suis moriens (tristitæque ingeminans: *FFid mih!* *Et hoc ad abundantiam iudiciorum meorum actum est*) Imperatorem adjuvasset, nihil amplius mali ei inferri. Quapropter exultate tantummodò Chersonam in Ponto Euxino iussus est, ubi iterum erumnis confectus, ex hac vita migravit 12. die mensis Novembris, quâ ab Ecclesia Catholica colitur ut Martyr, multis miraculis clarus. Sedis annis quinque.

CANONES SYNODI LATERANENSIS.

Synodus
Lateranen-
sis.

*Sub MARTINO I. contra Theodorum, & Cyrum, & Paulum hereticos,
quondam Episcopos, & socios eorum.*

Additio F. S.

Istud Concil. Lateran. sub Martino I. fuit celebratum Romæ anno 649.

Et ejus Canones sunt, qui sequuntur.

Canon 1.

SI quis non confiteatur secundum Sanctos Patres, proprie, & verè, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, Trinitatem in unitate, unitatem in Trinitate, &c. sit condemnatus.

Canon 2.

Si quis non confiteatur, secundum sanctos Patres, proprie & verè, ipsum unum sanctæ, & consubstantialis, & adorandæ Trinitatis Deum Verbum descendentem de cælis, & incarnatum de Spiritu sancto, & Maria Virgine, & hominem factum, &c. sit condemnatus.

Canon 3.

Si quis non confiteatur, proprie & verè Dei Genitricem sanctam semper Virginem immaculatam Mariam, in ultimis seculorum absque femine concepisse ex Spiritu sancto, & incorruptibiliter enixam esse, indissolubili permanente, & ante, & post partum ejusdem Virginitate, sit condemnatus.

Canon 4.

Si quis non confiteatur proprie & verè ipsius & unius Domini nostri, & Dei Jesu Christi duas naturas existere, unam

ante secula ex Deo Patre incorporaliter & sempiternaliter, alteram autem de Virgine Maria carnaliter in ultimis seculorum, & eundem Dominum, & Deum Jesum Christum consubstantialem Deo Patri secundum Deitatem, & Consubstantialem Virgini secundum humanitatem, ac eundem passibilem carne, impassibilem Deitate &c. sit condemnatus.

Canon 5.

Si quis non confiteatur proprie & verè unam naturam Dei Verbi incarnatam, ex hoc quod incarnata dicitur nostra substantia perfecte in ipso Christo Deo, & indiminute, absque tantummodo peccato, significata, sit condemnatus.

Canon 6.

Si quis non confiteatur, proprie, & verè ex duabus & in duabus naturis Deitate, & humanitate, secundum substantiam unitis, inconfuse & indivise eundem & unum Christum esse, sit condemnatus.

Canon 7.

Si quis non confiteatur, proprie & verè substantialem differentiam naturarum inconfuse, & indivise in eo salvatam, sit condemnatus.

I 1 2

Can: 8.

Canon 8.

Si quis secundum SS. Patres non confitetur propriè & secundum veritatem naturarum substantialem unitiõem indivisè & inconfusè in eà cognitam, sic condemnatus.

Canon 9.

Si quis non confitetur, propriè & verè naturales proprietates Deitatis Christi & humanitatis indivisibiles in eo, & sine deminoracione salvatis, in affirmacionem veracem, eundem ipsum, Deum perfectum & hominem perfectum secundum naturam existere, sic condemnatus.

Canon 10.

Si quis non confitetur, propriè & verè, duas ejusdem & unius Christi Dei voluntates, similiter & operationes coherentur unitas, divinam, & humanam, ex hocque, in utraque ejus natura voluntarium efficacemque secundum naturam eundem existere nostre salutis, sic condemnatus.

Canon 11.

Si quis secundum Sanctos Patres non confitetur, propriè & secundum veritatem duas unius ejusdemque Christi Dei nostre operationes coherentem unitas divinam & humanam ab eo quod per utramque ejus naturam operator naturaliter idem existit nostre salutis, sic condemnatus.

Canon 12.

Si quis confitetur, secundum sceleratos hæreticos, Deitatis & humanitatis Christi unam naturam, aut unam voluntatem, aut unam operationem, in peremptionem quidem sanctorum Patrum confessionis, abnegationem autem ejusdem Salvatoris nostre dispensationis, sic condemnatus.

Canon 13.

Si quis secundum sceleratos hæreticos, in Christo Deo unitis substantialiter salvatis, & à sanctis Patribus nostris piè predicatis duabus voluntatibus, & duabus operationibus, divinam & humanam

subterfugit simul confiteri, asserens contra sanctorum doctrinam, & unam voluntatem, & unam operationem, sic condemnatus.

Canon 14.

Si quis secundum sceleratos hæreticos, cum una voluntate & una operatione, quæ ab eisdem hæreticis in Christo Deo impiè confunduntur, & duas voluntates, & duas operationes, divinam & humanam simul abnegat, simul respuit, sic condemnatus.

Canon 15.

Si quis secundum hæreticos, Dei virilem operationem unam insipienter suscipit, & non duplicem eam confitetur, hoc est, divinam & humanam, sic condemnatus.

Canon 16.

Si quis secundum hæreticos, in peremptione salvatis in Christo Deo essentialiter in unitione, & à sanctis Patribus piè predicatis duabus voluntatibus, & duabus operationibus, divinam & humanam dissensiones & divisiones insipienter in mysterio dispensationis ejus innectit, & propterea Evangelicas & Apostolicas de eodem Salvatore voces non uni & eidem personæ essentialiter tribuit, id est, Christo Jesu, sic condemnatus.

Canon 17.

Si quis non confitetur, secundum sanctos Patres propriè & verè omnia, quæ tradita sunt, & predicata sanctæ & Apostolicæ Dei Ecclesiæ ab ipsis sanctis Patribus, & probabilibus, & universalibus quinque Conciliis usque ad unum apicem verbò & mente, sic condemnatus.

Canon 18.

Si quis, secundum sanctos Patres consonanter nobiscum eadem credens, non respuit, & anathematizat anima & ore omnes, quos respuit & anathematizat nefandissimos hæreticos cum omnibus impiis eorum scriptis usque ad unum apicem sanctæ Dei Catholica & Apostolica Ecclesiæ, hoc est, sanctæ & universales

sales quinque Synodi, & ipsi omnes consonanter probabiles Ecclesie Patres, sit condemnatus. Dicimus autem Sabelium, Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Polemonem, Euthycem, Dioscorum, Timotheum, Flutum, Severum, Theodosium, Cholutum, Themistium, Paulum, Samosatenum, Chodoum, Theodorum, Nestorium, Periam, Originem, Didymum, Evagrium, & compendiosè alios omnes hæreticos, qui à Catholica Ecclesia reprobati atque rejecti sunt; quorum dogmata, diabolicæ operationis sunt genimina; & eos qui similia cum his usque ad finem sine pœ-

nitentia sapuerunt, aut sapiunt, vel sapient. Cum quibus meritò (utpotè eadem dogmatizantes & docentes sicut ostensum est) Theodorum quondam Episcopum Pharanitanum, & Cyrum Alexandrinum, & Sergium Constantinopolitanum, & ejus successores Pyrrhum, & Paulum, & omnia impia eorum scripta anathematizamus, & eos, qui nobiscum consonanter non respuunt & anathematizant prædictos hæreticos, eorumque scripta.

Et subscripserunt Martinus Papa, & ceteri Episcopi número 105.

Expliciunt Canones Martini Papæ.

CONCILIUM
TOLETANUM VII.

Concilium
Tolet. VIII.
An. D. 639.

Tempore MARTINI PAPÆ I.

IN primo canone pronuntiatum tantum Symbolum fidei, quomodo nunc proponit publicè Ecclesia.

Canon 2. De incauto iuramento.

In secundo canone, de incautis juramentis dilliciter multa. Primò, quòd juramenta resolvi non possunt, probat per illud Exodi: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, id est, frustra.*

Secundò, quòd juramenta illicita non sunt servanda, & comminatoria sunt mitiganda. Primum probat ex Ambrosio, qui pro hoc adducit illud Matth. 14. de Herode, qui juravit, quoniam quicquid petitura esset, daret filix Herodiadis, & necem Joannis præstitit, ne promissum denegaret: quod tamen negandum, & promissum servandum non erat: Et illud etiam de Septhæ, qui immolavit filiam, &c. Melius fuerat nihil tale promittere,

quàm promissum solvere. Mirabilis (in-22. q. 4. dicitur) necessitas, quæ solvitur patricidio. Et pro hoc, alia multa adducit ex Augustino etiam ex Isidoro.

Secundum probat, quia Deus multoties talia comminatoria mutabat, solvebatque juramenta. Hoc in Ninivitis patet. Similiter Israeliticis populo sæpe ultio promissa, suspenditur. Hinc etiam, per Jeremiam, Dominus ipse dicit: *Si peccatum egerit gens illa super malo, quod locutus sum adversus eam, egam & ego penitentiam, &c.* Si ergo nostra conversio sic divinam mutat sententiam, cur miserorum tantæ lachrymæ, vel pressuræ, tam crudam non temperent ex miseratione vindictam?

Alteram quod tractat, est: Ubi periculi necessitas compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexu noscitur obligare. Quid autem his levius, quidvis sit gravius,

pietatis acumine investigemus. Etenim dum perjurare compellimur, Creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamur. Cum vero noxia promissa complemur; & Dei iusta superbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus.

Canon 3. de his qui sacros Ordines muneribus assequuntur, est Canon plus nullius repetitus, ideo hoc loco omittitur.

Canon 4. De castitate Episcoporum.

Omnes Episcopi inter cetera virtutum ornamenta, nitore carnis debent propensius enitere; ut ex hoc, audientes munditiam appetant, ex quo doctores aliorum, immunditia non deturpat: adeo ut si deinceps Episcopi detecti fuerint, execrabilibus flagitiis cum quibuscumque foeminis pollui, ac familiariter peculiaritate versari, noverint, se irrevocabili sententia Patrum ulcisci, id est, & loci & ordinis dignitate privari. Diaconi vero & Presbyteri, si omnino coerceri nequiverint, usque ad exitum vite suae monasteriis deputati, disciplinis monasticis maneat omnino subiecti. Hoc idem statuimus de Subdiaconis, qui hoc deinceps vulnere fuerint lauciati: ita ut usque ad extremum vite suae, sub poenitentiae oneribus in monasteriis religenter.

Canon 7. De his, qui post assumptum Ecclesiasticum gradum ad conjugia redire volunt.

Sicut Sanctum Christum collarum, & altaris honor, propter consecrationem (quae per Episcopos tantum exercenda & conferenda sunt) evelli non queunt; ita quoque factum decus honorum, quod his compar habetur & socium, qualibet fuerit occasione perceptum, manebit omnimode inconcussum: sicut enim & sono Sancti Baptismatis inappreciable donum semper, & saepe non solum nolentibus, verum etiam (quod majus est) nescientibus impartitur, tamen hoc a nullo penitus profanari permittitur; sic, nec quod di-

vina iustione, siquaque Apostolica traditionis auctoritate sacrum noscitur extitisse, a quoquam aliquando profanari licebit. Unde quicumque etiam invidi, ad Ecclesiasticarum officia dignitatum assumuntur, deserere quam semel receperunt gratiam, donumque nequaquam audeant. Si vero ad conjugia moreque seculi redire attentaverint, omni Ecclesiastica dignitate priventur, & apostatae habeantur, & in monasterio donec vixerint sub poenitentia retrudantur.

Canon 8. Non ordinandus nisi noverit psalterium.

Decrevimus, ut nulli cuiusque dignitatis Ecclesiasticae deinceps percipiant gradum, qui non totum psalterium, vel canticorum usualium, & hymnorum, sine baptizandi perfecte noverint supplementum. Qui vero jam honore dignitatum funguntur, & hoc ignorant, aut sponte sumant intentionem necessariam pendiscendi, aut a majoribus ad lectionis exercitia cogantur invidi. Solus ergo accedat ad sacra Dei mysteria tractanda, quem morum innocentia, & litterarum splendor reddunt illustrum.

Canon 9. De his, qui biennium Quadragesimo solvant.

Quisquis sine inevitabili necessitate, atque fragilitate, & evidenti languore, seu etiam impossibilitate aetatis, diebus Quadragesimae esum carniarum praesumpserit attentare, non solum reus erit Resurrectionis Dominicae, verum etiam alienus ab ejusdem diei sancta Communionem: & hoc illi cumuletur ad poenam, ut ipsius anni tempore, ab omni esu carniarum abstinere gulum, quia sacris diebus, abstinenciae oblitus est disciplinam. Illi vero, quos aut aetas incutiat, aut languor extenuat, aut necessitas arceat, non ante prohibita violare praesument, quam a Sacerdote permittitur percipiant.

In Canone 10: commendatur observantia decretorum.

saliter
aliquid
illicite
raicapi.

Quia
vel
ceteri
etiam
Quod
sunt.

SUMMA TOLETANA. CONCIL. IX. 255

In Canone ultimo tantum definitum est, ut circa Judæos serventur decreta in Concilio Toletano IV. Capituli 56. 57. 58. 59. 60. & in multis aliis cap. illius Concilii.

Subscripserunt quinquaginta & quinque Episcopi. Subscripserunt & Abbates; deinde Vicarii Episcoporum absentium; ultimò viri illustres officii Palatini.
Explicit Concil. Toletanum VIII.

CONCILIUM
TOLETANUM IX.

Concilium
Tolet. IX.

Habitu anno septimo Reccesvinti Regis. Kalend. Novemb.
ab Episcopo 16.

Aditio F. S.

Anno 655. habitum est hoc Concil. sub Vitaliano Papa.

P R Æ F A T I O.

Quia nequaquam rectè subditos judicat, qui non seipsum priùs justitiæ censurâ castigat, aptum nobis & expedibile visum est, antè nostris excessibus imponere modum, & sic errata corrigere subditorum. Tunc namq̃ meliùs judiciorum exordia ducuntur, cum vita Judicium antè disponitur, eò quòd potius judicii forma completur, cum negotiorum principiis æquitas judicantium antefertur. Idè exordium æquitatis inchoari à Judicibus debet, ut perfecta juris causatio, lumen apertius formet.

*Canon 1. qualiter heredes fundatoris
Relicta sollicitudinem eius gerant.*

Nullus Sacerdotum, vel ministrorum ex rebus Ecclesiæ, que in quibuscumque locis à fidelibus largiuntur, aliquid aufert, vel juri suo connectat. Et ut hujus rei potior soliditas habeatur, condignis vel reprobis, hereditariis que

propinquis ejus qui construxerit, vel ditavit Ecclesiam, licitum sit, hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut si Sacerdotem, seu ministrum aliquid ex collatis rebus præviderint defraudare; aut communionis honestæ conventionione compescant, aut talia Episcopo, vel Judici cortigenda denuncient. Qui verò hæc monita temerare voluerit, excommunicetur.

*Canon 2. Fundatores Ecclesiarum
ministros eligant ibi servituros.*

Quamdiu fundatores Ecclesiarum in hac vita superlites extiterint, pro iisdem locis curam permittantur habere sollicitam, argue rectores idoneos in eisdem basilicis iisdem ipsi offerant servituros.

Canon 3.

Si Sacerdos vel minister de rebus Ecclesiæ quidpiam alicui sub præstationis obtentu concedat, instrumento causam præstiti evidenter exponat. Aliter verò pro hujus negotii causa deinceps scriptura non valet.

Canon 4. De rebus acquisitis à clericis, qualis divisio fiat.

12 q. 4. *Sacerdotes, vel. 12 q. 1. cumque de Sacerd.*

De rebus acquisitis per eos, quibus Ecclesiasticarum rerum cura commissa est, inter Ecclesiam & Sacerdotis heredes æqualis divisio fiat. Quicumque verò de prædictis Sacerdotibus vel ministris pro sui utilitate atque amicitia, vel præstatione, aut quocumque modo, aut per scripturæ feriendam meruerint à quolibet percipere, in rebus Ecclesiasticis non poterit numerari, sed quoque exinde voluerint facere, in ipsorum voluntatis arbitrio subiacebit.

Canon 5. quid Monasterio, vel Ecclesie Episcopus conferre possit.

18. qu. 2. *Bona rei dare.*

Si Episcopus Monasterium facit, vel Ecclesiam Parochialem, quam pro suis magnificare voluerit sepulturis, non amplius quàm centesimam partem censûs Ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit. At verò Monasterio quinquagesimam tantum partem dare debet.

Canon 6. Episcopus tertiam partem sibi debita, cui voluerit conferat.

12. qu. 2. *Episcopus si tertiam partem. Nota, quòd hic nulla mentio fit consanguineorum, sed tantum Ecclesiarum laicorum.*

Cùm præteritis sanctionibus notissimum habeatur, quæ de rebus parochialium Ecclesiarum pars Episcopo conferatur; opportunè tamen duximus decernendum: ut si Episcopus tertiam partem, quam de rebus earundem, sanctione sibi debitam novit, aut ipsi Ecclesiæ, cuius res esse parebit, aut alteri Ecclesiæ, quam elegerit, conferre decreverit; & licitum maneat, & irrevocabile robur ejus sententiæ ferat.

Canon 7. Ne extræ ordinem præscriptum, heredes morientis Sacerdotis, res eius adire presumant.

Propinquæ morientis Episcopi nihil de rebus ejus absque Metropolitanæ cognitione usurpare præsumant. Quòd si, eis, qui discesserit, Metropolitanus fuerit, successoris ejus sententiam, aut consilium sustinebunt, ne passim hereditatis adveniendæ datâ licentiâ, de rebus Ecclesiæ, aut non retineatur ratio plena, aut fraus

inventatur illata. Quòd si Presbyteri, aut Diaconi fuerint, quos obisse constiterit, non sine agnitione sui Episcopi, tum ejus, heredibus adire licebit. *Simile quiddam in Conc. V. lant. can. 2.*

Canon 8. A quo tempore incipiat præscriptio in rebus Ecclesiæ.

16. q. 2. *Secunda.*

Si Episcopus, vel Sacerdos, vel minister, illicitè alienavit res Ecclesiæ, vivente ipsò, nulla præscriptio currit contra Ecclesiam in rebus illis, sed eò mortuò, incipit currere.

Canon 9. Quantum commodum sibi Episcopus tollat de Ecclesia cujus tumulari solet Sacerdotem.

Communè decretò sancimus, ut cùm in Conc. Pontificem mori contigerit, Episcopus, qui ad humanandum corpus advenerit, descriptis thesauris atque ornamentis omnibus, si locuples decedentis Ecclesiæ fuerit, non amplius quàm libram auri in rebus, quibus ei placuerit (exceptis ornamentis Ecclesiæ) cum grati offerentium, auferre pertinet. Si verò minor rebus extiterit, dimidiam libram sibi scienter usurpet. *In Conc. Valentin. can. 2.*

Canon 10. De filia Clericorum.

15. q. 2. *mult.*

Cùm multæ super incontinentia ordinis Clericorum hætenus emanaverunt sententiæ Patrum, & nullatenus ipsorum reformati quiverint correctio mortui; Idèò quilibet, ab Episcopo usque ad Subdiaconum, deinceps, qui vel ex ancillæ, vel ex ingenæ detestando connubio, in honore constituti filios procreaverint, illi quidem, ex quibus geniti probantur, Canonica censurâ damnentur; proles autem ex tali pollutione natæ, non solum hereditatem parentum nunquam accipient, sed etiam in servitutem ejus Ecclesiæ, de cuius Sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, juri perenni manebunt, *Nota, quòd filii clericorum.*

Canon 11. Servi Ecclesiarum non ordinandi.

Servi Ecclesiarum ordinari non debent, nisi prius libertatem ab Episcopis consequantur. Et si honestè in clericatu vixerint, *D. 14. de servit. can. 1.*

crior, poterunt ad officia majora promoveri.

Canon 12.

Si servus Ecclesie à Sacerdote libertas conferatur, tempus hannonum, à die mortis ejus tantum computari debet.

Canon 13. Vt liberis Ecclesia abstineant à coniugio Gothorum.

Cunctis Ecclesiarum libertis, tam viris quam feminis, eorumque propagini interdicitur Judicio generali, ne deinceps causâ connubii aut Romanis ingenuis copulentur, aut Gothis. Quod si hoc factum quandoque patuerit, permissione tali genita proles, nunquam merebitur jus debite dignitatis, nec Ecclesie unquam carebit obsequiis.

Canon 14.

Quod si tales liberti ad Ecclesiam reverti noluerint, quæcumque vel parentes eorum, vel ipsi ab Ecclesia sunt adopti, insisterente Pontifice, in ditionem propriam deducantur Ecclesie.

Canon 15.

In canone 15. tantum agitur de obse-

quo & disciplina libertorum Ecclesie.

Canon 16.

Libertis Ecclesie, eorumque propagini, ex omnibus, quæ de jure Ecclesie noscuntur habere, nihil licebit in extraneum dominium transferre: Suis ergo filiis, vel propinquis, ejusdem Ecclesie vel servitio vel patrocinio subjugatis, quæcumque donare vel vendere voluerint, poterunt.

Canon 17. Baptizati Judæi cum Episcopis celebrent dies festos.

Baptizati Judæi quæcumque loco, certo tempore convertentur. Festis tamen præcipuis novi testamenti serie consecratis, ac diebus illis, quos olim sanctione veteris Legis sibimet censebant esse solemnes, in Civitatibus, publicisque conventibus cum summis Dei Sacerdotibus celebrare præcipimus, ut eorum conversationem & fidem & Pontifex approbet, & veritas servet. Hujus verò temerato edicti, prout Episcopus permiserit, aut flagris, aut abstinentiæ subiacebit.

Explicit Concil. Tolet. IX.

CONCILIUM
TOLETANUM X.

Anno octavo Reccefunshi Regis tempore MARTINI Pape

Additio F. 5.

Alii celebratum vident an. 658. sub Papa Vitaliano.

Concilium
Tolet. X.

*Canon 1. De celebritate annuntiationis
Dominice.*

Hæc festi-
vitas in sola
Hispania
celebratur
die hic sta-
uitur.

Quoniam die, quâ invenitur Angelus Virgini Verbi conceptum & nuntiasse verbis, & indidisse miraculis, eadem die festivitas non potest celebrari condignè quod interdu quadragesima, vel paschale festum videatur incumbere, in quibus nihil de sanctorum solemnitatibus, sicut ex antiquitate regulari cautum est, convenit celebrari: cum etiam & ipsam incarnationem Verbi non conveniat tunc celebratibus prædicari, quando constat, ipsum Verbum post mortem carnis, gloriâ resurrectionis atrolli: ideo speciali constitutione sancitur, ut ante octavam diem, quò natus est Dominus, genitricis quoque ejus dies habeatur celeberrimus, & præclarus. Ex pari enim honore constat, ac sicut nativitatem filii, sequentium dierum insequitur dignitas, ita festivitatem Matris, tot dierum sequatur sacra solemnitas. Nam quod festum Matris est nisi incarnationis Verbi? Cujus festum ita debet esse solenne, sicut est & ejusdem nativitas Verbi. In multis itaque Ecclesiis à nobis spatio remotis, & terris hic mos agnoscitur retincti. Solemnitas itaque Dominicæ Matris, die 15. Calen. Januariarum omnimodò celebretur.

Canon 2.

Qui contra salutem principum, gentis, aut patris aliquid machinatur, ab Episcopo usque ad extremum ordinis Clericorum aut Monachorum, mox omni dignitate & honore privetur.

Canon 3. Contra Episcopos, qui monasteria vel ecclesias consanguineos, vel sibi faventes præficiunt.

Agnovimus: quosdam Pontifices, præcepti Principis Apostolorum, qui ait: *Pascite, qui in vobis est grex, non coactè, sed spontaneè, neque ut dominantes in clero,* &c. ita esse inmemores; ut quibusdam

Monasteriis, parochialibusque Ecclesiis, aut suæ consanguinitatis personas, aut sui favoris participes, iniquum sæpè statuant in Prælatum; ita illis providentes commoda inhonestæ, ut aut eisdem deferantur, quæ proprio Episcopo dari justus ordo depoposcerit, aut quæ rapere deputati exactoris violentia poterit. Proinde placuit nobis, & in præsentem tale rescindere factum, & non esse de cætero faciendum. Nam quisquis Pontificum, deinceps aut sanguine propinquus, aut favore personis, quibuscumque sibi conjunctis, talia commendare lucta tentaverit: ad suum nefandæ præsumptionis excidium, & quod justum fuerit, revocetur in irritum; & qui ordinavit, annuæ excommunicationi subjaceat. Quæ verò ablata fortasse fuerint, ab eo qui tulit, reddantur in duplum.

Canon 4. De professione & habitibus professe.

Vidua, quæ sanctæ Religionis obinere propositum voluerit, Sacerdoti vel ministro, ad quem aut ipsa venerit, aut quem ad se venire contigerit, scriptis professionem faciat à se aut signo aut subscriptione notatam, continentem, se & Religionis propositum velle, & hoc perenniter, inviolatè servare. Tunc acceptâ à Sacerdote vel Ministro aptâ Religionis hujus veste, seu lectulo quiescens, sive in quocumque loco consistens, incunctanter eâ utatur. Neque diversi coloris, aut diversæ partis eadem sit notabilis vestis sed Religiosa, & non suspecta, quæ careat varietatibus colorum Pallio purpureo, vel nigri coloris caput contegat ab initio susceptæ religionis; ut dum illic tulerit signum probabilis sanctitatis ubi nullus falli poterit visio intuentis, nunquam ausus attentè detestandæ præsumptionis.

Canon 5. De faminis quæ propositum Religionis abiicerunt.

Sanctimoniales faminz, quæ propositum

si iam abjecerunt religionis, commoneantur Sacerdotis autoritate, ut redeant sponte. Quæ si redire noluerint, impulsu Sacerdotis ad religionis cultum reducantur, & in Monasteriis redactæ excommunicationis sententiâ feriantur. Hic idem quoque ordo in illarum condemnatione manebit, quæ quamquam à Sacerdote sanctimoniz vestem non accepissent, ipsæ tamen aut indutz sunt, aut in illo indui habitu consenserunt, qui Religionis esse cultus ab intuitibus crederetur, si coram Ecclesia, vel Sacerdote, aut etiam competentibus testibus quandoque indutz, certis iudiciis aut testimoniis approbantur.

Canon 6. Quoto anno liceat parentibus, filios tradere religioni.

q. 2. Si in qualibet minori ætate, vel religionis tonsuram, vel religionis debitam vestem, in utroque sexu filiis, aut onus, aut abdo parentes dederint, certè, aut nolentibus, vel nescientibus sese susceptam, & non mox visam in filiis abdicaverint, sed vel coram se, vel coram Ecclesia palamque in conventu eisdem filios talia habere permiserint; ad secularem reverti habitum ipsi filii quandoque penitus non licebit: sed convicti, quod tonsuram aut Religiosam vestem aliquando habuerint, mox ad religionis cultum habitumque revocentur, & sub strenua districtione, huiusmodi observantiz inservire cogantur. Parentibus sanè filios suos religioni contradere non amplius quam usque ad quartum decimum ætatis eorum annum licentia poterit esse.

Item decretum pro Potamio Episcopo.

Ecce enim tractantibus nobis in pace de Ecclesiasticis regulis, delatum est Conventui nostro epistolium confusæ confessionis, & abolendæ subscriptionis, quò Potamius Bracarensis Ecclesiæ Episcopus de factis propriis, suisque verbis annotatæ & articulis. Quò referatò,

quid obliteranda pagina, & abolenda litterarum panderent elementa, scribis potius quam sermonibus lachrymosa concio recensuit. Tunc solitariè cantum, polloerat, secretimque adunatis Pontificibus Dei, prædictum adesse coram nobis fecimus Episcopum. Quem singultibus aggredientes amplius quam loquearis, relectam illi suam deformitatis, & nostræ confusiois scripturam protulimus. Quam accipiens, ac recurrens, sciscitantibus nobis, utrum sui operis & suæ annotationis impietas esset? Ille suum actum, suisque oris eloquium, suorum quoque digitorum esse robur asseruit quod illic relegendo perdidit. Rursum divini nominis contestatione tunc adjuvantes, obtestari sumus, ut, an de se spontè mendacium diceret, aut alieius violentiæ premeretur, & perterritus talia narraret, veraciter indicaret. Qui mox flebili voce, luminibusque ploratu mandentibus, & fragore singultuum, cum unius Dei nominis iuramento clamavit; se & verè eadem mala de se confiteri, & ad hæc consistenda nullà se violentiâ prægravari. Tandè etiam seipsum per novem menses sponte deseruisse regimen Ecclesiæ suæ, & ergastio quòdam, pro admisso flagitio acturus; poenitentiam, se conclusisse edixit. Tunc per fidelem confessionem ejus agnitò, quoddam tactu foemineo lortuisset, & declarato, licet hunc paternæ antiquitas factis regulis dejicere ab honore decernat, nos tamen miserationis jura servantes, non abstrulimus nomen honoris; sed validâ autoritate decrevimus, perpetuæ poenitentiz hunc inservire officis & ærumnis; & providentes, melius illum per asperam & dumosam ite poenitentiz solitudinem; ut quandoque perveniret ad refrigerii mansionem, quam relictum in voluntatis suæ latitudine ad præcipitium dejici æternâ damnatione. Tunc venerabilem Fructuosum, Ecclesiæ Dumiensis Episcopum, communi omnium nostram electione constituimus

Confessio Episcopi qui tactu foemineo se polloerat,

heret. a habu. usque lectio.

Ecclesie Bracarenfis gubernacula continere. Eugenius indignus Toletanz sedis Metropolitanus Episcopus, hoc iudicii nostri decretum subscripsit. Similiter & alii Episcopi subscripserunt numero decem & septem.

Explicit Concilii Toletani X.

AN. 654.
Eugenius I.
Papa 76.

Eugenio I. pro fide exulante, Caliopas Italiae Exarchus compulerat Romanum Clerum, ut in locum Martini alium Pontificem eligerent. Clerus vero, ne cogere tur subire periculum quod imminabat, ut nisi ipse eligeret, daretur invitis

ab Imperatore Pontifex, elegerat (et non nisi vicaria praefectura) Eugenium, patriam Romanum, Ruffiniani filium, Virum ab incunabilis Ecclesiasticis rebus instructum, & erga pauperes munificentissimum: quem, ubi Romae obitus Martini innotuit, idem Clerus, accedente rursus semel antea lato consensu, in Pontificem elegit. Qui postquam mensibus paucis a sua creatione rexit Ecclesiam, Romae diem obiit, verè benignus, mitis, mansuetus, omnibus affabilis, & sanctitate praeclarus.

CONCILIUM

CABILONENSIS

In Gallia celebratum tempore EUGENII PAPE. Est Provinciale.

Cablon:
Concilium

Sub Glodovno Reg.
AN. D. 658.

Additio F. S.
Sub Vitaliano Papa celebratum Anno 663. ponit Coriolanus.

Canon 1.

Omnes inspi ante Dominò, unò animò definiimus, ut fidei norma, sicut in Nicæno Concilio pià est professione firmata, vel à sanctis Patribus tradita, atque ab ipsis exposita, vel in postmodum à sancto etiam Chalcedonen. Concilio firmata, in omnibus, & ab omnibus conservetur.

Canon 2.

Canonum statuta, ab omnibus intermerata serventur.

Canon 3.

Si quis Episcopus, Presbyter, aut

Diaconus, vel quicumque ex Sacerdotum catalogo, cum qualicumque extranea muliere familiaritatem habuerit, quæ dedecoris vel adultèrii possit afferre suspicionem, ab ordine degradetur

Canon 4.

Ut duo in una civitate penitus uno tempore, nec ordinentur, nec habeantur Episcopi.

Canon 5.

Secules verò, qui necdum sunt ad clericatum conversi, res parochiarum vel ipsas parochias minimè ad regendum debeant habere commissas.

Canon 6.

Nullus ante audientiam res quorumlibet invadere, aut auferre præsumat: quod,

quod, qui fecerit, ut necator pauperum habeatur.

Canon 7. Ut bona Ecclesiarum integra maneant.

Defuncto Presbytero, vel Abbate, nihil ab Episcopo auferatur; vel à quocumque de rebus parochiæ, vel ex nothochii, vel monasterii aliquid debeat minuere. Quod qui fecerit, juxta decreta Canonum c. cœceatur.

Canon 8. Constitentibus propria peccata, à Sacerdote imponatur penitentia.

De penitentia verò peccatorum, quæ est medela animæ, utilem omnibus hominibus esse censemus: & ut penitentibus à Sacerdotibus (factâ confessione) indicatur penitentia.

Canon 9.

Nullus mancipium extra fines vel terminos, qui ad regnum Clodovæi Regis pertinent, penitus debeat vendicare; ne per tale commercium, aut captivitatis vinculo, vel Judicæ servituti mancipia Christiana teneantur implicita.

Canon 10. Ad quos pertineat electio Episcoporum.

Si quis Episcopus de quacumque civitate fuerit defunctus, non ab alio, nisi à comprovincialibus, clero, & civibus suis, alterius habeatur electio: si autem, hujusmodi ordinatio irrita habeatur.

Canon 11.

Statuimus, ut si Judices publici, præsumptione, vel potestate quâ pollent, clericos vel Abbates coram se comparere fecerint, à communione omnium Sacerdotum eos convenit sequestrari.

Canon 12.

Duo Abbates in uno monasterio esse non debent: verumtamen, si quilibet Abbas sibi elegerit successorem, ipse qui sic eligitur, de facultatibus ipsius monasterii ad regendum nullam habeat potestatem.

Canon 13.

Nullus alterius Clericum retinere

presumat, nec ad sacrum ordinem, sine voluntate Episcopi, penitus promoveret.

Canon 14.

Statuimus, ut Episcopis cura & potestas sit tam de ordinatione Clericorum, quam de facultatibus collatis oratoriis, quæ per villas sunt, qualiter ad ipsa oratoria & officium divinum possit impleri; & sacra libamina consecrari. Quod si aliqui etiam fundatores illorum contulerunt, communionem priventur.

Canon 15.

Abbatibus, vel Monachis, aut agentibus monasteriorum, patrociniò seculari penitus non utantur, nec ad principis præsentiam, sine Episcopi sui permisso, ambulare audeant: aliàs excommunicentur.

Canon 16.

Nullus Episcopus, nec Presbyter, vel Abbas, seu Diaconus per præmium ad sacrum ordinem accedat: si accesserit, ipso honore privetur.

Canon 17.

Nullus secularium, nec in Ecclesia, nec infra atrium ipsius Ecclesiæ, qualescumque scandalum aut similitudines excitare præsumat; nec arma trahere, aut quemcumque ad vulnerandum vel inrescendum appetere: quod si fecerit, communionem privetur.

Canon 18.

Hic agitur de observatione Dominici diei tantum, secundum statuta Concilii Aurelian. 3. can. 27.

Canon 19. Ne turpia cantica in Ecclesiis cantentur.

Valde enim omnibus noscitur indecorum, quod per dedicationes basilicarum, aut festivitates Martyrum ad ipsa solemnia confluentes, chorus festinus turpia quidem & obscœna cantica decantare videntur, dum aut orare debeant, aut Clericis psallentes audire. Unde convenit, ut Sacerdotes loci talia à septis basilicarum vel porticibus ipsarum, ac etiam ab ipsis atriis vetare debeant. Et si voluntate

tariè noluerint emendare, aut excomunicari debeant, aut disciplinæ aculeum sustinere.

explicit Concilium Cabilonenſe.

An. D. 645.
Vitalianus
Pa. p. 77.

Vitalianus, filius Anastasi, patria Signinus Provinciæ Campaniæ. Constantem Imperatorem, (qui conscientiz stimulis agitatus ob sacrilegum fratris sui Theodosii, Diaconi consecrati, fratricidium profugus relicta uxore & libetis Constantinopoli seracufas in Sicilia fecerant) præ se ferentem personam hominis Orthodoxi, honorificè suscepit. Constantino Pogonalo Constantis Imperatoris, in balneo stracufas occisi filio, adversus Tyrannos, qui ei imperium eripere nitentur, supplicias mini-

stravit. Maurum Episcopum Ravennatum, quod ob ipso Romam vocatus causam dicturus, adesse contempserat, excommunicavit: qui eo vesaniæ progressus est ut in Vitalianum eandem excommunicationis sententiam reciperet propter quod à Vitaliano, & Italiæ Episcopis Sacerdotio exutus est: & dein ab ejus successore Adeo-dato fidelium suffragiis etiam in morte privatur; ex eo quod etiam in suo transitu concessurus esset omnes Ravennatis Ecclesiæ Clericos, ne unquam se subicerent Romano Pontifici. Sedit annos 13. menses quinque, Ecclesiasticis tabulis inter sanctos Pontifices adscriptus.

CONCILIUM

TOLETANUM XI.

Concilium
Tolet. XI.
Verius sub
tempore
Adeodati
Papa An.
D. 675.

Anno quarto Bamba Regis septimo Idus Novembris, circa tempora
VITALIANI. Papa.

Primum omnium publicè pronuncietur fides Catholica, & declarantur universa dogmata fidei, maxime quæ ad Incarnationis, & Trinitatis mysteria pertinent, & hoc longè & elegantissimè disputatione. Ex quibus omnibus nonnullos articulos hoc in loco censuimus annotandos.

Primus, De processione Spiritus sancti.

Spiritum quoque sanctum, qui est tet-

cia in Trinitate Persona, unum, atque æqualem cum Deo Patre & Filio credimus esse Deum, unius substantiæ, unius quoque esse nature; non tamen genitum vel creatum, sed ab utrisque procedentem, amborum esse Spiritum. Hic etiam Spiritus sanctus nec ingenuus nec genitus creditur, ne, aut si ingenuum dixerimus duos patres, di. amos; aut si genitum, duos filios prædicare monstremur; qui tamen nec patris tantum, nec filii tantum, sed simul Patris & Filii & Spiritus dicitur, Nec enim de Patre procedit in

in Filium, vel de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul ab utrisque processisse monstratur; quia Charitas sive Sanctitas amoborum esse agnoscitur. Hic ergo Spiritus sanctus missus ab utrisque creditur; sed minor Patre & Filio non habetur; sicut Filius, propter assumptam carnem, minorem se Patre & Spiritu sancto esse testatur. Hæc est sanctæ Trinitatis relata narratio, quæ non triplex, sed Trinitas & dici & credi debet. Nec rectè dici potest ut in uno Deo sit Trinitas, sed unus Deus Trinitas. In relativis verò personarum nominibus, Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Spiritus sanctus ad utrosque refertur. Quæ cum relativè tres personæ dicantur, una tamen naturalis substantia creditur.

Secundus: Hæc ergo sancta Trinitas, quæ unus & verus est Deus, nec recedit à numero, nec capitur numerò. In relatione enim personarum numerus cernitur, in divinitatis verò substantia quid enumeratum sit, non comprehenditur. Ergò, hæc solò numerum insinuat, quod ad invicem sunt: & in hoc numero carent, quod in se sunt. Nam ita sanctæ huic Trinitati unum naturale convenit nomen, ut tribus Personis non possit esse plurale. Ob hoc ergo credimus illud in sacris litteris dictum: *Magnus Dominus noster, & magna virtus eius & sapientia eius non est numerus.*

Tertius: Tres igitur personæ istæ dicuntur, juxta quod Majores definiunt, ut agnoscantur. Nam, & si attendamus illud, quod Scriptura sancta dicit de Sapientia: *Splendor est lucis æterna: sicut splendorem luci videmus inseparabiliter inhzere, sic consistemus Filium à Patre separari non posse.* Tres ergo illas unius atque inseparabilis naturæ Personæ, sicut non confundimus, ita separabiles nullatenus prædicamus: quandoquidem hoc nobis dignata est ipsa Trinitas evidenter ostendere; ut etiam in omnibus

quibus voluit sigillatim personas agnoscere, unam sine altera non permitrat intelligi. Nec enim Pater absque Filio cognoscitur, nec sine Patre Filius invenitur. Relatio quippè ipsa vocabuli personalis, personas separari vetat.

Quartus: De his tribus Personis solam Filii personam pro liberatione humani generis, hominem verum sine peccato, de sancta & immaculata Maria Virgine credimus assumpsisse, de qua novo ordine, novaque nativitate est genitus. Novo ordine, quia invisibilis divinitate, visibilis monstratur in carne. Novam autem nativitate est genitus, quia intacta Virginitate & virilem cœcum nescivit & fecundata per Spiritum sanctum, carnis materiam ministravit. Qui partus Virginis nec ratione colligitur, nec exemplò monstratur. Quod si ratione colligitur, non erit mirabile, & exemplò, non erit singulare. Nec tamen Spiritus sanctus Pater esse credendus est Filii, pro eo quod Maria eodem Spiritu sancto obumbrante concepit; ne duos Patres Filii videamus asserere, quod utique nefas est dici. In quo mirabili conceptu, edificante sibi Sapientia domum, *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.*

Quintus: Nec tamen, quia duas in Filio diximus esse naturas, duas causabimur in eo esse personas, ne Trinitati (quod absit) accedere videatur quaternitas. Deus enim Verbum non accepit personam hominis, sed naturam; & in æternum personam divinitatis temporalem accepit substantiam carnis.

Sextus: Item, idem Christus in his duabus naturis, tribus extat substantiis: Verbi, quod ad solius Dei essentiam referendum est; corporis & animæ, quod ad verum hominem pertinet. Habet ergo in se geminam substantiam, divinitatis suæ, & humanitatis nostræ. Hic tamen per hoc quod de Deo Patre sine initio prodixit, notum tandem (nam

centones.
Explicatur
Incarnationis
Filius
Dei myste-
riam.

Joan. 1.

Cum duabus naturis
non fiat in
Christo duas
admittenda
personæ.

Tres in
Christo sub-
stantiæ

acque

neque factus, nec predestinatus accipitur:) per hoc tamen quod de Maria Virgine natus est, & factus & predestinatus esse credendus est.

Exponitur articulus resurrectionis

Septimus exemplo ergo capitis nostri consecratur vera fide resurrectionem carnis omnium mortuorum, nec in aere, vel qualibet alia carne. (ut quidam delirant) resurrecturos nos credimus; sed in illa, qua vivimus, consistimus, & movemur. Peracto hujus sancte Christi resurrectionis exemplo, idem Dominus noster paternam, ascendendo, sedem repetit, de qua nunquam per divinitatem discessit. Illic ad dexteram Patris sedens, expectatur in fine seculorum iudex omnium vivorum, & mortuorum. Inde cum sanctis omnibus venit ad ferendum iudicium, reddere unicuique mercedis propriæ debitum, prout quisque gessit in corpore sive bonum sive malum.

Octavus: Hæc est confessionis nostræ fides exposita, per quam omnium hæreticorum dogmata perimitur, & per quam omnium fidelium corda mundantur; per quam & ad Deum gloriose acceditur.

In primo Canone tantum decernitur, ne tumultu Concilium ageretur.

Canones Concilii Toletani XL

Canon 2. Quod necesse sit Episcopum predicare, & ab aliis curis cessare.

Quantum quis præcelsi culminis obtinet locum, tantum necesse est præcedat ceteros gratiæ meritotum; ut in eo quod præsidet singulis, singulariter ornetur eminentiâ sanctitatis, habens semper & in ore gladium veritatis, & in opere efficaciam luminis; ut juxta Paulum, potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes revincere. Nos proinde nostri ordinis gradum, vel suscepti regimini modum magnopere cogitare debemus: ut qui officium prædicationis suscepimus, nullis curis à divina lectione privemur. Nam quorundam mentes Pontificum ita torporis otio à lectione gratia secluduntur, ut quid doctrinæ

Titulum 2.

gregibus subditis exhibeat, non inveniat præco murus. Insistendum ergo semper erit: Majoribus, ut quos sub regimini cura tuerur, fame verbi Dei perire non sinant.

In residuo Canonis tractatur id, quod habetur in Concilio Toletano 8. Can. 8. Canon 3. Quod etiam Episcopi eandem habeant modum psallendi.

Pontifices, rectore que Ecclesiarum unum eundemque in psallendo teneant modum, quem in Metropolitana sede cognoverint institutum. Qui contra fecerit, sex mensibus communitone privatus, apud Metropolitanum sub penitentia censura permanere corrigendus.

Canon 4. De discordia Sacerdotum componenda.

Relatum est nobis, quosdam Sacerdotes in tantam obstinationis effectuisse discordiam, ut non solum illos ab ira occasus solis non revocet, sed nec annosa quidem transactio temporum ad bonam charitatis reclinet; quippe in quorum cordibus Sol Justitiae Christus occubuit, ut ad lumen charitatis redire vix possint. Horum ergo, & similium discordantium fratrum oblationes nullis modo recipiendas censuimus. De personis tamen discordantium id præcipimus, ut antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad Altare Domini audeat, vel gratiam communionis sancte percipiat. Quod si unus eorum, aliis contemneat, ad satisfactionem charitatis occurrit; ex eo tempore ut pacificus intra Ecclesiam reperetur, ex quo ad concordiam festinasse convincitur. Hoc tamen servato, ut tempus quod in ira expendit, geminarum in penitentia satisfactione persolvat.

In can. 5. agitur de corrigendis excessibus Sacerdotum. Nihil tamen habet annotatione dignum.

Canon 6. A clerico causa sanguinis non indicatur.

His à quibus Domini Sacramenta tradenda

7. *Granda fidei, iudicium sanguinis agitate non liceat. Alias vero & ordinis honore privetur, & loco; sub perpetuo quoque damnationis teneatur relegatus ergastulo.*

Canon 7.

Ecclesiarum Rectoribus discretio esse debet, ne per inconditam & indiscretam disciplinam subeant homicidii notam.

Canon 8. Ne merces aliqua pro divinis sacramentis sumatur.

Quicumque in Ecclesiastico ordine constitutus, pro baptizandis consignandisque fidelibus, aut collatione chrismatibus, vel promotionibus graduum pretia quolibet, vel premia, nisi voluntarie oblata susceperit, si sciente loci Episcopo hoc impudenter eviderit, idem Episcopus duobus mensibus excommunicationi subiacet. Sin autem, parrator si Presbyter est, trium mensium excommunicatione plectatur; si Diaconus, quatuor; subdiaconus vel Clericus excommunicentur.

Canon 9. Quid custodiri debeat, si per premium quis Episcopus fiat?

Quisquis Pontificale culmen ante Domini altare percipitur accesserit, Sacramenti exactione astringatur, quod pro conferenda sibi consecratione honoris nulli personae cujuscumque praemii collationem, vel aliquando dedisset, vel aliquando in futurum dare procurer. Sicque aut mundus accedat, aut publicatio hoc sceleris, denudatus coram Ecclesia, ad talem honorem non accedat. Quos autem post praedictionem per pretium ordinatos fuisse patuerit, ut vere simoniaci ab Ecclesia separantur, & duorum annorum spatio ex illo relegentur, ut lachrymis & poenitentia honorem consequere, & reparare intendant, quem praemiis emerant. Unde, si digna eos satisfactio commoverit, peccato indictae poenitentiae tempore, non tantum communioni, sed & loco, & totius ordinis officiis, a quibus separati fuerant, restaurandi sunt.

Canon 10. Quae sunt promittenda in ordinatione Pontificum.

Omnes Pontifices Rectoresque Ecclesiarum, tempore quo ordinandi sunt sub cautione promittant, ut fidem Catholicam sinceram cordis devotione custodientes, iuste & pie vivere debeant, atque obsequii reverentiam Prae eminenti sibi dependant.

Canon 11. Quomodo puniendus, qui acceptam à Sacerdote Eucharistiam non sumpsit.

Quicumque fidelis inevitabili qualibet infirmitate coactus Eucharistiam percipere rejecerit, in nullo Ecclesiasticae damnationi subiacet. Similiter nec illos cujuscumque punitionis censura redarguet, qui talia aut tempore infantiae faciunt, aut in qualibet mentis alienatione positi, qui, quod fecerint, ignorare videntur. Jam vero quicumque aut de fidelium, aut infidelium numero corpus Domini absque inevitabili infirmitate proiecit, si fidelis est, perpetua communione privetur; si infidelis, & verberibus subdatur, & perpetuum exilio relegatur. Quod si horum quilibet hujusmodi excessus digna poenitentiae satisfactione desleverit, post quinque annorum licet illum communioni praestitum reformari.

Additio F. S.

Iste can. II. procedit juxta consuetudinem, qua olim dabatur infantibus post Baptismum Eucharistia. Quae quidem est abolica. Vide nostra Comment. ad 3. p. quae st. 89.

Canon 12. Qualiter agendum cum poenitente in mortis periculo.

Qui poenitentiam in mortis agit periculo, non diutine à reconciliationis gratia differendus est. Sed si praesentis mortis urgeatur periculo, poenitentia per manus impositionem accepta, statim ei reconciliatio adhibenda est, ne prius ab humanis rebus aeger abscedat, quam donum reconciliationis accipiat. Unde juxta Papae Leonis edictum, his, qui in tempore necessitatis,

26. q. 6. *His
qui tempore.
Et in epist.
Leon. epi-
stola 99.*

cessitaris, & in periculi urgentis instantia præsidium penitentiae ex more reconciliacionis implorant, nec satisfactio interdicienda est, nec reconciliatio deicenda; quia in misericordia Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire. De his autem, qui acceptam penitentiam, antequam reconcilientur ab hac vita recesserint, Placuit nobis, ut & memoria talium in Ecclesiis commendetur, & oblatio pro eorum delicto à Presbyteris recipiatur.

Canon. 13. De Sacerdotibus qui veniunt à spiritibus.

Bene quidem Majorum regulis definitum est, ut daemones, aliisque passionibus irretitis, mysteria sacra tractare non liceat. Cui præcepto consensu rationis adhibitis, id communiter definivimus, ut nullus de his, qui in terram arrepti à daemone eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursum efferuntur; vel Sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscussi, se divinis ingerant Sacramentis: exceptis illis, qui variis corporum incommoditatibus dediti, sine hujusmodi passionibus, in terram approbantur elisi. Qui tamen & ipsi tandem erant officii sui & ordine & loco suspensi, quousque unius anni spatium, per discretionem Episcopi, inveniatur ab incursum daemone alieni.

Canon 14. Vt qui Dominum sacrificant, secum fruges habeant ad interitum constituta.

Summopere cavendum est, ne horis 7. illis atque temporibus, quibus Domino psallitur vel sacrificatur, unicuique divinis singulariter officiis insistenti pernicio- sa passio, vel corporis qualibet valetudo occurrat, quæ aut corpus subito subruit faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Ob hoc erga institutum, ut ubi temporis, vel loci, sive Cleri copia suffragatur, habeat ille quisquis canens Deo atque sacrificans post se vicini solemnibus adiutores: ut si aliquo casu ille, qui officia implendus accedet, turbatus fuerit, vel ad terram elisus, à tergo semper habeat, qui ejus vicem œnequatur intrepidus.

In Can. 15. habetur tantum, ut omni anno conveniant Episcopi ad celebrandum Concilium.

In Can. 16. agitur solum de gratiarum actione Deo, & Regi.

Subscriperunt præsentem Episcopi, & Abbates Monasteriorum, & Egila Diaconus, agens vicem Episcopi Arcobricensis, & Liberatus Diaconus, agens vicem Episcopi Segovienensis.

Explicit Concilium Toletan. XI.

Concilium
Bracar. III.

CONCILIUM BRACARENSE III.

Tempore VITALIANI Papa, & Wambani Regis celebratum,
& est Provinciale.

Adiis F. S.

Sub Adeodato Papa celebratum alii volunt Anno Domini 675.

CAN. 3.

Canon 17. In ecclesiis omnibus opinionibus panis tantum, & vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur.

Aldivinus, quosdam schismatici ambitione detrectos, contra divinos Ordines, & Apostolicas institutiones, lac pro vino in divinis Sacrificiis dedicare; alios quoque intactam Eucharistiam populis pro complemento communionis portigere; quosdam etiam expressum vinum in Sacramento Domini calicis offerre. Quod, quam sit Evangelicæ atque Apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini Ecclesiasticæ adversum, non difficile ab ipso fonte Veritatis probatur, à quo ordinata ipsa Sacramentorum mysteria processerunt. At enim Evangelista:

Accipit Iesum panem & calicem &c.

Cesset ergo lac in sacrificio offerri; quia evidens exemplum Evangelicæ veritatis, aliud offerre non sinit. Illud verò, quod pro complemento communionis intactam tradunt Eucharistiam populis, nec hoc, prolatum testimonium ex Evangelio, recipit, ubi Apostolis corpus suum & sanguinem commendavit. Nam quòd Dominus intactam buccellam Judæ dedit, id fecit, ut proditorem ostenderet, non tamen ut Sacramenti hujus institutionem monstraret. Quòd verò de expresso botro, id est, de uvarum granis populus communicetur, valde est omnino confusum. Calix enim Dominicus vinò & aqua permixtus debet offerri; quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi. Ergo quando in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur. Non enim potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque simul miscetur.

Canon 2. Ne vasa Domino sacra, humanis usibus serviant.

Si quis scierit divina vasa, vel ministeria, aut in usus suos transfulerit, aut comedere in his, vel poculum sibi sumentem elegerit; gradus sui, vel officii pe-

niculum sustinebit. Si secularis fuerit, perpetuà excommunicatione damnetur; si religiosus, ab officio deponatur. Sub hæc sententia tenebuntur, qui Ecclesiastica ornamenta, vela, vel alia quælibet indumenta, atque etiam utensilia, scilicet in suos, vel aliorum usus transfulerint.

Canon 3. Ne Sacerdos sine oratio sacrificet.

Quando Sacerdos Missam celebraturus accedit, non aliter accedat, quam oratio, utroque humerò circumseptus, sicut & quando fuit consecratus; ita ut de uno eodemque orario, utrumque pariter & utrumque humerum premens, signum in suo pectore præparet crucis. Si quis aliter egerit, excommunicationi subiacet.

Canon 4. De vitanda extraneorum mulierum familiaritate.

Nullus de clero, absque honesto & competenti testimonio, excepta solâ matre, cum quibuslibet feminis secretè se præsumat adjungere. Et non solum cum extraneis, sed nec cum ipsis etiam sonitibus, vel propinquis; ne licentiâ sororum, vel propin quarum mulierum, quisque solus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Hujus præceptionis transgressor sex mensibus penitentia subiacet.

Canon 5. A quibus, & quomodo gestanda Martyrum reliquia.

In festis quibusque diebus arcam Domini cum Reliquiis, non Episcopi, sed Levitæ in humeris gestent, quibus & in veteri Lege onus idem impositum novimus esse præceptum. Quòd si Episcopus per se Reliquias deportare elegerit, non ipse à Diaconibus in cella vehatur, sed potius pedestri eo unâ cum populis progressionem procedente, ad Ecclesias per eundem Sanctæ Dei Reliquias portabuntur.

Canon 6. Quomodo plebendi Ecclesiasticis ab Episcopo.

Qui gradus jam Ecclesiasticos meruerunt, id est, Presbyteri, Abbates, & Levitæ,

268 VITA ADEODATI, DONI, AGATHONIS, LEONIS I^{II} P. P.

Levitæ, exceptis gravioribus, & mortali-
bus culpis, nullis debet verberibus sub-
jacere. Non est dignum, ut passim unus-
quisque Prælati honorabilia membra
sua, prout voluerit, verberibus subjiciat,
& dolori; ne dum incautè subdita percussit
membra, ipse quoque debitam sibi subdi-
torum reverentiam subtrahat.

Canon 7. est secundus Canon in
Chalcedon. Concilio.

In Canone 8. habetur ut Rectores
Ecclesiarum curent magis Ecclesiastica
jura, quam sua.

Explicit Concilium Braecrenf. III.

72 q. 4. *quæ-
stio. sub
606.*

An. D. 669.
Adeodatus
Pont. 78.

ADEODATUS 78. Papa sub Petro,
anno Christi 669. Sedit annos septem,
mensis 2. dies 17. patriâ Romanus, ex
Monacho Pontifex creatur, vir religione,
& omni comitate præditus, Constantinò
Pogonato Imperat. 61.

An. D. 676.
Donus
Pont. 79.

DONUS 79. Papa, natione Romanus,
ex patre Mauricio, sedit annum unum,
mensis 5. dies 10.

Sub hoc convocata est Synodus Con-
stantinopolitana sexta; sub Agathone
cœpta, sub Leone II. absoluta. Donus
doctrinâ & sanctitate vitæ adò floruit;
ut Ravennarum Ecclesiam, jam pridem à
Romana segregatam, Sedi Apostolicæ
obtemperantem reddiderit.

An. D. 678.
Agatho
Pont. 80.

AGATHO 80. Papa, natione Sici-
lus, ex Monacho Pontifex creatur, sedit

annos duos, menses sex, dies quatuor.
Vir fuit adèd benignus & mansuetus, ut
universis hilari & jucundus comproba-
retur; & tantæ sanctitatis, ut leprosum
obvium factum, osculò (sub statim libe-
raverit. Hujus Pontificis morte vacat
sedes annum unum, menses quinque.

LEO JUNIOR, 81. Papâ sub Petro, An. D.
natione Siculus, ex patre Paulo, sedit ^{Leo II}
menses decem, dies 17. Vir in humanis ^{Pont. I}
& divinis Scripturis sufficienter istructus,
Græcâ & Latinâ lingua eruditus, pau-
peratis amator, erga inopum provisionem
non solum mentis pietate, sed & studii
labore sollicitus. Hic excepit, & probavit
acta sextæ Synodi in nova * Roma cele- ^{Con-}
bratæ residente magnò Principe ^{stanti-}
stantinò, simulque cum eo Legatis Sedis ^{temp-}
Apostolicæ, & duobus Patriarchis, Con-
stantinopolitano, & Antiocheno, ac cen-
tum quinquaginta Episcopis. In qua con-
demnati sunt Cyrus, Sergius, Pyrrhus,
Paulus, & Petrus, & Macarius cum di-
scipulo suo Stephano, qui unam volunta-
tæ, & unam operationem in Christo
prædicaverant: sed & supra-scriptos de-
fensores hæreticos Macarium, Stephanum,
Polycronium, & Anastasium, dum nolent
à suo recedete proposito, per diversa Mo-
nasteria tetruisit. Mense decimo sui Ponti-
ficatus Leo moritur, & sepelitur collachry-
mantibus omnibus tanquam publico pa-
rente orbatis. Vacat sedes mensem unum,
dies 12.

S E X T A S Y N O D U S
C O N S T A N T I N O P O L I T A N A .

VI. Synod.
Generalis.

Sub tribus supradictis Pontificibus adversus Sergium, Paulum, Pyrrhum, Petrum, Cyrum, & Theodorum, omnes Archiepiscopus Constantinopolitanos. Qui impie docuerunt unam voluntatem, & unam operationem in dispensatione Incarnationis Domini nostri Iesu Christi; presidente Constantino Imperatore, & Legatis missis ab AGATHONE Papa, Theodoro, & Georgio Presbyteris, & Ioanne Diacono, qui presentabant in Concilio locum Archiepiscopi antiqua Roma Agathonis.

A C T I O P R I M A

Sub Agathone Papa.

IN nomine Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi, presidente piissimò & Deo dilectò Magnò Imperatore Constantinò n. Secre-
tario sacri Palatii, quod cognominatur *Filius* &c. Conveniente quoque sanctò & universali Synodò, quæ secundum *Imperiales sanctionem* congregata est in hac Regia Urbe, Theodò & Georgiò Presbyteris, & Joanne Diaconò, vicem agentibus Archiepiscopi antiquæ Romæ, & Georgiò Archiepiscopò magis Constantinopoleos novæ Romæ; & Petro Deo amabili Prebyterò & Monachò, & locum servante Sedis magnæ civitatis Alexandriæ, & Macariò Archiepiscopò Theopoleos Antiochiæ; & Georgiò religiosò Presbyterò Monachò & Apocrisiariò Theodori venerabilis Vicarij Sedis Hierosolymorum, Joanne Episcopò Portuensi, Abondantiò Episcopò civitatis Paternensis, Joanne Episcopo civitatis Rhegitanæ, locum presentantibus 123. venerabilium Episcoporum S. Conci.ii antiquæ Romæ, residentibus gloriosis patriciis & consuli-

bus ex latere piissimj nostri Imperatoris Constantini, & ex leva quidem ejus parte residentibus Vicariis Agathonis Archiepiscopi antiquæ Romæ, & qui ex persona Synodi erant Deo amabiles Episcopi. A dextera vero ejus parte residentibus Georgio Archiepiscopo novæ Romæ, &c. Propositis in medio sacrosanctis Evangelij Christi Dei nostri, Theodorus & Georgius Presbyteri, & Joannes Diaconus Vicarij Apostolicæ Sedis antiquæ Romæ, necnon & qui ex persona Synodi erant, dixerunt:

Benignissime Domine, secundum *sacram à vestra fortitudine ad sanctissimum Papam rogationem, demandati* sumus ad piissima veltigia vestræ Serenitatis, unâ cum ejus suggestione, quam & obtulimus coronatæ vestræ Serenitati. Quoniam igitur ante hos 46. plus minus annos, quosdam novitates vocum, contrarias orthodoxæ fidei introduxerunt, qui in illo tempore fuerunt Præsules hujus regis vestræ civitatis, id est, Sergius, Paulus, Pyrrhus, & Petrus, necnon & Cyrum quondam Alexandria civitatis Antistes, & Theodorus Episcopus civitatis Pharan; & alij quidam, qui eos secuti sunt, non modicè (quæ per totum orbem terrarum est)

Ecclesiam turbaverunt, unam voluntatem in Incarnationis dispensatione Domini nostri Jesu Christi, unamque operationem dogmatizantes, & docentes; quæsumus à Deo coronatam vestram Fortitudinem, ut dicant qui ex parte sunt sanctissimæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, unde hujusmodi vocum adinventa est novitas?

Constantinus piissimus Imperator dixit: Audientes Georgius Archiepiscopus nostræ hujus civitatis, & Macarius Archiepiscopus Antiochenæ civitatis, & ei adjacens Synodus, quæ à parte Apostolicæ magis Romæ Sedis dicta sunt, quæ eis videntur, prosequantur.

Macarius Archiepiscopus Antiochiæ, unâ cum Stephano Presbytero & Monacho, ejus discipulo, & alii Episcopi Orientis dixerunt: Has quidem vocum novitates non edidimus, sed quicquid percepimus tam à sanctis universalibus Synodis, & Sanctis probabilibus Patribus, quàmque à Præsulibus hujus regis urbis, id est, Sergio, Paulo, Pyrrho, & Petro, necnon & Honorio, qui fuit Papa antiquæ Romæ, & Cyro, qui fuit Papa Alexandriæ, hoc est, de voluntate & operatione, sic & credimus, & prædicamus, & docemus, & parati sumus hoc ostendere. Et petentibus illis, iussit Imperator proferri & in medium legi gesta tertiæ Synodi generalis Ephesinæ, & epistolam Cyrilli: & inter alia verba ejus epistolæ, habentur & ista: *Christus Iesus est per quem Reges regnant, &c.* sequitur: *Est enim eius omnipotens voluntas, &c.* Quibus verbis perperam intellectis, contendebat Macarius Archiepiscopus Antiochiæ probare unam voluntatem in Christo. Et tandem consideratis & examinatis verbis illis Cyrilli, redargutus & confusus est Macarius à Vicariis Apostolicæ Sedis, & ab aliis Episcopis Orientalibus, & præcepto Imperatoris absoluta est prima Actio.

Additio F. 5.

Ex eo quòd in initio Actio. 1. dicitur Synodus congregata secundum Imperialem

sanctionem, perperam concludunt Sectarii, eam fuisse congregatam autoritate Imperatoris; Imperator enim convocavit quidem Episcopos Imperio subiectos in suam urbem Imperialem, sed habito prius consensu Agathonis, quem Imperator requisierat, ut intelligere est ex ipsius Imperatoris Divali duplici, quæ extat in tomis Conciliorum anse 1. Actionem hujus sextæ Synodi & ex hac Actione, 5. *Benignissime Domine. Vide & quæ diximus l. 5. Controvers. q. 1. a. 8. & quæ habentur infra sub fin. Actio. 18. ibi, pro vestra Serenitatis adiis.*

Additio 2. F. 5.

Quoniam frequenter in hac Synodo legitur, *Presidente piissimo & magno Imperatore*, sciendum est, sermonem duntaxat hic esse de præsentia honoraria, secundum quam ille præsidere dicitur, qui primo loco sedet. Quod autem attinet ad præsentiam autoritativam, quæ is præsidet, qui ex autoritate primus loquitur, primusque definit ac subscribitur, non Imperator huic, aut alteri legitimo Concilio præfuit, sed Romanus Pontifex per se, quando præsens erat; per Legatos suos, quando aberat, veluti in hac Synodo in qua & Legati Agathonis adfuerunt, & primi locuti sunt ac subscripserunt, & instructionem attulerunt ab ipso Agathone. Confer. scilicet. 18. & quæ scripturas dicto l. 5. controvers. art. 12.

Additio 3. eisdem F. 5.

Cum in præsentii Actio. ut & in aliis, Honorius Papa recensetur inter Monothelitas; sciat Lector, hujus Synodi acta esse depravata, & per fraudem Monothelitarum inserta esse quæ de illo habentur: quod facile credit, si Actio. 3. examinaverit, ubi reperitur falsatus fuisse codex quintæ Synodi, sicut & Actio. 14. confirmatur: Agathone in epistola quæ Actio. 4. lecta est, & Actio. 8. recepta; dicit, *quod Christi Ecclesia à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probabitur, nec hæreticis novitatibus succubnis, quod-*

que

SUMMA CONSTANT. CONCIL. VI. GENERAL. 277

quos cunctis sic cognitum, suos predecessores semper confirmasse fratres. Nullo autem modo credi potest, Agathonem nostrum ita confidenter loqui, si in hac ipsa Synodo damnatus fuisset Honorius tanquam Monothelita. Sed nec verisimile est, nullos Episcopos isti ejus assentioni contradicuros fuisse, si vel Honorius fuisset hæreticus, vel pro tali damnatus. Conferantur quæ adduximus l. 4. Controv. q. 2. a. 12.

ACTIO II.

Præsidente eodem piissimo, & magno Imperatore Constantino, &c. & conveniente sancta & universalis Synodus, &c. sicut in Actione I.

Prolata & lecta sunt Acta 4. Synodi Chalcedonenfis, & cum legeretur epistola Leonis Papæ, & ventum est ad illud: *Agit enim utraque forma, cum alterius communione, quod proprium habuit; Verbo quidem operante quod Verbi est, carnem autem exegente quod carnis est: & horum unum carnis miraculis, aliud vero sacramente invariis: Exurgentes, qui ex parte Apostolicæ Sedis erant antiquæ Romæ clamaverunt: Ecce, Benignissime Domine, manifestè duas naturales operationes inconfusè & indivisè in Domino nostro Jesu Christo. Et respondente Macario & qui cum eo erant, facta est Actio secunda.*

ACTIO III.

Præsidente eodem piissimo, & Magno Imperatore Constantino, &c. sicut in Actione prima.

Præceptum est, ut legerentur Acta in quinta Synodo generali; & cum Lector incepit legere initium libri, qui ita continebat: *Sermo factus memorie Mens Archiepiscopi Constantinopolitani, ad Vigilium Beatissimi Papam Romanum, de eo quod. una sit Christi natura: Exurgentes*

Legati Apostolicæ Sedis Romæ exclamaverunt:

"Piissime Domine, falsatus est præsens, liber quintæ Synodi. Nequaquam re- legatur sermo, qui dicitur Menæ ad Vigilium, quia factus est: sed jubet diligenter advertere præsentem librum. Ea insipientes Imperatores unâ cum Judicibus, & quibusdam de sancta Synodo Episcopis, invenerunt tres quaterniones in principio libri additos, non habentes subscriptionem nominum: falsus enim erat liber ab hæreticis in nonnullis locis. Lecta sunt reliqua gesta quintæ Synodi, & absoluta lectione, sancta Synodus & Judices dixerunt: ex lectione summorum Conciliorum (sicut audistis) non invenimus in incarnationis dispensatione Dominum nostri Jesu Christi unam voluntatem, & unam operationem."

Falsum Codex de hæreticis.

ACTIO IV.

Præsidente piissimo Imperatore, &c. sicut in Actione prima. Prolata & lecta est epistola Agathonis Papæ ad Cæsarem & Synodum, ejus quidem epistolæ nonnulla duximus hic subjicienda, quæ sic habet:

"Ut autem vestræ pietati, quid Apostolicæ nostræ fidei vigor contineat breviter intinens, quam percepimus per Apostolicam Apostolicorumque Pontificum traditionem, & sanctarum quinque generalium Synodorum, per quas fundamenta Catholicæ Christi Ecclesiæ firmata sunt: hic igitur status est Evangelicæ atque Apostolicæ fidei regularisque traditio, ut confiteamur sanctam & inseparabilem Trinitatem, id est, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum unius esse Deitatis, unius nature, & substantiæ sive essentiæ, unius eam prædicemus & naturalis voluntatis, virtutis, operationis, dominacionis, & majestatis, potestatis, & gloriæ."

Epist. Agathonis ad Cæsarem & Synodum.

Additio F. S.

Unius nature & substantie. Ita legendum, *substantia*, non ut alii corruptè, *subsistentie*; ut explicatio subjuncta, *seve essentie*, omnino requirit. Similiter sub fin. hujus Act. 4. in his verbis, *sed bene trium personarum subsistentiam*; legendum est, *substantiam*, ut est in Tom. Concil.

Prosecutio
textus.

Ec quicquid de eadem S. Trinitate essentialiter dicitur singulari numero, tanquam de una natura trium consubstantialium personarum, comprehendimus regulari ratione hoc institui. Cum verò de uno earumdem trium personarum ipsius S. Trinitatis, Filio Dei, Deo Verbo, & de mysterio admirandæ ejus secundum carnem dispensationis confitemur, omnia duplicia unius ejusdemque Domini Salvatoris Jesu Christi (secundum Evangelicam traditionem) asserimus, id est, duas ejus naturas prædicamus, divinam scilicet & humanam, ex quibus & in quibus etiam post admirabilem atque inseparabilem unionem subsistit. Et unamquamque ejus naturam præcipientem naturalem habere confitemur; & habere divinam omnia quæ divina sunt, & humanam omnia quæ humana sunt absque ullo peccato. Et utrasque unius ejusdem Dei Verbi Incarnati, id est, humanati, inconfuse, inseparabiliter, immutabiliter esse cognoscimus, solâ intelligentiâ quæ unita sunt discernentes, propter confusionis duntaxat errorem. Equaliter enim & divisionis, & commisionis detestamur blasphemiam. Cum duas autem naturas duasque naturales voluntates, & duas naturales operationes confitemur in uno Domino nostro Jesu Christo, non contentas eas, nec diversas ad alterutrum dicimus (sicut à via veritatis errantes Apostolicam traditionem accusant; absit hæc impietas à fidelium cordibus) nec tanquam se-

Explicatur
pluralitas
voluntatum
& operationum
in
Christo.

paratas in duabus personis vel subsistentiis, sed duas dicimus unum eundemque Dominum nostrum Jesum Christum sicut naturas, ita & naturales in se voluntates & operationes habere, divinam scilicet, & humanam: divinam quidem voluntatem & operationem habere ex æterno cum coessentiali Patre communem; humanam temporaliter ex nobis cum nostra susceptam. Hæc est Apostolica atque Evangelica traditio, quam tenet spiritualis vestri felicissimi Imperii Mater Apostolica Christi Ecclesia.

Hæc est vera confessio pietatis. Hæc est enim veræ fidei Regula, quam & in prosperis & adversis vivaciter tenuit Apostolica Christi Ecclesia, quæ per Dei gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probabitur; nec hæreticis novitatibus depravata succubuit: quia dictum est Petro: *Ego sum pro te rogavi, ut non desinat fides tua: Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Hic Dominus fidem Petri non deserturam promisit, & confirmate eum fratres suos admonuit, quod Apostolicos Pontifices, meæ exiuguitatis Prædecessores, confidenter fecisse semper cunctis est cognitum: quorum & pusillitas mea licet impat & minima, pro suscepto tamen divinâ dignatione ministerio, pedissequa cupit existere.

Ibidem anathematizat hæreticos, qui contra prædicta senserunt, Theodorum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, qui fuerunt novæ Romæ Antistites, & Honorium, qui fuit Papa antiquæ Romæ, & Cyrum Alexandrinum Episcopum, & Macarium, qui nuper fuerat Antiochiæ Præsul, & Stephanum ejus discipulum. Insuper & Arianos, Apollinaristas, Eutychianos, Thimoteranos, Acephalos, Theodosianos, Sayanitas, & omnem denique furorem hæreticorum sive confunderentium, seu dividendum Incarnationis Christi mysterium.

Quod

v
dici
F.
Abi

Quod autem duæ sint naturales voluntates & operationes in Christo, probat prædictus Papa multifaciè.

Primo, Quia Deus perfectus est, & homo perfectus est Christus Jesus, ergo naturalibus proprietatibus, utramque naturam perfectam necesse est esse, & duas in eo operationes & voluntates. Igitur, sicut in tribus personis Trinitatis tres personales voluntates asserere absurdum est, quoniam una natura est, quam sequitur voluntas una: ita in una Christi persona, quæ duas naturas habet, duas voluntates, & duas operationes naturales negare, impium est.

Secundo, Testimoniis Scripturarum: Matth. 26. *Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Et alibi: *Non mea voluntas, sed tua fiat.* Et in alio loco dicit: *Non veni ut facerem voluntatem meam, sed eius qui misit me Patris.* Et iterum: *Surgens, venit in partes Tyri, & ingressus domum, voluit aliquem sive, & non potuit latere:* cum tamen ille sit de quo dicitur: *Omnia, quæcumque voluit Dominus, fecit in celo, & in terra.* Igitur hoc ad humanam ejus voluntatem redigi oportet. Et alibi etiam: *Spiritus quidem promptus est, caro autem in forma.* Spiritum, voluntatem intelligit divinam, carnem verò voluntatem humanam.

Textid, Ut Synodus probet hæc pertinere ad fidem, utebatur expositione Sanctorum Doctorum, Ambrosii, Augustini, Chrysostomi, Athanasii, Cyrilli, utriusque Gregorii, Leonis Pontificis, cujus testimonio multoties libenter utitur, præcipuè cum scribit ad S. Fabianum Episcopum Constantinopolitanum ubi sic habet: "Agit enim utraque forma cum alterius, communionem, quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est, & carne exequente quod carnis est, &c. & sicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recedit, ita caro naturam nostri generis non relinquit". At verò, illa ad divinam naturam pertinere dicuntur:

scilicet, *Sicut Pater suscitavit mortuos: Ita dedit & Filio, &c.* Et illud: *Nemo potest cognoscere Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Ad humanam tamen, illa: *Nolebat per Iudeam ambulare, quia querebant Iudei eum interficere.* Et quæ supra citavimus ex Evangelio. Illud etiam quod David in persona Christi ait: *Vt faciam voluntatem tuam Deus meus, &c.* & illud: *Voluntariè sacrificabo tibi.*

Solet hoc aliàs fieri in Conciliis, etiam cum definiunt ad fidem pertinentia, jurati sententiis antiquorum Patrum.

Postremò, confirmantur omnia ista, definitione S. Concilii Chalcedonenfis Actione quinta, ubi hæc fides asseritur. Etiam & ex Concilio Constantinopolitano Y. cap. 7. Deinde refertur ex integro Symbolum, quod publicè in Ecclesia cantatur, in quo observatur hæc forma loquendi.

Constituitur Trinitatem personarum, sive desiderata subsistentiarum, non trium nominum subsistentiam, sed bene trium personarum unam subsistentiam. Item constituitur & Christum ex duabus naturis compositum.

Additio F. S.

Vide additionem supra positam.

Hæc fuit instructio Legatorum, quorum superius fecimus mentionem.

Quibus omnibus subscriptum, primùm Agatho Papa, deinde innumerabiles Episcopi Occidentales, per quos delecti sunt tres prædicti Legati, qui ad Concilium Generale Constantinopolitanum mitterentur, ut hæc certa fidei confessio publicè prædicaretur.

Habentur ibidem etiam argumenta hæreticorum, Apollinaris, Severi, Theodosii, Cyri Alexandrini, & Theodori Episcopi contra pluralitatem operationum in Christo Domino, quæ quoniam nihil habent nisi verbi, missa-fecimus.

ACTIO V.

sessio 5. **Præsidente piissimo & magno Imperatore Constantino, &c. ut in Actione prima.**

In hac Actione commonuit Imperator Macarium, & socios, ut proferrent testimonia Sanctorum Patrum, demonstrantia unam voluntatem, & unam operationem in Domino nostro Jesu Christo, sicut dudum promiserant: & protulerunt duos Codices, quorum prior in superscriptione ita continebat:

” Testimonia Sanctorum Patrum, unamque Domini nostri Jesu Christi voluntatem de unitate, quæ est etiam Patris, & Spiritus sancti”. Quibus lectis absoluta est jussu Principis Actio quinta.

ACTIO VI.

sessio 6. **Præsidente piissimo & magno Imperatore, &c. sicut in Actione prima.**

In Actione hac rursus commonitus est Macarius cum sociis, si haberet alia testimonia de una voluntate, & operatione Domini nostri Jesu Christi, quæ proferret in Concilio. At ille protulit & alium Codicem, quæ in subscriptione continebat sic:

” Sequentia testimoniorum de voluntate, &c.
Et lectus est eorum Concilio. Quod lecto, & prædicto Macario cum sociis suis contentis, & nolentibus alia testimonia pro se afferre; Vicarii Apostolicæ Sedis Romanæ, & qui cum eis erant Episcopi, & Clerici, & Monachi dixerunt: ” Piusque Domine, adhuc aliquid de una voluntate, & una operatione non ostenderunt Macarius amabilis Archiepiscopus, & ejus socii per testimonia ab eis prolata: sed & ipsa, quæ protulerunt, detruncaverunt; & quæ ad Trinitatis quidem attinent rationem, de una voluntate, pro Incarnationis dispensa-

tionem Domini nostri Jesu Christi protulerunt. Quæ verò conveniunt, & quæ propriè pro hujusmodi Incarnationis dispensatione posita sunt, tam sensum quam verba detruncaverunt. Unde petimus vestram piissimam Fortitudinem, authenticos Codices proferri ex venerabili patriarchio hujus Regiæ civitatis, & conferri cum Codicibus ab eis oblatis, &c”. Piiissimus Imperator præcepit, ut in sequenti Actione fieret.

ACTIO VII.

Conveniente sanctâ & universali Synodo, quæ per Imperialem sanctionem congregata est, &c. ut in Actione prima.

Commoniti sunt Vicarii Sanctissimi Agathonis Papæ urbis Romæ, ut proferrent testimonia prædicantia duas voluntates naturales, & duas operationes etiam naturales in dispensatione Incarnationis Domini nostri Jesu Christi: & prophetarum hæreticorum similiter testimonia, manifestantia autem voluntatem, & unam operationem. Et protulerunt Codicem superscriptum, ita:

” Testimonia sanctorum & probalium Patrum, demonstrantia duas voluntates, & duas operationes in Domino Deo & Salvatore nostro Jesu Christo”. Quem Stephanus Monachus relegit ab initio usque ad finem, tam sanctorum ac probalium testimonia, quam prophetarum hæreticorum. Et absoluta est Actio septima.

ACTIO VIII.

Præsidente eodem magno Imperatore, &c. sicut in Actione prima.

Piissimus Imperator præcepit, ut Georgius Archiepiscopus Constantinopolitæ, & Macarius, & ei subiacens Synodus edicant, si convenit ei sensus suggestionum directarum ab Agathone Sanctissimo Papa Romæ, & ejus Synodo, Respondit Georgius

Testimonia prolata ab hæreticis detruncata.

Georgius Archiepiscopus, suscipio, & sciquor, Domine, directas suggestiones à Sanctissimo Agathone Papa Romæ, & credo, & sic proficeor in uno S. Trinitatis Domino nostro Jesu Christo vero Deo nostro, duas naturales voluntates, & duas operationes. Sic cæteri dixerunt: Sic credimus, & sequimur, & omnes, qui docuerunt, & dicunt unam voluntatem, & unam operationem in duabus naturis unius Domini nostri Jesu Christi veri Dei nostri, anathematizamus. Macarius prolulit voce, & scripto suam fidem, juxta editionem sanctarum & univetsalium quinque Synodorum. Rogatus verò, si confiteretur apertè duas naturales voluntates, & duas operationes in Domino nostro Jesu Christo, Respondit: Non dico duas voluntates, aut duas operationes in Incarnationis dispensatione Domini nostri Jesu Christi, sed unam voluntatem, & Dei virilem operationem: non tamen duas confiteor, etiamsi membratim incidar, & mittar in mare. Tandem omnes Episcopi consenserunt unanimes, his, quæ per Agathonem Papam, & ejus Synodum antedicta sunt in Epistola, & in Legatorum suorum instructione. Ictâ Actione quarta, exceptis Macario, & duobus, aut tribus ejus discipulis, qui noluerunt consentire quòd in Christo essent duæ naturales voluntates, & duæ operationes. Quos exilio relegatos, coram toto Concilio denudaverunt pallio Episcopali, quò & nunc etiam uruntur Episcopi, albâ scilicet camisia.

In eadem Actione examinantur testimonia, quibus inducuntur hæretici unam in Christo ponere voluntatem, & operationem, & repertum est, illos multa consultò omisisse, alia depravasse in Codicibus, quæ possent suum errorem demonstrare. Tandem convicti sunt de errore suo per duos Presbyteros Legatos Episcopi Romani, Convincuntur verò primum ex Ambrosio ad Gratianum; deinde ex Athanasio in libro de Incarnatione Verbi:

Ultimò, & efficacissimè cum mirabili eloquentia ex Chrystostomo, in sermone illo: *Pater si possibile est, transeat à me calice iste.*

ACTIO IX

Conveniente sanctâ & univetsali Synodo, quæ per Imperialem sanctionem congregata est in hac regia urbe, &c. sicut in Actione prima. Sessio 9.

Prolatus est codicillus testimoniorum, qui oblati à Macario & Stephano, & collatus est cum aliis Codicibus authenticis, & inventus est depravatus, & corruptus: & ex Athanasio Alexandrino, & Gregorio Nazianzeno, & Cyrillo evidenter demonstratum est, duas esse naturales voluntates, & duas operationes in Christo Domino nostro, & sic absoluta est Actio nona.

ACTIO X.

Præsidente eodem magno Imperatore Constantino, &c. sicut in Actione prima. Sessio 10.

Rursus collata sunt testimonia aliquorum Patrum, nempe Leonis Papæ ex epistola secunda ad Leonem Imperatorem; & Ambrosii Mediolanensis Episcopi, ex lib. 2. ad Gratianum Imperatorem, prolata à Macario & Stephano cum Codicibus authenticis ex Patriarchio Regie civitatis: & demonstratum est id quod supra. Rursus idem demonstratum est ex testimoniis multis adductis Joan. Chrystostomi, Athanasii, Gregorii Nazianzeni, & Gregorii Niseni, & Cyrilli.

ACTIO XI.

Tota hæc Actio consumitur in propositione epistolæ Sophronii Patriarchæ Hierosolymorum ad Concilium, quæ postea in Actione tertiadecima à tota Christiana Synodo probata est. In qua, longè admodum Sessio 11.
Epistola Sophronii Patriarchæ Hierosolymorum ad Concilium, quæ postea in Actione tertiadecima à tota Christiana Synodo probata est.
eruditionis Christiana plenissima.

dum oratione eloquentiâ & Christianâ sapientiâ plenissima, & omnibus numeris absolutissima, disputat præcipua mysteria fidei.

Primo S. Trinitatis mysterium.

Secundo Incarnationis Dominicæ Sacramentum, probans, quod potissimum intenderat, unam esse in Christo personam, sed duas distinctas naturas, humanam scilicet & divinam, & duas distinctas operationes, &c.

Tertio, quod in Incarnatione Verbi non fuit Deitas copulata carni prius animæ, aut prius præfactæ, vel animæ præexistenti conjuncta; sed tunc his (animâ scilicet & carne) ad subsistendum venientibus; quando eis ipsum Verbum, & Deus naturaliter copulatus est: sed cum ipso Verbo existentiam habuerunt, & nequaquam in actu oculi hanc illam priorem habentia; sicut Paulus Samaritanus perstricit, atque Nestorius. Simul quippe caro, simul Dei Verbi caro, simul caro animata rationalis, simul Dei Verbi caro animata rationalis. Cum conceptu quippe Verbi hæc ad subsistendum prolata sunt, & secundum subsistentiam ei unita sunt quando ad subsistendum prolata sunt; nullumque prorsus tempus propriæ constitutionis eulorunt, quod inconfusam atque inseparabilem ad eum compositionem præcederet. Ex inviolabili namque & virginali sanguine sanctæ & immaculatæ Virginis Mariæ Verbum verè factum est incarnatum, & veraciter homo, & in utero virgineo deportatus, & tempus explevit legitimi puerperii, & per singula naturalia, & peccatam non contrahentia, nobis omnibus similis factus, nostramque non dedignatus passibilem villitatem, nascitur Deus humano corpore, similiterque habitu, animam rationalem & incorpoream habens; & virginitatem generantem conservat; & ~~hæc~~ eam propriè & veraciter demonstravit, quamvis Nestorius vecors scindatur, & ejus Deo rebellis exercitus lachrymetur, lamentetur, & ejulet, &c.

Hoc in loco singulariter & devotissimè de hoc divino mysterio disputat sanctus iste Episcopus, libenterque vitur testimonii. B. Dionysii, & sumptis ex libro de divinis nominibus, quoniam persuasum habebat, hunc librum esse Dionysii, & hunc esse illum Dionysium, quem Paulus ex Ariopago vocavit ad Evangelium &c.

Ibidem etiam, non abhorret hanc formam loquendi, ut Christum vocet hominem creatum & increatum, corporeum & incorporeum, per omnia nobis similem, excepto peccato & omnibus ipsum consequentibus, quoniam Christus arbiter & dominus erat motuum naturalium, & omnium suorum affectuum, sive passionum, quæ sine eò annuente non movebantur; quod nos nimis sumus.

Ibidem docet, Angelos, & animas, & ceteras invisibiles substantias non coarctari, sed omnia esse à Deo immortalia creata. Quod verò ait, illa esse immortalia, non per naturam, sicut Deus, sed per gratiam ea à morte coëtcentem, puro, intelligit, quod naturaliter à se non habeant hanc immortalitatem, sed ex generali dono Dei.

Deinde explicat eleganter mysterium S. Trinitatis, docens, in divinis esse tres substantias, sic: "Trinitatem itaque in unitate credimus, & in unitate Trinitatem glorificamus. Trinitatem quidem pro tribus subsistentiis, unitatem autem propter singularitatem Deitatis". Et iterum: "Dei igitur Sancta Trinitas numerabilis personalibus facta est subsistentiis, sive sancta unitas extra omnem numerum est, & hæc quidem indivisibilem habet divisionem, & inconfusum gerit conjunctionem".

Unde collige, subsistentiam in divinis & personaliter & essentialiter dici. Si personaliter accipiat, tres substantiæ sunt, si essentialiter, unica est substantia.

Christi
homo
creatus
& incorporeus

AM

Explicit
mysterium
Trinitatis

Ad dno F. S.

Ista verba, *Vnde collige &c.* non sunt verba Concilii, sed Barthol. Caranzæ Authoris summæ Conciliorum, & quidem ineffaciter concludentis, si, quæ antea notavimus, benè perpendantur, & quæ diximus 3. p. q. 3. a. 3.

Idem in ead. m. epistola: "Suscipio
 ,, autem & veneror post quinque univer-
 ,, salia Concilia, conscrip. a Cyrilli, præ-
 ,, fertim quæ contra Nestoris insaniam
 ,, facta sunt. Similiter & epistolam O-
 ,, rientalium Episcoporum, quæ ad eun-
 ,, dem Cyrillum scripta est, quam & ipse
 ,, orthodoxam esse testatus est: & quæ
 ,, cumque Leo sanctissimæ Romanæ Ec-
 ,, clesie sanctissimus dispensator scribit,
 ,, & maxime, quæ contra Eutychanam
 ,, & Nestorianam prophetiam scri-
 ,, psit: hæc quidem ut Petri, i. la. verò ut
 ,, Marci definitiones agnoscens".

Ultimò recenset ferè omnes hæreticos à Simone Mag. ad illorum u. que tempus, qui perperam de mysterio Trinitatis sunt locuti. Recensetur inter ceteros Origenes, & hujus discipuli Diodorus & Eurygnus, qui animas ante corporum constitutionem aiebat fuisse creatas: hoc dicit esse hæreticum & deliramentum impudens.

Finitis omnibus, quæ in ista Actione acta sunt, Constantinus piissimus Imperator dixit: Sufficiens sunt etiam, quæ hodiernâ die sunt gesta. Quia verò, in Christo Amabiles, vestræ Reipubl. causis occupamur, jubemus, Constantinum & Anastasium patricios, Polyuctum quoque & Petrum exconsules, ex persona nostræ pietatis, cum sancto & universali vestro Concilio in reliquis Conventibus inveniri, postquam præsentis causæ plurima & præcipua capitula coram nostra pietate jam peracta sunt.

ACTIO XII.

Conveniente sancto & universali Concilio, &c. sicut in Actione prima.

Rursus disputatum est cum hæreticis, si ex Scripturis Sanctorum Patrum possent demonstrare unam voluntatem; & unam operationem in Domino nostro Jesu Christo, & non valentibus illud ostendere, prolata est à Catholicis, & lecta epistola Leonis Papæ decima, & luce clariùs demonstraverunt, duas voluntates, & duas operationes in Christo Jesu; & dixit sancta Synodus: Omnino necesse est, non solum secundum sensum sequi Sanctorum Patrum dogmata, sed & eisdem vocibus uti cum illis, nihilque penitus innovari.

Sanctorum Patrum dogmata non solum secundum sensum sequenda, sed eisdem utendum cum illis vocibus.

Ibidem relectum est rescriptum epistolæ Honorii Papæ Romani ad Sergium Constantinopolitanum, in quo post explicatum satis latè Sacramentum Domine Incarnationis, subjungit: Quod Dominus Jesus Christus, filius & Verbum Dei, ipse sit unus operator divinitatis atque humanitatis, plenæ sunt sacræ literæ luculentius demonstrantes. Utrum autem propter opera divinitatis & humanitatis, una, an geminæ operationes debeant derivatæ dici vel intelligi, ad nos illa pertinere non debent, relinquentes ea grammaticis, qui solent per vultus exquisita derivando nomina vendicare. Nos enim non unam operationem, vel duas, Dominum Jesum Christum, ejusque sanctum Spiritum sacris literis percepimus, sed multifor. miter cognovimus operatum, juxta illud: *Divisiones operationum sunt, idem autem Deus, &c.* Si enim divisiones operationum sunt multæ, & hæc omnes Deus in membris omnibus pleni corporis operatur, quando magis capiti nostro Christo hæc possunt plenissimè caprari; ut caput & corpus unum sit perfectum, &c. Et nos quidem secundum sanctiones divinarum eloquiorum oportet sapere, vel spirare, illa videlicet resurantes, quæ quidem novæ voces noscuntur sanctis Dei Ecclesiis scandala generare, ne parvuli aut duarum operationum vocabulis offensa, sectantes Nestorianos, non vesana sapere

1. Cor. 12.

arbitrentur; aut certe, si rursus unam operationem Domini nostri Jesu Christi fatendum esse censuerimus, stultam Eutychianitarum attonitis auribus dementiam fateri putemur, &c.

Additio F. S.

Allatam hic epistolam Honorii, ut & eam de qua Actio. 13. esse ab hæreticis confictam tradit Bellarmin. lib. 4. de Pontif. c. 11. nihilominus explicans, quò modò ipse nihil à fide alienum docuerit, sicut & nos fecimus l. 4. Controvert. q. 2. art. 13.

capitula
loca. 2a. Relatum est & aliud rescriptum Sergii Patriarchæ Constantinopolit. ad prædictum Honorium Papam, & collata sunt rescripta hæc cum exemplaribus authenticis, quæ producta sunt ex Patriarchio regie urbis. De quibus proferetur sententia in sequenti Actione.

Ibidem confirmata est depositio Macarii, & sociorum ejus, & peritum est à Clericis Antiochiæ, ut alius pro Macario crearetur Archiepiscopus: & sic absoluta est Actio duodecima.

ACTIO XIII.

no 18. Conveniente sancto & univetsali Concilio, quod per imperiale decretum in hac regia urbe, &c. sicut in Actione prima.

Postulatum est, ut pronuntiaretur sententia de epistolis Sergii, Honorii, & Sophronii, quæ in Actione præcedenti lectæ sunt. Sanctum Concilium dixit: Secundùm promissum, quæ à nobis ad vestram gloriam facta est, retractantes dogmaticas epistolas, quæ tanquam à Sergio Patriarcha, hujus regie urbis scriptæ sunt, tam ad Cyrum, qui tunc fuerat Episcopus Phasidis, quam ad Honorium Papam antiquæ Romæ: similiter autem & epistolam ab illo, id est, Honorio rescriptam ad eundem Sergium, hæcque invententes omnino alienas existere ab Apostolicis dogmatibus, & à definitionibus

sanctorum Conciliorum, & cum sanctorum probabiliū Patrum, sequi verò falsas doctrinas hæreticorum, eas omnimodò abjicimus, & tanquam animæ noxias execramur. Quorum autem (id est, eorundem) impia execramur dogmata, horum & nomina à sancta Dei Ecclesia projici judicavimus, id est, Sergii Præfulis hujus urbis, qui aggressus est de hujusmodi impio dogmate conscribere, Cyri Alexandrinæ, Pyrrhi, Petri, & Pauli, Præfulum hujus etiam civitatis, qui & similia eis senserunt: ad hæc, & Theodori Episcopi Pharam; quarum omnium rescriptarum personarum mentionem fecit Agatho sanctissimus Papa antiquæ Romæ in suggestione, quam fecit ad piissimum & magnum Imperatorem nostrum, eoque abjicit, utpotè contraria rectæ fidei sententia; quos anathemati submitti, definimus. Cum his verò simul projici à sancta Dei Catholica Ecclesia, simulque anathematizati prævidimus & Honorium, qui fuerat Papa antiquæ Romæ, eò quòd invenimus per scripta, quæ ab eo facta sunt ad Sergium, quia in omnibus mentem ejus secutus est, & impia dogmata confirmavit. Pertractavimus autem & Synodica Sophronii Archiepiscopi Hierosolymitani, & hæc reperientes cum vera fide convenientia, Apostolicisque & Sanctorum Patrum doctrinis paria, utpotè quæ sunt orthodoxa, recipimus, & ut salubria sanctæ Dei Ecclesiæ, suscipimus, & nomen ejus inferi sanctis diptychis sanctorum Ecclesiarum justum esse judicavimus.

Post hæc produxit Georgius Diaconus chartophylax epistolas Cyri duas ad Sergium Constantinopolitan. & unam Theodori ad eundem Sergium, & unam Pyrrhi, & unam Pauli, & unam Petri Constantinopolit. quondam Antisitem, & unam Honorii Papæ, totam hæreticam ad eundem Sergium, de quibus omnibus sanctum Concilium dixit: Cognitionem accipientes prolatorem nobis à

Georgio

Herese damnatae hoc lo septem Pontif Sergius Cym Pyrrham Petrum Paulum Theod

** Rocal additio F. S.*

Georgio Diacono libellorum, atque chartarum, sive aliorum opusculorum, comperimus in unam eandemque impietatem concurrere, & praevidimus hanc tanquam profana, & animae perniciosa, continuo ob perfectum exterminium igne concremari. Et combusta sunt: & sic praecepto Judicum, & sancti Concilii absoluta est Actio tertiadecima.

Additio F. S.

De epistolis Honorii vide additionem superiorem.

ACTIO XIV.

14. Conveniente sancto & universali Concilio &c. & residentibus gloriosissimis Patriis & Consulibus, & omnibus Deo amabilibus Episcopis per ordinem in eodem Secretario *Troli*, & propositis in medio sacrosanctis Dei nostri Evangeliiis, Georgius Diaconus produxit duos Codices continentes Acta sancti & universalis quinti Concilii, & Tomum septimae Actionis ejusdem Concilii, & jussu Concilii tangens praeposita sacrosancta Evangelia, dixit: Per istas sanctas virtutes, & Deum, qui locus est per eas cum veritate, hi duo libri membranacei, sunt libri sancti quinti Concilii, & volumen septimae Actionis ejusdem Concilii, juxta quod jam excussi sunt, ita etiam nunc manifestati sunt, & pridem in bibliotheca inventi atque suscepti, & neque additum est quicquam a me, nec subtractum per me, neque cuius conscientia mea a quoquam omnium. Surgentes Episcopi Concilii, & conferentes eum exemplaribus authenticis, invenerunt ab haereticis adjectos esse tres quaterniones in primo libro quinti Concilii, & in secundo libro circa septimam actionem mutatum quidem fuisse quintum decimum quaternionem, & adjectum esse quadrifolium non super scriptum ante decimum sextum quaternionem. Quocirca acclamatum est a Concilio: Anathema libello, qui dicitur

14. per 1000.

Menz ad Vigilium: Anathema libellis, qui dicuntur facti fuisse a Vigilio ad Justinianum, & Theodorum divae memoriae: Anathema simul, qui falsaverunt Acta sancti & universalis quinti Concilii.

Introduxerunt Graeci sub nominibus ^{Autho.} Vigilii Papae, similiter & Menz hos libellos, continentes unam voluntatem, & unam operationem in Christo, cum tamen nullos tales scripsisset Vigilium, nec Menz; & hac de causa acclamatum est a Concilio, & anathematizati sunt libelli illi.

Deinde productus & lectus est sermo ^{Sermo A-} Athanasii super verbis illis Domini: ^{thanasii de} *Nunc anima mea turbata est*, de quo sanctum Concilium dixit aperte: Nunc in ^{duabus vo-} *Christo* ^{luntatibus} sermone, qui lectus est, duas naturales voluntates in dispensatione Incarnationis unius de Sancta Trinitate Domini nostri Jesu Christi veri Dei, laudabilis Athanasius declaravit: & praecepto Judicum, & sancti Concilii, Actio quartadecima absoluta est.

ACTIO XV.

Conveniente sancto Concilio, &c. ut *Sessio 19.* ^{supra.}

Adductus est ad Concilium Polychronius Religiosus, Presbyter, & Monachus, & interrogatus, quae esset fides ejus in dispensatione Incarnationis Domini nostri Jesu Christi, Polychronius Monachus dixit: Ego expositionem fidei meae do in opere mortui, rogans pro eo Filium Dei, ut suscitaret eum; si autem non resurrexerit, ecce Concilium; & Imperator, quae eis placuerint, in me faciant. Sanctum Concilium dixit: Expositionem fidei tuae profer, nam ecce mortuus praeparatus est. Ille ait: In hoc est fides mea; & ita mihi ostendit Deus, ut ponam eam super mortuum, & si non resurrexerit, ecce ut praedixi. Et protulit in medio unam cartulam propria scriptam ^{manu.}

In fine Poo-lychronii contententis suscitatus mortuum, in haereticorum veritate testimoniam.

manu; & ab Antiocho Religioso lectore & notario aperta & lecta est, habens his verbis, ita :

irtula
i Poly-
onii
sciel,

” Constantino à Deo coronato ac mansuetissimo magno Principi, ego Polychronius tanquam præsens, saluto & adoro: & quia vidi multitudinem virorum, & candidatorum, & in medio virum, cujus virtutem nascere non valeo, dicentem mihi: Quia novam fidem componit, festina, & dic Imperatori Constantino: Non facias novam fidem, neque acquiescas. Et veniente me ab Heraclea Chrysopolim, & itante me in solario (hora erat quasi septima diei) vidi vitum terribilem, candidatum valde, & stetit coram me, dicens: Quia, qui non consistetur unam voluntatem, & Dei-vitilem operationem, non est Christianus. Ego autem dixi: Hoc & Constantinus sapientissimus Imperator præsinivit unam voluntatem, & Dei-vitilem operationem. Ille autem dixit: Multum bene, & Deo placer. Sanctum Concilium dixit, ut illa chartula, ab eodem Polychronio juxta propositionem suam poneretur super mortuum jam ad hoc præparatum extra palarium in loco publico, in præsentia Concilii & populi, ad satisfactionem Christo amabilis plebis, qualiter Deus veritatem demonstraret. Et congregato plurimo populo in atrio publici lavacri, quod dicitur Zeuxippus, idem Polychronius posuit super mortuum hujusmodi fidei suæ chartulam; perque plures horas perseverans, & insulurrans ei, nihil horum, quæ ab eo stolidè ac blasphemè promissa fuerant, valens peragere, idem Polychronius dixit, nullatenus se posse mortuum suscitare. Populus qui ibidem aderat, reclamavit dicens: Novo Simoni anathema, Polychronio seductori populi anathema. Sancto Concilio iterum interroganti, si adhuc perseveraret in illa sua fide, Polychronius respondit: Sicut continet chartula, quam obtuli, & posui supra mortuum;

ita credo, unam voluntatem & Dei-vitilem operationem, & alterum quid non dico. Et cum perseveraret in proprio errore, per sanctum Concilium tanquam seductor populi, & manifestus hæreticus depositus est ab omni ordine, & officio Sacerdotali. Glo. iossissimi Principes, & sanctum Concilium dixerunt: Sufficiant; quæ hodiernâ die acta sunt.

ACTA XVI.

Conveniente sancto & universali Concilio, &c. ut suprâ.

Adductus est Constantius, Presbyter Ecclesie quæ est in Apamea, secundæ Syriorum Provinciæ, ad Concilium, & examinatus est de sua fide; qui rogatus à Concilio, dixit, se non cognoscere nisi unam voluntatem, & unam operationem in Christo, sicut Macarius sentiebat. Qui post longam disputationem sanctum Concilium dixit: Ita sentis, & ita perseveras usque ad finem in hac secta? Et Constantius dixit: Etiam Domini, sic sentio, & sic credo, & non est possibile aliter. Sancta Synodus exclamavit: Hæc secta Manichæorum est; Hæc est fides Apollinarij; Anathema illi cum dogmatibus suis; Anathema Theodoro hæretico Pharaonitico, Sergio hæretico anathema, Pyrho hæretico anathema, Paulo hæretico anathema, Petro hæretico anathema, Macario hæretico anathema, Polychronio hæretico anathema, Aspergio Pergensi hæretico anathema, Omnibus, qui suffragantur hæreticis, anathema. Sic absoluta est Actio sextadecima.

ACTIO XVII.

In hac Actione profertur Symbolum, &c. quod Dominicis diebus nunc publicè in Ecclesiis cantatur, à Synodo Nicenâ constitutum, ubi obiter condemnatur Arius, qui aiebat de Verbo, quod erat aliquando,

aliquando, quando non erat, & antequam naceretur, non erat, & quia ex nihilo factus est, vel ex altera substantia, vel essentia: dicentes esse aut veritabilem, aut mirabilem Filium Dei, hos anathematizat Catholica & Apostolica Synodus.

Ibidem longa oratione explicatur mysterium Dominice Incarnationis: in unitate personæ, & unius substantiæ duas concurrisse naturas, & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes indivisæ, inseparabiliter, inconfusè secundum Sanctorum Patrum doctrinam in Christo copulatas; non contrarias, juxta quod impii asserunt hæretici, sed voluntatem humanam nunquam reluctantem, sed subjectam divinæ ejus atque omnipotentis voluntati, juxta sententiam sapientissimi Athanasii.

Item reconfer hæreticos, quos supra anathematizat, & recipit Tomum sanctissimi Leonis Papæ ad S. Flavianum, quem & Titulum rectæ fidei appellat sancta Synodus.

Item epistolas Synodicas, quæ scriptæ sunt à Beato Cyrillo adversus ipsum Nestorium, & ad Orientales Episcopos.

Item etiam approbat, & recipit quinque universalia Concilia, & sanctes & probabiles Patres definientes Dominum Jesum Christum, unum de S. Trinitate. Et subscripserunt omnes Episcopi, & ab solutus est Conventus decimus septimus.

ACTIO XVIII.

Præsidente piissimo & magno Imperatore, conveniente quoque sancto & universalis Concilio, quod per Imperialem sanctionem congregatum est, &c. ut supra.

In hac Actione præsentem Imperatore confirmaverunt acta in actionibus præcedentibus; & subscripserunt omnes Episcopi præsentem, & vices gerentes absentium Episcoporum. Deinde & Constantinus Imperator subscripsit. Post subscri-

ptionem habentur explicatæ hæreses, quæ circa Christi humanitatem sunt exortæ. Quidam enim personas in Christo dividunt: Alii contrà, naturas permiscet & confundunt, &c. Nos autem altrinsecus positam voraginem divisionis, & confusiois declinantes periculum, tanquam iter regale pergentes, duas in Christo naturas, & harum pari numerò naturales operationes confitemur, & quæ suæ sunt alterutrum in commune proprietates conferentes. Superfluos autem vocum novitates, & earum inventores procul ab Ecclesiastici sepris abjicimus, & anathemati merito subjicimus, id est, Theodororum Pharanitanum, Sergium, & Paulum, Pyrrhum simul, & Petrum, Cyrum, & Honorium, deponentes Macarium, qui fuerat Antiochenus Episcopus, & Stephanum ejus discipulum. Similiter & Polychronium infantilis intelligentiæ delirium senem, qui mortuos suscitare pollicetur, dum non suscitaret, derisus est; & omnes qui constituerunt, vel constituerunt, vel constituere præsumpserint unam voluntatem, & unam operationem in dispensatione humanitatis Christi.

Ad hæc accessit Edictum Constantini Imperatoris, non minus Christianæ eruditione, quam pietate referendum. Datum est autem ad populum Occidentalem ad corroboranda & firmanda omnia, quæ à præsentem Synodo definita sunt. Amplectitur autem & subscribit piissimus Imperator quinque universalis Synodos, & hanc sextam cum eis, sub hac forma verborum.

„ Quinque universalis, & à Deo constituta Concilia, sicut quandam hæreditatem caelestem in cordis conclavi reponentes, tanquam intellectuales margaritas, ab eis thesaurizamus dogmata, & quos anathematizant, & quæ refutavit, anathematizamus atque refutamus, quosque susceperunt, suscipimus, Patresque nostros scribimus. Anathematizamus omnem hæresim,

N o quæ

„ quæ à Simone usque nunc in Dei Ec-
 „ clesiam introducta est ad sciendam
 „ pacem & unitatem credentium. Super
 „ hæc omnia, anathematizatus Theo-
 „ dorus, Sergius, Cyrillus, Petrus, &c.”
 quos supra pluries recensuimus.

Ultimò, est epistola Leonis Papæ ad
 Constantinum Augustum, habens sic :

„ Regi regum, in cujus potestate sunt
 „ regna mundi, magnas gratias agimus,
 „ quod sancta universalis & magna sexta
 „ Synodus, quam nunci Dei, vestra cle-
 „ mentia, & sedulè convocavit, & cui pro
 „ Dei ministerio præfuit, Apostolicam in
 „ omnibus regulam, & probabiliùm Pa-
 „ trum secuta fuerit. Et quia definitio-
 „ nem rectæ fidei plenissimè prædicaverit,
 „ quam & Apostolica Sedes Beati Petri
 „ Apostoli (cujus licet impares ministerio
 „ fungimur) veneranter suscipit. Idcirco
 „ & Nos, & per nostrum officium hæc
 „ veneranda Sedes Apostolica, conce-
 „ denter ac unanimiter his, quæ definita
 „ sunt ad ea, consentit, & B. Petri au-
 „ thoritate confirmat, sicut supra solidata

„ petram, qui Christus est, ab ipso Do-
 „ mino adeptis firmitatem”. Propterea
 sicut susceptus atque firmiter prædica-
 mus sancta quinque sive universalis Con-
 cilia, Nicænum, Constantinopolitanum,
 & quæ omnis Christi Ecclesia approbat &
 sequitur : hæc, & quod nuper in regia urbe
 pio vestra Serenitatis aduù celebratum
 est sanctum sextum Concilium, ut eorum
 pedissequum, & ea interpretans, pari
 veneratione atque censure suscipimus, &
 hoc cum eis dignè connumerari, tanquam
 unâ & æquali Dei gratiâ congregatum,
 decernimus : & qui in eo fideliter conve-
 nerunt Christi Ecclesie Sacerdotes, inter
 sanctos Ecclesie Patres atque Doctores
 ascribendos atque censendum. Nam & istis,
 sicut & illis, idem Dei Spiritus salutem
 animarum operatus est : & hujus immat-
 cessibilis fructus imperiali Pietati vestra
 à Dominis reputabitur, cuius & per secula
 prædicatio labore perfectum est.

Deinde anathematizat omnes hæreticos,
 & eorum auctores quos supra nominavi-
 mus.

CANONES

SEXTÆ SYNODI

*In Trullo celebrata ex Græcis exemplaribus desumpti, interprete Gra-
 tiano Herveto Aurelianensij.*

theol.

IN Volumine Conciliorum, excuso
 Coloniæ, feruntur novem Cano-
 nes adscripti sextæ Synodo, cum
 tamen sciamus, sextam Synodum quando
 primò sub Constantino congregata est,
 nullos edidisse Canones : sed post, sub
 Justiniano convenientes 227. Patres in
 Trullo regii Pelasii Constantinopoli,

Canones ediderunt sequentes 102. Hoc
 ita tradunt Patres, qui ad septimam Sy-
 nodum convenerunt in Nicæa sub Con-
 stantino filio Leonis, & Irene ejus matre.
 In Actione quinta, & explicatis in
 Actione sexta, Tomo 1. in utroque loca-
 citant Canonem octuagesimum secundum.
 Horum etiam Canonum meminit Nico-
 laus I.

laus I. in epistola ad Michaihem Imperatorem. Item & Anastasius Abbas, Apostolicæ Sedis Bibliothecarius, in Præfatione octavæ Synodi, dicens: Cùm sexta Synodus nullam protulerit præter fidem regulam, sed quas ejus affererant regulas, longè post sextam Synodum ab ipis constat esse penes se, privatimque depromptas, &c.

Item Patres, qui ex Oriente, & Occidente convenerunt in Synodum, in sess. 5. citant hos 102. Canones sextæ Synodi in Trullo.

Item Gratianus in Decreto citat aliquot Canones istorum (ut in propriis locis judicabimus) & ascribit illos sextæ Synodo.

Propter hæc & alia, visum est, novem Canones prædictos, ut nothos & adulterinos rejicere, & istos 102. ex Græco Nomocanone vetustissimo non dum extulo, proferre.

Præmittitur loco præfationis allocutoria oratio Patrum, qui in Trullo convenerunt ad Imperatorem Justinianum; quæ ostenditur, quod cùm dum universales Synodi, quinta scilicet, quæ fuit regnante Magno Justiniano, & sexta, quæ fuit regnante Constantino Pogonato, non fecerint Canones ad Ecclesiarum constitutionem, sicut reliquæ quatuor sanctæ universales Synodi fecerunt; hæc facta est ad supplementum duarum. Propterea enim nec sexta propriè numeratur, sed *trid. igitur*, id est, *Quinti-sexta*. Nam quod quintæ & sextæ Synodo deerat, replevit. Est autem etiam universalis.

Additio F. 5.

Sequentes Canones 102, qui sub nomine Concilii sexti Generalis, circumferuntur, neque sunt sexti Concilii, neque alicujus aliorum legitimi; cùm, annis pluribus post Concilium solum, edicti fuerint ab Episcopis sine auctoritate Romani Pontificis congregatis in *Trullo*: (quæ causa est cur vocentur *Trullani*.) Et idèo querendus tales sunt, auctoritatem

non habent, etsi quidam contineant veram doctrinam, & eatantis non sint rejiciendi. Plura diximus lib. 5. Controvers. qu. 2. art. 2.

Canon primus

In primo Canone proponitur fide tenenda, ut per Apostolos & sacra Concilia tradita est: & explicatur ratio se Synodorum universalium, sicut in multis aliis Conciliis explicata est. Sub anathemate etiam decernitur, tenenda universa, quæ in eis sunt à Patribus definita.

Can. 2. Ut tam Synodorum generalium, quam quorundam provincialium, Apostolorum, & aliorum Patrum Canones stabiles maneat, definitur.

Hoc quoque huic sanctæ Synodo pulcherrimè & honestissimè placuit, ut ab hoc nunc tempore deinceps ad animarum medelam, & perturbationum curationem, firmi stabilesque maneat, qui à sanctis Patribus, qui nos præcesserunt, suscepti ac confirmati sunt, atque à Deo nobis etiam traditi sunt, sanctorum Apostolorum nomine 85. Canones. Quoniam autem, in his nobis Canonibus præceptum est, ut eorundem sanctorum Apostolorum per Clementem constitutiones susciperemus; quibus jam olim ab eis, qui à fide aliena sentiunt, adulterina quædam & à pietate aliena introducta sunt, quæ divinatorum nobis decretorum elegantem, & venustam speciem obscurarunt: Has constitutiones, ad Christianissimi regis ædificationem ac securitatem, utiliter rejecimus, hæreticæ falsitatis foetus nequam admittentes, & germanæ ac integre Apostolorum doctrinæ inserentes. Obfirmamus etiam reliquos omnes Canones, qui à sanctis & beatis nostris Patribus exposti sunt, id est, à trecentis decem & octo divinis Patribus, qui Nicææ convenerunt; ab illisque qui Ancyræ; etiam ab illis qui Neocæsaræ; similiter & qui Gangris; præterea & ab illis qui in Antiochia Syriæ; ab illis etiam qui in Laodicea Phrygiæ; præterea autem & à 150. Patri-

bus, qui in hac Dei cultrice & regia civitate convenerunt: & ducentis, qui in Ephesorum Metropoli prius coacti sunt; & 630. sanctis Patribus, qui Chalcedone; similiter & ab his, qui Sardicæ, & qui Carthagine; & qui rursus in hac regia urbe convenerunt sub Nectario, qui regie huic civitati præsidebat; & Theophilo, qui fuit Alexandriæ Archiepiscopus. Quin etiam Canones Dionysii Archiepiscopi Alexandrinorum Megalopolis; Et Petri Alexandriæ Archiepiscopi & Martyris, Gregorii Neocæsareæ Episcopi, qui *καυπάρου πυρίς*, id est, mirabilium operum effector dictus est: Athanasii Alexandrini Archiepiscopi; Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ; Gregorii Episcopi Nyssæ, Gregorii Theologi, Amphilocho Iconii, Timothei Archiepiscopi Alexandrini, Cyrilli ejusdem Alexandriæ Archiepiscopi, & Genadii Patriarchæ hujus regie civitatis. Præterea verò & à Cypriano Afrorum regionis Archiepiscopo & Martyre, & Synodo quæ sub ipso fuit emissum Canonem, qui in prædictorum Præsulorum locis solum, secundum traditam eis consuetudinem servatus est. Et nulli licere, prius declaratos Canones adulterare, vel abolerere, vel alios præter hæc propositos Canones admittere, à quibusdam falsâ adjectâ inscriptione compositos, qui veritatem cauponari conati sunt. Si quis autem, quoddam prædictorum Canonum aliquem innovare vel subvertere conetur convictus fuerit, reus erit secundum eum Canonem, ut ipse pronunciat Canon, poenam luens, & per ipsum in eo, in quo offendit, mædelam suscipiens.

Additio F. S.

Canones 85. qui dicuntur Apostolorum, à Gelasio cap. *Sancta Romana* d. 15. sunt inter apocryphos rejecti. Concilium quoque habitum sub Cypriano de hæreticis rebaptizandis, ab Ecclesia Romana sæpè fuit explosum.

Can. 3. Qualiter puniendi Clerici, qui præter canonicas sanctiones uxores duxerint.

Rex nostræ allocutus est, ut ministros Ecclesiæ puros, & eo ministerio dignos exhiberet Synodus. At cum hi, qui sunt Romanæ Ecclesiæ, canonicis summum jus servare proposuerint, hujus autem civitatis sedes benignitatem; nos verò unum è duobus componentem (ut nec ex lenitate dissolutionem, nec ex rigore austeritatem introducantur) sancimus, eos, qui ad secundas transferunt nuptias, nec à peccato cui mancipati sunt respicere voluerint, depositioni Canonicæ subjacere. Qui verò ad hanc secundarum nuptiarum additionem transferunt quidem, sed ante nostram cognitionem procul peregrinam spuriamque conjunctionem adjecerunt, vel quorum uxores secundæ obicere, vel ipsi ad conversionem providentes, in animum sobrietatem revocarunt, & subiectorum omnium, quæ prius contra leges erant, oblitci sunt, sive Presbyteri, sive Diaconi sint, visum est, eos cessare debere ab omni sacro munere & actione, in certum tempus damnatos, dummodò honores quidem suæ sedis & statum retineant, contenti primo accubitu, lachrymis à Domino efflagitantes, ut sibi remittat illud ignorantie peccatum: ineptum enim est, ut aliis bene precetur, qui necesse habet curare sua vulnera. Cæterum, qui uni quidem conjuncti sunt uxori, sed quæ vidua esset eum ascita fuit, similiter & qui postquam fuerint electi, nuptiis illegitimis adhærere, hoc est Presbyteri, Diaconi, & Hypodiaconi, ad breve aliquod tempus damnati, femotique à sacra administratione, rursus ad eisdem restituantur gradus, dummodò ad majorem non procedant gradum, latenter illegitimè concuberniò solutò. Et hæc quidem solum in Sacerdotibus disposuimus. desinientes ab hoc tempore, & restituentes Canonum illum, qui prohibet, ut, qui ad secundas nuptias transferit post Baptis-

Can. Ap.
17 & 11
D. 33. 1
qui pp.
D. 34. 1
qui vid

num,

num, vel pellicem habuerit, non possit Episcopus aut Presbyter creari, vel Diaconus, aut omninò Ordinis sacri. Similiter, & qui viduam assumpsit, vel repudiaram, vel amitam, vel ancillam, vel meretricem, esse non potest Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omninò Ordinis sacri.

Additio F. S.

Initio Canonis 3. Græci tradunt legem Ecclesiæ Romanæ de bigamis non ordinandis velut nimis duram, in quo non merentur audiri.

Can. 4. Clericus vitians Monacham deponatur.

Si quis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel Lector, vel Cantor, vel Ollianus cum muliere Deo dicata coierit, deponatur, ut qui Christi sponsam violaverit. Si autem laicus, segregetur.

In quinto Canone statuitur, ne quis ex Clero habeat secum mulierem extraneam. Canon repetitus in multis Conciliis.

Canon 6. Soli Cantores, & Lectores possunt uxorem ducere.

Quoniam in Apostolicis Canonibus dictum est, eorum, qui non ducta uxore in Clerum promoventur, solos Lectores & Cantores uxorem posse ducere; & nos hoc servantes, decernimus, ut deinceps nulli penitus Hypodiacono, vel Diacono, vel Presbytero post sui ordinationem, conjugium contrahere liceat. Si autem hoc facere ausus fuerit, deponatur. Si quis autem eorum, qui in Clerum accedunt, velit lege matrimonii mulieri conjugii antequam Hypodiaconus vel Diaconus vel Presbyter ordinetur, hoc faciat.

Canon 7. Diaconi non sedent loco honorationi quàm Presbyteri.

Quoniam in nonnullis Ecclesiis Diaconos officia Ecclesiastica habere cognovimus, & ex hoc nonnullos eorum arrogantia & licentiâ fratres ante Presbyteros

sedere; statuimus, ut Diaconus, etiam si in dignitate, id est, in quovis sit officio Ecclesiastico, ante Presbyterum non sedeat, præterquam si proprii Patriarchæ, vel Metropolitanæ vicem gerens, adit in alia civitate super aliquo capite. Tunc enim, ut locum illius implens, honorabitur. Si quis autem tyrannicâ adductus audaciâ tale quid efficere ausus fuerit, is ex proprio gradu dejectus, sit omnium ultimus ejus ordinis, in ejus est catalogo in sua Ecclesia.

Hic Canon erat renovandus, quoniam videmus Diaconos in dignitate constitutos, ante Presbyteros sedere; puto, exemplum ab Ecclesia Romana sumentes, in qua ante Episcopos, etiam sedent Diaconi Cardinales.

In Canone octavo statuit, ut quotannis Synodi provinciales fiant, estque cap. 5. Niceni, & Chalced. 19. Addis tamen, ut saltem semel in anno fiat Synodus.

Canon 9.

Nulli liceat clerico cauponariam habere tabernam. Si enim in cauponam ingredi non est permissum, quanto magis aliis in ea ministrare, aut ea, quæ non licet, ipsi tractare?

Et sic, habere pro eo quod est exerceat, accipit.

Canon 10. Clerici usuras non accipiunt.

Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, qui usuras vel centesimas accipit, vel cesset, vel deponatur.

Canon 11. Nulli fidelium licet, Iudæorum azyma comedere.

Nemo eorum qui in sacro Ordine censentur, aut laicus, Judæorum azyma comedat, vel ullam cum eis familiaritatem ineat, vel in morbis accersat, vel medicinas ab eis suscipiat, vel unâ cum eis in balneis laveretur. Si quis contra fecerit, si sit Clericus, deponatur: si laicus, excommunicetur.

Nemo putes quod hic Patres prohibuerint azymam comedere, sed per azyma, intelligunt, more Iudæis festa celebrare.

*Canon 12. Post ordinationem suam
Episcopi à propriis uxoribus
stodant.*

thoc,

Jubet omnino, Antistites postquam sunt ordinati, à propriis uxoribus secedere. Ne autem contra quintum Apostolicum Canones facere videantur, qui Episcopis cum uxoribus suis habitare permittit, inseruat, quod non divinis Apostolis adversantes hæc decernunt, sed statum Ecclesiasticum in pulchriorem ordinem provehi volentes: quoniam Apostoli, cum fides inciperet, ad fidelium imbecillitatem se magis demittebant, eum autem Evangelii prædicatio sit magis ampliata, oportet & Pontifices ad perfectam continentiam vitam suam dirigere, ne status Ecclesiasticus ullo probro afficiatur.

*Canon 13. Subdiaconi, & supra, viris suis
tempore ab uxoribus separantur.*

31. Quam
iam in
mos ser-
vatus est in
Orlentis, ut
e consu-
to licite
sumatur
d. clerum.

Hoc Canonem Patres decernunt. Primo, eos, qui ut ordinentur Hypodiaconi, Diaconi aut Presbyteri digni sunt, à prioribus suis legitimis uxoribus non separari. Adjiciunt autem, eos non cum suis conjugibus conjunctionem indiscriminam habituros, sed ab eis abstinentes *visis suis tempore*, id est scilicet tempore quo sacrificant, sicut definit Carthagenensis Synodus secunda can. 2.

Additio F. S.

Canon. 13. repugnat consuetudini Ecclesie Romanæ: & quod ex Con. II. Carthagenensis legitur, ut abstineant *visis suis tempore*, male adfertur, cum potius dicendum foret, *secundum priora statuta*, ut intelligi potest ex additione can. 3. Concil. III. Carthag.

Secundò, decernit, deponendos eos, qui audeant (post ordinationem) Diaconos & Sacerdotes cum prioribus suis legitimis uxoribus consuetudine private: & ipsos, qui ordinantur, suas uxores pietatis prætextu expellentes, excommunicandos statuit.

Tertio, dicitur Patres, se id facere,

cognoscentes, Romanæ Ecclesie pro Canone traditum esse, ut Diaconi vel Presbyteri in sua ordinatione profuerant se non amplius suis uxoribus conjugendos.

Canon. 12. Prohibuit, Episcopos cum propriis uxoribus post ordinationem habitare, hic autem Canon de Diaconis & Sacerdotibus subdistinguit, veluti corrigens, quod ea de re sit in Ecclesia Romana: sed tu Lector intellige, si iusto prohibentur in Orientis sacris initiari, cum propriis uxoribus manere visis suis tempore; ubi Sacerdotes & reliqui non prænitent vicissim hebdomadibus, sed perpetuò sacrificant, ut sit in Occidente, nonne æqua erit ea constitutio? De hac constitutione latius Innocent. in epistola 3. ad Exuperium Thollo. Episcopum can. 1. habes supra.

Ab hac constitutione excipit Sacerdotes, qui sunt in Ecclesiis Barbaricis, c. 30. hujus sextæ Synodi.

Canon. 14. & 15. prohibet, ne Diaconus ante 25. annum creetur, nec Hypodiaconus ante 20. nec Presbyter ante 30. nec diaconissa ante 40.

Canon. 16. De quibus Diaconibus loquitur liber Act. Apostolorum.

Quoniam Actorum liber septem Diaconos ab Apostolis constitutos esse tradit, & Neocalariensis Synodus, in Canonibus suis sic aperte dissentit, quod septem debent esse Diaconi, &c. Nos, cum dicto Apostolico mentem Patrum adaptassimus, invenimus, eos esse locutos non de viris, qui ministrant mysteriis, sed de ministerio, quod in usu mensarum adhibebatur, cum liber Actorum sic habeat: *Cum discipulorum multitudine*, &c. Quod & accepimus à Joanne Chrysostomo, sic hæc verba interpretante in Comment. super Acta Apostolorum c. 6.

Additio F. S.

Quod can. 16. dicitur de Diaconis, quorum est Actione 6. mentio, nec verum est, nec receptum ab Ecclesia. Vide quæ scripsimus ad Supplem. q. 31. a. 4. quæst. 3.

Can. 17.

And

D. N.
Con.
Syn.
rigi.
papi
can.

Can. 17. *Sine dimissionis [Episcopi] a propriis Ecclesiis non recedant.*

Statuimus, ut nullus unquam Clericus possit sine proprii Episcopi Scriptura di- & missioe, in aliena Ecclesie Cathedralium accessit. Qui secus fecerit, deponatur.

Can. 18. *Cessante causa rursus, clericus ad propriam redeat Ecclesiam.*

Clericus, qui propter Barbaricam in- & amonem, vel aliquo alio modo reliquit suam Ecclesiam, cessante hac circumstan- & tia propter quam secessit, redeat sanctam ad Ecclesiam.

Can. 19. *Episcopi diebus omnibus, prae- & opte Dominici docere populum debent.*

Quod oportet eos, qui praesunt Eccl- & esia, in omnibus quidem diebus, sed prae- & cipue Dominici, omnino Clericum & po- & pulum docere pietatis ac rectae religionis & eloquia, ut divina Scriptura colligentes & intelligentias & iudicia veritatis, & non & transgredientes iam positos terminos, vel & divinatorum Patrum traditionem. Sed & si & ad Scripturam pertinens controversia ali- & qua excitata fuerit, ne eam aliter inter- & prententur, quam quomodo Ecclesiae lu- & minaria & doctores suis scriptis exposue- & runt: & majorem ex eis laudem assequan- & tur, quam si, quae a se dicuntur, compo- & nunt: ne, dum quandoque ad id haesi- & tant, ab eo quod convenit, excident: & Per pseudo- & rorum enim Peram doctrinam & populi ad eorum quae sunt bona & expen- & sando, & inutilia ejicienda cognitionem & venientes, vitam in melius componunt, & nec ignorantiae vici convinentur; sed & doctrinae munera adhibentes, scriptos ad & id, ut nulli quid eis accidit, nocent; & & amminemium suppliciorum motu sibi sa- & luum procurant.

Can. 20. *Ne in aliena civitate Episco- & pus doceat.*

Non licet Episcopo in aliena civitate publicè docere. Si hoc fecerit, deponatur.

si fuerit, cesset ab Episcopatu, Presby- & teri autem munere fungatur.

Canon 21.

Clerici propter Canonica crimina de- & positi, si resipiscant, recipiantur ab & Ecclesia.

Canon 22.

Ob pecuniam promotus sive Episco- & pos, sive Clericus deponi iustus.

Canon 23. *Pro Eucharistia administrata nihil recipiendum est.*

Nullus Episcopus, sive Presbyter, sive 1. quod 2. & Diaconus purissimum praebet communio- & nem, ad eo quod communicat, ejus partici- & pationis gratia obdat vel quavis aliam & speciem exigit. Non est enim venalis & gratia, nec pecuniis Spiritus Sanctifica- & tionem impartitur: sed ea iis, qui digni & sunt, absque ulla fraude est communi- & canda. Qui secus fecerit, deponatur.

Canon 24. est 25. Canon Concilii & Laodicensis, & 11. Can. Concil. Car- & thaginentis tertii, ne Clerici aut Mona- & chi intersint ludis theatricis. Canon 25. & est Canon 17. Synodi Chalcedonensis.

Canon 26. *Ignorantia non impedit, & quin ab illicitis impetis presbyter & abstinere teneatur.*

Presbyter, qui per ignorantiam illicitis & impetis est implicatus, sit quidem cath- & edrae particeps; à reliquis autem ope- & rationibus ablineat. Ei enim, qui talis est, & satis est si venia detur. Nec ergo publicè & nec privatim benedicat, nec Christi cor- & pus aliis distribuat, nec aliquod aliud mi- & nisterium obeat: sed primà sede conten- & tus, Domino desinat, ut illi ex ignoran- & tia peccatum condonetur. Manifestum & est, quod nefarium conjugium dissolvo- & rum.

Canon 27.

Clericus vellem sibi convenientem in- & tuerat tam in urbe, quam in via.

Canon 28. *Pro non distributae simul & cum Eucharistia.*

Quoniam in diversis Ecclesiis, intel- & ligentibus, utrum ad altare usitatum ministrum & cum.

Nullus Episcopus & Diaconus

D. 28. Pres- & byterum.

De c. d. s. & Didicimus.

cum incruento illo oblationis sacrificio conjunctam, ex quadam, quæ invaluit consuetudine, utraque simul populo distribuere: decernimus, ut nullus Sacerdos hoc amplius faciat: sed ad vivificationem & peccatorum remissionem solam oblationem populo impertiat, Sacerdotes verò has uvæ allatas, privatim benedicentes, non secus ac primitias quasdam distribuant poenitentibus, ad laudem datoris fructuum, per quos nostra corpora divini dispositione augetur, & nutriuntur. Si quis scilicet fecerit, deponatur.

Canon 19. Ne facta quinta in cœna Domini solvatur ieiunium, nec non lectini communicent.

19. Canon. Hoc Canone abrogatur Synodi Carthagin. tertiz decretum, ut quinta feria, in qua cœna Domini peragitur, fideles cœnati communicent. Et renovatur canon. 50. Synodi Laodic. ne eâ die solvatur jejuniium.

Canon 30. Sacerdotes Barbarici cum ordinantur, uxores relinquere possunt.

Dispensat hic canon cum Sacerdotibus, qui sunt in Barbaricis Ecclesiis, ut mutua consuetudine suarum uxorum abstineant. Sic tamen, ut cum illis non amplius cohabitare contingat. Hoc autem indulgetur propter externos, ac non satis firmos, sed agrestes mores.

Canon 31. Sine Episcopi licentia clerici intra domos non baptizent.

De c. d. 1. Clericos, qui in oratoriis, quæ sunt intra domos, ministrant, vel baptizant, hoc illius loci Episcopi sententiâ facere decernimus. Qui hoc sic non servaverit, deponatur.

Canon 32. Ut in sacrificio vinum aqua mistum offeratur.

Armenii Quoniam novimus in Armeniorum malè intellexerunt verba Chrysoſt. regione vinum tantum in sacra mensa offerri, aquam illi non miscentes, qui incruentum sacrificium peragunt, prætexentes Ecclesiæ Doctorem Joan. Chrysoſt. in interpretatione Matthæi hoc

asserentem: Ut jam nunc ab ignorantia liberentur, illius Patris mentem orthodoxè aperimus. Cum enim antiquam Hydroparastatarum hæresim, qui pro vino solâ aqua in sacrificio usi sunt, subverteret, illam orationem composuit, in qua aqua in sacrificio Mizæ adjunctionem amovete illi existimant, cum tamen non deceat sanctus, per solum vinum oblationem fieri, quandoquidem & suæ Ecclesiæ, ubi est illi pastoralis administratio tradita, aquam vino miscendam tradidit quando incruentum peragi sacrificium oportet, ex pretioso & honorando nostri Redemptoris sanguine & aqua contemperatorem attendens, quæ in totius mundi vivificationem effusa est, & peccatorum redemptionem. Et in omni etiam Ecclesia ubi spiritalia luminata resulserunt, hic ordo divinitus traditus servatur. Nam & Jacobus Domini nostri Jesu Christi secundum carnem frater; & Basilius Cæsariens. Arch. Episcopus, cujus gloria omnem terrarum orbem pervasit, mystico nobis in scriptis tradito sacrificio, ita peragendum in sacro ministerio ex aqua & vino sacrum poculum, ediderunt. Et qui Carthagine convenerunt Sancti Patres, ita aperte tradiderunt. Si quis ergo Episcopus vel Presbyter non secundum traditum ab Apostolis ordinem facit, deponatur, ut imperfectè ac simpliciter mysterium enuncians, & quæ tradita sunt innovans.

Annota quodd præsentem Canone hæreses subvertuntur, Hydroparastatarum, & Armeniorum. Isti in solo vino, illi in sola aqua sacrificium peragebant. Secundò apparet ex præsentem Canone, ritum sacri mysterii à Jacobo fratre Domini, qui fuit primus Hierosolymorum Episcopus, fuisse traditum, quæ quidem traditio apud nos non invenitur nec recognoscitur, ut quæ exoleverit. Tertio, apparet à S. Basilio, & S. Joanne Chrysoſt. traditos nobis mysterii ritus, quos nunc observant Græci.

Canon 33. Non attendatur genus, sed mores ad manuum impositionem.

Jun-
nam
ut ex
Levi-
tis Sa-
nos
2.

Quoniam cognovimus, in Armeniorum regione eos solos ad clerum admitti, qui sunt ex genere Sacerdotali; imò & nonnullos eorum non attonfos, Cantores, & divinæ legis Lectores constitui: Decernimus, ut deinceps non liceat ad ejus, cui manus imponitur, genus respicere: sed exanimantes an digni sint juxta expressa in sacris Canonibus decreta, in cleri catalogum referri, ut eas Ecclesiasticè promoveant, sive sint ex majoribus suis Sacerdotibus, sive non. Item, ut nulli eorum liceat populo in suggestis divinas Scripturas explicare, nisi is Sacerdotali tonsurâ usus fuerit, & benedictionem à suo pastore canonice susceperit. Si quis secùs fecerit, deponatur.

Canon 34. est Can. 18. Synodi Chalcedon. de conjugationibus.

Canon 35. Spolia Episcopi defuncti, indimittuntur futuro serventur.

12.
ad.
c. 40.
Re-
v. 1.
c. 5.
ant.
il.
ab.
ed.
ju-
lilio-
Sra-
quo-
deest
anon
nitis
hari-

Nulli omnium Metropolitanum liceat, mortuò Episcopo qui eius throno subest, res ejus, vel ipsius Ecclesiæ sibi vindicare: sed sint sub custodia Cleri Ecclesiæ cui defunctus præfuit, usque ad alterius Episcopi promotionem: præterquam si in eadem Ecclesia non relictæ sint Clerici. Tunc enim Metropolitanus ea non diminuta servabit, ordinando Episcopo omnia reddens.

Canon 36. Sedes Constantinopolitana æquatur Romana, dummodò sit secunda.

Renovantes, quæ à sanctis Patribus 150. qui in hac regia urbe convenerunt, & à 130. qui Chalcedone convenerunt, constituta sunt: decernimus, ut thronus Constantinopolitanus æqualia privilegia eum antiquæ Romæ throno obtineat, & in Ecclesiasticis negotiis ut illi emineat, secundus post illam existens. Post quem, Alexandrinorum Metropolis numeratur thronus: deinde Antiochiæ; & post eum, Hierosolymitanæ civitatæ.

Additio F. S.

Iste Canon 36. est erroneus, tum quia Synodus Constantinopolitana 150. Episcoporum non æquavit Episcopum Constantinopolitanum Romano, sed postposuit: tum quod Legati Apostolici contradixerunt iis, quæ in Chalcedon. dicta erant contra prærogativam Romani Pontificis. Vide ad can. 5. Concil. Constantinopol. & ad Actiõ. 16. Concil. Chalcedon. & quæ diximus l. 4. de Pontif. q. 1. art. 5.

Canon 37. Episcopi, si Episcopali urbe priventur, sua tamen privilegia non amittunt.

Episcopo, qui propter barbaricam incursionem ad suam Ecclesiam venire non potuit, suus honor deferatur, ut in Canone 18. Antiochenæ Synodi decretum est.

Canon 38. Nova civitas novam habeat dignitatem Episcopalem, vel Metropolitanam.

Canonem, qui à Patribus factus est, Chalced. nos quoque observamus, qui sic edicit: *Synodi c. 22.* Si qua civitas à regia potestate innovata est vel innovabitur, civilem ac publicam formam Ecclesiasticarum quoque rerum ordo consequatur.

Canon 39.

Hic Can. confirmat octavum Ephesian. Synodi, quo concessum est, Cypræ Ecclesiæ esse principalem & primam. Et prohibetur est Antiochenum Episcopum facere in ea ordinationes.

Canon 40. De ætate ingredientium Monasteria.

Magnus Basilii in 18. suo Canone eas, quæ post sedecim annos se virginitatem suscipere profitentur, admittit, ut quæ bonum à malo possint discernere. Præsens autem Canon eum, qui decem annos natus est, si Monachus esse elegerit, non rejicit. Sed eum ad vitam monasticam non aliter recipiendum decernit, quàm si ab Episcopo probatus examinatusque fuerit, ut suâ prudentiâ admittatur.

tur, vel repellatur, vel prorogetur tempus. Adjicit autem se hoc statuere, quoniam Ecclesia, Dei gratia, ad anteriora procedat, & ad divinorum mandatorum observationem firmiter & validior evadat.

Canon 41. Quomodo probandi, qui profitentur monachatum.

Eos, qui in urbibus vel villis in clausuris volunt secedere, ac sibi separatim attendere, prius quidem in monasterium ingredi oportet, & anachoreticam (hoc est) ab aliis sepatatam ac femotom vivendi rationem exercere, & spatium timentii ei, qui in mansione preest, in Dei timore parere, & obedientiam in omnibus (ut equum est) implere. Et ita hujus vitæ eligendæ institutum profitentis, & quoddam ex toto corde sua sponte amplectuntur, ab ejus loci Præsule examinari. Deinde, sic aliis annis extra clausuram fortiter se gerere debent, ut scopus eorum magis manifestetur: tunc enim plenè ac perfecte significabunt, quod non inanem gloriam captantes, sed propter ipsum pulchrum & honestum, hoc silentium prosequantur. Post tanti autem temporis complementum, si in eodem eligendæ vitæ instituto permanent, includi ipsos; & eis non amplius licere, quando voluerint, ex tali mansione egredi, præterquam si propter communem utilitatem, vel aliam necessitatem ad mortem urgentem ad id trahantur; & ita cum benedictione ejus loci Episcopi. Qui autem exceptis his casibus extierint, prius quidem, vel invitos ipsos dicta clausuram coacti, deinde juniis & aliis afflictionibus ipsos curare, scièntes, quoniam nemo qui manum suam aratto immisit, & retro conversus est, aptus est regno cælorum.

Canon 42. Eremitæ, habitum caterorum monachorum sumant.

De eremitis, qui quidem nigris vestibus induti, & capite comati, urbes obeunt, & cum viris ac mulieribus versantur, & propriæ professionis faciunt injuriam, sta-

tulimus, vobis comis, reliquorum monachorum amictum suscipere, & eos in monasterio constitui. Quod si hoc non elegerint, eos omnino ex urbibus expelli, & solitudines, quæ eremi dicuntur, habitare, ex quibus sibi etiam denominationes contraxere.

Canon 43. Propter nullam crimem arctandus aliquis à monachato.

Liceat omni Christiano vitam therapeuticam eligere, & rerum ad vitam penitentium deposita tempestate monasterium ingredi, atque instar monachi tonderi, in quocumque crimine deprehensus fuerit. Salvator enim noster Deus inquit; *Eum qui ad me venit, non citiam foras.* Nam sicut columna, id, quod in ea describitur, exprimit: ita & monachica professio, monachi penitentiam describit. Si ergo, qui ad illud germanè ac sincerè accedit, acquiescimus ac favemus, ne ulli ei mores impedimentum afferrent, quominus proprium vovum adimpleat.

Ut est verisimile, prohibebantur quidam, qui tonderi volebant, vel propter suam vitæ turpitudinem sordescere, vel propter aliquod delictum. Præfens Canon dicit, quod nullum peccatum prohibet, Christianam vitam exercitaticem eligere, & per penitentiam Deum placare, cum nullum sit peccatum quod Dei clementiam superet. Aliæ tamen sunt causæ, quæ tonderi prohibent.

Canon 44. Monachus fornicator iure communi panitur.

Monachus fornicator, vel qui ad matrimonii communionem vitæque societatem uxorem duxerit, fornicatorum penis subjiciatur.

Canon 45. Futura monasteria, non induantur sumptuosis vestibus eò die, quò ingressa sunt monasterium.

Quoniam intelleximus, in nonnullis mulierum monasteriis, mulieres, quæ sacro illo amictu dignæ habentur, prius sericis, & omni generis vestibus, præ-

Novi hanc rem ad peccatis nos tunc

Ante

429. 2.

terea

terea autem & mundis, aurō & gemmis variegatis, ab iis, qui illas dicunt exornari, & sic ad altare accedentes exui tanto materis apparatu, & statim in illis ferri habitus benedictionem, illasque nigro amictu indui: statuimus, ne hoc deinceps fiat. Neque enim fas est, ut quæ jam propria voluntate omnem vitæ jucunditatem deposuit; & eam quæ est secundum Deum vitæ agendæ rationem complexa est, & ita monasterium accessit, per eam, qui interit ac fluxit mundum, & quorum jam oblita erat memoriam revocet; & ex eo anceps reddatur, & ejus anima perturbetur instar exundantium fluctuum, hucque & illuc versantium, aded ut aliquam nonnunquam lachrymam emittens, cordis per corpus compunctionem ostendat: sed, & si exigua aliqua lachryma exilierit, non tam propter affectionem quam habet propter exercitatorium certamen, quam propter ead quod mundum relinquat, ea à videntibus profluxisse putetur.

Canon 46. Monasteria non exeant à monasterio nisi sub certa forma.

Quæ vitam exercitatoriam eligunt, & in monasteriis sunt constitutz, ne omnino progrediantur. Si qua autem inexorabilis necessitas ad hoc trahit, cum benedictione ejus, quæ præest, hoc agant. Tuncque non solæ per se, sed cum aliquibus vetulis, & quæ in monasterio primæ sunt, cum mandato ejus quæ præfecta est. Eis autem omnino extrâ cubare non licet. Hoc idem & de viris, qui monasticam vitam prosequuntur, statuimus.

Canon 47. Vir in monasterio mulierum non dormiat, nec è conversefo.

Nec mulier in virorum monasterio, neque vir in mulierum dormiat. Extrâ offendiculum enim & scandalum fideles esse debent. Qui secus fecerit, segregetur.

Canon 48. Vxor Episcopi reponatur in monasterium.

Vxor ejus, qui ad Episcopalem digni-

tatem promotus est, communi sui viri consensu prius separata, postquam in Episcopum ordinatus est ac consecratus, monasterium ingrediatur procul ab Episcopi habitatione extructum, & Episcopi providentiâ fruatur. Sin autem digna visa fuerit, etiam ad diaconatus dignitatem proveheretur.

Canon 49. est Can. 24. Synodi Chalcedon.

Canon 50. Ales clericis interdiciuntur.

Nullum omnino sive Clericum sive Laicum, ab hoc deinceps tempore aleâ ludere. Qui secus fecerit, excommunicatur.

Canon 51. Ne mimi, aut venationes spectentur.

Omnino prohibet hæc sancta & universalis Synodus eos, qui dicuntur mimi, & eorum spectacula; deinde venationum quoque spectationes, easque, quæ sunt in scena saltationes perfici. Qui secus fecerit, si sit Clericus deponatur: si Laicus segregetur.

Canon 52. Vt Sabbatō & Dominicâ in Quadragesima consecratio tantum fiat.

In omnibus sanctæ Quadragesimæ jejunii diebus, præterquam Sabbatō & Dominicâ, & Annunciationis die, fiat Sacrum præsanctificatorum sacrificium.

Sacrificium præsanctificatorum, est oblatio sacrificii jam petiti & perfecti. Jejuniorum autem dies, luctus & compunctionis in expiationem peccatorum, & quia Deo sacrificium offerre, est festum diem agere, statuunt Patres, non fieri novam consecrationem totâ Quadragesimâ, nisi Sabbatō & Dominicâ, &c. In his enim festum agere, non lugere, nec jejuare iussi sumus. Qued nunc observatur apud Latinos die Parasceves. Hæc ex Theodoro Balsamon.

Aditio F. S.

Canon hic ea præscribit, quæ sunt contra morem Romanæ Ecclesiæ; ideoque non recipiendus.

Canon 53. Ordo cognationis spiritualis observetur.

Quoniam spiritualis cognatio, corporum conjunctione major est; novimus, in quibusdam locis exceptores puerorum ex sancto & salutari baptismo, postea cum matribus illorum viduis matrimonium contrahere: statuimus, ne in posterum tale aliquid fiat. Si qui vero fecerint, hi quidem primo ab illicito matrimonio separentur, deinde fornicatorum poenis subjiiciuntur.

Canon 54. Nuptia prohibita.

Decernimus, ut qui deinceps cum fratris sui filia matrimonii societatem coeant; vel pater & filius, qui cum matre & sorore; vel cum duabus puellis sororibus, pater & filius; vel cum duobus fratribus mater & filia; vel fratres duo cum duabus sororibus, in septennii * canonem incidant, separatis ipsis publice a nefario contubernio.

Canon 55. Ne Sabbatis aut Dominicis diebus Quadragesima ieiunetur.

Quoniam intelleximus, in Romanorum civitatibus, in sanctis Quadragesimae diebus, in ejus sabbatis jejunaere praeter Ecclesiae traditam consuetudinem: sanctae Synodo visum est, ut in Romanorum Ecclesia Canon inconcussè obtineat, qui dicit: Si quis Clericus inventus fuerit in sancto Dominico, vel Sabbato jejunans, praeter unum & solum, deponatur. Si autem Laicus, segregetur.

Aditio F. S.

Iste quoque Canon aperte Romanae Ecclesiae aiori contradicit.

Canon 56. Ne ova & caseus in Quadragesima comedantur.

Accipimus, in Atrameniorum regione, & in aliis locis, in Sabbatis & Dominicis sanctae Quadragesimae quosdam ova & caseum comedere: visum est ergo, ut omnis Dei Ecclesia, quae est in universo terrarum orbe, unum ordinem sequens, jejunium perficiat, & abstineant sicut ab omni nactabili, sic & ab ovis & caseo,

quae quidem sunt fructus & fortis eorum, a quibus abstinemus. Si autem hoc non servaverint, si sint Clerici, deponantur: si Laici, segregentur.

Canon 57.

Ad altare mel, & lac offerre non oportet.

Canon 58. Ne laicus sacramenta sibi ministrat.

Nemo eorum, qui sunt ex ordine laicorum, divina sibi mysteria impartias praesente Episcopo, vel Presbytero, vel Diacono. Qui secus fecerit, una septimanam segregetur.

Canon 59. Baptismus in Ecclesiis tantum crebretur.

In oratorio privato, quod domi est, nullatenus Baptismus peragatur: sed qui digni habebuntur: hujus purissimi luminis, ad Catholicas Ecclesias accedant, & hoc illic munere perfuantur. Si quis contrafecerit, si Clericus est, deponatur: si Laicus, excommunicetur.

Canon 60. De his, qui se simulant Daemoniacos.

Eos, qui se Dæmone correptos esse simulant, & morum improbitate eorum figuram & habitum simulatè praese ferunt, visum est, omni modo puniri; & ejusmodi afflictionibus & laboribus eos subji-ci oportere, quibus, hi qui a Dæmone verè correpti sunt, ut a Dæmonis operatione liberentur, jure subji-ciuntur.

Canon 61. De sortilegis damnandis.

Qui se varibus tradiderunt, vel iis, qui Centuriones dicuntur, aut iis similibus, ut ab illis discant si quid sibi revelari velint; secundum ea quae prius a Patribus sancita, canonem, qui est de sexennio, subji-ciantur. Eidem poenae subji-cere oportet eos, qui, urfas, aut similes bestias ad hulum & perniciem simpliciorum circumferunt: & eos, qui fortunam, fatum, genealogiam, aut similitum verborum turbam ad nugas deceptorias obloquuntur: eosque, qui nubes fugatas dicuntur; & Imprecatores, & Amuletarios, & Vates.

Can. 11
S. 1

Canon
permitti
volunt
Episcop
Scripsi
De hoc
Chrysol
Homili
epist. 1
ad Col
Et sex
ejusdem
ratione
advent
Judaei
Legi se
mi sal
est sum
excom
niam.

La

*Poenitentis septem annorum.

Propter hunc Canonem aliqui Romani non recipiebant hanc Synodum tanquam universalem.

Can. Apo-
S. 1.

In his autem perseverantes, nec mutant sententiam, nec fugientes hæc pernicioſa & Ethnica inſtituta, omnino ejicendos ab Eccleſia deſignimus, ſicut ſacri Canones dicunt. Nam quæ luci cum tenebris communi? Aut quæ concordia Chriſti & Belial?

Præſens Canon univerſas Dæmonicas operationes avertit. Vates dicuntur, palmarum inſpectores, & qui in pelvi divinant, aut per ſacrificia, aliqua Sathanam interrogant, ſe Dæmoni addicentes. Centuriones dicebantur ſenes quidam, qui ſe reliquos conſulere præſerentes, per ejulmodi execrabiles operationes ſimpliciores ſeducabant, & ut Pſeudothei volebantur.

Urfas trahere dicebantur, qui Urſorum altiores appellabantur, qui quidem in capite & totius animalis corpore cinthuras appendentes, & pilos tondentes, eos unâ cum cincturis dabant, ut remedia tanquam in morbis & facinantibus oculis conferre poſſent. Alij verò ſerpentes in ſinu geſtantes, hunc quidem, die maligno natum eſſe, illum verò felici ſyderere natum dicunt, & futuras felicitates & infelicitates annunciant, & alia multa augantur. Nubium inſpectores dicuntur, qui, quæ multi ignora ſunt ex nubibus ſignificant, maximè autem ſi ſole Occidente inſpiciantur.

Imprecatores ſunt qui divina quædam canica dicunt, & nomen Martyrum, & ſanctiſſimæ Virginis meminerunt. Quæ omnia divina, Patres & Eccleſiæ Doctores fugienda ſtatuunt: & pluſquam alij Ghyſoſt.

Canon 62. *Ne feſta gentium celebrentur.*

Calendas, & voræ, & Brumalia quæ vocantur; & qui in primo die Martii menſiſte, conventum, ex fidelium univerſitate omnino tolli volumus: Sed & publicas mulierum ſaltationes, multam noxam exitumque afferentes. Præterea & eas, quæ nomine eorum, qui falſo

apud Græcos Dii nominati ſunt, vel nomine virotum ac mulierum ſunt ſaltationes, ac myſteria more antiquo, & à ritu Chriſtianorum alieno, rejicimus, ſtatuentes, ut nullus vir deinceps muliebri veſte induatur, nec mulier veſte viro conveniente, ſed nec Comicas, nec Tragicas, nec Satyricas perſonas induant; nec execrandi Bacchi nomen, ivam in rotularibus exprimentes, invocent; nec vitnum in deliis effundentes riſum moveant, ignorantibus vel vanitate ea, quæ à Dæmonis impuſtura procedunt, exercentes. Qui ſecus fecerint, ſi clerici ſunt, deponantur; ſi laici, ſegregentur.

In menſe Martio feſta Græca univerſalis concio propter temporum & aëris temperiem, in qua indecoræ ſaltationes à mulieribus viſiſque febant. Quas, & indecora alia ſimilia, Patres nullo modo permittebant.

Canon 63. *Martyrum hiſtorie ab infidelibus ſcripta damnantur.*

Quæ à veritatis hoſtibus falſo conſtituta ſunt Martyrum hiſtorie, ut Dei Martyres ignominia aſſicerent; & qui eas audituri eſſent, ad infidelitatem deducerentur; in Eccleſia non publicari jubemus, ſed eas igni tradi. Eos autem, qui eas admittunt, vel tanquam veris eis mentem adhibent, anathematizamus.

Canon 64. *Prohibetur laico publicè docere.*

Non oportet laicum publicè diſputare, vel docere, ſed ordini à Domino tradito cedere; & autem iis, qui docendi gratiam acceperint, aperire; & divina ab eis doceri. Qui hæc transgreſſus fuerit, quædraginta diebus excommunicetur.

Canon 65. *Ne regi in Noſiloniis ritibus accendantur.*

Quos in Noſiloniis quidam ante ſuas officinas & domos accendant rogos, ſupra quos etiam antiqui quædam conſuetudine ſalire ineptè ac delirè ſoleant, deinceps ceſſare jubemus. Qui contra fecerit,

Autho-
Gregori
Nazian-
larè tractat
de hoc in
lib. Theol.
cujus teſti-
monio uti-
tur hic 3y-
nodus.

si clericus sit, deponatur: si laicus, segregetur.

Canon 66. A die resurrectionis per integram hebdomadam fideles fruantur.

A sancta die resurrectionis usque ad novam Dominicam, tota septimana Ecclesiis vacare fideles jugiter oportet, psalmis & hymnis & spiritualibus canticis in Christo gaudentes, festumque celebrantes, & divinarum Scripturarum lectioni mentem adhibentes, & sanctis mysteriis jucundè & laurè fruentes. Sic ergo cum Christo exultabimus, & unà resurgemus. Nequaquam ergo prædictis diebus equorum cursus, vel aliquod publicum sit spectaculum.

Canon 67. Ut abstineant à sanguine & suffocato.

Apud Latinos jam exoleverat illa constitutio Apostolorum, ut referunt commentarii Gregel. Sacra Scriptura nobis præcipit, ut abstineamus à sanguine, & suffocato, & fornicatione. Metud igitur damnamus eos, qui cujuscumque animalis sanguinem arte aliqua condiunt, & sic comedunt. Qui hoc fecerit clericus, deponatur: laicus, excommunicetur.

Additio F. S.

Non est iste Canon Scripturæ novi Testamenti consentaneus, uti nec Ecclesiæ, quæ agnoscit ciborum legalium discrimen diu cessasse; & præceptum de abstinentia sanguinis & suffocari Act. 15. latum, pridem esse exoletum, cum non fuerit universale.

Canon 68. Libri sacri, communis & profano usu non consumantur.

Nulli ex omnibus licere, veteris & novi Testamenti librum, nec sanctorum nostrorum præconum ac Doctorum corrumperere, vel conficindere, vel librorum campontoribus, vel unguentariis, vel alicui alii defendendum tradere, nisi utique vel tricare, vel ab aqua, vel alio modo redditus fuerit inutilis. Qui tale aliquid fecerit, uno anno excommunicetur.

Canon 69. Laicus non ingrediatur ciborum excepto Casare.

Nulli omnium, qui sit in laicorum numero, liceat intra sacrum Altare ingredi. Ab eo tamen nequaquam prohibita potestate & auctoritate regiâ, quando quidem voluerit Creatori dona offerre ex antiquissima traditione.

Canon 70. Mulieres in Ecclesia lateant.

Ne liceat mulieribus in celebrationis tempore loqui, sed, ut est vox Pauli, r. Quæ sileant.

Canon 71. A quibus cavere debeant iuris Professores

Eos, qui docentur leges civiles, Græcis moribus uti non oportere, & neque in theatrum induci, aut, quæ volutabra dicuntur, celebrare, vel præter usum communem sibi vestem induere neque quo tempore disciplinam agrediuntur, vel ad finem ejus perveniunt. Qui secus fecerit, segregetur.

Canon 72. Ne orthodoxus Ethnicam doceat, aut contra.

Non licere virum orthodoxum cum muliere hæretica, nec orthodoxam cum viro hæretico copulari: sed si quid ejusmodi ab ullo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias existimari, & nefarium conjugium dissolvi. Si autem adhuc infideles, sunt inter se legitimo matrimonio conjuncti, deinde alter eorum convertatur ad fidem, altero in infidelitate manente, si fideli placeat cum infideli habitare, non à se invicem separentur, juxta Pauli sententiam.

Canon 73. Ne Crucis figura in pavimento fiat.

Cum Crux vivifica illud Salutare nobis ostenderit, nos omne studium adhibere oportet, ut ei per quam ab anti quo lapsi salvati sumus, cum qui pat est honorem habeamus. Unde & mente, & sermone, & sensu adorationem ei tribuentes, Crucis figuras, quæ à nonnullis in solo, ac pavimento sunt, omninò delecti jubemus.

ne incedentium conculcatione, victorie nobis tropheum injuriâ afficiatur. Qui factis fecerit, excommunicari decernimus.

Canon 74. Ut ne agapes fiant in Ecclesia.

Non oportet in Dominicis & locis vel Ecclesiis, charitas, quas vocant, facere, & intus in ade comedere, & accubitus iterare. Qui hoc fecerint, cessent, vel excommunicentur.

Canon 75. Ut cantores Ecclesiastici non utantur modulatione inordinatâ.

Eos, qui in Ecclesiis ad psallendum accedunt, volumus, nec inordinatis vociferationibus uti, nec naturam ad clamorem urgere, nec aliquid eorum, quæ Ecclesiæ non conveniunt: sed cum magna attentione & compunctione, psalmodias per Deo, qui est oculorum inspector, offerre.

Canon 76. Ne intra Ecclesiarum ambitum mercimonia vendantur.

Non oportet, intra sacros ambitus caponam, vel aromatum species proponere, vel alias venditiones facere; suam venerationem Ecclesiis servantes. Salvatore noster nos instituit, non facere domum Patris sui domum negotiationis. Qui factis fecerit, segregetur.

Canon 77. Ne fideles cum mulieribus unâ laventur.

Non oportet, sacris initiatos, vel clericos, vel exercitatores sive monachos lavari cum mulieribus, nec omnem Christianum laicum. Hac est enim prima condemnatio apud gentes. Qui hoc fecerit clericus, depouatur: laicus, excommunicetur.

Canon 78. Ut fideles quies à feriâ opud catechistas fidem recitent.

Quod oportet eos, qui illuminantur, fidem addiscere, & quatuor septimanarum feriâ, Episcopo vel Presbyteris renouari.

Canon 79. Partus virginis fuit citra illum dolorem.

Abque ullo dolore Virginis partum esse confitentes, (ut qui sine femine constitutus sit) eos, qui propter ignorantiam aliquid indecens faciunt, correctioni subjiciamus. Unde, quando aliqui post diem natalis Christi Dei nostri reperiuntur coquentes simulam, & se hâc mirro donantes, prætextu scilicet honoris secundinarum impollute Virginis matris, staturimus, ut deinceps nihil tale fiat à fidelibus. Nec enim hoc honor est Virginis (quæ supra mentem & sermonem, quod comprehendit non potest Verbum peperit carne) ex communibus, & iis quæ in nobis sunt, inenarrabilem ejus partum merito ac describere. Si quis hoc fecerit clericus, depouatur; laicus, segregetur.

Canon 80. Clericus vel laicus per tres hebdomadas absens ab Ecclesia, puniatur.

Si quis Episcopus, vel cotum qui in clero censetur, vel laicus nullam graviozem habeat necessitatem vel negotium difficile, ut à sua Ecclesia absit frequentius, sed in civitate agens tribus diebus Dominicis unâ non conveniat, si clericus est, depouatur: si laicus, à communione separetur.

Canon 81. In trifagio non apponenda crucem.

Quoniam novimus in quibusdam locis in trifagio acclamari post illud; *Sanctus immortalis, hoc, crucifixus pro nobis, miserere nobis*: Nos cum antiquis Patribus stantem, anathematizamus eos, qui deinceps talem susceperint vocem in Ecclesia, vel alias ter sancto hymno apponentes. Si transgressor fuerit Sacerdos, depouatur: si laicus, excommunicetur.

Trifagium appellant Græci hunc in quo Deus ter sanctus nominatur, ut ibi: *Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte immortalis. Anathematizant ergo Patres, illos, qui sic acclamaverint: Sancte Deus crucifixus, &c. Sancte fortis crucifixus*

Patrus Pillo innovator hujus heresis, quod Trinitas sit crucifixa, in Synodo gene i. damnatus

Atheno-

cifixus, Sancte & immortalis crucifixus, &c.

Canon 82. Christus deinceps in figura humana pingatur, non agni.

Inter venerabilium imaginum picturas Agnus digitò Præcursoris monstratus depingitur, qui in figuram receptus est gratiæ, adumbratus nobis verum illum, per legem, agnum Christum demonstratum. Antiquas ergo illas figuras & umbras, velut quasdam veritatis notas, adumbrationesque Ecclesiæ traditas vendicantes, gratiam eisdem præponimus & veritatem: hanc (ut Legis complementum) suscipimus. Itaque, hoc jam quidem re perfectum, picturam artibus ante omnium oculos præscribitur; & picturam illius Agni Christi Dei nostri qui tollit peccata mundi, ut humanus character valet exprimere, in imaginibus imposterum pro veteri Agno erigendam sancimus; peccatam, humilitatem Dei Verbi contemplantur; & velut manducimus ad memoriam illius conversationis in carne & passionis, ejusque mortis salutaris, & redemptionis, quæ ex eo pro mundo facta est.

Author:

Patres voluerunt cessare typos præsentem veritate. Hinc prohibuerunt Spiritum sanctum sub columba figurari, & Magos sub stella, & Christum sub veteri agno, sed humana forma.

Additio F. S.

Si hoc voluerunt Greci Patres, non juxta Ecclesiæ Romanæ consuetudinem statuerunt.

Canon 83. Mortuis non danda Eucharistia.

Nemo cadaveribus mortuorum Eucharistiam impartiat, scriptum est: *Accipite & comedite.* Cadavera nec accipere valent, nec comedere.

Canon 84. est can. 6. Conc. Carthag. V. de baptizandis infantibus, quando non est certum eos esse baptizatos.

Canon 85. Quomodo libertas donati servis, valeat.

Servi, à propriis dominis libertate donati coram tribus testibus, ut hoc honore fruantur, sancimus.

Canon 86. Contra alentes scorta.

Qui scorta in perniciem animatum congregant & alunt, si clerici fuerint, deponantur: si laici, sequeantur.

Canon 87. Vir qui relinquit uxorem aliam ducit, adulter est.

Quæ virum reliquit adultera, si ad alium se contulerit (secundum sacramentum Basilium, qui optimè hoc ex Propheta Jeremia colligit) & qui reliquerit legitimam uxorem, & aliam duxerit, juxta Domini sententiam, adulter est. Sanctum est, ut hi tales per annum luceant; per biennium sint audientes, per triennium subjaceant: & tandem sexto anno congregentur cum fidelibus, & ita demum mensâ Domini digni habeantur, si cum lachrymis pœnituerint.

Canon 88. Ne quis iumentum in templum inducat.

Nemo in sacra templa jumentum inducat, præterquam si quis iter faciens maximâ opprimatur necessitate, & carens domuncula aut diversorio, ad hujusmodi templum divertit. Si enim jumentum non introduceret, forte illud periret, & ipse ob jumentum jacturam inops consilii, ad celeriter viam capescendam mortis periculo obiceretur. Sabbatum enim propter hominem factum esse docemur. Quare præ omnibus æstimanda est hominis salus, & commoditas. Qui secus fecerit deticus deponatur; laicus sequeatur.

Canon 89. Dies passionis Domini nostri ieiunio celebretur usque ad mediam noctem.

Qui dies salutaris passionis in ieiunio & oratione & compunctione cordis peragunt, oportet circa horam medietatis noctis magni sabbati jejunos esse, cum Evangelistæ Matthæus & Lucas, ille quidem per

dictio.

Hoc idem præcipit e. 12. Conc. Antiocheni, supra.

dictionem, *refert autem sabbati, hic verò per; profundam dulcedinem, tarditatem nobis nobis prescribant.*

Canon 90. Ne Dominicis diebus genua flectamus.

Ne Dominicis diebus genua flectamus, à divinis Patribus nostris canonicè accepimus. Quare, post vespertinum ingressum Sacerdotum in sabbato ad altare, (ut more observatum est) nemo genua flectat usque ad sequentem vespertinam post Dominicam; in qua post accessum ad candelabrum, rursus genua flectentes, sic preces Domino offerimus. Salvatoris enim nostri resurrectionis præcursores noctem, quæ fuit post sabbatum, accipientes, hymnos ab ea spiritualiter incipimus, festum ex tenebris in lucem finientes, ut in perfecto & integro die ac nocte, nos resurrectionem celebremus.

Canon 91. Contra faminus quæ abortus procurant.

Quæ pharmaca procurant abortus facientia; & quæ venena suscipiunt partus perimentia, pœnâ exisoris accusentur.

Canon 92. Puniantur raptores, & confecti.

Raptores faminarum sub nomine consortii, sive patratore ipsi, sancivit Synodus sancta, ut clerici deponantur: laici anathematizentur.

Canon 93. Ne quis ad secunda vota transeat, nisi certus de morte conjugis.

Mulier, quæ viro succedente, & incompetè quò terrarum agat, antequàm de morte certa sit alteri si nupserit, Mœchatur. Similiter & militum uxores, quæ nubunt ignorantibus virorum facta, eidem subjaceant rationi; utri, quæ non expectat reditum viri peregrinantis: quamquam in hac re est quodammodo venià digna, quia plerumque mors præsumitur.

Canon 94. Ne quis Ethnicè iuret.

Jurante juramenta ethnica, nos hujusmodi homines excommunicandos decernimus.

Canon 95. Qualiter suscipiendi heretici.

Venientes ad Ecclesiam hæreticos suscipimus secundum morem, & ordinem traditum. Arianos quidem & Macedonianos, & Novatianos (qui se puros Arianos que vocant) & Tesharesdecaritas, & Apollinaristas suscipimus, si libellos afferant, & execrentur quamlibet hæresin. De Paulianistis autem constitutio ab Ecclesia Catholica facta est, ut omnino rebaptizentur. Eunomianos verò, qui una submersione baptizantur, & Montanistas, qui hic Phryges dicuntur, & Sabellianos, & reliquas omnes hæreses, præsertim quæ à Galatarum regione sunt profecti, venientes ad Ecclesiam, non secus ac gentes suscipimus. Ex primo die ipsos Christianos facimus: Secundò verò catechumenos: Tertio tamen ipsos auctoramus, postquam ter in flavimus in faciem & aures. Sic illos initiamus, facimusque ut in Ecclesia numerentur, & audiant Scripturas, & tunc illos baptizamus. Manichæos verò, & Valentinianos, & Marcionistas, & hujusmodi hæresum, libellos oportet facere, & execrari hæresim, & Nestorium, & Euthycem, & Dioscorum, & Severum, & reliquos hujusmodi hæresum principes, & omnes prolatas hæreses: & sic participes esse sanctæ communionis.

Canon 96. Ne quis calami stratis crinibus incidat.

Qui per Baptismum Christum induerunt, conversationem ejus in carne imituros professi sunt. Qui igitur capillos in perniciem intuentium excogitata quædam implicatione digerunt, intenteque ornant, veluti quasdam elcas infirmis animabus ex eo proponentes, eâ ratione, paternâ pœnâ curamus (ut pædagogii) ipsos instruentes, & modestè vivere docentes, ut cum reliquerint deceptionem hanc & ineptias, ad perpetuam beatamque vitam assidue mentem convertant, & in timore purè & castè converteant, ad Deumque quantum fieri potest accedant.

Canon 194. Concilii Niceni & can. 7 & 8. Laodic. & can. 7. Synod. 2. iuxta editionem Græcam, quoniam deest in Latinis exemplaribus.

dant, & interiorem potius quàm exteriorem hominem virtutibus ornent, ut nullas secum reliquias ferant aduersæ illicititatis. Qui secus se gesserit, excommunicetur.

Canon 97. Qui temple profanant, vituendū.

Qui cum uxore habitant, vel tenere aliàs sacra loca profanant, & sic in ipsis diuersantur, eiciens sanctum a penetrabilibus ædium sanctarum. Qui hoc non serauerit, si clericus est, deponatur: & laicus, segregetur.

Canon 98.

Qui mulierem alii desponsaram, viuentē adhuc sponso in uxorem duxerit, iudicio adulterii subiaceat.

Canon 99. Ne particula stata Sacerdotibus offerantur.

Et hoc in Armeniorum regione fieri intelleximus, quosd̄ m̄ intus in factis Altaribus eum carniū portiones elixaverint, offerre particulas quasdam Sacerdotibus, quæ solemniter à victimis ab seipdebantur, eas Judæis distribuentes. Quare sanctimus, ne Sacerdotibus liceat præcipua certaque tornacula carniū ab offerentibus accipere, sed illis contenti sint, quæ offerenti plauserint, & hujusmodi oblatio extra Ecclesiam fiat. Qui secus fecerit, excommunicetur.

Canon 100. Ne turpes imagines pingere liceat.

Facile sensus corporei quæ sua sunt in animam derivant. Picturas igitur oculorum præligatrices, sive in tabulis, sive aliàs propositas, & mentis corruperices, & sufflammationum ad turpes voluptates incitatrices, sanctimus, ut nullatenus in posterum pingantur. Si quis autem hoc fecerit, excommunicetur.

Canon 101. Quo gestu accedere oportet ad Eucharistiam.

Hominem ad Dei imaginem factum divinus Apostolus vocat corpus Christi & templum. Cum omnem ergo sensibilem possessionem superet, qui salutari passio-

ne celestem affectus est dignitatem, manducans & bibens Christum, omnino vitæ applicatur æternæ, animâ & corpore sanctificatus, particeps est Divinæ gratiæ. Quare, si quis immaculati corporis in finâs tempore esse particeps voluerit, & offerre se ad communionem, manus in formam crucis figurans, sic adeat, & suscipiat gratiæ communionem. Eos enim, qui pro manu vascula quædam aurea, vel ex alia materia construunt ad susceptionem Divini doni, & per illa immaculatam communionem volunt, nullo modo admittimus, ut præferentes materiam inanem hominiquè obnoxiam Dei imagini. Si quis Sacerdos particeps fecerit communionis hujusmodi vascula admoventes, & ipse excommunicetur, & is, qui hæc infert.

Canon 102. In abstrahendis hominibus à peccatis qua cura adhibenda.

Oportet, qui facultatem absolventi & ligandi à Deo receperunt, peccati qualitatem speculemur, & peccatoris promptitudinem ad reversionem, ut sic medicamentum admoveant ægritudini aptum; ne, si de peccato sine discrimine statuant, aberrent à salute ægotantis. Non enim simplex est peccati morbus, verum varius & multiformis, plurimisque noxiis propaginibus subpullulans, ob quas malum longè latèque diffundit ac serpit, quo usque tandem virtuti medicantis resistat. Igitur, qui ostendere voluerit quantum valeat in spiritali medici arte, oportet attentè rimari, qualis affectus sit qui peccavit; an ad salutem inclinet, an contra, moribus quibus familiariter assuevit aduersus se ægritudinem provocet, inspicere; & quid ille secum delibaret ad redeundum ad meliorem frugem? An obtemporet magistro? An mentis ulcus per admoda pharmaca crescat? Et sic misericordiam æquâ lance impartiri. Summa enim ratio & Deo, & Præfeco huic pastorali curæ, errantem ovem reducere, & vulneratam ab angue curare, &

Infirmitas
Cœci
Worm
cins.

Worm
Parsi
dum
omni
Parsi
tia.

& nec per precipitia desperationis detrudere, nec habenas laxare ad vitæ dissolutionem & concuprum; sed omnimodò, quæ pharmacis austeribus, quæ mollioribus & levioribus morbo contrahere, pugnaque, ut ulcus cicatricem obducat; utque notos habeat penitentiam fructus, & hominem (ad claritatem illam supernam vocatum) prudenter gubernet. Utraque igitur scire oportet, & quæ sunt rigoris, & quæ commiserationis, sequi verò non eos, qui superficialiter traditarum figuratum suscipere, ut nos divinus Basilius docuit.

Imperator Justinianus, fidelis in Deum

Jesum Christum, assistens omnibus decretis & obtemperans, subscripsi. * Sanctissimus Papa Romanus: Paulus Episcopus Constantinopolit. novæ Romæ; definiens subscripsi. Similiter & reliqui Episcopi ex omni provincia subscripserunt 227.

Expliciunt Canones sextæ Synodi in Trullo congregatæ.

In Decreto Gratiani adscribuntur aliquor Decreta huic Synodo, & septimæ etiam generali, quæ inter superscriptos Canones non continentur. Ex quo certo apparet vitio typographorum, id factum esse. *Ascher.*

* Error. Papa enim non subscripsit, sed solum ad subscribendum (& quidem post Imperatorem) Patres Concilii locum summum Pontifici relinquerunt.

CONCILIUM TOLETANUM XII.

Tempore AGATHONIS vel LEONIS Pape, anno primò
Ervigii Regis.

Canon primus.

Agnoscat verus Rex, & legitimus Banabæ successor Ervigius, quem & divinum iudicium in regno prælegit, & decessor Princeps successorem sibi instituit, & totius populi amabilitas exquisivit. Unde subiacet Synodus sic: Dignum est, ut Sacerdotum ordo honorabiliter veneretur, & suscipiat in Regem: Unde non erit jam deinceps ab anathematis sententia alienus, quisquis contra salutem ejus extiterit vocem.

Canon 2. De his, qui penitentiam
nescientes accipiunt.

Multos sæpe aspexit in salute positos, ultimum desiderantes penitentiam fructum; & rursus nimietate ægritudinis

ita loquendi & sentiendi naturale perdidisse officium, ut nulla illis cura salutis suæ videretur ineffe, nullo etiam pristinæ devotionis noscerentur desiderio anhelare: quorum tamen casibus fraternitas condolens, ita talium necessitates in fide susceperit sua, ut ultimum illis tribuatur viaticum, scilicet, ne sine fructu penitentiam videantur transire à seculo. Quod si forsitan, respiciente Domino, salutem pristinæ reformentur, agunt cautionibus vanis & oppositionibus execrandis, qualiter à se tonitur venerabile signum expellant, atque habitum religionis abjiciant, impudentissimè asserentes, idè se nullis regulis Ecclesiasticæ disciplinæ sub hoc voto teneri, quia penitentiam nec ipsi petierunt, nec consentientes acceperunt:

quorum impudentia, divinæ bonitatis (quæ eos ad tam venerabile ac fecundum fructibus vocavit Sacramentum) turpiter immemor, & obstinata procacitas, non aliquando diceret talia, si qualiter ad vitam per sacrosancti lavaeri gratiam venerit, meminisset. Etenim parvulorum infantium vita originali peccato obnoxia (quæ nulli, propter ætatem, discernendi vel expetendi sensui apriori iudicatur) nisi ex sponione fidelium, baptismi accipiant Sacramentum, nullo sensu, nullâ etiam discretionis induitriâ id appetere possunt. Unde sicut baptismus, quod nescientibus parvulis, sine ulla contentione in fide tantum proximorum accipitur; ita pœnitentiæ donum, quod nescientibus illabitur, absque impugnantia violationis, hi, qui illud acceperint, observabunt. Si quis autem quolibet modo pœnitentiâ accipiens, hoc violaverit Synodale institutum, ut verè transgressor, paternis regulis ferietur. Nec enim ista statuentes, Sacerdotes quoque, ut passim & licenter donum pœnitentiæ non pœnitentibus audeant protogare, absolvimus: sed hos, qui quâlibet sorte pœnitentiâ susceperint, ne ulterius ad militare cingulum redeant, religimus.

Canon 3. Pœnitentiam quos regia admittit potestas, clerus non exiit.

Vidimus, nonnullos, & flevimus, ex numero culpatorum receptos in gratiam principum extorres extitisse à collegio Sacerdotum: ab eis nulla se abstinere Sacerdotum communio; sed quos regia potestas aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes mentis effecerit, hos Sacerdotum & populorum conventus suscipere in Ecclesiasticam communione debet: ut quod Principalis pietas habet acceptum, nec à Sacerdotibus Dei habeatur extraneum.

Canon 4.

Ut in villulis nullus ordinetur Episcopus. In Sardicenf. Concil. can. 16. in Laodiceno can. 57. in Carthag. XI. c. 5. & Carthag. e. 42.

CONCIL. XII.

Canon 5. Contra Sacerdotes, qui non semper sacrificantes communiant.

Relatum nobis est, quosdam de Sacerdotibus, non tot vicibus communionis sanctæ gratiam sumere, quot sacrificia in una die videantur offerre: sed in uno die, si plurima per se Deo offerant sacrificia, in omnibus se oblationibus à communionem suspendunt, & in sola tantum extrema sacrificii oblatione communionis sanctæ gratiam sumunt, cum dicat Apostolus: *Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris?* Certum est, quod hi, qui sacrificantes non edunt, rei sunt Domini Sacramenti. Quicumque ergo Sacerdotum deinceps Divino altari sacrificium obaturus accesserit, & se à communionem suspendit, ab ipsa, quæ se indecens et privavit gratiâ communionis, anno uno repulsum se noverit.

Canon 6. De auctoritate episcopalis Pontificis Toletano in promotiones Episcoporum.

Illud quoque decernendum nobis occurrit, quod in quibusdam civitatibus, decedentibus Episcopis propriis, dum differtur diu ordinatio successoris, non minima creatur officiorum Divinorum offensio. Unde placuit omnibus, (sive privilegio uniuscujusque provincie) ut licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoscumque regalis potestas elegerit, & jam dicti Toletani Pontificis iudicium dignos esse probaverit, in quibuslibet provinciis præficere Præsules, & decedentibus Episcopis eligere successores. Sic tamen, ut quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus, infra trium mensium spatium proprii Metropolitanæ præsentiam visurus accedat, qualiter ejus auctoritate vel disciplina instructus; condignè susceptæ sedis gubernacula teneat. Quod si per desiderium aut neglectum quilibet constituti temporis metas excesserit, excommunicetur. Hanc quoque definitionis formulam sicut de

Deo
dicitur
quod
quod.

Semp
oblati
sacris
sunt
1. Ci

D 61
Imp 1

Tolet
Pont
pote
voe h
poe.
regia
fias p
elegit.

Episcopus

Episcopis, ita de cæteris Rectoribus placuit observandam.

Canon 7.

De recepto testimonio personarum, quæ per legem tetitandi licentiam perdidit. Nihil habet annotatione dignum.

Canon 8. De his qui uxores suas temerè relinquant

Præceptum Domini est, ut exceptâ causâ fornicationis uxor à viro dimitti non debeat. Et idcò, quicumque citra culpam criminis suscipiisti, uxorem suam quacumque occasione dimiserit, quia, quos Deus junxit, ille separate disposuit, tamdiu ab Ecclesiastica communione privatus, & à cœtu omnium Christianorum maneat alienus, quamdiu societatem relicte conjugii sincerè amplexatur, & fovet. Ita tamen, ut qui jam admoniti à Sacerdote semel, bis, terque ut corrigentur, ad thorum suæ conjugis noluerint redire, & à palatine dignitatis officio ipsi se separabunt, & insuper generosæ dignitatis testimonium, quamdiu in culpa fuerint, amisuri sunt.

Canon 9.

De confirmatione legum, quæ contra Judæorum nequitiam promulgatæ sunt per Ervigium Regem.

Canon 10.

Consentiente pariter Domino nostro Ervigio Rege, hoc sanctum Concilium definiit, quòd nullus audeat eos, qui confugiunt ad Ecclesiam metu vel terrore, vel qui ibi resident, inde vi abstrahere.

Canon 11.

Contra cultores Idolorum, ut per regiam potestatem puniantur. Exod. 22. Deut. 17.

Canon 12.

Ut annis singulis in unaquaque provincia Concilium celebretur.

Canon 13.

Totum consilium in gratiarum actionibus Deo, & Regi Ervigio, & subscriptionibus Episcoporum.

Explicit Concil. Toletanum XII.

BENEDICTUS II. patriam Romam, divinx Scripturæ ita operam dedit, ut exercitatione & doctrinâ in rebus divinis, singularis tunc haberetur. Ad hunc Constantinus Imperator 61. (hominis sanctitate permotus) sanctionem misit, ut deinceps, quem clerus, populus, exercitusque Romanus in Pontificem elegerit, eundem statim verum Christi Vicarium esse omnes crederent, nullâ aut Constantinopolitani Principis, aut Italix hexarchi expectatâ authoritate, ut antea fieri consueverat; id enim ratum erat in creando Pontifice, quod Princeps confirmasset, vel qui ejus vices in Italia gerebat. Sedit menses 8. dies 17.

JOANNES V. Antiochenus, Cytici filius, vir optimis moribus, ac litteris instructus; qui dum esset Diaconus, missus fuerat ab Agathone Papa unus ex Legatis ad sextam Synodum Is ex concessione Superiori anno à Constantino Augusto facta Benedicto Pontifici, non petita confirmatione Imperatoris, consecratus est. Sedit annum unum, & dies 11.

CONON. Thracia oriundus, æducatus in Sicilia, & deinde in Ecclesia Romana inter Presbyteros meritis, vir multis egregiis virtutibus præditus consentientibus in eum omnium votis, cum antea schismate divisi essent in electione Theodori & Petri ejusdem Ecclesie Presbyterorum, in Pontificem eligitur, quem Justinianus Imperator adversatus, ejus Legatos Constantinopolim missos, prævaricari cœgit. Sedit anno non integro.

SERGIUS I. natione Syrus, patre Tiberio, à S. Leone Papa Presbyter ordinatus titulo S. Susannæ, communi consensu electus est in Pontificem, postquam dicitur schismate populus divisus fuisset in duas factiones in electione Theodori Archipresbyteri, & Paschalis Archidiaconi. De eo refertur, quod à calumnia P. P. incertus.

308 VITA JOAN. VI. JOAN. VII. SISINNI, CONSTANT. P. P.

incretus fuerit vendicatus testimonio pueri novem dumtaxat dies nati. Romam evocavit Venesabilem Bedam ex Anglia. Sedit ann. 9. 13. mensis 8. dies 14. Ob meritum Sanctitatis Mar. yro. ogio Romano adscriptus.

An. D. 701.
Joan. VI.
Papa 86.

JOANNES, ejus nomine VI natione Græcus. Adversus eum recenter elatus à Sicilia Romam venit Theophylactus Exarcus Italiae: sed cum in defensionem Pontificis universa Italiae militia Romam convenisset; per ipsum Joannem idem Theophylactus militum furore liberandus fuit, ab eoque tempore Exarcorum vires tenues reddi coepere. Tempore hujus Pontificis, Saraceni, occupati Libya & Africa, transmissis Atlanticis fretis, omnes Hispanias, præter Astures, & Cantabros occupaverunt. Sedit annos, menses 2. dies 12.

An. D. 705.
Joan. VII.
Papa 87.

JOANNES VII. & ipse natione Græcus. Ad eum Justinianus Imperator legationem misit, ut Canones 102. sub

nomine Sextæ Synodi editos, id est, Trullanos, examineret & quos consentientes sanæ doctrinæ reperisset, confirmaret. Quos, vel ex parte approbare recusavit, eo quod in non legitima Synodo constituti fuissent. Sedit annos 2. menses 7. dies 17.

SISINNIUS, natione Syrus, cum revisset Pontificatum, cumque tenuisset dies dumtaxat 20. repentinâ morte sublatus est, sepultus in Basilica S. Petri.

An. D.
Sisin.
Papa 8

CONSTANTINUS, & ipse natione Syrus. Illum Justinianus Imperator accersit ab urbe Constantinopolim, ut suis aliquis poneretur controversiæ de Canonibus sextæ Synodo superadditis, seu Trullanis. Ad multum occursum Nicomediæ, Imperator se ad pedes Pontificis prostravit, ac dein ab ejus manu sacram Communionem accepit. Canones tamen præsentis Synodi approbare non voluit. Sedit annos sex, mensem 1.

An. D.
Const.
Papa 9

Concilium
Tolet. XIII.

CONCILIUM
TOLETANUM XIII.

Annò quarto ejusdem Regis Ervigii, nihil habet singulari annotatione dignum.

An. D. 714.
Gregor. II.
Papa 90.

GREGORIUS II. natione Romanus, ex patre Marcello, sedit annos 16. menses 8. dies 20. Leone Iconomachò Imperatore 68. Fuit hic Pontifex divinâ Scripturâ eruditus, facundus eloquentiâ, constans animò, Ecclesiasticorum dogmatum defensor, & contrariorum fortè limos impuguator. Eò tempore fluxus Tyberis

alveum suum egressus, se per campestria dedit, & intravit inundatione aquarum multarum, & transcendit aliquibus locis muros urbis, & ultra basilicam S. Marci per plateas se extendit, ita ut in via lata, ad unam & semis staturam aqua ejusdem fluminis excrevisset.

Similis inundatio fuit sub Clem. VII. anno Dom. 1530. 8. die Octobris.

Extant

Extant aliquot hujus Pontificis epistolæ, maxime ad Thuringos, & Saxones, & Germanos, qui desertâ fide, ad idola colenda fuerant compulsi per Paganos; ad quos misit Bonifacium Episcopum, qui eos ad fidem Catholicam revocaret.

12. GREGORIUS III. natione Syrus, ex patre Joanne, sedit annos 10. mens. 9. dies 12. Vir mitissimus, & va de sapiens, in divinis Scripturis sufficienter instructus. Græcâ, Latinæque linguâ eruditus. Psalmos omnes per ordinem retinens memoriter, & in eorum sensibus subtilissimâ exercitatione limatus, Leone III. Iconomacho Imperatore, ad quem sed sine effectu Legatos misit, ut eum revocaret ab Iconoclastia.

Extant Decreta illius, quæ in Synodo quadam instituit observanda: in quibus cavetur, ne inter consanguineos celebrentur conjugia, quomodo nunc cautum est in iure.

Extat epistola ejus ad Bonifacium apud Germaniam Legatum, in qua consultus de duobus articulis, respondet: Primò: "Legebatur in tua epistola, ut quota progenies propinquorum, matrimonio copuletur? Dicimus, quòd oportet tuerat quidem, quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad hujus copulæ non accedere societatem, sed, quia temperantia magis, & præsertim in tam barbaram gentem plus placet quam distinctio censuræ, concedendam est, ut post quartam generationem jungantur. Secundum, quod querit: Si mulier infirmitate correpta non valuerit debitum viro reddere, quid ejus faciat jugalis? Respondet: Bonum esset, si sic permaneret, ut abstinentia vacaret: sed quia hoc magnorum est, ille, qui se non poterit continere, nubat magis: non tamen subsidii opera subtrahat ab illa quam infirmitas precepit, & non detestabilis culpa excludit."

Forsan ea infirmitas præcessit vinculum

matriæ, & erat talis, quæ redderet illam incapicem conjugii: quoniam si subsecuta est infirmitas conjugium, non daretur ea venia denud nubendi.

Adm. F. S.

Ita esse, quòd infirmitas mulieris istius esset impotentia perpetua, eaque prior matrimonio. diximus lib. 4. de Pontif. q. 2. a. 10. ad 6.

ZACHARIAS, natione Græcus, ex patre Polychronio, sedit annos 10. menses 9. dies 20. vir mitissimus atque suavis, amator clesi & totius populi Romani, tardus ad irascendum, & velox ad miserendum, Constantino & Irene ejus matris imperantibus. Hic invenit totam Italianam bellorum turbatione commotam, quam suo prudentissimò studio penè totam pacavit.

Extat epistola Bonifacii apud Germaniam Legati ad Zachariam Papam, in qua requirit voluntatem Sedis Romanæ in quibusdam, quæ vitæ sunt illi necessaria ad confirmandam fidem Germanorum.

Primum: "Necesse habemus indicare paternitati vestræ, quia per Dei gratiam Germaniæ populis aliquantulum correctis, tres ordinavimus Episcopos, & provinciam in tres parochias discrete, & in illas tres urbes in quibus constituti & ordinati sunt, scriptis autoritatis vestræ confirmari & stabiliri precantes desideramus: ut (si Dominus voluerit) per autoritatem & præceptum, sanctisque justificationibus Apostolicis fundata & stabilizata sint tres in Germania Episcopales Sedes, & ut præfentes vel futuræ generationes non præsumant vel parochias corrumpere, vel violare præceptum Apostolicæ Sedis.

Secundum: "Notum sit similiter paternitati vestræ, quòd Carlomanus Rex Francorum, me accersitum ad se rogavit, ut in parte regni Francorum, quæ in sua est potestate, Synodum inciperem

AN. D. 742.
Zacharias
Papa 92.

Bonifacius
petit confirmari per
Episcopum
Romanensem
Episcopales, quæ
erant in
Germania.

Requirit
autoritatem Pontificis
Romani ad congregandam
synodum.

„ inciperem congregare, & promisit, se
 „ de Ecclesiastica religione, quæ jam
 „ longo tempore, id est, non minus quàm
 „ per 60. vel 70. annos calcata & dissipata
 „ fuit, aliquid corrigere & emendare
 „ velle. Quapropter, si hoc (Deo inspi-
 „ tante) veraciter implere voluerit, con-
 „ silium & præceptum sanctæ vestræ au-
 „ thoritatis, id est, Apostolicæ Sædis ha-
 „ bere, & scire debet.

„ Tertium: „ Deinde, si inueneto apud
 „ illos Diaconos & Presbyteros fornicari-
 „ os & adulteros, & sic pro populo sacra-
 „ tas oblationes offerre, volo habere
 „ præceptum, & conscriptum auctoritatis
 „ vestræ, quid de talibus definiatis; ut
 „ per responsum Apostolicum convin-
 „ cantur, & arguantur peccatores.

„ Quartum: „ Inueniuntur quidam inter
 „ eos Episcopi, qui licet dicant se fornicari-
 „ os, vel aduteros non esse, sed sunt
 „ ebriosi, & incuriosi, vel venatores, &
 „ pugnant in exercitiis amari, &
 „ effundunt propriâ manu sanguinem ho-
 „ minum paginorum, siue Christiano-
 „ rum: Volo scire sententiam vestram:
 „ quia servus Legatus Apostolicæ Sedis
 „ esse dignoscor, & unum sic verbum
 „ meum hæc, & verum ibi.

„ Quintum: „ De una re & consilium
 „ querere & licentiam petere necesse
 „ habeo, eod quod venet. dæ memoratæ
 „ prædecessor vester, sicut audistis, in
 „ præsentia vestra mihi præcepit, ut Pres-
 „ byterum post obitum meum (Deo volente)
 „ in Ecclesiastico ministerio hæ-
 „ redem & successorum constituere de-
 „ berem; & hæc mihi (si Dei voluntas
 „ est) placeat: sed modò dubito, &
 „ nescio si fieri possit: quia postea frater
 „ illius avunculum ductis R. gis Franco-
 „ rum occidit, & adhuc ignoramus qua-
 „ liter ista discordia pacificati & finiri
 „ valeat. Idèd ebicero, ut auctoritati
 „ vestræ licentia sit, ut cum consilio ser-
 „ vorum Dei de ista electione faciam
 „ quod nobis in communi pro Deo, &

„ pro Ecclesiæ utilitate vel fructu spiri-
 „ tuali, & defensione religionis optatum
 „ esse videatur, & mihi inspirare dignetur
 „ Deus: quia hoc non videtur posse
 „ fieri, si contrarius Princeps fuerit.

„ Sextum: „ Querere, & interrogare
 „ Paternitati vestræ consilium debeo de
 „ quadam confusione & scandalo prædi-
 „ cationis, quæ nuper ad nos veniens,
 „ mentem nostram conturbavit, & Sacer-
 „ dotibus Ecclesiarum verecundiam in-
 „ cutiebat: quia laicus quidam dicebat sibi
 „ ab Apostolicæ sedis Pontifice, S. memoratæ
 „ Gregorio, datam fuisse licentiam, ut in
 „ matrimonium acciperet viduam Avun-
 „ culi sui, quæ & ipsa fuit uxor consobri-
 „ ni, & illa, eò vivente discessit ab eo, & isti
 „ viro in tertio gradu propinqua illius esse
 „ dignoscitur, qui nunc eam accipere
 „ desiderans, affirmat sibi licentiam da-
 „ tam: & deinde, votum votis Deo ca-
 „ stitatis, & velata fuit, & iterum abjectis
 „ velamine maritata: tale enim matri-
 „ monium supradictus homo ab Aposto-
 „ lica Sede sibi affirmat esse concessum,
 „ quod non existimamus verum: quia
 „ Synodus & Ecclesia in qua natus & con-
 „ titus fuit, eam copulam & matrimo-
 „ nium, maximum scelus, & incoëstum,
 „ & horribile flagitium, & damnabile
 „ piaculum fieri, ex auctoritate sanctæ
 „ Scripturæ iudicabant. Quapropter Pa-
 „ ternitas vestra hujus rei veritatem nobis
 „ indicare non dedignetur, ut Ecclesiæ
 „ Sacerdotibus, vel populo Christiano
 „ inde scandala, vel schismata, vel novi
 „ errores non orientur, & concreant.

„ Septimum: „ Quia carnales homines
 „ idiotæ, Germani, vel Franci, si juxta
 „ Romanam urbem aliquid facere vide-
 „ rint ex his peccatis, quæ nos prohibe-
 „ mus, licenti & concessum a Sacerd-
 „ tibus esse putant: & dum nobis impro-
 „ perium deponant, sibi scandala unquam
 „ accipiunt; sicut affirmant se idisse
 „ annis singulis in Romana urbe, & juxta
 „ Ecclesiam S. Petri in die vel nocte
 „ quando

„ dicit Bonifacius si
 „ illi eligere
 „ successorem
 „ in sedis
 „ m.

„ De si
 „ lo non
 „ dispen-
 „ dunt.

„ Facit
 „ hinc
 „ etiam
 „ quod
 „ peccat.

quando Calendæ Januarii intrant, Pa-
ganorum consuetudine choros ducere
per plateas, acclamationes ritu geni-
lium, & cantationes sacrilegas celebra-
re, & mensas illâ die vel nocte dapibus
contare: quæ omnia eò quòd ibi à car-
nalibus & insipientibus videntur, nobis
hic improprium, & impedimentum
predicationis & doctrinæ perficiunt:
& si istas paganas paternitas vestra ibi
in Romana urbe prohibuerit; & sibi
mercedem, & nobis maximum profe-
ctum in doctrina Ecclesiastica perficiet.
Hæc omnia, Domine clarissime, propte-
rca vobis nota facimus, ut vestræ au-
thoritatis responsum talibus dare pos-
simus, & per cautelam vestræ doctrinæ
oves Ecclesiæ non seducantur, sed dupi-
ticipes superati pereant.

*Epistola Zachariae Papa ad Bonifacium
Episcopum.*

„ Suscepimus fraternitatis tuæ litte-
ra, & petis ut per auctoritatem nostræ
Sedis Episcopales ibidem Sedes fir-
mentur. Sed tua sancta fraternitas
penitet maturè, si expedit, aut si loca
vel populorum turbæ talia esse proban-
tur, ut Episcopos habere mereantur.
Memineris, quòd in factis Canonibus
præcipitur observare, ut minimè in
villulas, vel in modicas civitates Epi-
scopos ordinemus, ne vilescat nomen
Episcopi. Sed nos tuis litteris proyo-
cati, quæ proposuisti, absque mora
concedi patimur, & statim per A-
postolicam auctoritatem Episcopales
illie Sedes, quæ per successionem E-
piscopos mereantur, & populis præsent,
æque in quibus verbum predicationis
subiectis insinuetur. Et nulli post hæc
liceat hæc, quæ à nobis sancta sunt,
quoquomodo violare, quæ auctoritate
B. Petri Apostoli firma esse decemi-
mus.
„ De eo autem quod intimasti, quod

Carlomannus te rogavit: Responde-
mus, quòd, dum juvante Deo, quæ à
præfato filio nostro promissa sunt, ad
effectum perducta fuerint, tuæque fra-
ternitas memorato Concilio confede-
rit; si quos repererit Episcopos, Pres-
byteros, aut Diaconos contra Canones
vel statuta Patrum excessisse, id est,
in adulterio, si vel plures uxores ha-
buerunt, aut si sanguinem Christiano-
rum sive Paganorum effuderunt, &c.
nullâ ratione, Apostolica auctoritate
permittas Sacerdotiû fungi; quia tales
à suo proprio ore falsi nominantur Sa-
cerdotes, & peiores ac deteriores se-
cularibus esse noscuntur, qui se neque
à fornicationibus, nec à nefariis ma-
trimoniis abtinent, neque ab homi-
num sanguinis effusione manus servant
innocias.

„ Quales se esse Sacerdotes existimant?
„ Dicente Dominò: Sacerdotes mei se-
mel nubant; & Apostolus: *¶ Finis. uno-
ris unum, &c.* Et hoc ante susceptum
Sacerdotium uti licitum est: nam à die
suscepti Sacerdotiû, etiam ab ipso pro-
prio conjugio prohibendi sunt, &c.
„ Quomodo se Sacerdotiû fungi conside-
rant, qui talibus sceleribus involuti esse
monstrantur? Qui peiora secularium
scelera committunt, ut plures uxores
habere præsumant, quibus nec unam
concessum est post susceptum ministre-
rium atrectare? Illi namque (ut præ-
missi) nec Sacerdotiû fungi pariantur,
nec divina contingere mysteria com-
monemus.

Ad quintum, „ De eo autem quòd tibi
successorem constituere dixisti, ut te
jubente in tuo loco eligatur Episcopus,
hoc nullâ ratione concedi patimur,
quia contra omnem Ecclesiasticam re-
gulam, vel instituta Patrum esse mon-
stratur. Sed volumus, ut tibi ministret,
& sit in Evangelium Christi adjutor.
„ Nimis enim reprehensibile manifestum
est, ut te vivente, tibi alium substitua-

*Quæstio
hujus permitti
sunt est Sacer-
dotibus
conjugium.
Tit. 8.*

*7. q. 16.
De eo autem.
Non con-
ceditur ut
Episcopo
superstita,
alio suo-
cessorem
subnoget.
7. q. 1 c. 1.
Sibi ut con-
stitu-*

Conceditur
Bonifacio
ut hora
mortis, sibi
successorem
definiat.

mus. Sed hoc commoremus, ut quam-
diu te divina iusserit clementia super-
esse, sine intermissione orare non ces-
ses, ut tibi Deus illum successorem
concedat, qui ei possit esse placabilis,
& populum, quem ad suam gratiam
(per vitæ sanctitatis indulgentiam) vo-
care voluit, irreprehensibiliter regere
valeat, atque ad viam vitæ elaborare
perducere. Si autem contingat aliquem
post tui transitum diem superesse, quem
idoneum cognoveris, & in tua volun-
tate fuerit definitum; eâ horâ, quâ te
de præsentis seculo migraturum cogno-
veris, præsentibus cunctis, tibi succes-
sorem designa, ut huic veniat ordinan-
dus. Hoc nulli alii concedi patimur,
quod tibi (charitate cogente) largiri
censuimus.

Quæstionem
corruptam
piscopus
Romæ
dixit
contra Ca-
nonem Pa-
trium.

Ad sextum, " De illo autem, qui vi-
duam avunculi sui, &c. Absit hoc, ut
prædecessor noster ita præciperet. Nec
enim ab Apostolica Sede illa dirigun-
tur quæ contraria esse Patrum sive
Canonum institutis perhibentur. Idem
admonere, adhortari, increpare eos,
frater, ne cesses, quatenus à tali sce-
lesto recedant matrimonio, ut non in
æternum pereant.

Ad septimum: " De Calendis verò
Januariis, vel cæteris auguriis, vel
aliis diversis observationibus, quæ
Gentili more observari dixisti apud
B. Petrum Apostolum, vel in urbe
Roma, hoc & nobis & omnibus Chri-
stianis detestabile, & perniciosum esse
judicamus, dicente Deo: Non augu-
rabimini, neque observabitis somnia.

Ita & à nobis cavendum esse censuimus;
ut nullis auguriis, vel observationibus
attendamus; quia omnia hæc abscissa
esse à Patribus sumus edocti. Et quis
per instigationem diaboli iterum pul-
sabat; à die, qua nos iussu divina
clementiæ Apostoli vicem gerere, illud
omnia hæc ampuavimus. Pari enim
modo volumus, tuam sanctitatem po-
pulis tibi subditis prædicare, atque ad
viam æternæ vitæ perducere, &c. Deus
te incolumem custodiat Reverendissime
Frater.

*Est alia Epistola ad eundem
Bonifacium.*

Reverendissimo Fratri Bonifacio E-
piscopo, &c. Retulerunt, quod fuerit
in eadem provincia Sacerdos, qui La-
tinam linguam penitus ignorabat, &
dum baptizaret, nesciens Latinum
eloquium, infringens linguam, diceret:
Baptizo te in nomine patriæ, & filii, &
spiritus sancti: ac per hoc tua fraternitas
consideravit rebaptizare. Sed
Sanctissime Frater, si ille, qui bap-
tizavit non errorem introducens, aut
hæresim, sed pro sola ignorantia Ro-
manæ locutionis, infringendo linguam,
baptizans dixisset, non posset con-
sentire, ut denuò baptizentur: quia
quicumque baptizatus fuerit ab hære-
ticis *In nomine Patris, & Filii, & Spi-
ritus sancti* (ut tua fraternitas bene
comperit habet) nullò modo rebap-
tizati debet; sed per solam manus im-
positionem purgari. Valè Frater.

Levit. 19.
Item. 23.

SYNODUS
GALLICANA.

Synodus
Gallicana
A. D. 742.

*Sub ZACHARIA Papa, mandato Apostolico, à Sancto Bonifacio,
& Francorum Episcopis sub Carlemano Duce, habita anno 742.*

IN nomine Domini, &c. Ego Car-
lomannus Dux, &c. Anno ab In-
carnatione Christi 742. 11. Cal.
Martii, cum consilio servorum Dei &
optimatum meorum, Episcopos qui in
regno meo sunt, cum Presbyteris ad Con-
cilium & Synodum pro timore Christi
congregavi, Bonifacium Archiepiscopum,
ac reliquos Episcopos cum Presbyteris
eorum; ut mihi consilium darent; quo-
modo lex Dei & Ecclesiastica religio re-
cuperetur, quæ in diebus præteritorum
Principum dissipata corruit; & qualiter
populus Christianus ad salutem animæ
pervenire possit. Et ordinavimus consilio
Sacerdotum & optimatum meorum, per
civitates Episcopos; & constituimus super
eos Archiepiscopum Bonifacium, qui est
Missus S. Petri.

*Canon 1. Quæ sint prohibita Eccle-
siasticis.*

Statuimusque, per annos singulos Sy-
nodum congregari; & falsos Pre-
byteros, & adulteros vel fornicatores Diaconos &
Clericos, de peculiis Ecclesiarum abstulimus,
degradavimus, & ad poenitentiam
coëgimus; & servis Dei per omnia omni-
bus armaturam portare, vel pugnare, aut
in exercitum, & in hostem pergere om-
nino prohibemus; nisi illis tantummodo,
qui propter divinum ministerium, id est,
Missarum divina adimplenda; & Sancto-
rum patrocinia portanda, ad hoc electi
sunt; id est, unum vel duos Episcopos
cum Capellanis Presbyteris Princeps se-

cum habeat; & unusquisque Præfectus
unum Presbyterum, qui hominibus pec-
cata confitentibus, judicet, & indicare
poenitentiam possit. Nec non & illas ve-
nationes, & sylvaricas vagationes cum
canibus, omnibus servis Dei interdiximus.
Similiter accipitres, & falcones non ha-
beant.

*Canon 2. Ut singulis Quadragesimis,
Episcopo Presbyter rationem
ministerii sui reddat.*

Decrevimus quoque juxta Sanctorum
Canones, ut unusquisque Presbyter in
parochia habitans, Episcopo illi subiectus
sit, in cujus parochia habitat, & semper
in Quadragesima rationem & ordinem
ministerii sui (puta de Baptismo, de fide
Catholica, de precibus & ordine Missarum)
Episcopo reddat & ostendat. Et
quandocumque jure Canonico Episcopus
circuit parochiam ad populos confirman-
dos, Presbyter semper paratus sit ad sus-
cipiendum Episcopatum cum collectione
& adiutorio populi, qui ibi confirmari
debet; & in cœna Domini semper no-
vum chrisma ab Episcopo querat, & Epi-
scopo testis assistat castitatis & vitæ, &
fidei, & doctrinæ illius.

*Canon 3. Absque probatione, ignoti Epi-
scopi aut Presbyteri non admittantur.*

Statuimus etiam, aut secundum caute-
lam, omnes undecumque supervenientes
ignotos Episcopos vel Presbyteros, ante
probationem Synodalem in Ecclesiasti-
cum ministerium non admittamus.

308: VITA STEPH. II. ET III. PAULI, CONSTANT. II. &c. P. P.

Canon 4. Ut cum Presbyteris vel Diaconibus nulla mulier cohabitet.

Decrevimus quoque, ut Presbyteri vel Diaconi non sagis, laicorum utro, sed cassulis utantur ritu servotum Dei; & nullus in domo sua mulierem habitare permittat.

Canon 5. Episcopo sit cura spurcitas omnem Gentilitatis abicere.

Item decrevimus, ut unusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem habeat adjuvante Graphione, (qui defensor Ecclesie est) ut populus Dei paganas non faciat, sed ut omnes spurcitas Gentilitatis abiciat.

Explicit Synodus sub Carlomanno.

An. D. 758. **STEPHANUS II.** ex Presbytero creatus Pontifex, tertio die creationis cum à somno surgeret subito oppressus obmuit, & sequenti die defunctus est. Propter cuius breviteratem temporis factum est, ut à pluribus hic Stephanus (qualiter & ab Authore hujus Summæ) dimittatur in serie Romanorum Pontificum, cum tamen verè Pontifex fuerit.

An. eodem. **STEPHANUS III.** dictus II, patria Romanus, filius Constantini, inter alias virtutes maximè misericors in pauperes, simul ac Pontificatum adeptus est, antiqua Xenodochia restauravit, nova construxit, ac redditibus dotavit. Adversus Longobardos vastantes Italiam petiit, & obtinuit auxilium Pipini Regis Francorum, quem etiam, ac filios ejus unxit, & coronavit. Propter recuperatam meritò, S. Dionisii sanitatem, ejus reliquias Romanam devexit, & in ejus honorem Monasterium construxit. Damnavit pseudo-synodum, septimam dictam, contra imagines celebratam. Post innumeros labores pro Ecclesia, honestè perfunctus, obiit cum sedisset ann. 7. & dies 20.

An. D. 757. **PAULUS,** Stephani III. frater sedit annos 10. mensem unum: Vir adè-

egregijs motibus pradicus, ac taliter pauperum, ac oppressorum afflictionibus compatiens, ut consuscere noctu cellas pauperum infirmorum, aliorumque inopum, nec non & carceres visitare lacros, necessaria singulis subsidia subministrans.

Post Pauli obitum vacavit Sedes annum unum, & mensem unum propeca quod *Toto* Nepesina civitatis Dux, fratrem suum **CONSTANTINUM**, hominem laicum per vim in Sedem Pontificiam intrussisset, fecissetque per Georgium Prenestinum Episcopum ad ordines promovendi, & Pontificem consecrati. Cuiusmodi Gregorio non post multos dies violenta agitudine oppresso, dextera manus aruit, & post lentum languorem misera morte diem clausit. Constantinus verò postquam sacrilegè sedisset annum unum, & mens. 1. à Sede deurbatus est à Christophoto primicerie ac Sergio Sacellario, qui zelo fidei collecta militum manu in Urbem ingressi *Totonem*, Constantini Pseudo-papæ fratrem, occiderunt, & electionem legitimi Pontificis procurant.

STEPHANUS IV. dictus III. natione Sicius, patre Olivo, Vir strenuus, & divinis Scripturis eruditus, Ecclesiasticarum traditionum observantissimus legitime succedit Stephano III. In Synodo Romæ congregata damnavit superlatum Constantinum in medium Confessus productum, quem milites ex Monasterio in quod intrusus fuerat, violenter extractum crudeliter excæcaverant. *A. Desiderio* Longobardorum Rege Ecclesiam Romanam divexante malè habitus, & intra Ecclesiam S. Petri inclusus fuit: cujus filia, ne Carolus Magnus Francorum Rex matrimonio jungeretur, sub interminatione excommunicationis prohibuit. Sedie an. 3. mens. 5. dies 28.

ADRIANUS I. Romanus, vitæ sanctæ, *An. I. Adria. Civitate, Papa.*

An. D. 757
Constantin
Pseudo

An. D. 757
Steph I
dictus I
Papa 9

An. I
Adria
Civitate, Papa

SESSA VII. GENER. CONCIL. NICENSI. 109.

caritate, pauperum cura, zelo fidei, & disciplina Ecclesiastica doctrina, omnibus virtutibus præstantissimus. Sub ipso celebrata est Synodus Oecumenica Nicæna pro cultu imaginum, quæ prius Constantinopolim convocata, & per Ico-

nochtas inde exturbata fuerat. Sedis annos 23. menses 10. dies 17. Ejus sepulchrum Carolus Magnus, qui cum ut patrem coluerat, regio ipsemet epinaphio decoravit.

SYNODUS SECUNDA.
NICÆNA.

Concilium
Nicæ. II. 7
An. D. 787

Quam Græci septimam generalem appellant, anno Domini 787. Imperatoribus Constantino & Irene ejus matre, sub Episcopo urbis Roma ADRIANO I. Papa, celebrata contra eos qui imagines in Ecclesiis damnant & ejiciunt, in qua imaginum expressiones adorandas & amplectendas relictivè, decretum est, & honorandas Reliquias Sanctorum.

Additio F. S.

Synodus hæc septima Generalis congregata fuit rogatu & auxilio Imperatorum, sed Adriani Summi Pontificis autoritate & consensu, quem Imperatores Constantini & Irene petierunt, rogantes ut ipsemet adesset, si posset; sin minus, Legatos suos mitteret, qui ab eo instructionem haberent, & ex ejus persona adissent, quemadmodum ex ipsorum Imperatorum Divali liquet, quam recitat Baron: tom. 9. Annal. ad an. Christi 785. præbarque ex epistola Nicolai Papæ ad Michaëlem Imperatorem. Unde ex ipsius Synodi Actis constat, Vicarios Sedis Apostolicæ adfuisse, imo & præfuisse. Accedit, quod in Actione &; ideò rejicitur Synodus sub Leone celebrata, quia non habuit cooperationem, ut hæc, Romanum Pontificem.

ACTIO I.

Imperantibus piissimis Constantino

cum matre sua Irene, conveniente sanctæ & œcumenicæ Synodo in Nicæa Bithyniæ, Petro Archipresbytero Romanæ Ecclesiæ, & Petro Monacho, Vicariis existentibus Apostolicæ Sedis, præsentè Tarasio Archiepiscopo inclity Constantino polis, novæ Romæ, & cæteris Episcopis &c.

Additio F. S.

Cum infra dicitur, *venerunt in Concilium tres Episcopi ex conciliabulo Ephesino*; verisimile est sermonem esse de Conciliabulo Constantinopolitano, in quo damnatæ prius fuerant imagines; & quod hæretici quidam abusivè vocabant septimam Synodum. Videat Lector, hujus (quæ verè septima est.) Acta, in Tomis Conciliorum.

Primo omnium venerunt in Concilium tres Episcopi ex Conciliabulo Ephesino, in quo damnatæ fuerant imagines, resuscitantes, & attulerunt libellos confessionis suæ. Primus erat Basilus Anchyæ Episcopus; Secundus, Theodorus, Q. 3. Cyrus.

* Constantinopolitanor

Cyrus Episcopus Myron : & tertius, Theodosius Episcopus Amorii. Basilii Episcopus è libello sic cœpit legere.

CONFESSIO CATHOLICA.

*il. p. 180
dei.
fessio
iologica.*

Credo & confiteor in Deum Patrem omnipotentem, & in unicum Dominum Christum Filium ejus unigenitum, & in sanctum Spiritum Dominum vivificantem, Trinitatem consubstantialiam, in Throno eodem sedentem, in una Deitate, potestate & autoritate adorandam & glorificandam. Cōfiteor etiam omnia quæ sunt in unius S. Trinitatis, & Domini Dei nostri Jesu Christi œconomia quem admodum lex sacre œcumenicæ Synodi tradiderunt. Hæc omnia sic confiteor. Universam autem hæreticorum linguæ inconvēntiam objiciens, execror, quem admodum ipse sese reddiderunt execrabilis. Interpellans etiam intemeratæ Virginis nostræ Deiparæ, sanctarum cœlestium potestatum, omniumque Sanctorum intercessionem; horum etiam sanctas Reliquias cum omni honore suscipiens & amplectens, honorificè veneror, firmiter credens, me illorum sanctitatis fieri posse participem. Eodem modò venerandas imagines, atque œconomias Jesu Christi Domini & Dei nostri, qui propter salutem nostram homo factus est, & inviolatæ Virginis Dominæ nostræ Deiparæ, sanctorumque Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, & omnium Sanctorum suscipio & amplector, eisdemque honorem debitum exhibeo: Abjiciens & execrans ex toto animo & corde congregatam ex depravata mente & infania, & appellatam septimam Synodum; apud eos, qui rectè sentiunt, nimium quàm turidè & canonicè *synodus*, hoc est, falsum conciliabulum, appellatam: ut potè ab omni pietate & religione alienam, & à Deo traditæ Ecclesiasticæ legis lationi audenter & præfractè, ne dicam impie, oblatrantem, venerandasque imagines contumeliâ affi-

cientem, jubentemque, hæc è medio sacrarum Ecclesiarum tolli; cui præfuit Theodosius, falsò nominatus Episcopi Episcopus, Sisinus item Pergæ, cognomine Pastillas.

Anathematismi ejusdem Basilii Ancyræ Episcopi. Primus: Qui doctrinas sanctorum Patrum, & traditionem Catholicæ Ecclesiæ contemunt, quique causantur, & voces Atrii, Nestorii, Eurychis, & Diolœxi jactant, dicentes: Nisi satis ex veteri & novo Testamento instructi essentis, sanctorum Patrum, sacrarum lex Synodorum doctrinas, & Catholicæ Ecclesiæ traditionis sequeremur, execrario.

Secundus: Qui inveniunt diabolicarum insidiarum inventum sacrarum imaginum virtutem & ædificationem; nequaquam autem sanctorum Patrum nostrarum traditionem, execrario.

Cæteri anathematismi eadem continent, quæ & illi, qui sunt sine fine septimæ actionis.

Hæc quidem confiteor & approbo, & ex tota anima, corde, & mente demonstro. Quòd si autem sine ex calumpnia, sine ex instinctu volens nolens ullò tempore ab his discivero, alienus sim & à sancta Trinitate, & à Catholica Ecclesia.

Similiter & alii duo præduxerunt libellos confessionis suæ, sequentes Basilium Ancyræ Episcopum, ex Chrysolomo, & ex Basilio in Oratione in qua draginta martyres, peribante venerationem imaginum, & cinerum sanctorum Martyrum: quos benignè excepit sacra Synodus, etiam restituitis eis suis edibus; in quibus continuò jussi sunt residere.

Deinde adducti sunt & alii plures Episcopi ex eadem hæresi: & placuit sanctæ Synodo, secundum canonem octavum Nicænæ Synodi, & tertium Ephesinæ, & Epistolam divi Basilii ad Amphilo-
chium super simi negotio scriptam, eos ab hæresi venientes recipi cum manuum impositione.

SUMMA VII. GENER. NICANI CONCILII II. 311

Præcessit autem longa disputatio, quomodo hæretici penitentes, cum redeunt ad Ecclesiam Catholicam, sint recipiendi: sed ex sententiis patrum Basilii, Athanasii, Cyrilli, Chrysostomi, & Sardisensis Synodi, deliberatum est, eos cum munum impositione recipiendos: & sic absoluta est actio prima.

ACTIO II.

Imperantibus Constantino, & Irene ejus matre, &c. ut in actione prima.

Primo, producta est in Synodo epistola Adriani Archiepiscopi Romani ad Constantinum & Irenem Augustos, in qua hæc insunt:

Primo historia de lepra Constantini, & de exilio Sylvestri in monte Soracte; de visione Apostolorum Petri & Pauli in somno Constantini, & de ejus baptismo: de quibus in præfatione Concilii Niceni.

Secundo Gregorii Niceni locus pro veneratione imaginum.

Tertio, Basilii magni testimonium in libro adversus Julianum, de invocatione Sanctorum, & imaginum veneratione.

Item Chrysostomi in eandem rem sententia.

Item, Cyrilli ad idem locus.

Item, Athanasii, & Ambrosii ad Imperatorem Gratianum sententia.

Item, Hieronymi locus de imaginibus habendis.

Item, Stephani Episcopi Bostorum sermo de imaginum veneratione.

In eadem actione lecta est epistola Synodica ejusdem Adriani Papæ ad Tarasium patriarcham: in qua primo dicitur, quod pictura illa veneranda, in qua Agnus digno præcursoris dem. nistratur, à sexta Synodo probata sit: unde usus invaluit ejus frequentissimæ picturæ.

Deinde tractat de autoritate Romani Pontificis, & quod Ecclesia Romana sit caput omnium Ecclesiarum.

Postremo, adjectæ sunt sententiæ omnium Episcoporum, & Synodi.

* Petrus, & * Petrus, locum tenentes sanctissimi Papæ veteris Romæ Adriani, dixerunt: Dicat nobis Tarasius Patriarcha regie urbis, consentitne litteris sanctissimi Papæ, an minus? * Archi-
Presbyter.
* Mons-
chus.

Tarasius Patriarcha respondit: Nos patrum præceptis imbuti, sic confessi sumus, & confitemur, concordamus, & vim litterarum lectarum confirmamus, & imaginum picturas secundum præsentem patrum traditionem recipimus, & has desideriis nostris adoramus, ut in nomine Christi Dei nostri, & inemeratæ Deiparæ Virginis, sanctorum Angelorum, & omnium Sanctorum factas: sed apertis verbis testamur, nos dumtaxat in unum Deum verum, patriam, hoc est, cultum & fidem nostram referre & reponere.

Sancta Synodus dixit: Universa sancta Synodus sic credit, & sic docet.

Petrus & Petrus Legati Apostolicæ Sedis dixerunt: Dicat nobis sancta Synodus, num recipiat sanctissimi Papæ veteris Romæ litteras, an minus?

Sancta Synodus respondit: Sequimur, recipimus, & probamus.

In eandem sententiam & reliqui Episcopi pronuntiaverunt. Et sic absoluta est actio secunda.

ACTIO III.

In hoc secundo consensu, primo restitutus est Gregorius Episcopus Neocæsareæ, ex hæresi veniens, in priorem gradum dignitatis suæ.

Secundo, producta est epistola Synodica Tarasii Archiepiscopi ad Episcopos Orientales, & alia eorundem Episcoporum ad prædictum Tarasium, in quibus explicantur per capita sex Synodi generalis, & quæ in eis gesta sunt.

Deinde adduntur sequentia:

Aditio R. & C.

In ista Actione 3. sicut in Actione 7. Honor

Honoris recensetur inter Monotelitas : sed vel harum Actionum acta fuisse corrupta, vel Patres illi per errorem sequuntur sextam Synodum querens corrupta est, nescientes, Honorium fuisse à Monotelita quodam cum aliis addatum. Vide quæ diximus lib. 4. Controvers. q. 2. 2. 12. de Honorio.

Resurrectio
sanda.

His itaque sex sacris Synodis, quas solas universales agnoscimus, concorditer orthodoxa fides stabilita est, nec aliam præter has Synodum accipimus. Locales autem Synodos non averfamur, sed magis amamus, amplectimur, & recipimus : eorum etiam divinitus inspiratas Canonicas constitutiones, correctiones, & utiles earum leges, summam observantiam colimus.

Apostolicas autem Ecclesie traditiones, quibus veneratio culturaque Sanctorum docetur, recipimus & veneramus. Eos autem, in ministros, amicos, & filios Dei existentes honoramus. Honor enim, qui à consensu idem sententibus invicem exhibetur, indicium est benevolentie erga Dominum. Sunt enim promptuaria Dei, & pura Christi habitacula, Spiritusque sancti immaculata specula. Sancti enim in Dei manu sunt, ob idque, *Preiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.* Servator noster Christus fontes salutes, Sanctorum Reliquias nobis reliquit, multis modis benefica fundentes. Martyrum cuim ossa virtutes multas operantur : atque id per Christum, qui in ipsis habitat. Cum his etiam sanctas imagines reveremus, principio adorantes Dei Verbi propter nos incarnati, Domini nostri & Servatoris Jesu Christi, qui formam servi assumpsit, imaginem. Quamquam sciamus, ipsam imaginem & typum Deitatis, quæ cum carne illius immaculata inconvulsim unita est, minime posse figuram præstare. Invisibilis enim est divinitas, nec depongi, nec figurari se permittit. *Deum enim (ut ipse inquit) nemo visis oognum sed humanitatis illius*

Sancti, ut
illi Dei co-
noscantur.

Reliquie
Sanctorum
virtute po-
tentes,

Joan. 1.

imaginem coloribus ducentes, adoramus. Veneramus etiam & adoramus imaginem Deiparæ & Domine nostræ, inextinguibilis, immaculatæ, & inexplicatæ castitatis matris, quæ illum peperit. Quis etiam sanctorum Apostolorum, Prophetarum, & victorum Martyrum, Sanctorumque & beatorum, veluti amicorum Dei imagines colimus, non in materia, aut coloribus honorem constituentem, sed per hoc officium nostrum, quod ipsis ac Deo (quorum typum imagines gerunt) debemus, impartientes ; cum sciamus juxta Basilii Magni sententiam, quod imagini honor exhibitus, ad ipsum prototypum referatur.

Omnia prædicta, qui conveniunt Episcopi receperunt & approbarunt, & subscriperunt, omnes Episcopi numero 350. & sic absoluta est Actio tertia.

ACTIO IV.

Imperantibus constantino & Irene ejus matre, conveniente sancta & universali Synodo, &c. juxta ordinem primæ Actione præscriptum.

In hac Actione quarta, multa ex Scriptura & Sanctorum doctrinis afferuntur testimonia de usu pio & utili imaginum.

Quod in sacris Scripturis imagines admittantur. Primò adducitur locus ex lib. Exodi, ibi : *Facies propitiatorum, &c.* **Exod.**

Secundò, ex Numeris, ibi : *Hæc Numera oblata sunt in dedicatione altaris, &c.*

Tertio, ex Ezechiele : *Introduxit me Ezechiel in templum, ut videretur, &c.*

Quarto ex Epistola ad Hebræos : *Hæc habebat quidem etiam prius tabernaculum infigurationes, &c.*

Item temporibus Chrysostomi Sanctorum imagines pingebantur. & ipse Chrysostomus habuit tabulam continentem picturam cædis Assyriorum veteris Testamenti.

Item, recensetur Gregorii Nisæni pædagogica

thetica oratio de pictura, in qua à Patre Isaac immolabatur: in qua in hunc modum loquitur Gregorius: Vidi sapientis inscriptionis imaginem, & sine lachrymis transire non potui, cum tam efficaciter oculos poneret historiam, &c.

Quibus verbis auditis, aliqui Patres dixerunt: Si tanto doctiori historia inspecta peperit utilitatem & lachrymas, quanto magis rudibus & idiotis utilitatem, & commoditatem afferet? Alii verò sic dixerunt: Si Gregorius vigilantissimus ad divina oracula, inspecta historia Abrahamæ fleuit, quanto magis æconomia incarnati Domini nostri Jesu Christi. Verbi, Dei nostri à nobis inspecta, ad lachrymas & utilitatem contemplantes nos adhortabitur? Et Cyrillus, eandem picturam suo tempore ex-istisse probat in epist. ad Acacium Episcopum.

Extat adhuc sermo sancti Athanasii de imagine Domini nostri Jesu Christi, & de miraculo in Beryto civitate prodito, cum imago cæsa est à perfidis Judæis, & percussio latere sanctæ imaginis, continuo exiit sanguis & aqua, &c.

Hic sermo, totus lectus est in Concilio ad statuendam venerationem imaginum.

Ibidem annotatur à Patribus ratio, cur miracula à nostris imaginibus nunc non edantur: nempe (ut dicit Apostolus) quoniam miracula, non creditibus data sunt, sed his, qui in incredulitate versantur.

Ibidem docetur & decernitur à sanctis Episcopis, quòd templa non nugacibus & vanis picturis ornanda sunt; sed historiis veteris & novi Testamenti parietes templi replere convenit, ut hi, qui litteras non norunt, nec sacram Scripturam legere queunt, contemplatione picturæ, in memoriam reducant, quinam germanè vero illi Deo per fortia facta servierunt; atque in certamen excitentur laudatorum facinorum, per quæ cum cælo certam commoverunt.

Ibidem lecta est docta dissertatione Leonii Episcopi Neapoleos Cypri contra Judæos pro imaginibus Sanctorum conservandis: est dialogus quidem satis elegans, lectione dignus, desumptus ex l. 5. apologiz ejus: extabant tunc & alia opera S. Episcopi Leonii.

Item, recensita sunt tria miracula ex lib. miraculorum sanctorum Martyrum Cosmæ & Damiani, pro statucuda imaginum veneratione.

Item traditur, quòd omnis honor imaginis exhibitus, ad prototypum refertur. Quod probatur primò ex 4. libro contra Arianos Patris Athanasii.

Secundò, ex codice triginta capitum ad Amphilochem de Spiritu sancto, B. Basilii cap. 7. Ex quo colligitur, falsum & stultum esse axioma, quod falsa Synodus sperferat: *Quicumque imaginem Etsi adorat, in duo Christum dividit; & quicumque imaginem aspiciens dixerit, aut inscripserit ei, hic est Christus, Christum dividit.*

Deinde produxerunt Vicarii Adriani Papæ veteris Romæ in Codice parvo verba Basilii in epistola ad Julianum Apostatam, quæ sic habent: "Confiteor etiam filii incarnatam & *dispensationem*: Deinde Dei genitricem S. Mariam, quæ secundum carnem, illum peperit. Scipio autem sanctos Apostolos, Prophetas, & Martyres, qui pro me apud Deum supplicent, quod per illorum mediationem propitius sit mihi Deus, noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam, & historias imaginum illorum honoro, & palam adoro: hoc enim nobis & à sanctis Apostolis non est prohibitum, sed in omnibus Ecclesiis nostris eorum historias erigimus".

Postremò productæ & lectæ sunt quatuor epistolæ: prima Gregorii Papæ Romani ad Germanum Patriarcham Constantinopolitanum. Aliæ tres Ger-

mani ad diversos Episcopos Orientis pro
refellenda hac improbitate hæreticorum,
& statuenda veneratione imaginum.

In Confirmatione prædicti dogmatis
adductus est ab Helia, protopresbytero
Ecclesie Deiparæ Virginis in Blachernis,
sextæ Synodi Canon. octuagesimus se-
cundus.

Recitatio itaque ab Helia prædicto Ca-
none, Tatarius Patriarcha dixit :

Quæ est hæc ignorantia, quæ plerique
laborant circa hos Canones? Scandalum
enim est dubitare, num sint sextæ Syn-
odi. Cognoscant igitur tales, sextam
Synodum temporibus Constantinis fuisse
congregatam, nimirum contra eos, qui
tantommodo unam actionem & volunta-
tem in Christo collocant. Illi igitur hæ-
reticos anathemate verberantes, ortho-
doxamque fidem confirmantes sub annum
decimus quartum imperii Constantinii
datum redierunt: post annos tamen
quatuor aut quinque iidem illi Patres sub
Justiniano Constantini filio congregati,
prædictos Canones ediderunt: neque hæc
de re quisquam dubitet. Nam qui tempo-
ribus Constantinii subscripserunt, iidem
illi sub Justiniano quoque presentem
hanc chartam subscripserunt: quæ res satis
clara est ex eorundem propriarum ma-
nuum immutabili similitudine. Necessarium
autem erat, post Synodum universalem
definitam, Canones quoque Ecclesiasticos
cederent.

Aditio F. S.

Canones sextæ Synodo ascriptos, non
ab ea, neque ex autoritate Summi Pon-
tif. esse editos, supra diximus.

Igitur, ad recordationem salutaris
illius mortis in carne politæ, ex vene-
randis imaginibus nos manducati, decla-
rarunt. Quod si autem in dispensationem
Christi Verbi Dei, hoc modò manduca-
cimur, quales eos esse arbitrandum est,
qui has subvertete conantur?

Petrus, Primas Presbyterorum in San-
cta Romana Ecclesia, subscripsi: & ceteri

Episcopi recipientes & approbantes om-
nia prædicta, subscripserunt, & absoluta
est Actio quarta.

ACTIO V.

Imperantibus Constantino & Irene
matre ejus, conveniente sanctis & uni-
versali Synodo &c.

Productus & lectus est liber quidam
B. Joannis Episcopi Thessalonicensis, in
quo disputat cum gentili quodam de usu
imaginum, interrogante gentili, respon-
dente vero Jeanne: objecti autem gentili
in hunc modum:

Sancte, Deum Verbum hominem fa-
ctum icone exprimitis; quid ad Angelos
hoc facite, quos ut homines pingitis &
adoratis? Hi tamen homines non sunt,
sed intellectuales & incorporei, & simpli-
citer existentes dicuntur. Sanè cã ratione
& à nobis Deos venerabiles existima; non
enim sic, quicquam absurdi agimus,
quemadmodum nec vos, cum Angelos
adoratis.

Sanctus dixit: De Angelis & Archangeli-
gelis, & eorum potestatibus, quibus &
nostras animas adjungo, ipsa Catholica
Ecclesia sic sentit: esse quidem intelli-
gibiles, sed non omnino corporis expertes
& invisibiles, ut vos gentiles dicitis:
verùm tenui corpore præditos & æreos,
sive igneos, ut scriptum est: *Qui facit
Angelos suos spiritus, & ministros eius
ignem viventem.* Sic autem multos sancto-
rum Patrum sensisse cognovimus, quarum
est Basilii cognomen Mægnus, & Be-
tus Athanasius, & Methodius, & qui
stant ab illis. Solummodò autem Deus
incorporeus & informabilis; intelligibi-
les autem creaturæ nequaquam ex toto
sunt incorporeæ, & imitabiles picturâ
existunt; quare etiam in loco existunt,
& circumferentiam habent. Quamquam
autem non sunt ut nos corporei, utpotè
ex quatuor elementis & crassa illa mate-
ria: nec tamen vel Angelos, vel dx-
mones,

hac sen-
tia ag-
ret no-
m Cano-
is, qui in
tempori-
is Latinis
xtæ Syno-
ascribim
is, falsè ei
yoda a-
sibi.

causa.

mones, vel animas dixerit incorporeas: multoties enim in proprio corpore visi sunt, sed ab illis, quibus Dominus oculos aperuit. Nos igitur eos non ut Deum, sed ut creaturas intelligibiles & ministras Dei, non tamen ut verè incorporeas pingimus, & colimus. Quod autem forma hominis pingantur, in causa est, quod in ea visi sunt, siquando ministerium Dei apud homines obierunt.

Synodus non improbat, sed magis visa est approbare hanc sententiam; dicente Tarasio Patriarcha: Ostendit autem Pater, quod & Angelos pingere oporteat, quando circumscribi possunt, & ut homines apparuerunt. Sacra Synodus respondit: Etiam Domine. Aug. ad Nobridium epistola 115. dicit Angelos, aëra, aut ætherea apimantia, & in lib. de Eccl. dog. c. 11. dicit, nihil incorporeum & invisibili naturâ credendum, nisi Deum solum.

Et can. 12. creaturam omnem corpoream esse, Angelos & omnes virtutes caelestes corporeas; licet non carne subsistant, (addentes:) Ex eo autem corporeas esse credimus, quod localiter circumscribantur, sicut anima que carne clauditur. Et in q. 67. dixerat: infirmos Angelos animaliter vivere, quod tamen in primo retractatione temperavit. Et nuper Card. Cajetan. in Commentario ad Ephes. 2. dixit: Dæmones esse aëros spiritus. Hæc dixerunt Patres isti secuti Platonem. E contra multi alii Patres Ecclesie sentiunt, Angelos omnino incorporeos: quos, ut videtur, secuti sunt Patres Concilii Lateranens. primi, dicentes: Deus ad initio utramque de nihilo condidit creaturam, corporalem & spirituales, Agelicam scilicet & mundanam. Hæc illi. Quibus verbis spirituales opposuerunt corporali. Sed hæc controversia nondum Ecclesie censurâ terminata est.

Additur F. 5.

Angelos, & animas humanas esse car-

poras, Joannes Theſſalonicens. asserit in hac sua disputatione: sed illa ejus fuit opinio, non Ecclesie, vel Synodi sententia. Angelos tamen posse pingi, recepit Ecclesia. Plura diximus 1. p. q. 50. & 15. ostendentes Angelos non esse corporeos.

Deinde productus est ab Epiphanio Diacono locum tenente Thomæ Episcopi Sardinie, Codex quidam ex itinerariis, falso interceptis: *Sanctorum Apostolorum*, in quo multa indigna & ridicula de Christo Domino legebantur, ut illum nec bibisse, nec edisse, nec pedibus terram calcasse, & his similia. Quod lecto, sancta Synodus dixit: Omnis hæc est ab hoc libro dependet.

Rursum sancta Synodus dixit: Anathema sit illi libro à principio usque ad calcem.

Deinde, Cosmas cubicularius protulit ex Patriarchio Codicem veteris Testamenti cum scholiis suo loco appositis, in quo continebantur sequentia: Non erunt tibi Dii alieni præter me. Non facies tibi idolum, nec alicujus similitudinem. Quæcumque existunt in cælo supra, aut quæcumque in terra infra, & quæcumque in aquis deorsum subter terram, non adorabis ea, nec servies illis.

Et si facimus hominum piorum similitudinem, non tamen eæ sunt ut adorentur ut Dii, sed ut eas videntes, ad imitationem facinorum illorum irriteremur. Si verò similitudines Christi facimus, sanè non propter similitudinem adoramus; sed quò mens per ea que conspexit, sursum volet. Non enim imaginem corruptibilem hominis corruptibilis adoramus; sed quia Deus homo incommutabile dignatus est fieri, facimus illius imaginem velut hominis, quamvis sciamus cum naturâ Deum existentem. Non idem igitur Deum, & imaginem dicimus; sed Deum cognoscentes, similitudinem, in imagine dispensationis illius humanæ, figuramus. Gentiles autem errantes, similitudines, Deos esse adorantur.

Exod. 20.

Levit. 6.

Scholion.

Qualiter imagines adorantur à fidelibus.

Post hæc lectæ sunt historiæ quædam Sanctorum, cum miraculis, quæ se habent pro veneratione imaginum.

Postremò, lectis omnibus prædictis, & aliis fragmentis Scriptorum Ecclesiasticorum, tota Synodus proclamavit: Diviniloquorum Patrum doctrinæ nos correctores, ex illis haurientes, fidem & veritatem potati sumus; illos insequentes, mendacium persecuti sumus. Nos ita non affectos anathemate devovemus &c.

ACTIO VI.

Hæc Actio continet refutationem hæreticorum, qui in Constantinopolitano conciliabulo sub Leone hæretico Imperatore, præfidente Phocid, imagines damnaverant, quorum diæta referuntur per Gregorium, qui tunc fuerat conversus ad meliorem mentem, & redarguuntur per Epiphanium. Distributa est hæc Actio per sex tomos.

Tomus primus.

Id est ve-
rius. Quòd non fuerit vera Synodus sub Leone celebrata; *quoniam non habuit co-*
autho- *operarium*, ut hæc, quæ nunc celebratur, *e Papæ*
Romanum Papam, nec illius Sacerdotes, nec per Vicarios, nec per provinciales litteras, quemadmodum fieri in Synodis debet. Qui etiam nec concordantes sibi habuit Orientis Patriarchas, Alexandrinum, Antiochenum, & urbis sanctæ Summos Pontifices.

Additio F. S.

Sermo est de quadam Synodo Constantinopolitana sub Constantino Copronymo celebrata, quæ interdum vocatur septima, sed falsò; cum non fuerit vera Synodus, sed potius illegitima, utpotè sine autoritate Romani Pontificis facta ab Iconoclastis.

Secundò, ostendit quòd imagines ab Apostolorum temporibus in Ecclesia fuerint. Quod potissimum probat ex Ca-

none 8a. sextæ Synodi, de quo dicit in hunc modum:

„ Sacra sextæ & universalis Synodus
„ posteaquam sententiam suam de una
„ voluntate Christi sub Constantino, qui
„ per ea tempora imperium administra-
„ bar, cujusque nutu & voluntate con-
„ ventus is erat indictus, pronunciaffet;
„ contigit Imperatorem de vitâ decedere.
„ Justiniano autem ejus filio Imperium
„ adsumente, iterum unanimiter omnes
„ divinâ voluntate post quatuor aut
„ quinque annos congregati, de rebus
„ Ecclesiasticis, sicut usque earum corre-
„ ctione, circiter duos & centum Cano-
„ nes edidit: in quorum octuagesimo
„ secundo, de imaginibus sic tradiderunt:
„ *In quibusdam venerandarum imaginum*
„ *picturis, æquas dignò præcursoris indica-*
„ *tus &c.*

„ Videmus igitur omnes & intelli-
„ mus, quòd & ante sacras sex Synodos,
„ & post has, etiam Sanctorum picturæ
„ in Ecclesia traditæ fuerint, non aliter
„ ac sacra Evangelii lectio. Nam, quæ
„ leguntur, ubi ad aures venerint, ad
„ animum deinde legamus, & transmitti-
„ mus; & quæ oculis videmus in picturis,
„ ea quoque mente complectimur: at-
„ que ita per duo ista invicem conse-
„ quentis, lectionem & picturam, unam
„ cognitionem acquirimus, quâ ad recoe-
„ dationem rerum gestarum pervenitur.
„ Unde ex duobus istis sensibus, in Can-
„ tificis Cantorum invenire licet effica-
„ cem conjunctionem. Sic enim ibi dici-
„ tur: *Ostende mihi faciem tuam: & au-* *Cost. 6.*
„ *dire fac mihi vocem tuam &c.* Quibus & *Psalm. 41*
„ adiungimus illud: *Sicut audivimus, ita*
„ *& vidimus.*

Tomus secundus.

De sex Synodis contra hæreticos celebratis, quas recensent hæretici Iconoclastæ. Deinde Epiphanium ostendit picturam necessariam & utilem, quæ vnlga erudiat. Nihil habet singulari annotatione dignum.

Idem.

Idem profertur in tertio Tomo ; tan-
dum eludit verba hæreticorum.

Tomus quartus.

Convenientes in Synodo hæretici dix-
erunt :

Imaginum falsi nominis prava appel-
lario, nec Christi, nec Apostolorum,
nec Patrum traditione cœpit, &c.

Epiphanius respondet.

Quod autem cum multis aliis, quæ in
Ecclesia observantur sine scriptura, nobis
imaginum veneratio tradita sit ab Apo-
stolorum temporibus, latè per historias
traditum est ; de imagine maximè Hæ-
morrhoidæ, quam multis scriptoribus
confirmare possumus. Basilius magnus in
diversis opusculis suis mentionem ima-
ginum facit : Gregorius etiam, illius &
carne & spiritu frater, Nissensium Præ-
sul, in sermone in Abraham, idem sentit.
Item, alter Gregorius, qui à Theologia
nomen sortitus est, in verbis à se con-
ditis, qui de virtute inscribuntur, assentit.
Chrysost etiam in oratione funebri in
Meletium Episcopum Antiochiæ, & in
sermone, qui inscribitur. *Quod veteris &
novi Testamenti unus sit Legislator.* Cyril-
lus in epistola ad Acaium Episcopum
Scythopoleos : Athanasius Episcopus
Theopoleos : Sophronius, Maximus.
Sed quid hos nominatim citamus ? Om-
nes enim sancti Patres nostri imagines
repperunt. Quam ob causam mendaces
deprehenduntur in hoc, quod dicunt, non
esse Patrum traditionem.

Et post pauca idem Epiphanius sub-
didit.

Qui imaginem Imperatoris videt, in
ea ipsum Imperatorem contempletur. Et,
qui imaginem ejusdem adorat, ipsum
Imperatorem & adorat : hujus enim
forma & figura, illius est imago. Et
quemadmodum despiciens imaginem Im-
peratoris, non aliter castigatur, quam
si ipsum Imperatorem contumeliâ affecit-
set (cum tamen illa ipsa imago præter
lignum, & colores nihil sit) eodem modo,

qui typum, sive figuram alicujus, igno-
minia afficit, in illum ipsum, quem typus
repræsentat, injurius est. Quod quidem
ipsa rerum natura repræsentat. Hoc etiam
universi mortales agnoscunt, Patresque
sanctos ita tradidisse nôrunt : & qui eos
aliter docent, Ecclesiæ Catholicæ, immò
naturæ rerum contradicunt.

Hæretici dicuntur.

Tam ex Scriptura divinitus afflata,
quam ex Patrum electorum testimoniis,
assentibus piam nostram intentionem,
exhibebimus nostram definitionem. Prin-
cipid, verbum divinæ vocis sic dicentis,
præmittimus : *Deus est spiritus.* Quicum
que Deum adoraverit, in spiritu, & veri-
tate adoret. Et iterum : *Deum nemo vidit
unquam &c.* Nec formam ejus vidistis.
*Beati sunt, qui non viderunt, & credide-
runt.*

Epiphanius pro Synodo.

Quoties recta dogmata homines juxta
suum opinionem subvertere conantur, non
miretur aliquis, si Scripturæ verba usur-
pent. Nam & omnes hæresarchæ, suorum
errorum occasiones, è divina Scriptura
collegerunt, & quæ rectè à Spiritu sancto
dicta erant, perversa animi sententiâ con-
vellunt. Arque hoc Coryphæus Aposto-
lorum Petrus olim prædixerat dicens :
Quæ imperiti & minimè constantes, se-
cundum proprias cupiditates pervertunt,
&c. Quamobrem, non est mirandum, si
novæ istius pravitatis hæretici, nobis è
divina Scriptura sumptiones quasdam ad-
ferunt. Et idè, quæ de invisibili & in-
comprehensibili Deitate dicta sunt ; in
dispensationem Domini nostri Jesu Chri-
sti secundum carnem, commutantur, ut
illud : *Deum nemo vidit unquam* ; quod de
divina natura scriptum esse nemo ignorat.
Et illud : *Nec vocem ejus audistis, nec
formam ejus vidistis.* Quod si hæc secun-
dum humanitatem quispiam intellexerit,
totum Evangelium subvertit. Item : Co-
gnovimus Deum esse spiritum ; & qui
adorant eum, in spiritu & veritate id fa-
cere.

Qui imagi-
nes reji-
ciant, et-
iam contra
naturam
agunt.

Joan. 4

Joan. 1.

Joan. 20.

2. Pet. 2.

Joan. 12

Joan. 39

Joan. 4

cor debere; & quæ secundum fidem est adoratioem & cultum, illi soli (utpotè omnium Deo in Trinitate laudato) offerendum. Non omni Christiani adorationem in spiritu & veritate imaginibus exhibuerunt, nec etiam divini crucis effigiet; nec etiam unquam invisibilis & incomprehensibilis naturæ imaginem appararunt. Numquam divinam crucis effigiem, & venerandas imagines amœtæ & desiderii amplectimur, ad ipsum prototypum respicimus. Sed quemadmodum *Verbum caro factum est*, ita quoque humanam ejus æconomiam describimus, & depingimus. Quam ob causam, nugamenta illorum vana & nupera, item putrida, & à veritate exorbitantia deprehendatur.

Et critici dicunt.

Act. Dominus ad Moysen & populum: Levit. 16. Non facies tibi idolum, neque omnem similitudinem, quæcumque sunt in cælo supra, & in terra infra. Quam ob causam in monte, in medio ignis, vocem verborum vos audistis, similitudinem autem non vidistis, sed tantummodò vocem.

Epiphanius pro Synodo.

locatu di- Quæ in veteri Lege contra eos, qui inter
na respon- filios Israël vitulum adorabant, & Ægypti
o, etiam abominacionibus insistebant, dicuntur:
ontra mo- in Christianos quoque jactare non desin-
ermos Gal- runt. Capiuntur autem labiis proprii
lipidos, & oris. Utinam autem cogitassent, quia Do-
uicinos. minus eam gentem ducturus erat in ter-
ram promissionis, in qua habitabant gen-
tes, quæ adorabant, & colebant idola,
dæmones, solem, lunam, & alia, reliqua-
que creaturas, etiam volucres, quadru-
pedes, & serpentes; Deum autem verum
ignorabant. Quare, tam diligenter eis
præcepit, ne facerent ullam similitudinem
eorum, quæ in cælo, aut in terra sunt.
Postquam autem eos ab idololatria ab-
duxisset, iussissetque tabernaculum tes-
timonii fabricari, Moyses sensibilia Che-
tabia, habentia hominum formam, ob-
umbrantia propriatorum, quod Christum
præfiguravit, (nam ipse propriator fuit
pro peccatis nostris) formavit.

Et critici dicunt.

Et mirantur gloriam immortalis *Rom. 1*
Dei, per imaginem, non solum ad mor-
talis hominis similitudinem effictam, &
venerati sunt, & colerunt ea quæ condi-
ta sunt, supra eum qui condidit. Et rur-
sum: *Si enim cognovimus Christum secun-*
dum carnem, iam non cognovimus; per fidem
enim ambulamus, non per speciem. Et hoc
quod ab Apostolo aperte dictum est:
Igitur fides ex auditu, auditum autem per Rom. 1
Verbum Dei.

Epiphanius pro Synodo.

Clarum enim omnibus est, Apostolum
gentes reprehendisse in eo, quod ait *Com-*
munitate verum gloriam incorruptibilis Dei in simi-
litudinem imaginis corruptibilis hominis. Lu-
fert etiam, *Volucrum, quadrupedum, & ser-*
pentium. Dolosè tamen illi statim phrasim
contaminaverunt, ut per eam immunitatem,
simpliciores inescerent, quasi Apostolus
de imaginum in Ecclesia pictura verba fac-
ceret. Nam, quæ ab Apostolo inferuntur,
apertam habeat manifestationem: volati-
lium enim, quadrupedum, & serpentium
mentionem facit. Item, ea & venerati sunt,
& colerunt (creaturas scilicet) superacren-
torem. Notant enim, qui in historiciis tibi
sunt, Ægyptios olim & doves, & reliqua
animalia coluisse; ut diversa volatilia, ves-
pes, item vilia alia, & abjecta
animalium. Persæ verò ignem & solem
adorabant. Græci, præter ista, quamvis
creaturam colebant; quin etiam Hebræi
quidam (ut testatur liber Regum) &
prophetice enarrationes. Decepti deni-
que sunt omnes, & gentes vanitatem indu-
erunt. Quare obsecratum est stultum
eorum, & ante Christi adventum &
post Christum, maximè tamen omnium,
antequam in Christum credidissent: cla-
rum enim est hoc.

Ad illud verò si quis: *cognovimus Chri-*
stum secundum carnem, &c. adducemus in-
signes hujus loci interpretes. *Joannes*
Chrysostomus interpretando sic ait: "Ne-
que, minus fidelium iuxta carnem nostrorum
Quid

29 Quid enim si in carne fuerint, cum vita
30 illo carnalis perierit? De supernis enim
31 nati sumus in spiritu. Novimus aliam
32 vitam & statum, qui in caelis est. Et
33 mox ejusdem ducem Christum existen-
34 tem ostendit: quapropter etiam indu-
35 it: Si verò in terra carnem Christum ve-
36 nimus, sed amplius iam non cognovimus:
37 quia si passibilem cognovimus Chri-
38 stum, at jam non amplius: non quòd
39 reliquerit carnem, nam cum hac veniet
40 iudicaturus terrarum orbem &c.

Cyrillus Alexandrinus idem illud di-
41 ctum explicans, ita commentatur: "Quòd
42 Paulus inquit, tale est: Verbum caro
43 factum est, & pro omnibus occubuit,
44 atque ita illum cognovimus secundum
45 carnem, sed amòdò non cognoscimus.
46 Nam etià nunc sit in carne (resurrexit
47 enim tertia die, ascendit in caelos,)
48 verum hæc supra carnem consideratur.
49 Non enim amplius moritur, nec ullam
50 aliam carnis infirmitatem sustinet, om-
51 nibus enim his superior est.

Animadvertitque ipse quòd adversari
semper didicistis, quòd non modò Apo-
stolicas sententias pervenistis, sed & san-
ctis Patribus contraria statuitis?

Ad alium etiam locum ejusdem Apo-
stoli: *Per fidem ambulamus, & non per
speciem*, idem Chryostomus narrans ait:
"Porro ne quis audiens: *Peregrinamur à
33 Domino*, dicat: cur hæc dicitis? Alieni
34 enim ab illo sumus, dum hic agimus;
35 etiam hæc corrigit dicens: *Per fidem
36 enim ambulamus, non per speciem*: &
37 hic quidem ista scribit, verum hæc
38 ita spectet. Quòd & alibi dicit: *In spe
39, eplo & angustia, tunc autem facte ad
40 fidem*.

Atque hæc à divinis illis Patribus di-
cta sunt.

Tertius quintus.

Gregorius pro hereticis.

Hæc enim & Apostolorum discipu-
31, & successores divini Patres nostri tra-
didimus. Epiphanius enim Cyprius in-

res antesignanos præclarus sic inquit:
"Estote memores, dilecti filii, ne in san-
32 ctissimas imagines insularis, nec in san-
33 ctorum comitibus eas statuas, sed
34 perpetuò circumferre Deum in cordi-
35 bus vestris. Quin etiam nec in domo
36 communi tolerentur. Non enim fas est
37 Christianum per oculos suspensum reo
38 neri, sed per occupationem mentis.

Epiphanius pro Synodo.

Deet omnem Christianum cum libros
aliquos aduercinos audit aut legit, re-
spuere, nec omnino animum adhibere.
Nam & inter epistolas divini Apostoli,
quædam factus ad Laodicenses, quam
Patres nostri tanquam alienam reproba-
verunt. Ad hæc Manichei Evangelium se-
cundum Thomam invexerunt, quòd Ec-
clesia Catholica merito (ut impiam)
averfavit, quemadmodum etiam id, quòd
nunc à beato Patre nostro Epiphaniò
dictum est, cum illius nequaquam exi-
stat. Divinus enim hic parer octoginta
capitulum libere edidit, in quo omnes hæ-
reticos gentiles & judæicos, item quos-
que post Christianismum susceptum inve-
tæ sunt, damnavit: in quo proculdubio
& eam posuisset, quæ de imaginibus ad-
istis factus, scilicet à Christi religione
hanc existimasset. Ita & libros illos con-
tra imagines, acmo Christianorum (præ-
ter istos novitatis magistros) recepit.
Quòd si tantò tempore in Ecclesia non
sunt recepti, quam ob rem nunc à nobis
recipi debent? Attendamus autem, qui
floruerint per tempora supradicti Patri-
nostri Epiphani in Ecclesia, quos, tan-
quam gloriosos doctores & tunc moni-
mento Ecclesie dicere possumus. Profe-
cò Basilus Magnus; Gregorius cognom-
nato Theologus; Gregorius Nissenium
Episcopus, quem omnes patrum patrum
vocat; Chryostomus. Præter hos etiam
Ambrosius, Amphiloctius, Cyrillus
Mierosolymorum Episcopus. "Quòd si is,
qui hæc expositionem doctorum contra
venerandas imagines edidit, ait, se à
sanctis

sanctis Patribus, qui per ea tempora flo-
 fuerunt, non fuisse receptum, quomodo
 ea quæ sancti Patres non probaverunt,
 nos, qui circa fines seculorum occurrimus,
 & indigni sumus ut discipuli eorum voce-
 mur, recipimus? Præsertim cum falsò
 contra Ecclesiam edita sint. Apage cum
 ista impia & intollezabili editione. Ne-
 que hic linguas suas acuant & exercent
 vaniloqui isti accusatores rectè sentien-
 tium, quasi illi, qui antiquam Ecclesie
 traditionem recipiunt, beato Epipha-
 nio aduersentur. Nequaquam. Commem-
 tarium enim illud rejicimus, beatum au-
 tem Patrem, Catholicæ Ecclesie doctri-
 nam cognoscimus. Nam & divini Patres,
 qui in quarta universali Synodo fuerunt
 congregati, epistolam, quæ nomine Ibe
 Episcopi Edesse ad Maria Persam cir-
 cumferebatur, anathemate damnaverunt,
 quasi Nestorio consentientem, (eodem
 etiam modo, qui in sacra quinta Synodo
 convenerunt) ipsum autem Ibam nequa-
 quam: non enim demonstrari poterat,
 quòd esset Ibx. Quam ob rem, in ana-
 thematizatis non ipsum Ibam devoce-
 runt, sed Ibx Epistolam: dicebatur
 enim Ibx, eum tamen illius nequaquam
 esset. Judicate ergo omnes qui auditis, &
 verum à falso discernite, quia editiones
 istæ non sunt beati istius Patris, sed po-
 tiùs Manichææ, quas veluti amarâ bile
 plenas fugiamus. Manichæi enim, & qui-
 cumque confusionis fuerunt authores,
 contemplationem istam nunquam ferre
 poterunt.

Annotatio.

Primo Epiphanius ostendit, epistolam,
 in qua objectio hæreticorum contineba-
 tur, non esse Epiphani Cypriorum Epi-
 scopi. Deinde, ut ostendat SS. Patres
 nunquam aliquid statuisse contra usum
 sacrarum imaginum, ac per consequens
 nec jam statuendum: utitur testimonio,
 ejusdem ab adversariis inductæ epistolæ,
 quasi istius Epiphani. Pro quo sciendum,
 quòd Epiphanius, qui hic responderet pro

Synodo, dixit se reperisse sub fine ejus-
 dem epistolæ, quæ scripta fuisse à 400.
 annis, ejusmodi verba. "Sæpe cum
 ,, comministris meis de imaginum abla-
 ,, tione egi; sed ab iis non receptus sum,
 ,, neque vel in paucis vocem meam audire
 ,, sustinuerunt". Ex quo, propriis ipsorum
 armis eos petens, concludit, quòd si
 SS. Patres istius temporis, illi videlicet,
 quos supra hic numeravit, à tot elapsis
 centenis annis, ex proprio adversariorum
 testimonio, nihil audire voluerint contra
 cultum imaginum, quod utique eum ap-
 probaverint: & ex consequenti, hos
 contra imagines novatores non audien-
 dos. Huc referenda sunt verba illa:

**Quod si is, qui Sc. ut supra.*

Gregorius pro hæreticis.

Similiter & Gregorius Theologus in
 verbis suis dicit: "Flagitium est, fidem
 ,, habere in coloribus, & non in corde.
 ,, Ea enim quæ in coloribus existit, faci-
 ,, liter eluatur: quæ verò in profundo
 mentis, illa mihi amica.

Epiphanius pro Synodo.

Perversè rursus cogitantes, & aliud
 dictum Gregorii Theologi subjiciunt,
 quod à dicto Patre sic editum est: "Fla-
 ,, gitium, fidem habere in coloribus, non
 ,, in animis, quæ facile elui potest, sed
 ,, profunditas mihi chara." Ab his autem,
 sic falsò scribitur: Flagitium est, fidem
 habere in coloribus, & non in corde: ea
 enim quæ in coloribus existit, facillime
 eluatur, quæ verò in profundo mentis,
 illa mihi amica. Beatus enim Gregorius
 Theologus in metricis suis opusculis,
 dictum illud, quod hi citant, ad mora-
 lem quandam sensum attulit. Corrigit
 enim vitam nostram, ut abstinemus à
 temporalibus & mundanis rebus volupta-
 ribus scilicet carnalibus, & spirituales
 rursus vitam (quæ ad cœlestia perducit)
 eligamus; nec credamus mundo huic,
 nec temporaneis, & non manentibus ad-
 hereamus (Hæc enim colores vocavit)
 sed potius spiritualibus & veris insista-

mus,

... que in corde stabilimentum habent, & in æternum manent.

Gregorius pro hereticis.

Chrysoſtomus ſic docet: " Nos per ſcripta, Sanctorum fruimur præſentiâ; non ſapè corporum ipſorum, ſed animarum imagines habentes. Nam que ab ipſis dicta ſunt, animarum illorum imagines ſunt". Maxima verò recti inveſtigatio (inquit Magnus Baſilius) meditatio Scripturarum, divinò afflatu nobis datarum. In his enim & rerum argumenta inveniuntur, & viræ beatorum virorum præſcriptæ, veluti imagines quædam animarum.

Epiphanius pro hereticis.

Qui quicquam rectè ſapit, nequaquam hæc ad ſubverſionem ſacrarum imaginum pertinere intellexerit. Omnibus enim manifeſtum eſt, cum audimus, utilia & fortia Sanctorum facta; conſtantiam ſimilitudinemque animorum illorum nos beariſicare, & laudare. Quinetiam, cum in divinis Scripturis Sanctorum vitas legimus, cumque in picturis eandem contemplanur, in memoriã revocamus quanto perre in Deum fervore fuerint accenſi. Nam, que oratio per auditum exhibet, hæc Scriptura tacens, per imitationem attendit, ut Magnus inquit Baſilius.

Gregorius pro hereticis.

Et Alexandriæ lumen Athanaſius dixit: " Quomodò non miſeratione proſequendi ſunt, qui creaturas adorant; quod illi qui vident, non videntibus cultum exhibent, & audientes non audientes orant, precanturque? Creatura enim à creatura nunquam ſervabitur.

Epiphanius pro Synodo.

Papè quanta inſania! Nunce enim novam quandam blaſphemix viam excogitantes, planè à veritate deviant. Nam ea, que divinus vir contra idola locutus eſt, hæc iſti homines, etiam poſt cognitionem veritatis & confeſſionis ſinceræ, & divinæ regenerationis, tribuunt, & præter-

unum univerſorum Dominum, creaturis ſervire Chriſtianos, & idololatriam commiſiſſe aſſerunt.

Gregorius pro hereticis.

Similiter Amphilochius Iconii Epico- pus ita inquit: " Non enim nobis Sanctorum corporales vultus in tabulis coloribus effigiare curæ eſt, quoniam his opus non habemus, ſed politrix illorum virtutum mamores eſſe debemus.

Epiphanius pro Synodo.

Hæreticis proprium eſt mutiſſitas exquirere ſententias. Nam ſi quis ſtudioſè exquirat, haud facilè hanc beati Patris ſententiam inveni-erit contra venerandarum imaginum repræſentationem: ſed affectionis animæ Sanctorum virilitatem & conſtantiam celebrans, & prædicans virtutum efficaciam, hæc dicit beatus Pater: maxime quò nos ad imitationem perducatur. Non enim Sanctos propter carnalem amorem laudamus neque pingimus: ſed quò virtutum illorum ſimul memores. Et in libris quoque vitas illorum describimus, in tabulisque illos depingimus, non quòd hoc à nobis poſtulent ipſi, verum id noſtrâ cauſâ, & propter utilitatem noſtram facimus. Non enim ſolùm paſſiones martyrum nos inſtituunt, ſed & contextus, & ſcriptum de illorum paſſionibus, picturaque idem indicant. Unde (ut Veritatis verbum nos docet) hæc oportet facere, & illa non omittere. Hoc idem latè diſputat Magnus Baſilius in ſuis moralibus ſermonibus. Aſterius etiam Amaſiæ Epico- pus ſimiliter docet, veterem eſſe de imaginibus traditionem, ut patet præter alia ex ſermone quem in Lazarum, & divitem epulonem conſcripſit.

Gregorius pro hereticis.

Conſentanea his etiam Theodotus An- cyræ Epico- pus ſic docet: " Sanctorum formas & ſpecies ex materialibus coloribus formari minime decorum putamus: horum autem virtutes, que per ſcripta traditæ ſunt, veluti vi-vas quaſ-

ſi dam

„dam imagines respicere subinde oportet.
 „Ex his enim ad similitudinem imitationem,
 „ & zelum pervenire possumus. Dicant
 „ enim nobis, qui illas erigunt statuas,
 „ quænam utilitas ex illis ad se redit?
 „ An, quòd qualiscumque recordatio eos
 „ habet ex tali speciei contemplatione?
 „ Sed manifestum est, quòd vana sit
 „ ejusmodi cogitatio, & diabolicæ de-
 „ ceptionis inventum.

Epiphanius pro Synodo.

Multi nostrum diligenter quærentes & indagantes in sermonibus hujus Theodoti præsentem sententiam, nusquam sanè invenimus. Ex quo convincitur, e mentita esse testimonia ab istis citata; ideoque nec locum sermonis, nec librum, unde hæc sententia descripta esset, designantur.

ihor.

Deinde, adducunt & quædam alia testimonia similia ex Eusebio Pamphili hæretico, quæ Epiphanius contemnit, refellit: quoniam auctor in reprobum sensum traditus, Arii placitis consensit, ut ex cunctis historicis suis libellis constat, in quibus Filium & Verbum Dei creaturam vocat, & secundò adorandum locò. Huic opponit Epiphanius Athanasium in dogmatica ad Eusebium Presbyterum epistola, cujus initium: *In quibus existimasti nos, &c.* Cyrillum in epistola ad Succensium, &c. contrarium docentes.

Totius sextus.

Continet tantum anathematismos novemdecim conciliabuli sub Leone habiti: in quorum septem prioribus rectè sentiunt, & Patrum traditionibus convenientia d'cunt; quippè, qui mysterium sanctæ Trinitatis, & Incarnationis Dominicæ, juxta orthodoxas fidei regulas explicant. In reliquis verdè anathematismis, abrogandum imaginum usum, & damnandum in Ecclesia Catholica definiunt.

ACTIO VII.

Conveniente sanctâ & universali Sy-

nodo juxta divinum, & primum Imperatorum à Deo electorum decretum, congregatâ in Nicæa, &c.

Definitio sancta, magna, & universalis in Nicæa Synodi secundo.

In hac definitione primò approbant sex universales Synodos. Deinde pronunciant profitenturque Symbolum fidei. Tertio, damnant omnes hæreticos, quos & sex universales Synodi damnaverant. Ultimo subjiciunt sic.

Fætemur autem unanimiter, nos Ecclesiasticas traditiones, sive scripto, sive consuetudine valentes & decretas, retinere velle: quarum de numero est imaginum effiguratior, ut quæ historicæ Evangelicæ promissionis concinat ad credulitatem veræ & non phantasticæ Incarnationis Dei, & ad utilitatem similitudinis, quam nobis exhibet, utiliter inventa. His se sic habentibus, regiam viam incedentes, & Sanctorum nostrorum & divinorum Patrum doctrinæ insistentes, & Catholicæ Ecclesiæ, in qua sanctus Spiritus inhabitat, traditionem observantes, definimus, cum omni diligentia & cura venerandas & sanctas imagines, ad modum & formam venerandæ & vivificantis crucis, è coloribus & tessellis, aut alia quavis materia commodè paratas dedicandas, & in templis sanctis Dei collocandas, habendasque tum in sacris vasis & vestibis, tum in parietibus, tabulis, in ædibus privatis, in viis publicis: maxime autem imaginem Domini & Dei servatoris nostri Jesu Christi; deinde intemeratæ Dominæ nostræ Deiparæ; venerandorum Angelorum, & omnium deinde Sanctorum virorum. Quòd scilicet per hanc imaginum pictarum inspectionem omnes, qui contemplantur, ad prototyporum memeriâ & recordationem, & desiderium veniant, illisque salutationem & honorariam adorationem exhibeant. Non tamen, secundum fidem nostram, veram latram, que

que solum divina nature competit; sed quemadmodum typo venerandæ & vivificantis crucis, & sanctis Evangeliiis, & reliquis sacris oblationibus fuffitorum & luminarium reverenter accedimus, quemadmodum veteribus piè in consuetudinem hoc adductum est. Imaginis enim honor in prototypum refultat, & qui adorat imaginem, in ea adorat quoque descriptum argumentum. Sic enim sanctorum nostrorum Patrum obtinet disciplina, vel traditio Catholicæ Ecclesiæ, quæ à finibus usque ad fines Evangelium suscepit. Igitur, qui ausi fuerint aliud sentire, aut docere, aut more impiorum hæreticorum Ecclesiasticas traditiones contaminare, aut novam vaniloquentiam inducere, aut quicquam de consecratis in Ecclesia abjicere; Evangelii, inquam, depictum codicem, aut figuram crucis, aut imaginis alicujus picturam, aut reliquias martyrum, quas sciverit esse germanas & veras, aut contra istas vassè & improbè aliquid cogitare quod sit contra constitutionem Ecclesiasticam, aut uti, tanquam canonicis, sacris Deo, repositis preciosis, aut monasteriis reverendis; si fuerint Episcopi, aut clerici, deponuntur: si monachi, aut laici, communione privantur.

Additio F. S.

Rectè hinc Scholæ Theologicæ Doctores statuunt, veram ac propriè dictam latram non esse imaginibus exhibendam. Qua de re scripsimus in 3. p. q. 23. a. 3. quæstio 5. Quò modò autem quidam alii Scholastici, S. Bonaventura, Marsilius, Almaynus, Carthusianus, Capreolus, S. Thomas, Cajetanus, Alensis docuerint quod idem honor debeat imaginì & exemplari, ac proinde Christi imago adoranda sit cultu latræ; Franciscus Longus Coriolanus in sua Summa Concil. explicat, dicens: imagines posse coli impropiè vel per accidens eòdem genere cultûs, quò exemplar ipsum colitur: & sic intelligi debent Scholastici citati. Per se verò, & propriè (aliquantò dixerat, pro-

pter se atque ex sua natura) non sunt adorandæ eòdem cultu, quò ipsum exemplar, sicut Concilium prohibet. Atque his prorsus consentanea scribit Baronius tom. 9. Annal. ad ann. Christi 787. Adriani Papæ an. 16. additque, id quod & nos in 3. p. monuimus, hujus 7. Synodi definitionem non innovasse veteribus Scholasticis.

Sancta Synodus exclamavit: Omnes **Textus.** sic credimus, omnes idem sapimus, omnes approbantes subscripsimus: Hæc est fides Apostolorum: hæc est fides Patrum: hæc est fides orthodoxorum: orbem hæc fides terrarum confirmavit. Credentes in unum Deum in Trinitate laudatum, venerandas imagines amplexamur. Qui secus agunt, anathemate percussuntur: qui sic non sentiunt, ab Ecclesia repelluntur.

Quicumque sententias sacre Scripturæ de idolis, contra venerandas imagines adducunt, anathema.

Qui venerandas imagines idola appellant, anathema.

Qui dicunt, quod Christiani imagines deos adorant, anathema.

Qui scientes communicant cum illis, qui contra venerandas imagines sentiunt, aut eas dehonestant, anathema.

Qui, præter Christum Dominum Deum nostrum, dixerit, alium nos à cultu idolorum liberasse, anathema.

Qui audeat, Ecclesiam Catholicam dicere idola aliquando suscepisse, anathema.

Si quis ex Iconoclastarum hæresi aliquem existentem defenderit, anathema.

Si quis Deum, secundum humanitatem non circumscriptibilem confessus fuerit, anathema.

Si quis Evangelicas narrationes per picturam representatas non accepaverit, anathema.

Si quis has non saluaverit in nomine Domini, & Sanctorum ejus anathema.

Si quis traditiones Ecclesiæ, sive

scripto sine consuetudine valentes, non curaverit, anathema.

Ex hac septima Synodo desumit argumenta Nicolaus I. in epist. ad Michaelem Imperatorem.

Aditio F. 5.

Obijcit quidam, Synodum hanc septimam (que sine dubio legitima est & athenica) fuisse rejectam à Concilio Francofordensi eoque legitimo. Sed etsi concedatur, quod à Patribus Francofurti congregatis rejecta fuerit, per errorem existimantibus, quod septima Synodus, hoc est, secunda Nicæna, vellet imagines veram proprieque dictam patriam adorari; quodque non esset per Roman. Pontificem probata; Concilium tamen ipsum Francofordensium non rejecit Synodum

Nicænam secundam: quia & Pontifex, & ejus Legati aliis resistunt, & irritaverunt omnia, quæ contra illam Synodum egerant. Confer que 3. q. 2; a. 3. quæ sita s. explicavimus.

Cæterum quod Patres Concilii Francoford. nihil omnino contra Synodum Nicænam secundam egerint, sed contra aliam, quæ sub Copronymo fuit habitæ Constantinopoli pro Iconoclastis; quodque Synodus Francoford. Nicæna hujus secundæ Synodi Acta receperit ac confirmaverit, sacratumque imaginum cultum promoverit, verosimilius asserunt Surius in Admonitione ad Lectorem pro Synod. Francoford. & postea ex multis aliis Coriolanus in Summa Concil. ad Concil. Francoford. ad an. 794.

Septima Synodus semel excusa est Colonia, non habet suos Canones Latine excusos; nos autem ex Nomocanone Græco (ex quo & Canones sexta Synodi assumpsimus) eos partim integros, partim in epitomen redactos, ne cresceret volumen Summa, hic adjecimus, Interprete eodem Gentiano Herbers, Gallò.

* Salvo respectu Auctoris, non fuit scopus Concilii, approbare Canones Apostolorum, quia apocryphos



In primo Canone hujus sanctæ Synodi hæc dicunt. Patres: A sanctis Apostolis prius editos Canones, & à sanctis universalibus & localibus Synodis amplectentes, eos anathematizamus, qui ab ipsis anathematizati fuerunt: deponimus, qui depositi fuerunt, nihilque his adjicimus, non inexplēbiles ut avari existentes: sed his, quæ ab illis constituta sunt, contenti sumus. * Atque hic est quidem scopus hujus Canonis.

Sic quidem Author, sed recollige Additiones F. 3. ad Canones Apostol. & Gratianos.

Hic Canon Apostolorum tantum & Synodatum Canonum meminit, secundum tamen Can. Synodi in Trullo, aliorum quoque Sanctorum decreta, ut sacros Canones observari jubet.

Canon 2. Non ordinandus quisquam, nisi saltem bene norit Psalterium.

Decernimus, quemlibet quidem, qui dicitur ad Episcopalem gradum est promovendus, nisi Psalterium omnino nosse, ut ex eo omnem quoque suum clericum ita initiari mereat. A Metropolitanano autem bene examinari, an ad sacros Canones diligenter, ac cum perferuatione, non autem cursim obiterque legendos, prompto paratoque sit animo, & sacrum etiam Evangelium, & librum divini Apostoli, omnemque divinam Scripturam, & in divinis præceptis versari, & populum docere. Nostre enim hierarchiæ substantia, sunt eloquia divinitus tradita, divinarum scilicet Scripturarum

narum vera scientia: sicut & Magnus Dionysius ostendit. Si quis autem d. ius fuerit animi, & non lubenter hæc facere & docere voluerit, non ordinetur. Prophetice enim dicit Deus: *Tu repulisti scientiam, & ego te repellam, ne sis mihi sacerdos.*

Canon 3. Electiones Episcoporum, que in principum procedunt, infirmari debent.

post. 28
1600
1601
1602
1603
1604
1605
1606
1607
1608
1609
1610
1611
1612
1613
1614
1615
1616
1617
1618
1619
1620
1621
1622
1623
1624
1625
1626
1627
1628
1629
1630
1631
1632
1633
1634
1635
1636
1637
1638
1639
1640
1641
1642
1643
1644
1645
1646
1647
1648
1649
1650
1651
1652
1653
1654
1655
1656
1657
1658
1659
1660
1661
1662
1663
1664
1665
1666
1667
1668
1669
1670
1671
1672
1673
1674
1675
1676
1677
1678
1679
1680
1681
1682
1683
1684
1685
1686
1687
1688
1689
1690
1691
1692
1693
1694
1695
1696
1697
1698
1699
1700
1701
1702
1703
1704
1705
1706
1707
1708
1709
1710
1711
1712
1713
1714
1715
1716
1717
1718
1719
1720
1721
1722
1723
1724
1725
1726
1727
1728
1729
1730
1731
1732
1733
1734
1735
1736
1737
1738
1739
1740
1741
1742
1743
1744
1745
1746
1747
1748
1749
1750
1751
1752
1753
1754
1755
1756
1757
1758
1759
1760
1761
1762
1763
1764
1765
1766
1767
1768
1769
1770
1771
1772
1773
1774
1775
1776
1777
1778
1779
1780
1781
1782
1783
1784
1785
1786
1787
1788
1789
1790
1791
1792
1793
1794
1795
1796
1797
1798
1799
1800
1801
1802
1803
1804
1805
1806
1807
1808
1809
1810
1811
1812
1813
1814
1815
1816
1817
1818
1819
1820
1821
1822
1823
1824
1825
1826
1827
1828
1829
1830
1831
1832
1833
1834
1835
1836
1837
1838
1839
1840
1841
1842
1843
1844
1845
1846
1847
1848
1849
1850
1851
1852
1853
1854
1855
1856
1857
1858
1859
1860
1861
1862
1863
1864
1865
1866
1867
1868
1869
1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900
1901
1902
1903
1904
1905
1906
1907
1908
1909
1910
1911
1912
1913
1914
1915
1916
1917
1918
1919
1920
1921
1922
1923
1924
1925
1926
1927
1928
1929
1930
1931
1932
1933
1934
1935
1936
1937
1938
1939
1940
1941
1942
1943
1944
1945
1946
1947
1948
1949
1950
1951
1952
1953
1954
1955
1956
1957
1958
1959
1960
1961
1962
1963
1964
1965
1966
1967
1968
1969
1970
1971
1972
1973
1974
1975
1976
1977
1978
1979
1980
1981
1982
1983
1984
1985
1986
1987
1988
1989
1990
1991
1992
1993
1994
1995
1996
1997
1998
1999
2000

Omnem electionem (quæ fit à Magistratibus) Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi, irritam monere ex Canone, dicente: Si quis Episcopus Magistratibus secularibus usus, & Ecclesiam obtinuerit, deponatur, & egregetur, & omnes qui eum eo communicant: Oportet enim eum qui est promovendus ad Episcopatum, ab Episcopis eligi, quemadmodum à sanctis Patribus Nicææ decretum est can. 4.

In Episcopo, electio proprie dicta est, in Presbytero autem & Diacono abusive pro ordinatione, quod non infrequenter offendens in Canonibus.

Canon 4. Penam Talionis puniendus Antistes, qui inuisti clericos aures vel templa claudit.

Præco veritatis Paulus, quendam veluti Canonem Ephesiorum Presbyteris imponens, vel univ. & potius Sacerdotali multitudini, sic libere dixit: *Argentum & aurum, aut vestem nullius concupivi: omnia vobis ostendi, quoniam oportet sic laborantes infirmos acquirere, & apprehendere, dare beatum existimantes.* Quocirca, nos ab eo edocti statimus, ne turpis lucri gratia Antistiti, in mentem veniat quæ renti excusationes in peccatis, aurum, vel argentum, vel ullam aliam speciem ab iis, qui sibi subsunt Episcopis, vel clericis, vel monachis exigere. Dicit enim Apostolus: Non debent liberi parentibus thesaurum parare, sed parentes liberis. Si quis ergo per auri exactionem, vel alicujus alius speciei, vel propter aliquam propriam affectionem à ministerio accere

inventus fuerit, vel segregare suorum clericorum aliquem, vel venerandum templum claudere ne in eo fiant divina mysteria, talionis erit legi obnoxius, ut qui sit mandati Dei transgressor. Summit enim & Petrus Apostolorum summus: *Pascite gregem Domini non coactè, sed spontaneè, &c.*

In Can. 5. definiunt Patres, severè puniendos clericos, qui per auri dationem primas sedes, prioresque honores quaerunt.

Sexto Canone definitur, saltem semel in anno celebrari Synodos provinciales, sicut Patres sextæ Synodi in Trullo statuerunt Canone 8. Additur autem, non licere Metropolitanis ex his quæ secum affert Episcopus, vel jumentum vel aliquam rem aliam petere. Si verò hoc fecisse deprehensus fuerit, reddet quadruplum.

Canon 7. Vt templa sine reliquiis sanctorum non consecrentur.

Qui venerabilium imaginum aspectum ex Ecclesia sustulerunt, alios quoque mores reliquerunt, quos quidem oportet renovari, & tam ex jure scripto, quam non scripto sic observari. Quæcumque ergo templa consecrata sunt absque Reliquiis Martyrum, in eis fieri statimus Reliquiarum depositionem cum consecratis precibus. Qui autem templum consecraverit sine sanctis reliquiis, deponatur.

Judæi, cum quorundam criminum rei agerentur, vellet autem damnationem effugere, ad fidem Christianam fide accedebant, quod cavetur in sequenti Canone.

Canon 8.

Quoniam Hebræorum religionis quidam errantes, Christum Deum nostrum subannate visi sunt, sese Christianos esse fingentes, ipsi autem, clanculum cum negantes, sabbatha observantes, & multa alia Judaica facientes: statimus, ut nec ad communionem, nec ad orationem, nec ad Ecclesiam admittantur, sed aperte sint secum.

1. Petr. 5.

Can. 30. Ad post. & c. 2. Gene. Chalc. cedon.

D. 17. c. 1. Quædam quædam.

Ecclesiasticus mos est templum post sanctas Martyrum, reliquias consecrator.

Authoc.

secundum suam religionem Hebræi : & nec filios eorum baptizent , nec servum emant , vel possideant . Si autem ex pura & sincera fide quis eorum convertatur , & ex toto corde confessus fuerit , eum recipiant , & baptizent eorum filios . Et caveant ipsi , se ab Hebræorum studiis & institutis destituturos . Si autem non ita se gerant , eos nullo admittant modo .

Canon 9. Hæreticorum scripta vulgò non permittantur.

Scripta hæreticorum , puerilia ludibria , furiosaque dicta ac scripta , quæ adversus sanctas imagines edita sunt , oportet dari Episcopo Constantinopolitano , ut cum reliquis hæreticis libris reponantur . Si quis autem hæc celare inventus fuerit , si sit Episcopus , vel Presbyter , vel Diaconus , deponatur : si autem laicus aut monachus , sequegetur .

Canon 10. est can. 17. & 18. sextæ Synodi in Trullo ; etiam 13. & 23. Chalcedonens.

Canon 11. est can. 26. Concilii Chalcedonensis.

Canon 12. est can. 39. Apostolorum . Cavet Synodus , alienandas res Ecclesiæ , aut monasterii .

Canon 13. est can. 24. in Concilio Chalcedonensi ; & 49. can. 9. Synodi in Trullo .

Canon 14. Absque Episcopi manus impositione nullus fiat lector .

Nullus efficiatur lector absque Episcopi manus impositione . Hoc ipsum etiam in monacho servetur . Lectoris autem manuum impositionem licet in proprio monasterio etiam soli monasterii præfecto facere , si ipsi præfecto ab Episcopo manus est imposita . Similiter & ex antiqua consuetudine Chorepiscopus , Episcopi permisso , oportet per manuum impositionem lectores creare .

Canon 15. Ne aliquis clericus in duabus collocetur Ecclesiis .

Clericus , ab hoc deinceps tempore in duabus Ecclesiis non collocetur : hoc enim

est negotiorum & turpis lucri proprium , & ab Ecclesiastica consuetudine alienum .

Ab ipsa enim Domini voce audivimus , non possi quemquam duobus dominis servire , aut unum amplectetur , & alterum negliget . Unusquisque ergo (ut vox est Apostolica) in eo in quo vocatus est , debet manere , & in una Ecclesia assidere . Quæ enim propter turpe lucrum sunt in Ecclesiasticis negotiis , ea à Deo sunt aliena . Ad hujus autem vitæ usum sunt diversa studia : ex his ergo , si quis velit , ea , quæ sunt corpori ad usum necessaria , comparat . Dixit Apostolus : Usui meo , & his , qui mecum sunt , subministraverunt manus meæ . Et hæc quidem in hac regia civitate : in his autem qui extra sunt locis , propter hominum inopiam permittitur .

Canon 16. Ne insignem vestem induat clericus .

Omnis ornatus corporeus est à Sacerdotali ordine alienus . Episcopos ergo vel clericos , qui se splendidis & insignibus vestibus exornant , corrigere oportet : si autem permaneant , supplicio tradi ; similiter & eos , qui sunt unguentis delibuti . Et si inventi fuerint aliqui , qui eos qui vilem & modestum amictum indui sunt irrideant , pœnâ corriganur : à superioribus enim usque temporibus omnis vir Sacerdotalis cum moderato , & honesto indumento versatur .

In Canone 17 prohibetur , ne alicui monacho permittatur oratorium extra monasterium ædificare , si non habeat ea , quæ ad perfectionem domû , pertinent .

In Canone 18. caveatur , ne ullâ ratione in Episcopatu aut monasterio mulier aliqua ancilla vel libera versetur ad aliquod ministerium . Si secûs fiat , Episcopus aut præfectus deponatur .

Canon 19. est can. 2. Synodi Chalcedon . Additur ad illud : Ne quis admittatur in monasterio per largitionem pecuniæ , exceptâ eâ , quæ datur liberis à parentibus instar dotis , vel cum sponte offertur .

Can. 2

Abbas nunc in propriis possunt etiam lectores ordinare .

21 q. 1. clericus .

Monach. 1. Ca. Modest. tam ut scilicet videtur quibus locum dedit.

Abbas

1141 ubi ad

Modest. debent qui vi bus ut turpe proprii multo

Canon 20. Ne fiant duplicia monasteria.

Statuimus, non fieri duplex monasterium: quoniam hoc fit multis scandalum & offensio. Si quæ autem sunt duplicia; seruetur secundum constitutionem Patris Basilii, quæ sic definit: In uno monasterio ne versentur monachi & monachæ: nec monachus liberè cum monacha loquatur, &c. Si autem eveniat, ut aliquam cognatam monachus velit aspicere, præente præfectâ cum ea colloquatur exiguo & brevi sermone: mox ab ea recedat.

Canon 21.

Non oportet monachum, vel monacham proprium relinquere monasterium, & ad aliud se conferre. Si autem hoc contigerit, ipsum in hospitem accipi, est necessarium.

Canon 22.

Præfens Canon prohibet laicis, ne cum scenicis ludicris, & saltationibus, aut meretriciis vocibus comedant; sed ei, qui nutrimentum dat, gratias agant. Porro monachis & Sacerdotibus præcipit, ne secundum cum mulieribus comedant etiam si cognatæ fuerint, nisi peregrè versentur &

non habent ea, quæ sunt ad usum necessaria. Hic est hujus Canonis scopus.

Explicit septima Synodus generalis, cum suis Canonibus.

LEO III. Papa 98. natione Romanus, Patre Azzupio, vir castus & integer, Doctorum virorum ita amator, ut eos undequaque præmiis alliceret, eorumque consuetudine mirum in modum delictaretur. Præterea verò ægrotos visere, eosque ad patientiam adhortari, elemosinas indigentibus præbere: prædicationibus & admonitionibus (quibus plurimum ob eloquentiam & doctrinam valebat) incumbere, ei peculiare fuit. Mortuus anno 21. pontificatus sui. Quò etiam cometes apparatus (ut nonnulli putant) tantæ calamitatis indicium.

Predicti Pontifices fuerunt sub Constantino & Irene ejus matre. Sub hoc pontifice, translatum est Imperium ad Germanos. Hic coronavit Carolum Magnum: & à perditis Clericis, oculis, & lingua privatus, plagisque confectus pristinam visus & loquelæ usum à SS. Apostolis recepit.

AN. D. 794
Leo III.
Papa 98.

CONCILIUM

MOGUNTIACVM

Celebratum tempore LEONIS III. Papa, & Caroli Magni Imperatoris, v. Idus Junii.

Concilium
Mogunt.
AN. D. 813.

Congregati sunt ad concilium celebrandum Episcopi, presbyteri, & monachi jussione Caroli Imperatoris, qui inchoantes tractare de statu veræ religionis, & profectû Christianæ plebis.

Primo constituerunt, de toto collegio

Clericorum sive Laicorum per tres turmas fieri in hunc modum.

In prima turma confederunt Episcopi cum quibusdam Notariis, legentes tractantes sanctum Evangelium, & Epistolâs, & actus Apostolorum, Canones quoque ac diversa sanctorum Patrum opus-

stat.
Etim.
Con.
ad
con.
colla.
No.
m.

opuscula, & Pastoralem librum Gregorii, cum cæteris sanctis dogmatibus, diligenti studio perquirentes, quibus modis statum Ecclesie Dei & Christianæ plebis, perfectum sanâ doctrinâ, & exemplis justitiæ inconvulsam (largiente gratiâ Dei) perficere, & conservare potuissent.

causa
zma.

In secunda turma confederunt Abbates, ac probati Monachi, regulam sancti Benedicti legentes, ac tractantes diligenter qualiter Monachorum vitam in meliorem statum atque augmentum cum Dei gratia perducere potuissent.

causa
zma.

In tertia turma sederunt Comites, & Judices in mundanis legibus decertantes, vulgi justitias perquirentes, omniumque advenientium causas diligenter examinantes, quibus modis poterant, justitias terminantes.

STATUTA CONCILII MOGUNTIAE.

Can. 1. *Sine operibus fides mortua est.*

Initium actionis nostræ de fide esse decrevimus, quæ honorum omnium est fundamentum: quia sine Fide Deo place- re non possumus: Fides tamen indiget opere; quia Fides sine operibus mortua est. Unde Gregorius: Ille verè credit, qui exercet operando, quod credit.

Canon 2. 3. & 4.

Commendant Fidem, Spem, Charitatem, & Sacramenta Christiana, secundum Romanum ordinem celebranda.

Canon 5.

Commendantur pax & concordia in populo Christiano: quoniam ad unam & veram hæreditatem regni cælestis vocati sumus, ad quam cupimus pervenire.

Canon 6. & 7.

Commendantur Episcopis res pauperum.

Canon 8.

De convenientia Episcoporum cum Laicis.

Canon 9. *De regulari observantia Canonicorum.*

Decrevimus, ut Canonici Clerici Canonicè vivant, observantes divinam scripturam & doctrinam, & documenta sanctorum Patrum, & nihil sine licentia Episcopi sui, vel magistri eorum agere præsumant; & ut simul manducent, & dormiant, ubi his facultas id faciendi supererit, vel qui de rebus Ecclesiasticis stipendia accipiunt: & in suo claustrò maneant, & singulis diebus mane primi ad lectionem veniant, & audiant quod eis imperatur. Ad mensam verò similiter lectionem audiant, & obedientiam secundum Canones suis magistris exhibeant.

Placuit sancto Concilio, ut qui dicunt se seculum reliquisse, & qui adhuc seculum sectantur, ita discernantur, sicut in regula Clericorum dictum est. His igitur lege Patrum caveatur, ut vulgari vitâ seclusi, à mundi voluptatibus se abstineant. Non spectaculis, non pompis intersint. Convivia inhonesta, turpia fugiant. Hieronymus ad Nepocianum dicit: Omnium Christianorum domus quasi proprias amare debemus, ut consolatores nos in mœroribus suis potius, quam convivas in prosperis noverint. Et Isidorus: Clerici tamen convivia privata, non tantum pudica, sed & sobria colant, usurus nequaquam incumbant; nec turpium occupationes lucrorum; fraudisque alicujus studium non apperant; amorem pecuniæ quasi matrem cunctorum criminum fugiant: secularia officia negotiaque abjiciant. Honorum gradus per ambitionem non subeant, non vagis oculis, non infræni linguâ, aut petulantis tumidoque gestu incedant; sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu & incessu ostendant; obscœnitatem etiam verborum sicut & operum penitus exerceantur; viduarum & virginum visitationes frequentissimas fugiant; contubernia fornicarum nullatenus appetant; casti-

moniam

moniam quoque inviolati corporis perpetuò conservare studeant; senioribus quoque debitam præbeant obedientiam, neque ul.ò jactantiæ studiò se attollant. Postremò, in doctrina & lectionibus, psalmis, & hymnis, & canticis exercitiò jugi incumbant. Tales enim debent esse, qui divinis cultibus se mancipandos student exhibere, scilicet, ut dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.

Canon 11. De vita Monachorum.

- Abbates autem censuimus cum Monachis suis pleniter vivere, secundum doctrinam regulæ sancti Benedicti, quantum humana permittit fragilitas.

Canon 12. Ne Monachi ad placita secularia veniant.

Hoc tamen omninò volumus, ut Monachi ad secularia placita nullatenus veniant, nec ipse Abbas sine consensu Episcopi sui, & cum necessitas exigit, tunc per jussionem & concilium Episcopi illuc vadat: nequaquam tamen contentiones aut lites aliquas ibi movere præsumat; sed quicquid querendum vel respondendum sit, per advocatos suos hoc faciat.

Canon 13.

Abbatissæ cum monialibus regulariter vivant.

Canon 14.

Ministri altaris Clerici, vel Monachi, à negotiis secularibus omninò abstineant.

Canon 15.

Interpretatus est hic locus Pauli Philip. 3. *Imitatores mei estote*, &c. ex Hieronymo in Comment. ad Galat. & Augustino in primo lib. de agone Christianorum.

Canon 16. ¶ 17.

Quod Clericos conveniat mundum, & astra relinquere.

Canon 18.

De sèctis virtutibus ex vetis vitis discernendis.

Canon 19.

Utriusque non mittantur in monasteria

Canonicorum vel monachorum aut puellarum, quam sufferri possit.

Canon 20. De locis Monasteriorum providendu

Deinde Dignum ac necessarium est, ut Missi per quæque loca directi simul cum Episcopis uniuscujusque diœcesis, perspiciant loca monasteriorum Canonicorum pariter & Monachorum, simili terque puellarum, si in apto & congruo loco sint posita, ubi commodum necessarium possit acquiri, quod ad utilitatem pertinet Monasterii, sicut in sancta regula dicitur. Monasterium autem ita debet constitui, ut omnia necessaria intra monasterium exerceantur, ut non sit necessitas Monachis vel Clericis, vel puellis vagandi foras: quia omninò non expedit animabus eorum. Similiter quoque ædificia monasteriorum supradicti Missi, & cum eis Episcopi, per diversa loca prævideant, si apta sint, & congruentur sanctæ professioni composita: vel claustrum firmum habeant, in quo salvari possint animæ in eis commemorantium sub disciplina Canonica vel regulari. Ubi autem aliter inventum fuerit, hoc omni modò Episcopus loci ipsius faciat emendari, ita ut condignam professionem eorum custodiam habeant Canonici, vel Monachi, atque Nonnanes, ne detur eis occasio malefaciendi, quod abest.

Canon 21.

Sciunt Episcopi qualiter Canonici vivant.

Canon 22. De Clericis vagis.

De Clericis vagis seu de acephalis, id est, de his qui sunt sine capite, neque in servitio domini nostri, neque sub Episcopo, neque sub Abbate, sed sine Canonica vel regulari vita degentes, ut in libro Officiorum secundum capitulum, & tertium de eis dicit: Hos neque inter Laicos aut secularium officiorum studia, neque inter Clericos religio tenet: divina; sed solivagos, atque oberrantes sola turpis vita complectitur & vaga: quique,

na sterile,
ut nulla sit
necessitas
Monachis
vagandi,

Hos potes-
tate dice-
re exemptos
ab obedien-
tia, suorum
prelatorum-
dum

dum nullum metunt, explendæ voluptatis suæ licentiam sectantur, quasi animalia bruta, libertate ac desiderio subferuntur, habentes signum religionis, non religionis officium, hippocentauris similes, nec equi, nec homines. Tales omnino ubicumque inventi fuerint, præcipimus, ut Episcopi sine ulla mora eos sub custodia constringant canonica, & nullatenus eos amplius ita errabundos & vagos, secundum desideria voluptatum suarum vivere permittant. Sin autem Episcopis suis canonicè obedire noluerint, excommunicentur, usque ad iudicium Archiepiscopi regionis illius. Et si ille eos corrigere non valuerit, tunc omnino sub vinculis constringantur usque ad Synodum, ut ibi eis indicetur: verum ad iudicium Domini nostri, aut ad istam magnam Synodum afferantur, sub custodia publica.

Canon 23. De clericis inoffensivitate.

De clericis verò, hoc statuimus: Ut hi, qui hætenus inventi sunt sive in canonico sive in monachico ordine tonsurati sine eorum voluntate, si liberi sunt, ut ita permaneant: & deinceps cavendum, ut nullus tonsatur sine legitima ætate, & spontanea voluntate, vel cum licentia domini sui.

Canon 24.

De clericis ad euntibus Imperatorem hoc placet omnibus modis observare, quod de eis in sacris Canonibus constitutum est.

Canon 25.

De officio prædicationis, si fortè Episcopus non fuerit in domo sua, aut infirmus est, aut aliquâ causâ exigente non valuerit; nunquam tamen desit diebus Dominicis aut Festivitatibus, qui Verbum Dei prædicet, juxta quod intelligere vulgus potest.

Canon 26.

Ut Presbyteris, per monasteria puellarum, oportuno tempore liceat Missarum

solemnia celebrare, & iterum ad proprias Ecclesias redire.

Canon 27. Diligenter thyrus custodandus.

Presbyteri sub sigillo custodiant chrisma, & nulli, sub prætextu medicinae vel maleficii, donare inde præsumant: quod si fecerint, honore priventur.

Canon 28.

Presbyteri sine intermissione utantur orationi, propter differentiam Sacerdotii dignitatis.

Canon 29.

Ut laici Presbyteros non ejiciant de Ecclesiis, neque constituent, sine consensu Episcoporum suorum.

Canon 30.

Ut laici omnino manera injusta non exigant à Presbyteris, propter commendationem Ecclesie cuiquam Presbytero.

Canon 31. De clericis fugitivis.

Ut unusquisque Episcopus in sua parochia diligenter Presbyteros vel clericos inquiret, unde sint? Et si aliquem fugitivum invenerit, ad suum Episcopum redire faciat.

Canon 32. Quid sit Litaniam?

Litanie autem Græcè nomine appellantur, quæ latinè dicuntur rogationes. Inter *Litanias* autem & *hæmoloytes* hoc differt, quòd exomologes pro suis peccatorum confessione agantur: Litanie verò indicuntur propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo misericordiam ejus. Sed nunc jam utrumque vocabulum sub una significatione habetur.

Canon 33. De Litaniam maiorem.

Placuit nobis, ut Litaniam major observanda sit à cunctis Christianis diebus tribus sicut legendo reperimus, & sicut sancti Patres nostri instituerunt, non equitando, nec pretiosis vestibus induti, sed discalceati, cinere & cilicio induti, nisi infirmitas impediens.

Canon 34. De quatuor temporibus observandis.

Constituimus, ut quatuor tempora anni

ab omnibus cum jejuniis observentur, id est, mense Martio hebdomadâ primâ, & feriâ quartâ, & sextâ, & sabbato veniant omnes ad Ecclesiam horâ nonâ cum Litaniiis ad Missarum solemnia. Similiter in mense Junio hebdomadâ secundâ, feriâ quartâ, & sextâ, & sabbato jejunetur usque ad horam nonam, & à carne ab omnibus abstinenceatur. Similiter in mense Septembri hebdomadâ tertiâ: & in mense Decembri hebdomadâ quâ fuerit plena, ante vigiliam Natalis Domini, sicut est in Romana Ecclesia traditum.

Canon 35. De indicto ieiunio.

Si quis indictum jejunium superbiendo contempserit, & observare cum ceteris Christianis noluerit, in Gangrensi Concilio præcipitur, ut anathematizetur, nisi emendare se studeat.

Canon 36. De festivitate.

Festus dies in anno celebrare sancimus, hoc est, diem dominicam Paschæ cum omni honore & sobrietate venerari; Similiter feriam secundam, tertiam, & quartam; à feria quinta ante Missam licentia sit arandi vel seminandi, & horum & vineam excolendi, & sepem circumcludendi; ab alio vero opere cessare decrevimus: post Missam autem, ab opere vacare. Diem Ascensionis Domini pleniter celebrare. Item Pentecosten similiter ut in Pascha. In Natali Apostolorum Petri & Pauli diem unum, Navitatem sancti Joannis Baptistæ; Assumptionem sanctæ Mariæ; Dedicationem sancti Michaëlis; Nativitatem sancti Kemigii, sancti Martini, sancti Andree; in Natali Domini dies quatuor; Octavas Domini; Epiphaniam Domini; Purificationem S. Mariæ: & illas festivitates Martyrum vel Confessorum observate decrevimus, quorum in unaquaque parochia sancta corpora requiescunt. Similiter etiam Dedicationem Templi.

Canon 37. De Dominicis diebus.

Omnes dies Dominicos cum omni veneratione decrevimus observare, & à ser-

vili opere abstinere, & ut mercatus in eis minimè sit, nec placitum ubi aliquis ad mortem, vel ad pœnam judicetur.

Canon 38. De Decimis.

Admonemus vel præcipimus, ut decima de omnibus dari non negligatur; quia Deus ipse sibi dari constituit. Quia timendum est, ut quisquis Deo debitum suum abstrahit, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

Canon 39. De fugientibus ad Ecclesiam.

Reum fugientem ad Ecclesiam nemo abstrahere audeat, nec inde donare ad pœnam vel ad mortem: ut honor Dei, & Sanctorum ejus conservetur: sed Rectores Ecclesiarum, pacem & vitam, ac membra ejus obtinere studeant; tamen legitime componant, quod iniquè fecit.

Canon 40.

Præcipimus, ut in Ecclesiis, aut in domibus Ecclesiarum, vel aliis placita secularia minimè fiant.

Canon 41.

Ecclesiæ antiquitas constitutz, nec decimis, nec aliis possessionibus priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur.

Canon 42.

Quicumque beneficium Ecclesiasticum habent, ad recta Ecclesiæ restauranda, vel ipsas Ecclesias emendandas, omnino adjuvent, & novam decimam reddant.

Canon 43. Ne solus Presbyter peragat sacrificium.

Nullus Presbyter, ut nobis videtur, solus Missam cantare valet rectè. Quomodo enim dicit: *Dominus vobiscum?* Vel: *Suscipite corda* admonet habere, & alia multa his similia, cum alius nemo cum eo sit?

Canon 44.

Oblationem quoque & pœcem in Ecclesia facere jugiter admonetur populus Christianus: quia ipsa oblatio sibi & suis magnum remedium est animarum; & in ipsa pace, vera unanimitas & concordia demonstratur.

Canon 45. De Symbolo & oratione Dominica.

Symbolum, quod est signaculum fidei, & orationem Dominicam discere, semper admoneant Sacerdotes populum Christianum. Volumusque, ut disciplinam condignam habeant, qui hæc discere negligunt; sive in jejuniis, sive in alia castigatione emendentur. Propterea dignum est, ut filios suos doceant ad scholam, sive ad monasteria, sive foras Presbyteris; ut fidem Catholicam rectè discant, & orationem Dominicam, ut domi alios edocere valeant. Et qui aliter non potuerit, vel in sua lingua hoc dicat.

Canon 46. De malo ebrietatis.

Magnum malum ebrietatis, unde omnia vitia pullulant, modis omnibus præcipimus cavere, & qui hoc cavere noluerit, excommunicandum cum esse decrevimus, usque ad emendationem congruam.

Canon 47.

Deinde præcipimus, ut unusquisque compater spirituales filios suos Catholicè instruat.

Canon 48.

Canticum turpe atque luxuriosum circa Ecclesias agere omnino contradicimus, quod ubique vitandum est.

Canon 49. De subintroductis mulieribus.

Omnibus igitur Clericis foeminas secum in domibus suis habere ultra licentiam Canonum, firmiter sit contradicimus.

Canon 50. Quales debeant esse ministri Episcoporum.

Omnibus igitur Episcopis, Abbatibus, cuncto clero omnino præcipimus, vicedominos, præpositos, advocatos sive defensores bonos habere, non malos, non crudelēs, non cupidos, non perjuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes, & in omnibus justitiam diligentes. De Judicibus autem vel centenariis, atque tribunis, seu vicariis dignum esse censuimus, ut si mali reperti fuerint, de ministerio suo abjiciantur,

Canon 51. Corpora Sanctorum de loco ad locum non transferantur.

Deinceps verò corpora Sanctorum de loco ad locum nullus præsumat transferre sine consilio principis vel Episcopi, & sanctæ Synodi licentia.

Canon 52. Qui mortui possint in Ecclesia sepeliri.

Nullus mortuus intra Ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri, aut fideles laici.

Canon 53. De incautus.

Ut Episcopi incautos pariter investigari studeant, omnino præcipimus. Et si poenitere noluerint, de Ecclesia expellantur donec ad poenitentiam revertantur.

Canon 54.

Contradicimus quoque, ut in quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur, & si post interdictum inventum fuerit, separetur.

Canon 55. Ne proprium filium de baptismo quis suscipiat.

Nullus igitur proprium filium vel filiam de fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam, nec commatrem ducat uxorem, nec illam cujus filium aut filiam ad confirmationem duxerit. Ubi autem factum fuerit, separetur.

Canon 56. De damnatis nuptiis.

Si quis uxorem viduam duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupsierit, seu cum Patre & Filio; tales copulationes anathematizari & disjungi præcipimus, nec unquam amplius conjugio copulari, sed magna distinctione ferri.

Canon 57. Clerici horis matutinis interstiti.

Clericus, quem intra muros civitatis suæ manere constituerit, & matutinis hymnis sine probabili excusatione ætitudinis inventus fuerit defuisse, septem diebus à communione habeatur extraneus: quia ministrum sacrorum eò tempore, quò non potest ab officio suo ulla honesta necessitate occupare, fas non è salubri celsæ.

Nota.

CON-

C O N C I L I U M
R H E M E N S E

Concilium
Rhemense.
An. D. 813.

Sub LEONE III. anno Domini 813. congregatum per piissimum
Carolam Cæsarem, more priscorum Imperatorum.

Capitula in hoc Concilio ordinata, universa tractant de institutione Clericorum: aliqua duximus annotanda.

Canon 1.

Leſte ſunt ſententiæ libri paſtoralis beati Gregorii, in præſentia omnium, ut Paſtores Eccleſiæ intelligerent, quomodo ipſi viverent, qualiter ſibi ſubjectos deberent admonere, quoniam teſte edem beato Gregorio, aliter admonendi ſunt prælati, aliter ſubditi.

Canon 2.

Ventilata eſt ratio poenitentiz, ut Saacerdotes certius intelligerent, quomodo confeſſiones recipere; & poenitentiam ſecundum canonicam institutionem poenitentibus deberent indicare.

Canon 3.

Ventilata eſt ratio octo principaliorum vitiorum, ut unuſquiſque diverſitatem illorum ſciret, & ab aliis, Domino auxiliante, ſe intelligerent cuſtodire, & aliis prædicare.

Canon 4. Cui leſſioni Epifcopi incumbere debeant.

Epifcopi diligentius operam dent leſſionique divinæ incumbant, id eſt, Canoniciſ libris, & opusculis Patrum; & Verbum Dei omnibus prædicent.

Cap. 5. Quid Epifcopi prædicare debeant.

Epifcopi ſermones & homilias ſanctorum Patrum, prout omnes intelligere poſſint, ſecundum proprietatem linguæ prædicare ſtudeant.

Cap. 6.

Ut Epifcopi & præbyteri examinent, qualiter contentibus peccata dijudicent, & tempus poenitentiz conſtituant.

Cap. 7. Quis debet eſſe menſa Epifcoporum, & Abbatum.

Epifcopi & Abbates ante ſe joca turpia facere non permittant, ſed pauperes & indigentes ſecum ad menſam habeant, & lectro divina ibi perſonet, & ſumant cibum cum benedictione & laude Domini: ſecundum Apoſtolum, Sive manducent, ſive bibant, omnia in laudem Dei faciant.

Cap. 8. Ut Miniſtri Dei ſobrii ſint.

Epifcopi, & Dei Miniſtri non debent comæſſationibus, & vinolentiis nimis incumbere; ſed conſiderent ſententiam Domini *Attendite ne graventur corda veſtra crapulâ, &c.* Moderatè enim cibum & neceſſarium potum ſumant; ut juxta Apoſtolum ſobrii ſint, parati ad ſervitium Domini.

Cap. 9. non omnia delicta ab hominibus punienda.

Epifcopi, & Judices judicia diſcernant, quia ſunt quædam judicanda modo, quædam Dei judicio reſervanda; ſcriptum eſt: *Nolite ante tempus indicare quoad ſine veniat Dominus, &c.* Et illius memores ſint: *In quo enim iudicio iudicaveritis, indicabitur de vobis.*

394 VITA STEPH. V. PASCHAL. I. EUGEN. II. VALENT. & C. P. P.

Cap. 10.

Ue monachi ad placita secularia nulla tenus vadent.

Reliqua capitula in Laodicenf. & Carthaginent. III. & VI. requirite.

an. D. 816.
Stephan V.
Papa 99.

STEPHANUS V. dictus IV. Romanus, patre Marino. Pro stabilienda Ecclesie pace in Gallias ad Imperatorem Ludovicum Pium profectus est, à quo obviam ei facto, & in ipso accessu ter ante pedes ejus prostrato, honorificentissime exceptus est. Eundem Ludovicum unxit in Imperatorem, & Irmingardam, ejus uxorem coronavit, Augustanque nominavit Sedit menses septem, dies tres: etiam ante obitum, illustratus miraculis.

an. D. 817.
Paschalis I.
Papa 100.

PASCHALIS I. patria Romanus, patre Bonoso: Vir sanctus, doctus, & eloquens, magnanimus, & misericors, ceterisque virtutibus præditus. Coronavit Romæ in Imperatorem, Lotharium, Ludovici Pii filium, jam à patre in Imperatorem designatum. Sedit annos 7. mens. 3. dies 16.

an. D. 824.
Eugen II.
Papa 101.

EUGENIUS II. Romanus, filius Boemundi, doctrina, virtutibus, ac pietate clarissimus. Sub ipso, & de ejus consensu, jussu Ludovici Imp. propè Parisios, de imaginum ventilacione, habita collatio plurium Virorum doctrinâ excellentium, quæ malè ab aliquibus Synodus Parisiensis inscripta est. Sub eodem celebrata fuit Romæ Synodus 63. Episcoporum, in qua constituti fuerunt Canoncs 38. ad disciplinam Ecclesiasticam pertinentes, quorum titulos recitat Baron. Annual. tom. 9. ad annum 826. Sedit annos 3. mens. 2. dies 23.

an. D. 827.
Valentinus
Papa 102.

VALENTINUS, natione Romanus, Petri filius, Vir multis virtutibus præditus, ex Archidiacono invictissimus ecclesiamatus est Pontifex. Sedit dies 40.

GREGORIUS, hujus nominis IV. Romanus; genere clarus; divinis humanisque literis apprime eruditus; pietate, misericordia, & ceteris virtutibus insignis, ex Presbytero titulo S. Marci, invitatus pariter, & latebras querens, Pontifex consecratus, curavit ubique celebrati festum omnium Sanctorum, quod eatenus non nisi Romæ fiebat. Sedit annos 16.

An. D
Greg
Papa

SERGIIUS II. Romanus, illustri familia ex patre Sergio natus: pietate, eruditione, & moribus insignis, ejectione Joanne Diacono, qui Sedem violenter occupare tentaverat, ex Archidiacono S. R. E. ordinatus Pontifex, Ludovicum Lotharii Imperatoris filium hostiliter Romam advenientem pacifice recepit: cui tamen portam argenteam atrii interioris Ecclesie S. Petri aperiri noluit nisi prius Ludovicus assereret, se benevolo in Ecclesiam & Republicam animo advenisse. Sedit annos 3. mensem unum.

An. D
Sergii
Papa 1

Fabula est, quæ de eo refertur, quod ille primus fuerit Romanorum Pontificum, qui nomen sibi mutaverit eo quod *es porci* diceretur. At primus qui sibi nomen mutavit, fuit Joannes XII. Othavianus antea dictus.

LEO IV. Romanus, magnæ virtutis & sanctitatis, uno omnium Romanorum consensu electus, serpentem I. thiferum, populo exitialem, suis precibus; & incendium, patrem Urbis deposcens, signo crucis extinxit. Immensis precii, & operis ornamenta contulit Ecclesie Urbis, à Sarcenis spoliatis. Sedit annos 8. menses 3. dies 5.

An. D
Leo IV
Papa II

Post Leonem IV. ineptissime subrogata dicitur mulier Joanna nomine, Martino Scoto Joannes VIII. dicta: cujus fabule refutationem vide in Baronio, Spondano & aliis.

BENEDICTUS, hujus nominis III. patria Romanus, vir sanctissimus, & Presbytero

An
Bened
Papa

Quocirca minor non accuset, ne maledicat majorem Sacerdotem.

D. 21. In
causam.

Quintò: Quòd Romana Sedes à nemine judicari potest: quod inter cætera duobus demonstratur exemplis. Primò: Concilii Chalcedonenfis, in quo sancti Patres Dioscorum Alexandrinum Antistitem inter cætera idecirco potissimum, & sine ulla restitutione damnaverunt, quòd ponens in cælum os suum, linguâ ejus transeunte super terram, excommunicationem in sanctum Leonem Papam dictavit. Secundò: exemplo Concilii Romani, in quo habetur sic. Unde factum est, ut in Concilio Episcoporum nullus in Marcellinum Papam, qui tempore Diocletiani & Maximiani Augustorum, idolis, compulsus sacrificaverat (sed postea insignis martyr effectus est) sententiam proferte ausus fuerit, dum ei se-
pissimè omnes dicerent: *Tuo ore iudica-*

Sedes Ro-
mana à ne-
mine judi-
catur.

*causam tuam, non nostro iudicio. Et ire-
tum. Noli audiri in nostro iudicio, sed collige
in sinu tuo causam tuam, ex te iustificaberis,
& ex ore tuo condemnaberis. Et rursus:
Prima Sedes non iudicatur à quoquam, &c.*

Utimò: Diff. runtur multa de primatu Roman. Sedis. Maxima pars epistolæ in hoc insumitur, ut demonstret hanc primam esse inter omnes; superque omnes potestatem habere; utpotè quæ sola à Domino immediatè super Petrum fundata fuerit. Ibidem: quòd Synodus absque authoritate Romanæ Pontif. non valet. Deinde, quòd Ecclesiæ Romanæ non Nicæna, nec ulla alia Synodus privilegium aliquod contulit, quæ in Petro no-
verat, eam totius potestatis jura plener mernisse, & cunctarum Christi ovium regimen accepisse, cum cæteras alias Episcopatum Cathedras instituerit Ecclesia Romana.

D. 1
Rom

Eccl
Rom
nulla
des.
legis
quod
ratio.
D. 22

DECRETA

EJUSDEM NICOLAI,

Ex Gratiani volumine in unum collecta, & in aliquot titulos distributa.

De Sede Apostolica, titulus primus.

D. 79 c. 1. &
c. Si quis.
Non Papa,
sed apostata
qui sine ca-
nonica ele-
ctione Car-
dinalium
eligitur.

SI quis pecuniâ, vel gratiâ huma-
na, aut populari seu militari tu-
multu, Apostolicæ Sedi sine
concordi & canonica electione
Cardinalium ejus Ecclesiæ, & sequen-
tium clericorum religiosorum in throni-
zatur, non Papa vel Apostolicus, sed
apostolicus habeatur.

*Contra contemnentes mandata
Apostolica.*

23. q. 7. Si
quis.

Si quis dogmata, mandata, interdicta,
sanciones, vel decreta pro Catholica

fide, vel Ecclesiastica disciplina, pro cor-
rectione imminentium & futurorum ma-
lorum à Sedis Apostolicæ Præule salu-
briter promulgata contempserit, anathema
sit.

*Quanta facienda decreta Apostolica
in his, quæ ad fidem spectant.*

Si Romanorum Pontific. decretò, cæte-
rorum opuscula tractatorum approbantur
vel reprobantur; ita ut, quod verè Sedes
Apostolica probavit, hodie teneatur accep-
tum; & quod illa repulit, hætenus inefficax
habeatur: quanto potius ea, quæ ipsa pro
Catholica fide, profanis dogmatibus, &
multifa-

D. 12
Rom

multifariis Ecclesie necessitatibus, & fidelium moribus diversò tempore scripsit, omni honore debent præferri, & ab omnibus prorsus in quibuslibet necessitatibus vel opportunitatibus, discretionem vel dispensationem magistrâ, reventer assumi.?

De Imperatoribus, titulus secundus.

Utinam legitis, Imperatores antecessores vestros Synodalibus conventibus interfuisse, nisi fortè in quibusdam, ubi de fide tractatum est, quæ universalis est, quæ omnium communis, quæ non solum ad clericos, verumetiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos? Recollige additionem 1. & 2. F. S. ad Actionem VI. Syn di generalis

Quæ spiritualia sunt, non ad Imperatores. attribuantur.

Mediator Dei & hominem Christus Jesus, idem Rex & Pontifex, actibus propriis, & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit, ut Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodò rerum imperialibus legibus uterentur; quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret incurfibus, & Deo militans, minime se negotiis secularibus implicaret, ac vicissim, non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset secularibus negotiis implicatus.

Non via sed dignitas in Sacerdotibus consideranda.

Non quales Sacerdotes Domini sunt, sed quid de Domino loquantur, est vobis magnopere providendum; nec Vicariis beati Petri Apostoli, vobis est attendendum quid sint, sed quid pro correctione Ecclesiarum, quid pro salute vestra satagant; Nec enim illos dicetis inferiores Scribis & Phariseis sedentibus super cathedram Moysi, de quibus Dominus præcipit dicens: *Quæcumque dixerint vobis, facite, &c.*

De dignitate Sacerdotum idem Nicolaus in epistola ad Michaëlem Imperatorem, quæ incipit: Proposueramus &c. in 2. tom. Conc. multa dicit.

An non districta ultione feriendus est, qui in duabus uxoribus adulterium & flagitium iniratus esse dignoscitur? Quod Dominus, non nisi post septuaginta septem generationes, suo salutariter adventu delevit; cum Cain fratricidum, septimâ generatione, aquis ablutum sit caraclysmi, id est diluvii?

De Episcopis, titulus tertius

Episcopi ab omnium bestiarum vel lucrum venatione penitus alieni existere, & ab immoderata filiarum familiaritate, unde mala oriatur fama, abstinere debent. *Nullum enim sanctum, (ut ait B. Hieronymus) venatorem legitimus.*

Episcopis di pensario cælestis seminis injuncta est; vix si non sparserint; ve si tacuerint, sicut vas electiois formidat, & clamat.

Propter infirmitatem impediti Pontifices abiciendi non sunt.

Pontifices, qui aliquâ occupantur infirmitate, abiciendi non sunt, nec alii in loco eorum consecrandi sunt, nisi ex hac fuerint luce subtracti. Quod si de ministerio sibi concessio conquerrunt, quæ licita sunt, Sacerdotes expleant. In iis verò, quæ his præsumere non licet, vicinorum Episcoporum usque ad recipendam sanitatem auxilia subrogentur.

Vt felicitati sint prelati vel coronam amittant.

Episcopos verò, qui dominici gregis suscipiunt curam atque sollicitudinem, ab administratione eorum discedere non oportet, ut accepti talenti pulchritudo non deleatur, sed certamen eorum salubriter augeatur, & triplicetur fructus.

In persecutionibus Episcopus oves suas non deserat.

Sciscitaris, utrum, cum à Normanis ab Episcopo depellaris, debeas de carcere

in Monasterio conversati? In quo scias, charitativè frater, quod si perniciosum est proteritiam in tranquillitate navim deserere, quanto magis in fluctibus? Ubi non dicimus, quod persecutorum non fugiamus insidias, maximèque paganorum cum ad tempus sreviunt, & ob multitudinem delictorum nostrorum nocendi facultatem divinitus assequuntur (præsertim, cum eis prodire ultrò non debeamus, & multos Prophetas & Apostolos, ipsum quoque Dominum hujusmodi fugisse insectatores luce citarius constet) sed, quòd præcipuè nos, qui tanquam ardetes ducatum gregibus præbemus, imò qui & horum Pastores sumus, Deò autore, cum eis in periculis pro viribus persistere pro certo conveniat. Et cum tranquillitas reddita divinà fuerit pietate, sopitaque furentium infestatio, mox gregem perquirere, & in unum colligere, & ejus animos, cælesti patriæ pace ac securitate prædicarè, erigere debemus.

Episcopi non debent militaribus occupari negotiis.

Non licet Episcopis militaribus implicari negotiis. Quid enim ad Episcopos & milites Christi pertinet, nisi ut vacent orationibus?

De Presbyteris, titulus quartus.

Nullus M. s. l. m. audiat Presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem.

De sacerdote fornicario.

Sacerdotes, si in fornicationis ceciderint laqueum, & criminis manifestus sit actus, sacerdotii honorem habere non possunt secundum canonicæ institutionis auctoritatem.

Etiam à sacerdote manifestè malè licitè sacramenta sumuntur.

Ab omni sacerdote, etiam manifestè malè licitè, possunt fideles Sacramenta percipere, quoniam mali, bona ministrando, se tamen modò lædunt. Fax accensa, sibi quidem detrimentum præstat, aliis vero lumen in tenebris ministrat, & unde

aliis commodum exhibet, inde ipsi dispendium præbet. Sumite ergo, &c. qualiscumque enim Sacerdos sit, quæ sancta sunt coinquinari non possunt.

De Clericis, titulus quintus.

Clericis, qui usque ad subdiaconatum castè vixit, uxorem ducere non potest.

Clericus, qui Paganum occiderit, erit irregularis: nam discreti sunt milites sæculi à militibus Ecclesiæ, quibus militare seculo non convenit.

De votis monasticis, titulus sextus.

Non debet quisquam ad regularem disciplinam invitus cogi: idcirco Dominus, non ferendam in via virgam, per quam violentia ulli inferatur, præcepit, &c. Nullum enim bonum, nisi voluntarium.

De laicis, titulus septimus.

Non debent laici lites, veterum judicare, nec de vita ejus quicquam investigare, sed Episcoporum judicio, quicquid id sit, est reservandum.

Facta Pontificum, Imperator indicare non debet.

Non debet Princeps secularis facta Pontificum quorumcumque, Presbyterumque judicare; exemplo Constantini Imperatoris, quem Scripturæ narrat dixisse: Verè si propriis oculis visissem Sacerdotem Dei, aut aliquem eorum qui in monachali habitu amicti sunt, peccantem eblamydem meam expellarem, & cooperirem eum, ne ab aliquibus videretur. Hoc dicimus, cautos vos reddere cupientes, ut si de Domini Sacerdotibus (qui jure Patres animarum dicuntur) aliquid contigerit vos audire quod confusionem piis mentibus ingerat, non infrunitos, sed pudoratos filios Noè imitantes, Patris veterum undiam contegatis, ut affluentem benedictione repleti (sicut & illi) moderante Domino mereamini.

De Ecclisiis, titulus octavus.

Sicut antiquitus à sanctis Patribus statutum est, statuimus, ut major Ecclesia per circuitum quadraginta passus habeat. Capellæ verò vel minores Ecclesiæ, triginta. Qui autem confinia eorum con-

De Ecclisiis, titulus octavus.

Sicut antiquitus à sanctis Patribus statutum est, statuimus, ut major Ecclesia per circuitum quadraginta passus habeat. Capellæ verò vel minores Ecclesiæ, triginta. Qui autem confinia eorum con-

fringere

fringere tentaverit, aut personam hominis, aut bona ejus inde subtraxerit (nisi publicus latro erit) quousque emendet, & nisi quod rapuerit reddat, excommunicetur.

De Baptismo, titulus nonus.

A quodam Judæo (nescitis utrum Christiano,) multos in patria vestra baptizatos, & quid inde sit agendum consultatis. Ii profecto, si in nomine Trinitatis, vel tantum in nomine Christi (sicut in Actis Apostolorum legitur) baptizati sunt, rebaptizari non debent.

De Pœnitentia, titulus decimus.

De publica pœnitentia, quâ iuvatores & grassatores itinerum pœnitere debent, habes 12. q. 2. c. *De viro.*

De pœnitentia publica interfectorum suarum conjugum, &c. 33. q. 2. c. *Interfectores.*

Statuitur pœna pro matricidis.

Matricida, sic pœniteat: per unum annum integrum Ecclesiam non ingredietur, sed ante fores basilicæ stans, orans, & deprecans Deum, perseveret, qualiter tantò eripiatur piaculo. Completò annò, introeundi in Ecclesiam licentiam habeat; tantum inter audientes stet; sed nondum communicet. Completis tribus annis, factæ Communionis ei gratia concedatur, oblationes verò non offerat, nisi prius aliorum septem annorum curricula expleantur. His autem omnibus annis carnem non manducet, nec vinum bibere præsumat exceptis festis diebus, atque dominicis, & à Pascha usque ad Pentecosten: & quocumque ire voluerit, nullò deducatur, sed pedes proficeatur: Arma non sumat, nisi contra Paganos: Jejunet autem tribus diebus per hebdomadam usque ad vespertam; & à propria & legitima conjuge non separetur, ne in fornicationis voraginem corruat. Si autem ante annorum trium cursum finis vitæ illius appropinquaverit, corporis & sanguinis Domini nostri particeps fiat. Sin autem,

ut supra statuimus. Efficiatur tamen, si illius conversionem & lachrymarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus & optimis operibus pullulare, humanius circa eum sollicitudo pervigil appareat, mitisque in omnibus demonstratur.

De Matrimonio, titulus undecimus.

Sufficiat solus secundum leges consensus ad conjugium: qui solus si defuerit, cætera, etiam cum ipso coitu celebrata, frustantur.

Nec uxorem ducere, nec convivia facere in Quadragesima, convenire possunt ullò modò arbitror.

Reliqua cap. hujus tituli explicant impedimenta matrimonii. Quæ, quia circumferuntur in Jure Canonico, Missa fecimus.

De Bellis, titulus duodecimus.

Monomachiam in lege non assumimus, quam præceptam fuisse non repetimus; cum hæc & hujusmodi sectantes, Deum solummodò tentare videantur.

Quòd omni tempore sit à præliis abstinendum.

Si nulla urget necessitas, non solum Quadragesimali tempore, sed etiam omni tempore est à præliis abstinendum. Si autem inevitabilis urget importunitas, nec Quadragesimali tempore, pro defensione tam sua quam patriæ seu legum paternarum, est belli præparationi proculdubio parcendum; ne Deum videatur homo tentare, si habet quod faciat, & suæ ac aliorum saluti consulere non procurat, & sanctæ Religionis detrimenta non præcaverit.

Omnes aliqua capitula Nicolai I. Papæ, ne eadem, vel communia toties repeteremus.

ADRIANUS II. Romanus, Vir summis virtutibus præditus, præsertim misericordia in pauperes, postquam jam bis ante hæc post obitum Leonis IV. & Benedicti II. verècundè Pontificatus

V u z supet-

27. q. 2. *Sup-*

ficant.

33. q. 2. *De*
monach.

2 q. 4. *Mon-*
achiam.

73. q. 8. *Si*
nulla.

Au. D. 168.
Adrian. II.
Papa 108.

subterfugisset, ætatis suæ anno 75. in Pontificem eligitur. Sub eo celebrata fuit octava Synodus Generalis: cuius actus Basilius Imperator rogatus ab Apostolicæ Sedis Legatis ut primo loco subscriberent,

non acquievit, nisi post subscriptionem Legatorum sanctarum Sedium Patriarchalium. Sedit annos 4. menses 10. dies 17.

CONCILIUM

WORMATIENSE

Provinciale, tempore ADRIANI II, Papa, & Ludovici Imperatoris II.

Concilium
forma-
rise.
p. D. 870.
in parte re-
obatum
ontur à
orolano.
Bilio.

Rimò, pronunciatur professio fidei Christianæ, in qua fusus quæ habentur in Symbolo. explicantur: maxime illud de Incarnatione Christi, in hunc modum. Dei filius personam hominis non accepit, sed naturam. Naturam quippè nostram in unitatem suæ personæ assumpsit: & idcirco Filius Dei & Filius hominis unus est Christus. In eo namque, quod filius est Dei, æqualis est patri; in eo quod est filius hominis, minor est patre.

Canon 1.

Quid in Sacrificio altaris offerri debeat, &c. nihil additur ad ea quæ in Concilio Bracaren. tertio, can. 1. Est. que can. 3. Apost.

Aditio F. S.

Canon 2 in tomis Concil. sic habet: Christina consecrare nullus præter Episcopum præsumat: Nam illi soli hæc dignitas concessa est. Vide ad Concil. Tolet. 1. can. 20.

Can. 2. *Episcopus pro parvis causis neminem excommunicet.*

Mandamus, quod nullus Sacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro parvis & levibus causis à communione su-

spendat, præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres arceri iusserunt aliquid committentes.

Can. 3. *Realiter se expurgari debeant fratres à furis.*

Sæpè contingit, ut in monasteriis furti perpetrentur, & qui hæc committat, ignoretur. Idcirco statuimus, ut quando ipsi fratres de talibus sese expurgare debeant, Missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipse Abbas præceperit, a. 94. presentibus fratribus: & sic in ultima Missæ celebratione pro expurgatione sua corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant. Ubi additur ad hæc, ut communicantibus dicatur: *Corpus Domini sit tibi hodie in probationem.*

Est derogatus hic canon de consec. *dist. 2. c. tribus* & aliis locis prohibetur, ne suspectis detur Eucharistia. Et per B. Stephanum Papam, ut S. Thom. vulg. in 3. p. q. 80. a. 6. ad 3.

Canon 4. *De clericis iter agentibus sine epistola Episcopi*

Presbytero, aut Diacono, aut Clerico sine auctoritate sui epistola ambulanti, com.

in consec.
ist. 2. cum
non.

communione in officio celebrando, nullas impendat.

Canon 5. De parvulis à parentibus traditis monasterio.

Si pater filium filiamque intra septa monasterii in infantia annis sub regulari tradiderit disciplina, non liceat eis postquam ad pubertatis pervenerint annos, egredi, & matrimonio copulari: quia nefas est, ut oblati à parentibus Deo filiis, voluptatum fræna laxentur. Igitur, ut prædiximus, non liceat eis susceptum habitum unquam deserere, sed convicti, quod nefuram aut religiosam vellem aliquando habuerint, in religionis cultu habituque, velint nolint permanere cogantur.

Canon 6. De professione monachorum.

Monachum ergo aut paterna devotio, aut professio facit. Quicquid horum fuerit allegatum, tenet. Proinde huic ad mundum reverti intercludimus aditum, & omnes ad seculum interdiximus regressus.

Canon 7. Cantus sibi sacerdos erga penitentes.

Penitentibus secundum differentiam peccatorum sacerdotis arbitrio penitentia decernantur. Debet itaque sacerdos in penitentia danda singulorum causas singulatim considerare: omnium quoque, modumque culparum, & gemituumque delinquentium diligenter examinare, manifesteque cognoscere: temporum etiam & personarum, locorum quoque & ætatum qualitates inspicere, ut etiam pro consideratione locorum, ætatum, vel temporum, seu pro qualitate delictorum atque gemituum uniuscujusque delin-

quentis, à sacris regulis oculos non reflectat.

Canon 8. De his qui sacerdotem sponte occiderint.

Qui sacerdotem morti voluntate tradiderit, carnem non comedat, nec vinum bibere præsumat; & jejUNET usque ad vesperam, exceptis festis diebus, atque Dominicis; arma non sumat; & ubicumque ire maluerit, nullo vehiculo deducatur, sed propriis pedibus proficiscatur: Ecclesiam per quinquennii tempus non ingrediatur, sed cum sacrarum orationum officia aut missarum solemnia celebrantur, ante fores basilicæ perseveret orans ac deprecans Dominum, ut tantò crimine abluatur. Post expletum verò quinquennium ingrediatur Ecclesiam, nondum verò communicet, sed inter audientes tantummodò stet, vel dum facultas conceditur, sedeat. Et cum decimus anni cursus fuerit finitus, communicandi ei licentia concedatur, & equitandi tributum medela, maneatque in reliquis observationibus, & tres dies per hebdomadam jejuret, ut perfectius ad culmen purificationis pervenire mereatur.

Canon 9. De adulterio.

Si cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam uxorem intruerit, septem annis penitentiam agat.

Canon 10.

De his, qui suspenduntur in patibulis, ne denegentur sepultura, & quod oblationes pro eis fiant, & Missæ celebrentur.

Reliqua decreta hujus Concilii sunt ex Carthaginensi Concil. II. III. & V. desumpta; idè missa fecimus.

cilium
Santi-
dit. IV.
et. VIII
D. 169.

S Y N O D U S U N I V E R S A L I S V I I I.

Constantinopoli annò Basilii Imperatoris tertio celebrata sub ADRIANO Papa II.

Additio F. S.

Hæc est octava Synodus verè generalis, in qua Photius fuit depositus, & Ignatius in Sedem Constantinopolitanam restitutus. Ei præsiderunt Legati Sedis Apostolicæ; qui etiam in fine primi subscripserunt & quidem desinientes. Imperatores autem subscripserunt post Legatos Patriarcharum Orientis, non desinientes, sed Synodum suscipientes.

De origine hujus Synodi dixi in Controversia IV. & etiam cum ageremus de Nicolao I. Tota Synodus consumitur in depositione Photii, & restitutione Ignatii Archiepiscopi Constantinopolitani.

ACTIO I.

Annò tertio piissimorum Imperatorum Basilii & Constantini, convenientibus Donatò & Stephanò Episcopis, & Marinò Diaconò, & locum tenentibus Adriani sanctissimi Archiepiscopi senioris Romæ, & Ignatiò Archiepiscopò Constantinopolitanò novæ Romæ, &c.

Hic primò Synodus exigit à Legatis Romanæ sedis litteras, quibus notari faceret potestatem suam, ut præsiderent in Synodo. At illi prodixerunt epistolam Adriani Papæ ad Basilium Imperatorem, cujus titulus est.

Adrianus Episcopus servus servorum Dei, piissimo Imperatori Basilio Augusto, Christianissimo, & desiderabilissimo filio. Legga-

rioni. excellentiæ tuæ, &c. & post pauca subjungit: Volumus per vestræ pietatis industriam Constantinopoli numerosum celebrare Concilium, cui nostri quoque missi præsidentes, & culparum personarumque differentias liquidò cognoscetes (juxta quod in mandatis acceperunt) singulorum liberè discretionem exerceant: in quo sacro cœtu, ^{o c} execrandi vanitatis ^h Concilii quod adversum hanc Sedem ^h actum est, cuncta decernimus exemplaria ^h à possessoribus suis ablata (contemplantibus cunctis) igne cremari; nec superesse apud quemlibet ex his omnibus saltem unum jota vel unum apicem, nisi quis totius clericatûs, immò totius nominis Christiani (anachemate percussus) carere voluerit. Non enim tam detestandum collegium, nisi Ariminensi sub Constantio, vel Ephesino à Dioscoro congregato latrocinio comparandum decernimus. Et dilectos fratres meos Donatum sanctæ Ecclesiæ Hostiensis, & Stephanum Ecclesiæ Repensinæ Reverend. Episcopos, atque filium meum Marinum Apostolicæ Sedis Diaconum, consiliarios nostros, tuæ commendamus pietati. Precamur, ut eos, ob amorem præcipuorum Apostolorum Petri & Pauli (à quorum Sede mittuntur) benignè suscipias, & tanquam nobismetipsis aures credulitatûs accommodes.

Deinde productus est libellus à sancta Romana Ecclesia missus, & lectus audieret tota Synodo. Cujus summa est:

Ana-

Anathematizamus omnes hæreses si-
 mul cum Iconomachis. Anathematiza-
 mus etiam Photium (qui contra sacras
 regulas, & sanctorum Pontificum Roma-
 norum veneranda decreta, repente de
 euriâ administratione, secularique mili-
 tia sublatus, superstitie Ignatio Patriar-
 cha, in Constantinopolitanâ est persuas-
 soriè, imò tyrannicè à quibusdam schis-
 maticis, vel anathematizatis atque de-
 positis institutus Ecclesiâ) donec Sedis
 Apostolicæ sanctionibus inobediens per-
 severans, ejus sententiam, tam de se,
 quam de Patriarcha nostro Ignatio spre-
 verit, & conciliabuli acta, quod, se au-
 thore, contra sedis Apostolicæ congrega-
 tum est, anathematizare distulerit. Se-
 quimur autem sanctam Synodum, & am-
 plectimur, quam beatæ recordationis Papa
 Nicolaus (cui & ipse, domine coangelice,
 summe Pontifex Adriane, subscripsisti)
 ante sacratissimum Petri & Pauli (Apo-
 stolorum eximii) corpus celebravit.
 Simul & quam tu ipse nuper egisti, &
 omnia quæ in his statuta sunt, secundum
 decreti vestri moderationem venerabiliter
 conservabimus, recipientes quos recipiunt,
 & damnantes omnes, qui in illis damnati
 & præcipuè jam dictum Photium, &
 Gregorium Syracusanum, parricidas vi-
 desicet, qui contra spirituales patrem
 suum linguas extirpare minimè formida-
 runt; atque perseverantes in schisma e,
 sequaces eorum; necnon & qui in illorum
 communionis societate permanserint.

Sancta Synodus dixit: Omnibus pla-
 cet libellus à sancta Romanorum Ecclesia
 expositus.

Deinde lecta est definitio Episcoporum
 Orientis super depositione Ignatii, quæ
 facta fuerat priusquam Vicarii senioris
 Romæ venissent, quæ conveniebat cum
 ea quæ facta fuerat à Synodo Romana
 præsentate Nicolao Papa. Et sic absoluta est
 Actio prima.

ACTIO II.

Ad hanc sessionem venerunt, qui ceci-
 derant cum Phorio, Episcopi, Presbyteri,
 Diaconi, & Subdiaconi; & proferentes
 libellos penitentiae coram Synodo, recepti
 sunt ab ea cum sola manus impositione.
 Et absolutus est conventus secundus.

ACTUS III.

In hoc conventu lecta est epistola Im-
 peratoris Basilii, & epistola Ignatii Pa-
 triarchæ ad Nicolaum Papam: & deinde
 epistola Adriani Papæ ad Ignatium Pa-
 triarcham super damnatione Photii, &
 suorum sectatorum.

ACTIO IV.

In hac sessione primò legitur epistola ^{D. 61. c. 44.}
 Nicolai ad Michaëlem Imperatorem, ^{driani.}
 missa per Rhodoaldum & Zachariam olim
 Episcopos: in qua ostendit Cæsari, homi-
 nem laicum non promovendum ad
 Sacerdotium subitò, sed per suos gradus,
 sicut Sardicense Concilium (ut de laicis
 non eligerentur Antistites) in cap. 13.
 per omnia prohibuit. Item & Cælestinus
 Papa in decreto suæ sanctionis cap. 21. &
 Leo Romanæ Sedis Pontifex hoc ipsum
 in decretalibus suis prohibuit cap. 33.
 Item & Gelasius non solum Episcopos de
 laicis fieri prohibuit, sed etiam Presbyte-
 ros, ne talia præsumerent vetuit in de-
 cretorum suorum cap. 3.

Accedit, quoddam prædecessor noster A-
 drianus I. in epistola quam Constantino-
 polim pro venerandis imaginibus desti-
 naverat, ita instituit, ut amplius de laicis
 nullatenus ordinarentur Antistites. Hæc
 Nicolaus. Subinde verò commendat ve-
 nerationem sanctarum imaginum.

Secundò, legitur altera ejusdem Nico-
 lai ad Photium epistola, in qua invehitur
 in illum propter usurpatum Sacerdotium
 contra

contra ordinem sacrorum Canonum. Deinde ad illud quod scripserat ad Nicolaum Papam, quod exemplo aliorum Patrum fecerat; respondet:

Temere & imprudenter ad tanti honoris culmen ascendere praesumpisti, assumens tibi quasi à sanctissimo viro Nestorio occasionem, quem sancta secunda Synodus non ob aliud ad Sacerdotalem eligege, atque ordinare ex laicali ordine voluit dignitatem, nisi quia magnae necessitatis contritione anxietur; eò quòd in Constantinopolitana Ecclesia nullus Clericorum inveniri poterat, qui pessimè hæreticos nimbosà caligine non fuerat impeditus. Et ob hoc ne diu jam dicta Ecclesia sub destitutione pastoris quasi viduata maneret, prædictum Nestarium expurgatorem hæreticorum, & defensorum Ecclesiarum ad Ecclesiasticam curam, & dignitatem Sacerdotalem secunda sancta Synodus elegit. Sed ut hoc iterum fieret non confirmavit, nec instituit. Et idè, licet contra Patrum atque Canonicas institutiones, quod per necessitatis fieri eventus comprobatur, non in autoritate tenendum est; sed ne iterum talis proveniat necessitas, magis magisque cavendum.

De Tarasio quidem promotione, qui similiter ex laicali cœtu ad Patriarchatûs exemplò culmen promotus est, quam & vos quasi in autoritatem vestræ defensionis assumere vultis, si sanctam (quæ apud vos tempore sanctissimi viri Adriani Papæ celebrata est) Synodum diligentius scrutati fueritis, inveniatis, quid in eadem sanctissimus vir consultus decrevit: & quòd, dùm ejus consecrationis reprehenderet actus, murem se pro tam præsumptiva fæctione nimitum sustinere, profiteretur. Dicit enim: quòd, nisi in erigendis imaginibus ferventiùs contra illorum depositores atque conculcatores ut verus miles Christi resisteres, nequam vestræ consecrationi assensum præbereous, aut in ordine Patriarchatûs ve-

stram dilectionem susciperemus, quæ tantùm declaratur inordinatè promotæ, quantum comprobatur contra Apostolica decreta enormiter præsumpta.

Beatissimum quoque Ambrosium splendidissimam lucernam Ecclesiæ, qui ex catechumeno (divinò præfagiò) ad Episcopalem per continuos gradus promotus est dignitatem, cui nobis pro vestro tutamine opponitis? Qui non instinctu hominum, sed divinà vocatione per miraculorum prodigia electus est.

Tertio, legitur & alia epistola Nicolai ad Imperatorem, quæ idem tractat argumentum.

ACTIO V.

Ad sessionem venit Photius, & statim in præsentia Patrum interrogaverunt eum ter legati, si susciperet constituta sanctorum Patrum? At Photius non respondit verbum. Sed tamen urgentibus Vicariis senioris Romæ, tandem dixit. Vocem meam, etiam me tacente, Deus audit.

Præsidentes Synodi dixerunt: Per silentium non effugies manifestiorem damnationem. Est eò præsentè fecerunt ut legerentur epistolæ, quæ in Actione IV. fuerant lectæ. Quibus lectis, Vicarii senioris Romæ dixerunt: Nos ergo non novum aliquod vel recens iudicium iudicabimus aut introducemus, sed vetus, ex multo tempore iudicatum à beatissimo Papâ Nicolao: firmatum autem à sanctissimo Papâ Adriano; & nos non possumus commoveri à paternis definitionibus & legibus. Quem ergo nec Sedes nostra Apostolica, nec Sedes receperunt Orientalium, quis de cætero (Christianus esse volens) ulterius suscipiet? Sed tamen conatum abjicimus, & anathematizamus; ne ulterius contra Ecclesiam talis quælibet alia fortè in omne seculum maligna introducat actio, nec temerè à mundana potestate ejiciatur legitimus Pontifex, &

pro

• Nestarius ex prætoribus urbano, catechumenus sacerdotum suscepit in secunda Synodo generali, cui & præfuit, ut refert histor. Eccl. lib. 11. c. 21 & Tripart. hist. lib. 9. cap. 12.

Tarasius ex laico ordine assumitur ad Archiepiscopatum.

lib. An Cal met fan Epil man

pro eo subrogetur alter iniquè & illegaliter.

Sanc̃ta & universalis Synodus exclamavit : Recipimus hæc omnia , valde quippè sunt discreta , & congrua Ecclesiasticis regulis atque legibus. Et sic communitus est ad pœnitentiam Photius , & dimissus , & absoluta est Actio quinta.

ACTIO VI.

Vocati sunt ad Synodum Episcopi Photii , ante quos lectæ sunt epistolæ Nicolai Papæ ad Michaëlem Imperatorem & Photium per Leonem à secretis missæ , (quasque quarta continet Actio) & tum nolent resistere , commonuit eos coram Synodo Basiliensi Imperator. Et cum nec sic agnoscerent errorem suum , denudè commonuit eos Imperator dicens : Ecce qualiter & quoties admonuimus vos , & audistis , & non est vobis rationis sermo. Si enim vultis subiei admonitionibus omnium nostrum , ecce potus & medicina : quod si non , Imperium nostrum præbet vobis iudicium septem dierum , ut si quidem curam gesseritis salutis vestræ , benè & optimè : si verò minimè , venturâ sextâ feriâ in sancta & universali Synodo stare omnes , & quicquid definitur universalis Synodus , fiet. Et absoluta est Actio sexta.

ACTIO VII.

Ingressus est Photius ad Synodum baculo innixus , quem ab eo Marinus Vicarius Romanus iussit auferri , dicens : Baculus signum est dignitatis pastoralis , quod hic habere nullatenus debet , quia lupus est , non pastor. Et hortabantur illum Vicarii senioris Romæ ad faciendum libellum pœnitentiæ , & toti Synodus provocabat illum ad pœnitentiam , sed illè eos è contrario cum suis Episcopis ad pœnitentiam magis impellebat.

Lecta epistola Nicolai Papæ ad clerum Constantinopolitanum , in quâ latè tractat hoc argumentum de scelestâ depositione Ignatii , & introductione Photii.

Mox recitata sunt gesta Synodi , quæ facta est ab Adriano Romanorum Papa super promotione Photii. In tertia autem allocutione Adriani ad Synodum sic habetur : Romanum Pontificem de omnium Ecclesiarum præsulibus iudicasse legimus : de eo verò quemquam iudicasse non legimus. Licet enim Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum , sciendum tamen est , quia fuerat super hæresi accusatus , propter quam solùm licitum est minoribus majorum suorum motibus resistere , vel pravos suos sensus liberè respicere , quamvis & iei nec Patriarcharum , nec cæterorum Antistitem cuiuspiam de eo quamlibet fas fuerit proferre sententiam , nisi eiusdem primæ Sedis Pontificis consensu præcessisset.

Aditio F S.

Honorium non fuisse hæreticum , neque ut talem ab Ecclesia vel Concilio aliquo legitimo damnatum , ad sextam Synodum annotavimus. Et verisimile esse , quod verba ista , *Licet enim &c.* non sint verba Adriani II. Pontificis , ostendimus lib. 4. Controversiarum q. 2. a. 12. etiam si huc recitentur tanquam essent illius. Interim nota , tantùm dici quod fuerit accusatus , non autem quod convictus ; eo quod fuit ei dictum anathema non ab Ecclesia , sed Orientalibus , qui Romane Ecclesiæ solent esse æmuli ; idque post mortem.

Adrianus Papa, de profano conciliabulo Constantinopoli congregato penitus abolendo.

Conciliabulum vanitatis , à Photio , & hujus fautore Michaële , videlicet tyrannicè imperante , Constantinopoli nuper adversus Apostolicæ Sedis reverentiam & privilegium congregatum , utpotè veritatis inimicum , & omni falsitate repletum , & sibi consentientium animas interficiens , cum Ephesino Iudocino comparandum fore statuimus , & ipsius

Episcopus Romanus non iudicatur à quemquam nisi in eadem res.

Resumptio textus.

Hic damnatur Synodus in templo Apostolorum celebrata Constant. per Photium, quæ habet 17. Canones.

execranda gesta (quibuscumque habeantur monumentis inserta) summi Judicis Domini nostri Jesu Christi, sanctorum Apostolorum principum Petri & Pauli, nostræque medicritatis autoritate penitus abolenda decernimus, ita ut igni tradantur, & anathemate perpetuò percellantur. Similiter & de cæteris scripturis, quæ (viris jam nominatis auctoribus) contra eandem Sedem tempore diversò sunt editæ gerendum desinimus.

De conventiculis contra Ignatium, collectis similiter abolendis.

Pari etiam modò de conventiculis ab eisdem viris, Michæele scilicet imperante, seu Photio Constantinopolitano invasore, bis adversum fratrem & coepiscopum nostrum Ignatium factis: è collectis, deliberamus:

De Photio invasore iteratò damnato.

Photium, qui licet sit à decessore meo & à nobis pro criminibus antè patris jure damnatus & anathematizatus, nunc tamen, quia recentioribus excessibus priores iniquitates transcendit, & ponens in cælum os suum, adversus veneranda Sedis Apostolicæ privilegia novâ temeritate prorupit, cui resistere minimè formidavit, Apostolicæ autoritatis censurâ iteratò damnatus, & anathematis nexibus innodatus. Si tamen vivâ voce ac propriâ, Apostolicæ Sedi in omnibus obedire sponderit, & prophanum conciliabulum à se Constantinopoli celebratum, damnaverit, laicæ communionis gratiam non negamus.

Damnatus & altera Synodus Photii in templo sephie celebrata habens tres Canones.

His sententiis subscripsit Adrianus Papa, etiam & alii Episcopi.

Post hæc verò Stephanus Diaconus fecit anathematismum Photii, & sequacium, & cooperatorum ejus, in quo ipsum Photium ut secularem & tyrannum, ut schismaticum & damnatum, ut mœchum & patricidam, ut fabricatorem mendacii, & ut novum Dioscorum anathematizat cum omnibus sequacibus & fautoribus ejus.

ACTIO VIII.

In conventu octavo tractatum est de abolendis chirographis injustis, & universis actis conciliabulorum, quæ à Photio contra Papam Nicolaum, & Patriarcham Ignatium celebrata sunt. Quæ universa præcepto Imperatoris, & Synodi combusta sunt.

Deindè venerunt ad Synodum aliqui Sacerdotes Iconomachi, & monitis sanctæ Synodi & Imperatoris conversi, recepti sunt cum sola manus impositione.

Postremò Stephanus Diaconus è suggestu anathematizat Iconomachos & Photium in hæc forma: Concilio, quod adhuc fremit contra venerabiles imagines, anathema.

His, qui sumunt divinæ scripturæ dicta, quæ sunt adversus idola contra venerandas imagines, anathema.

Cætera sicut in Synodo septima & universalis Actione septima in fine.

ACTIO IX.

Nunciatur Synodo venisse Joseph Vicarium Alexandrinæ Sedis: hujus hortante Synodo epistola commendatoria legitur: & ipse receptus, quæ acta sunt in cæto Actionibus prædictis, approbat.

Mox examinantur falsi testes, qui contra Ignatium juraverant, & cum præscripta à Synodo satisfactione penitentia, recepti sunt ad communionem Ecclesiæ. Sic recepti sunt & cæteri, qui defecerant ad Photium desertò legitimò antistite Ignatiò.

ACTIO X.

In postrema sessione, annuente tota Synodo, præceperunt Vicarii senioris Romæ, ut legerentur Canones, quos statuerat sancta Synodus: quos integros nec libuit, nec licuit transcribere, prop-

set intolerabilem codicum depravationem. Nactus sum exemplar quoddam Latinum, & per Amanuensem scriptum, insigniter depravatum. Græcum aliquod exemplar cum quò conferrem Latinum, nunquam potui videre, idèd pleròsq; Canones in epitomen redegei.

Canon 1. De observatione Canonum universalium & localium Synodorum.

9. 27. Regulas, quæ sanctæ; Catholicæ, & Apostolicæ, tam à sanctis Apostolis, quàm ab orthodoxorum universalibus, necnon & localibus Conciliis, vel etiam à quolibet Deilquo Patre ac magistro Ecclesiæ traditæ sunt, servare ac custodire profectur: quibus & propriam vitam, & mores, & omnem Sacerdotii catalogum regamus. Sed & omnes, qui Christianò censentur vocabulò, damnationibus & justificationibus quæ per illas prolatae sunt, canonicè subjici decernimus. Tenere quippè traditiones, quas accepimus sive per sermonem, sive per epitulam Sanctorum qui antè fuerunt, Paulus apertè admonet.

Canon 2. Ut serventur definitiones Nicolai & Adriani Papa I.

3. can. Secundus Canon habet, ut conserventur definitiones Synodicæ factæ à beatissimo Nicolao Papa & Adriano Romanis Patriarchis pro defensione Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ac restitutione Ignatii, atque Photii neophyti expulsiòne, ac condemnatione ejusdem Photii. De quibus in Actiòne quarta.

Canon 3. Ne venerentur imagines.

obsec-
ne
inam. Sacram imaginem Domini nostri Jesu Christi, & omnium Salvatoris æquò honore cum libro sanctorum Evangeliorum adorari, decernimus. Sicut enim per syllabarum eloquia, quæ in libro feruntur, salutem consequuntur omnes, ita per colorum imaginariam operationem & sapientes & idiotæ cuncti ex eo quod in promptu est, perfruuntur utilitate. Quæ enim in syllabis sermo, hæc & pictura, quæ in coloribus est, prædicat, & com-

mendat. Dignum est enim, ut secundum congruentiam rationis, & antiquissimam traditionem, propter honorem, (quia ad principalia ipsa refertur) etiam derivativæ imagines honorentur, & adorentur ut sanctorum Evangeliorum facer liber, atque typus pretiosæ Cru. is.

Quartus Canon declarat, quòd neophytus Photius nunquam fuerit Episcopus; nec illi, qui in Sacerdotali gradu consecrati sunt ab eo, putentur esse Sacerdotes; sed subvertenda esse omnia, quæcumque ille ad dandum aliis gradum Sacerdotii operatus est.

Canon 5. Nullus ex laico ordine assumatur Episcopus.

Nullus de Senatoria dignitate, vel de aliquo laicorum ordine nuper confusus eligatur, vel suscipiatur Patriarcha, nisi secundum definitionem, quæ prolata est ab hac sancta & magna Synodo; scilicet, si omnem gradum Ecclesiasticum transiens per definita nunc tempora, irreprehensibilis inventus extiterit, & probatus; ita in gradu lectorum annum compleat, in Subdiaconio verò duos, sitque diaconus tribus, & Presbyter quatuor annis; bene placuit huic sanctæ & universali Synodo eligi hunc, & admitti.

Canon 6. Anathematizatur Photius.

Anathematizamus Photium. Primò, propter nequissimam invasionem Ecclesiæ Constantinopolitanæ cum aliis malis operibus suis. Secundò, propter inventionem falsorum Viciorum. Tertio, propter Concilium vanitatis, quod celebrare tentavit. Quarto, propter crimina quæ falsò contra sanctissimum Papam Nicolaum in suo conciliabulo proposuit.

Canon 7. De non admittendis hostilibus imaginibus.

Valdè proficuum est, & venerabiles imagines pingere, sed & proximo discipulis divinæ ac humanæ sapientiæ docere. Non autem bonum est, nec omnino proficuum, ab indignis horum aliquid fieri. Hujus rei gratià, nequaquam imagi-

Hoc idem de Sacerdotali dignitate tractatur in canon. 18. Concil. Bicar. 15.

gines operari in factis templis, sed neque in quovis loco docere anathematizatos ab hac sancta & universalī Synodo, definimus & promulgamus, usquequo à propria seductione ac malitia convertantur. Quisquis ergo post hanc definitionem ad picturæ sanctarum imaginum in Ecclesiis, aut doctrinæ actionem quocumque modo eos admiserit, siquidem clericus fuerit, proprio gradu periclitetur: si laicus, communionem privetur.

Canon 8. & 9.

Apparet ex Actis octavæ sessionis hujus Synodi, solitum fuisse Photium, cum ejus vigeat hæresis, extorquere chirographas tum à quovis ordine clericorum, tum etiam à nobilibus & ignobilibus usque ad cerdones, & pelliones, & reliquam plebis faciem, quibus promittebant, se illi ad hæreticos, pugnaturusque pro ejus opinione. Ipse præterea Photius solebat alias vicissim chirographas dare, quibus facultatem dabat docendum, vel discendum. Ex hoc improbo more artipuerunt ansam & Catholici, ut vellent à piis Sacerdotibus habere syngraphas, ut discerent, & docerent, essentque tuti & securi, talibus muniti scripturis. Ob hoc sancitum est his duobus Canonibus octavo & nono, ut qui creantur Episcopi vel Patriarchæ, nullas chirographas à Catalogo clericorum expetulant, sed tantum sicut solemnitates de more: & ut liceat omnibus idoneis discere, vel docere liberè, sine facultate per chirographas.

Canon 10. Ne quis nitet superiorem presulem, ante sententiam,

Nullus clericus, ante diligentem examinationem & Synodicam sententiam, à communionem proprii Patriarchæ se separet, licet criminalem quamlibet causam ejus se nosse prætendat, nec recuset nomen ipsius referre inter divina mysteria. Idem statuimus, de Episcopis erga proprios Metropolitanas: similiter & de Metropolitanis circa Patriarcham suam. Qui

verò contra fecerit, ab omni Sacerdotali operatione, & honore decidat.

Canon 11. Quid unius sit hominis anima.

Apparet quosdam id temporis in caput impietatis venisse, ut hominem dum animas habere impudenter dogmatizarent. Tales igitur impietatis inventores & similia sentientes, cum vetus & novum Testamentum, omnesque Ecclesiæ Partes unam animam rationalem habere hominem assererent, sancta & universalis Synodus anathematizat.

Canon 12. Ne quis potentiam principum fretus assumat dignitatem Episcopi.

Si quis principum per versutiam, vel tyrannidem principum, suæ dignitatis consecrationem, acceperit, deponatur, utpotè qui non voluntate Dei & ritum ac decreto Ecclesiastico, sed ex voluntate carualis sensus, ex hominibus & per homines Dei donum possidere voluit, vel consensit.

Canon 13. Ex minoribus ordinibus assumantur ad maiores.

Decernimus, ut soli clerici magnæ Ecclesiæ, qui in minoribus ordinibus morati sunt, ad majores gradus & honores Ecclesiasticos (si digni inveniantur) ascendere debeant. Nullò tamen modo hi, qui foris sunt, ad tales dignitates vel honores admittantur.

Canon 14. In quanto honore habendi sunt Episcopi à principibus secularibus.

Qui divina gratia Episcopalem obtinentur dignitatem, ordinem cælestis hierarchiæ referunt in terris. Quare merito sancimus, ut digno in honore tam a principibus, quam à cæteris omnibus habeantur. Non oportet itaque, ut principibus vel viris militari dignitate præditis obviam longissimè procedant ab eorum Ecclesiis: nec à mulis equisque descendant in occursum, aut timidè adjectæque ante genas procedant, velut adoraturi. Immo, non

accedant ad mensas secularium principum, sed cum omni modestia, quæ spiritalem decet dignitatem, officia omnibus & debita tribuant, cui vestigal, vestigal, cui honorem, honorem: dummodò principes, & pii Imperatores agnoscant sibi æquales Episcopos, ut liberè audeant reprehendere increpareque & principes, & cæteros, qui militari honore fruuntur, si quid peccaverint. Si quis verò Episcopus post hanc sanctionem, suam dehonestaverit dignitatem, cadens ab honore sibi per Canones debito, vixeritque abjectè secundum veterem & agrestem consuetudinem, amoveatur per annum, & princeps, qui in causa fuerit, excommunicetur per biennium.

Canon 15. In quem usum Ecclesie possessiones servari debeant.

Decernimus, ut Episcopo vendere vel utcumque alienare vasa aut vestes sanctas, nec alias rusticas possessiones venundare liceat, ne propter hoc Ecclesiastici redditus lædantur, quos ad propriam utilitatem, & ob esam pauperum, & peregrinorum sustentationem esse definimus. Nec etiam per emphiteosim salaria Ecclesiarum tribuere possit, exceptâ causâ olim ab antiquis Canonibus ordinatâ, videlicet in redemptionem captivorum.

Canon 16.

Colligere licet, solemne fuisse, in aulis principum statim quibusdam diebus componere aliquem laicum insignibus Episcopalibus, qui & tonsurâ & cæteris ornamentis personatum Episcopum ageret: & creasse etiam ridiculum Patriarcham, quod se oblectarent. Quæ omnia, ut in dedecus Ecclesie accessita, prohibeantur subgravis censuris.

Canon 17.

Quia depravata exemplaria reddunt hunc Canonem insigniter obsecrum, visum est, hæc summa illum complecti, & non integrum transcribere: triaque continet Canon præfens.

Primum: Quoddâ Metropolitanâ super universos Episcopos, qui ab ipsi promo-

ventur, & sive per mantis impositionem sive per paludationem Episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant potestatem, videlicet ad convocandum eos (urgente necessitate) ad synodalem conventum: vel etiam ad coercendum illos, & corrigendum, cum fama eos super quibusdam delictis foris accusaverit. Hoc primum est ex Canone sexto Nicæni Concilii desumptum, quem refert in hac forma: *Quia & in Romanorum civitate huiusmodi mos prevailuit.*

Secundum: Quoniam sunt quidam Episcoporum, qui, ne secundum vocationem Apostolici præsulis occurrant, se à mundi principibus impeditos causantur: Placuit, talem excusationem omnimodò esse invalidam. Cum enim principes pro suis causis frequenter conventum agant, impium est, ut summos præsules ad Synodos pro Ecclesiasticis negotiis celebrandas impediant, vel quosdam à Conciliis eorum prohibeant, licet tale impedimentum & fictam prohibitionem, Episcoporum suggestione diversis modis fieri didicerimus.

Tertium est: Illud autem tanquam perosum quiddam ab auribus nostris repulimus, quod à quibusdam imperitis dicitur, non posse Synodam absque Principali præsentia celebrari, cum nusquam sacri Canones convenire seculares principes in Conciliis sanxerint, sed solos Antistites. Unde nec interfuisse illos Synodis, exceptis Conciliis universalibus, invenimus. Nec enim fas est, seculares principes spectatores fieri rerum, quæ Sacerdotibus Dei nunquam eveniunt.

Canon 18. Ut in Ecclesiis antiqua conserventur privilegia.

Placuit huic sanctæ & magnæ Synodo, ut res vel privilegia, quæ Dei Ecclesiis ex longa consuetudine pertinent, & sive à divæ recordationis Imperatoribus, sive ab aliis Dei cultoribus in scriptis donata, & ab eis per annos triginta possessa sunt, nequaquam à potestate præsulis quæcumque persona secularis per potestatem

De Episcopis, qui causantur se impeditos à mundi principibus: ne veniant ad Synodum.

Quod autem principes seculares non pertrahant Synodis inter-

subtrahat, aut per argumenta quolibet aufertat, sed sint omnia in potestate ac usu præfulis Ecclesiæ, quæcumque intra triginta spatium annorum ab Ecclesiis possessa fuisse noscuntur. Qui contra fecerit, ut sacrilegus iudicetur, & donec talia privilegia seu res restituerit, anathema sit.

Canon 19. Ne Metropolitanus graves subiectos Episcopos.

Definit sancta hæc & universalis Synodus, nullum Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum relinquere propriam Ecclesiam, & sub occasione quasi visitationis ad alias accedere, & consumere redditus qui apud illos inveniuntur ad Ecclesiasticam dispositionem, & alimenta pauperum. Sed tamen, si contingat aliqd per illas Ecclesias necessariò iter agere, tunc non alia, nisi ex his, quæ ad præsens de compendio præparata inveniuntur, cum reverentia, & cum timore Deidignanter accipiat, & maturius propositum iter perambulet. Si enim unumquemque Episcoporum Ecclesiæ propriæ rebus cum multa parcitate uti, & nul latens in proprias utilitates impotunde, ac sine ratione consumere redditus Ecclesiasticos sacri Canones decernunt, quâ puras impietate iudicabitur dignus, qui aliis Episcopis commissas Ecclesias gravare non formidat? Qui contra fecerit, deponatur & sequestretur ut sacrilegus & alter idolatra factus, juxta magnum Apostolum.

Canon 20.

Hoc Canone sanctum est, ut possessionibus in emphiteosum datis ab Ecclesia, non liceat emphiteotam spoliare prætextu non servati pacti. Verùm, si per tres annos continuos pensionem non solverit, liceat tunc Ecclesiæ vindicare suas professiones, dummodò id fiat ordine judiciali coram competente Iudice. Qui secus fecerit, cogatur ad restitutionem in integram: quod si noluerit patere, deponatur.

Canon 21. Quanta reverentia agendum est contra Episcopum Romanum.

Definitus, neminem prorsus mundi potentium quemquam eorum, qui Patriarchalibus sedibus præfunt, inhonorare, aut movere à proprio throno tentare, sed omni reverentiâ & honore dignos iudicare, præcipue quidem sanctissimum Papam senioris Romæ: deinceps autem Constantinopoleos Patriarcham, deinde verò Alexandriæ, ac Antiochiæ, atque Hierosolymorum. Sed nec alium quencquam, conscriptiones contra sanctissimum Papam senioris Romæ, ac verba complicare vel componere liceat sub occasione quasi diffamatorum quorundam criminum, quod & nuper Photius fecit, & multò antè Dioscorus. Quisquis autem tale facinus contra sedem Petri principis Apostolorum ausus fuerit intentare, æqualem, & eandem, quam illi, condemnationem recipiat. Porro si Synodus universalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de sancta Romanorum Ecclesia quævis ambiguitas & controversia, oportet venerabiliter, & cum convenienti reverentia de proposita quæstione scilicet, & solutionem accipere, aut proficere, aut profectum facere: non tamen audacter sententiam dicere contra summos senioris Romæ Pontifices.

Canon 28. Ne princeps secularis se immisceat promotioni Episcoporum.

Sancta & universalis Synodus definit, neminem laicorum principum, vel potentum se met inferere electioni vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitanæ, aut cujuslibet Episcopi, ne videlicet inordinata hinc & incongrua fiat confusio, vel contentio: præsertim, cum nullam in talibus potestatem quencquam potestativorum, vel cæterorum laicorum habere conveniat, sed potius silere, ac attendere sibi, usque quo regulariter à collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis. Quisquis autem secularium principum & potentum, vel alterius dignita-

22. d
c. D.

tis

eis latez adveniens communem ac consentaneam, atque Canonicam electionem Ecclesiastici ordinis agere tentaverit, anathema sit.

Canon 23. Ne quid presumat agere Episcopus in aliena Ecclesia.

Nullus Episcoporum possessionum aliarum Ecclesiarum locationem sibi fieri ab alio Episcopo rogare audeat: nec ipse rogatus, suæ Ecclesiæ possessiones alicui conferat: nec etiam constituat Presbyteros, aut quemlibet alium clericum in Ecclesiis, quæ sibi subiectæ non sunt, præter voluntatem Episcopi.

Canon 24. Ne Metropolita exerceat ministeria Episcopalia per subiectos Episcopos.

Divinâ Scriptura dicente, *Mahdielus homo quæ facit opus Domini negligenter, quidam Metropolitanorum, extrema negligentia & desidîa delapsi, præteritionibus suis subiectos ad se adducunt Episcopos, & committunt eis Ecclesiæ propriæ divina officia & litanias, & cuncta omninò sacra quæ ad se pertinent mysteria, ut per illos celebrent omnia quæ per semetipsos alacriter agere debuerunt: ac per id eos, qui Episcopalem dignitatem meruerunt, quodammodò clericos sibi subiectos exhibeant. Vacant iidem præter Ecclesiasticas leges secularibus curiis atque dispositionibus, dimittentes perseverare in orationibus & obsecrationibus pro suis delictis ac populi ignorantis, quod nusquam apud aliquos penitus invenitur, cum sit canonicis nimirum contrarium omninò præceptis.*

Hæc autem omnia magnis & multis, ac vehementissimis damnationibus dignos huiusmodi statuunt. Probanent enim tales, per hæc quæ faciunt, etiam sathanicâ jactantiâ & superbiâ languere. Quisquis ergo Metropolitanorum post hanc sanctæ ac universalis Synodi definitionem eadem audaciâ vel superbiâ & contemptu abusus, non per se cum timore & abiectione seu conscientia bonâ, debita mini-

steria in propria civitate, sed per suffraganeos Episcopos suos efficere tentaverit, pœnas exolvat coram proprio Patriarcha, & aut corrigatur, aut deponatur.

Canon 25. Vt deponantur clerici, qui defecerunt ad Photinum.

Definimus, ut clerici ritè prius ordinati à Methodio vel Ignatio, & resisterunt à consortio fidelium, ut adhererent Photionis hæresi, & obdurati exemp. d. Pharaonis, nolunt respicere, deponantur omninò: nec postea recipiantur in ordinem clericorum, imò semper exosi sint ut Esau. Ni fortè ad magnam poenitentiam à misericordia Ecclesiæ admissi fuerint.

Canon 26. De ordine appellationis.

Ordo provocacionis datur in hoc Canone, ut qui se læsum arbitrabitur a proprio Episcopo possit Metropolitanum appellare, qui datis dimissionis, ad se causam advoret. Liceat tamen Episcopis provocare ad Patriarcham, si crediderint se injustitiam pati à Metropolitanano, à quolibet finis imponatur, ut nullatenus Metropolita in Metropolitam, aut Episcopus in Episcopum vicinum jus habeat.

Canon 27.

Hic Canon decernit, qualiter oporteat uti palliò, ut scilicet Episcopi non ultra ita longa tempora & loca eò utantur, ne signum sit superbiz, aut arrogantiz. Præterea monachi, qui vitâ & doctrinâ ut Episcopi creentur meruerint, non mutant habitus vestisque rationem ob novam dignitatem: non minùs enim hoc arrogans esset, quàm palliò ineptè uti. Quisque ergò Episcopus præter definita sibi tempora se palliò induerit, aut monasticam vestem deposuerit; aut corrigatur, aut à Patriarcha proprio deponatur.

Postremò, iussu Vicariorum seniorum Romæ prolatus est & lectus terminus (ut illi vocant:) in quò ad modum epilogi continentur omnia, quæ acta sunt in hac sancta Synodo. Primò ibi paucis explij cantur mysteria sanctæ Trinitatis, & Dominicæ Incarnacionis. Mox explicatur

Monachi
creari Episcopi.
non mutant vestis rationem.

ratio.

ratio septem Synodorum generalium, & probantur à tota Synodo presenti. Deinde explicatur etiam intentio hujus octavæ Synodi, & quæ acta sunt pro Ignatio Patriarcha contra Ichorium: & ultimâ Episcoporum universorum acclamatione recepta sunt & probata, subscibentibus universis. Primò Vicariis senioris Romæ. Secundò, Ignatiò Patriarchâ Constantinopolitanò. Tertiò, Vicariis Ecclesiarum Orientis. Quartò, Imperatoribus Basiliò, Constantinò, & Leone, qui noluerunt ante Vicarios subscibere; postremò reliquis Episcopis. Et absoluta est octava Synodus generalis.

EXTAT allocutio quædam Basiliæ Imperatoris ad totam Synodum, in qua post alia amica & gratulatoria verba subjungit: Quisquis habet aliquid contra hanc sanctam & universalem Synodum, aut ejus Canones, stet in medio, & quæ sibi videntur dicat, sive sit de Ecclesiastico clero, sive etiam laicus sit, aut ex his, qui civilibus officiis mancipantur. Quanquam non datum sit istis, secundum Canonem, dicendi quicquam penitus de Ecclesiasticis causis. Opus enim hoc Pontificum & Sacerdotum est. Sed ex abundantè omnes iniquum obstruere volentes, licentiam præstamus omnibus, ut qui in mente habet quid ambiguum de his, quæ decreta sunt ab hac sancta Synodo, hoc in medium exhibeat, & suscipiat satisfactionis salubre remedium. Nam solutâ sanctâ & universali Synodo, qui apparuerit Ecclesie Dei contradicens, aut non communicans ei, (quicumque ille sit) veniam ab imperio nostro nunimè consequetur, sed justè condemnabitur, & à civitate nostra pelletur ut pestilens & corruptor, & membrum putridam & inutile, & commune corpus Ecclesie violans.

Explicit octava Synodus universalis, Constantinopoli celebrata.

In decreto Gratiani ascribuntur multa decreta huic octavæ Synodo, quæ in exemplaribus Latinis non invenimus.

Undè, vel falsò illi ascribuntur, vel Grarianus nactus fuit alia exemplaria magis iuregra.

JOANNES VIII. Ejus tempore An. Roma invasa fuit à Comite Spoletano, & Joanne Marchione Tusciæ: quibus res omnes in Urbe confudentibus (in tantum ut clavis portis Ecclesie S. Petri, ipsoque altari cilio obducto, nullum illic officium divinum celebraretur) ipse Joannes in Gallia profectus est. Phorium anathematizatum ab octava generali Synodo, in communionem recepit, ejusque alteram invasionem Patriarchalis Sedis Constantinopolitanæ, mortuo Ignatio ad instantiam Basiliæ Imperatoris Magno Ecclesie damno, & suo dedecore confirmat: propter nimiam animi facilitatem, & molitudinem non Papa (ut Nicolaus, & Adrianus, qui constantissimè Phorio resisterant) sed Joanne Papissæ contumeliose loco dictus: utpote, quod qui Eunuchus Phorio, iterato Sedis inavatori resistere non potuisset, a semiviro victus, non Vir, sed femina potius fuerit nuncupandus. Dein tamen damnavit eundem Phorium, & Pseudosynodum iterum ab eodem celebratam. Sedit an. 10.

MARINUS Papa 110. postquam maximâ laude ter legatione functus fuerat Apostolicæ Sedis Constantinopolim. Hic Formosum Episcopum Portuensem, Apostolatu Bulgarorum, & magnis legationibus insignem, vitum laudatissimum restituit Episcopatu, rescindens perpetram facta Joannis VIII. decessoris sui. Sedit annum 1. dies 20. laudatissimè Apostolico munere perfunctus.

ADRIANUS III. Romanus. Hic Marini Decessoris sui vestigiis inhærens, Adhuc execratus est & ipse Phorium: propter quod indignationem incurrit Basiliæ Imperatoris, qui ad eum hostiles planè eam ob causam & contumelias plenas scripsit litteras,

licitas, quas tamen morte preventus non accepit. Hic tanti animi fuit, ut, initio sui Pontificatus ad Senatum Populumque retulerit, ne in creando Pontifice Imperatoris autoritas expectaretur, utque libera essent & cleri & populi suffragia:

quod institutum à Nicolao I. tentatum potius, quam inchoatum fuerat &c. Obiit annò primò, mense tertio sui Pontificatus, sepeliturque in basilica S. Petri, collachrymantibus omnibus, tantum parentem tam repente sublatum esse.

CONCILIUM
TRIBURIENSE

Concilium
Triburienf.
sub Formo.
fo Papa.

Provinciale, celebratum est sub Imperatore Arnolphe à viginti duobus Episcopis Germanorum, annò Domini 895. ad reformationem morum & statùs, non modò clericorum, sed etiam laicorum, à quo Gratianus transcripsit multa in volumine Decretorum.



Udò excommunicati, si post excommunicationem non se inclinaverint ad poenitentiam, per principem punire debent.

Ut Episcopus non deponatur nisi à duodecim Episcopis, Presbyter à sex; Diaconus à tribus.

Si quis clericus homicidium fecerit, etiamsi nimium coactus, ab ordine cessare debet.

Ut præter Pascha & Pentecosten baptisma non celebretur, exceptà necessitate periclitantium.

Cap. 13. Quibus de causis offerenda sint decima.

Decimæ offerendæ sunt à populo, ut hæc ratione Deus placatus largiùs præster, quæ necessaria sunt; & ut ministri Ecclesiæ ex inde relevati, libertiores fiant ad spiritalis officii expletionem; & ut manus populi ex hinc in quotidiana oblatione Domino immoletur, nec non secundùm statuta Canonum in sustentationem pauperum, & restaurationem Ecclesiarum præbiant. Quatuor enim fieri partes juxta

Canones judicamus de decimis & oblationibus fidelium, ut una sit Episcopi, altera clericorum, tertia pauperum, quarta restaurationi Ecclesiarum seruetur, sicut in epistola Gelasii Papæ cap. 27. legitur.

Cap. 15. Vbi quis decimam solvit, ibi sepeliendus.

Ubiçumque facultas rerum & opportunitas temporum suppetit, sepulturam morientium apud Ecclesiam ubi est Episcopi sedes ordinamur celebrari. Quod si ex aliqua causa difficile æstimetur, ubi decimam persolvebat vivus, sepeliatur mortuus.

Cap. 16. Ne sepultura pro mortuis vendatur.

Interdictum sit omnibus Christianis, ~~elemosy-~~ terram mortuis vendere, & debitam ~~az protant~~ sepulturam denegare, nisi fortè proximi & defunctis. & redemptionem animæ vii, gratis aliquid donare velint.

Cap. 17. Vbi sepeliendi sint laici.

Nullus laicus in Ecclesia sepeliatur nisi

in communi cœmeterio: corpora tamen antiquitè in Ecclesia sepulta, nequaquàm projiciantur; sed pavimento desuper facto, nullo tumorum vestigio appatente, Ecclesie reverentia conservetur.

Cap. 18. De vasculis, quibus mysteria sacra conficiuntur.

e. d. 1. *Vasa, in quibus sacrosancta conficiuntur mysteria, calices sunt & patenæ; de quibus Bonifacius martyr & Episcopus interrogatus, si liceret in vasculis ligneis Sacramenta conficere? Respondit: Quondam Sacerdotes auro lignis calicibus utebantur, nunc è contra lignei Sacerdotes auris utuntur calicibus.* Zepherinus 14. Romanus Episcopus patenis vitreis Missas celebrare consuevit. Nos statuimus, ut deinceps nullus Sacerdos sacrum mysterium corporis & sanguinis Domini in ligneis vasculis ullo modo conficere presumat.

Cap. 19. Ne vinum sine aqua in calice offeratur.

Non debet in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrumque permittum; quia utrumque ex latere ejus profluit: sed sic, ut duæ partes sint vini, tertia verd aquæ; quia major est majestas sanguinis Domini, quàm fragilitas populi, qui per aquam designatur, juxta illud: *Populi multi, aqua multa.*

Aditio F. S.

Quod hic statuitur, ut tertia pars sit aquæ, non est usu receptum nec recipiendum; sed observari debet, ut aqua modicissima adhibeatur, sicut in Florentino dicitur. Idèd notandum, quod hoc Triburienſe Concil. tantùm fuit provinciale.

Cap. 20. De usura clericorum.

Clerici in hoc raduntur, ut sollicitudinem coronæ Domini in capitibus suis gerant, quos & servos suos dici, & esse voluit, totremque illorum se constituit, sicut de eis scriptum est: Ego hæreditas eorum, quos, qui percusserit, aut injuria aliqua affecerit, graviter puniri debet.

Cap. 21. *Vi Presbyteri jurare non cogatur.*

Presbyter in judicio ad jurandum cogi non debet, sed vice sacramenti per sanctam consecrationem interrogetur: quia Sacerdotes ex levi causa jurare non debent, cum Dominus in Evangelio discipulis suis dicat, *Nolite jurare omnino &c. quod autem his abundantius est, à malo est.* Non dixit, Quod amplius est, malum est, sed à malo est, id est, à malo homine, de cujus incredulitate cogimur jurare.

Qui infam. à laborat, permittitur, ut per ignem, cadentis ferro, se purget. Colligitur ex hoc, non esse naturæ sua malum. Sunt tamen hæc jam abrogata.

Aditio F. S.

Abstinentium omnimodè est ab ista purgatione tanquam illicita, ut ostendimus 2. 2. q. 95. art. 8. conclus. 4. ad 3.

Cap. 27. De his quibus in clero iam deputati sunt.

Semel in clero deputati, nec ad militiam, nec ad aliquam veniant dignitatem mundanam, ut in Synodo Chalcedonens. statutum est cap. 7. ne tales sint (sicut S. Isidorus dixit esse) similes hippocentauris, qui nec equi nec homines, sed quasi bruta animalia libertate ac desiderio suo feruntur.

Cap. 31. De furibus & latronibus.

Si inventus fuerit quis furtum aut rapinam exercere, & in ipso diabolico actu mortem meretur incurrere, nullus pro eo presumat orare, aut eleemosynam dare, & eleemosyna pro eo data, in memoriam nec clericorum nec pauperum veniat, execrabilis sordescat.

Aditio F. S.

Quod hic statuitur, accipiendum est quando probabiliter presumatur fur aut latro in peccato mortali decessisse, nec ullum penitentiae signum dedisse. Si enim aliquid ejus signum dederit, ita factendum in verbis sequentibus decernitur: *Si autem ille fur vel latro vulneratus claudatur, & expectatione mortis deperatæ putetur,*

suu, atque reconciliari se mysteriis sacrosanctis habere corporis, & voluntate pia mentis deprecatur, Deo; & Sacerdoti, comite vita, emendationem morum & actuum conficitur, communionis gratiam non negamus tribuendam.

Cap. 35. *Placita in diebus festis Iudices non habeant.*

Ut nullus iudex diebus festis vel dominicis, seu jejuniorum aut Quadragesimæ placitum habere præsumat, & ut nullus pœnitens eò veniat, in hoc sancto statuimus Concilio; quia inde irascitur Deus, cum quando suo sancto servitio debet populus desudare, invenitur lites & contentiones frequentare. Diebus verò Dominicis & sanctorum festis, vigiliis & orationibus insistendum, & ad Missas cuilibet Christiano cum oblationibus est currendum, & tantum Deo vacandam. Diebus Quadragesimæ & jejuniorum summâ devotione jejunandum, & omni devotione est orandum, atque ab unoquoque pro facultatibus suis eleemosynæ tribuendæ, & nullæ lites vel contentiones habendæ. Arguit enim Dominus per Prophetam, eos, qui contentiones & lites tempore jejuniorum exercent.

Cap. 39. *De matrimonio inter alienigenas.*

Si quis alienigenam, hoc est, alienæ gentis non tamen religionis fœminam in matrimonium duxerit, velir nolit tenenda est, nec ultra ab eo separanda, exceptâ fornicationis causâ, sicut Synodus Romana ait: Quòd non dimittenda sit uxor post baptismum, quæ habita est & ante baptismum. In baptismo solvuntur crimina, non tamen legitima conjugia.

Cap. 40. *Prohibetur matrimonium inter adulteros.*

Qui uxorem alterius, eò vivente, consupravit, & insuper juramento confirmavit, si ambo ejus legitimum supervixissent meritum, ut ille fornicator illam adulteram adulterio pollutam sibi associaret legitimo conjugio: Nostale conjugium

anathematizamus, & Christianis omnibus obferamus: quia non oportet Christianæ religioni, ut ullus eâ utatur in matrimonio, cum qua priùs pollutus est adulterio. Idem sine ulla limitatione prohibetur infra cap. 51.

Cap. 45. *De illo, qui cum duabus fororibus fuerit pollutus.*

Qui cum duabus fororibus fuerit pollutus, usque ad exitum vitæ pœnitens, & continens permaneat; & soror, quæ posterior scierit se cum eodem commaculaverit, usque ad finem vitæ pœnitens & continens perducatur.

Cap. 46. *De fugiente ad Episcopum, ne ob adulterium à marito interficiatur.*

Si cujus uxor contumprata fuerit, & propterea maritus capitali sententiâ delere illam machinaverit, ipsa verò urgentis mortis periculo ad Episcopos confugerit, & auxilium quaesierit; operosiore, si potest, Episcopus labore desudet, ne occidatur: si vitam ei obtinere possit, reddat; si autem, omnino non reddat. Maritus verò, quamdiu ipsa vivat, nullo modo alteram ducat.

Cap. 54. *Statuitur pœna pro homicidio voluntario.*

Qui voluntariè homicidium fecerit, quod in Ancyrano Concilio cap. 22. legitur, obervet: quia inscripta canonica & SS. Patrum decreta, nostro & omnium orthodoxorum iudicio, inviolabilem habent firmitatem. Nobis tamen, qui pastores ovium Christi sumus, pro moderni temporis qualitate, & hominum fragilitate bonum & utile videret, ut auctoritate Synodali modum castigationis imponamus, ne prolixum tempus pœnitentiæ, generet fastidium negligentibus. Igitur, si quis sponte homicidium fecerit, 40. diebus ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & nihil manducet in illis 40. diebus præter solum panem & salem; nec bibat, nisi puram aquam; nudis pedibus incedat, lineis non induatur vestibus, nisi tantum

356 VITA STEPH. VI. FORMOSI. BONIF. VI. STEPH. VII. P. P.

femoralibus; secularia aima non portet; nullo vehiculo utatur, &c. Post illos 40. dies, unum annum integrum ab introitu Ecclesie suspendatur, & absteineat se à carne & caseo & vino. Secundum verd & tertium annum simili modo poeniteat Quattum autem annum, & 5. 6. & 7. isto modo observer. Jejunet autem his singulis tres Quadragesimas. Unam ante Pascha Domini à caseo & pinguibus piscibus, à vino & medone: alteram ante Nativitatem S. Joannis Baptistæ, tertiam ante Nativitatem Domini Salvatoris jejunet, & absteineat se à carne & cæteris rebus prædictis. His septem annis ritè expletis, reconcilietur, & more poenitentium factis altaribus, & sanctæ communioni restituatur, atque perfectionem consequatur, id est, communionis Christi gratiam.

Unanimes subscripserunt 22. Episcopi, præsidente & adjuvante pio Principe Arnolpho.

Reliqua capitula requirat Lector in volumine magoo Conciliorum, quæ sustulimus, ne aliis diçta repeteremus.

STEPHANUS VI. dictus V. Ejus electionem miracula confirmant: cum enim eo tempore Romani multam famem paterentur ex locustarum devastatione, & pluviz defectu, ipsa die electionis ejus ingens pluvia decidit, & aspersione aquæ ab ipso benedictæ locustæ ab agris expulæ sunt. Adhuc vivente Patre, de ejus consensu, omnia sua bona patrimonialia dispersit pauperibus. Perstitit cum suis Antecessoribus in Phosii Pseudo-Patriarchæ Constantinopolitani execratione: corripuitque suis litteris Basilium Imperatorem, quod in gratiam hominis excommunicari, Romanam Ecclesiam adeo afficeret contumeliosus. Sedit annos 5.

FORMOSUS, ex Episcopo Portuensis etatis fuit Pontifex, opposito sibi à quadam populi parte Sergio Diacono, qui

& postmodum Sedem invasit. Fuit Formosus Papa laudatissimus tum religione, tum morum integritate, atque doctrina, indignissima post mortem passus à Stephano VIII. & Sergio tunc dicto, Sedis Apostolicæ invasoribus. Sedit annos 6.

Ejus mortem subsecuta fuit infelicissima Ecclesie Romane tempora, quæ ex domestico bello, maximo eam malis tempore damno affecerunt.

Et primò quidem **BONIFACIUS** quidam, dictus VI. invasit Sedem, & tenuit dies 15. Homo nefarius, jam antea Diaconatu, & dein Presbyteratu depositus; non numerandus inter Pontifices, & quem damnavit Romana Synodus sub Joanne IX.

Illum à Sede expulit **STEPHANUS VII. dictus VI.** qui & ipse Sedem invasit. Qua occupatâ, furore periculis contra Formosum, cadaver ejus à sepulchro extrahi, ac Sacerdotalibus vestibus indutum in throno Pontificio collocari jussit; & cum tamquam viventi exprobrasset, quod nimia ambitione ex Episcopo Portuensi (quod fieri non consueverat) Sedem occupasset; illud ipsum cadaver factis vestibus exutum, & tribus digitis, quibus populo benedicere consueverat, mutilatum, in Tiberim jactari mandavit, non errore in fide, sed tyrannide in vindicta. Justo autem Dei judicio sub finem anni 900. detrusus in carcerem, atque ibi strangulatus, miserè interit: computrandus equidem inter Pontifices, (licet in principio Sedis invasor) propter subsequutum consensum populi, peiora formidantis.

Hanc immanem Tragœdiam quidam attribuunt Sergio; sed ut rectè probat Spondanus, verius attribuitur Stephano.

ROMANUS, patriâ Gallefianus, post necatum Stephanum in Sedem Pontificiam intruditur, & eam occupat menses 4. & dies 20.

THEO-

Ad-
Boni-
Fios-
Papa.

Ad-
Steph-
Papa.

Ad-
Rom-
Papa.

D. 902. THEODORUS II. in locum *Romani*
des. II tice subrogatus, patriâ Romanus, ex patre
 116. Photio, sedit tantum diebus 20.

eadem JOANNES IX. patria Tiburtinus,
 IX. patre Rompoaldo, professione Monachus,
 117. ordine Diaconus. In Concilio Ravennæ
 habito recessit aſta Stephani contra For-
 mosum. Sedit annos 3. dies 15.

D. 903. BENEDICTUS IV. patria Romanus.
 & IV. Hic sibi magnam laudem imprimis ex
 118. amore pauperum conciliavit. Sedit annum
 unum.

D. 907. LEO V. patria Adriaticus, post 40.
 V. dies è Sede Apostolica pellitur, & in
 119. carcerem detruditur à Christophoro.

eadem CHRISTOPHORUS Sedem Leonis
 Ioph. invadit: sed post septem menses & ipse
 120. Sede expellitur, ac incarceratur; mona-
 sticam vitam amplecti coactus; equidem
 post mortem in Basilica S. Petri sepultus.

D. 908. SERGIUS III. (qui aliquand. For-
 121. mosi Sedem ambiverat) Christophori Sedem,
 quâ eum expulerat, violenter invadit
 factione Marchionis Tuscæ Adalberti.
 Qui etiamnum sentiens, quod Formoso
 in obtinendo Pontificatu prævalere non
 potuisset, vindictæ studio, omnes ejus
 ordinationes irritas habuit, homo vitæ
 non satis laudabilis. Tenuit invasam Sedem
 annis tribus.

D. 918. ANASTASIUS III. patriâ Romanus,
 122. Luciani filius, de illo afferitur; eum ex-
 poscente Berengario Tirinenſem Eccle-
 siam pluribus iſd. mque magnificis de-
 corasse ornamentis; concedendo nimirum
 umbellæ usum, & quôque vehi ab o. cruce
 prævia in itinere habere, & in conciliis
 à leva Pontificis assidere. Sedit annos 2.

D. 912. LANDO, patriâ Sabina, Trani filius.
 123. Is in gratiam cujusdam Theodoræ, Ro-

manæ urbi imperitantis, Joannem (postea
 illius nominis X.) ex Ravennate Pres-
 bytero Archiepiscopum Ravennatem
 creavit. Sedit mensibus 6.

JOANNES X. jam dictus, à præfata
 Theodora Landone mortuo in Cathedram
 S. Petri violenter intruditur. Accedente
 tamen populi consensu habitus fuit ut
 legitimus Pontifex. Qui dein operâ
 Marozæ, filiz ejusdem Theodoræ è Sede
 Pontificia detrusus & in carcerem con-
 jectus, cervicali suffocatus, vitam finivit
 postquam sedisset annos 16.

LEO VI. Christophori primicilii
 filius, & ipse invasor Lantificatus, ac
 similiter detrusus in carcerem ibi defun-
 ctus est postquam Sedem Petri tenuisset
 mensibus sex, diebus 15.

STEPHANUS VIII. dictus VII. patria Romanus, Theudemundi filius.
 Circa ejus tempora Henricus Rex Ger-
 maniz lanceam ex Christi clavis con-
 sectam, quæque dicebatur fuisse Constan-
 tini Magni, à Rudolpho Burgundiorum
 ac Italiz Rege, partim minis, partim
 muneribus obtinuit: eamque ad tutamen
 regni, Posteris reliquit. Sedit annos 2.
 mens. 1. dies 15.

JOANNES XI. Maroziz filius, poten-
 tiâ Marchionis Tuscæ in Sedem intrudi-
 tur: à qua violenter occupata violenter
 detrusus est, & in carcerem conjectus una
 cum matre Marozia ab Alberico, altero
 Maroziz filio. Sedit annos 4. mens. 10.

LEO VII. Restituit Romæ monasti-
 cam disciplinam per S. Odonem Abbatem
 Cluniacensem. Sedit an. 3. mens. 6.

STEPHANUS IX. dictus VIII. patria Germanus, electus operâ Ortonis
 Regis Tyrannorum odium in se concitavit, aded ut à quibusdam sacrilegis
 Y y 3 fuerit

An. D. 913.
 Joannes X.
 Papa 134.

An. D. 928.
 Leo VI.
 Papa 125.

An. D. 929.
 Steph. VIII
 Papa 126.

An. D. 927.
 Joan. XI.
 Papa 127.

An. D. 936.
 Leo VII.
 Papa 128.

An. D. 940.
 Steph. IX.
 Papa 129.

358 VITA MARINI. IL. AGAP. II. JOAN. XII. BENED. V. &c. P. H.

fuerit crebris ictibus foris deformatus ; qui ideo a publico abstinuit. Excommunicationis interminatione rebellantes contra Ludovicum Regem Francorum, ad obedientiam debitam reduxit. Sedit an. 3. mens. 4. dies 5.

An. D. 949
Marta. II.
Papa 190.
MARINUS II. patriâ Romanus. Totum se tradidit ad componendam Ecclesiam, tam in Cleri, quam in Monachorum reformatione, Basilicanam reformationem, & pauperum cura. Prophetie dono insignis, sedit annos 3. mens. 6. dies 13.

An. D. 946
August. II.
Papa 191.
AGAPETUS II. Ab ipso Romæ celebrata fuit Synodus, in qua damnationem duorum Hugonum, nam Ducis, quam Episcopi, in Conciliis Gallicanis decretam confirmavit, vir sanctissimus. Sedit an. 9. mens. 7. dies 10.

An. D. 946
Joan. XII.
Papa 192.
JOANNES XII. ante Pontificatum ex Clerico factus Urbis Princeps, potentia Patris frater Apostolicam Sedem invasit expletis nondum pubertatis annis, vel decimo octavo ætatis solum attactò. Quem abortivum Pontificem, & qui nec ætate Diaconus esse poterat, tolerare potius voluit Ecclesia, quam schisma sustinere. Ortonem Cæsareâ coronâ exornavit; ortâ autem inter utrumque dissensione, in Conciliabulo Romæ coacto ab Ortone & Episcopis injustissime Pontificatu privatur, in ejus locum subrogatò Leone; quem Joannes (regressus in Urbem) deposuit, & Synodo collectâ, omnia ejus, & pro eo gesta cassavit. Multa indigna de eo narrantur. Sedit annos 8.

An. D. 955
Bened. V.
Papa 193.
BENEDICTUS V. in locum Joannis eligitur; sed ab Ortone Româ captâ, è Sede sua pellitur, & eodem Leone (quem in locum Joannis per Ortonem invasum, & per Joannem iterum extrusum superiori §. diximus) in Sedem Benedicti locatò, ipse in Germania ex-

larc jussus est, atque ibi moeritur Martyr: cujus ossa Romam relecta sunt. In vindictam verò commissi sceleris, Ortonem recedens, egregie punitus est, cujus exercitum Petrus invasit, que immensas multitudinem tam nobilium, quam gregariorum extinxit. Vixit in Pontificatu annum unum.

LEO, falso dictus VIII. ille videlicet qui per Ortonem in locum Joannis, & Benedicti intrusus fuerat. Extant ejus nomine suppositæ aliquæ constitutiones in favorem Ortonis. Moritur anno 965.

JOANNES XIII. ex Episcopo Novariensi Papa electus in locum defuncti Leonis VIII. operâ Ortonis Imperatoris, qui tamen legitimus Pontifex dici non potuit quousque Benedicto convixit. Is verò statim à sua electione malè tractans aliquos Romanos Proceres, à Rotfredo Urbis præfecto amandatus fuit in Campaniam; operâ Ortonis revocatus, & in Sedem restitutus. Prædicatores fidei misit in Poloniam, & Wandaliâ. Sedit an. 6. mens. 11. dies 5.

DONUS II. Patriâ Romanus, qui solum sedit menses tres.

In ejus locum sequenti die electus fuit **BENEDICTUS** hujus nominis VI patriâ Romanus, filius Hildebrandi; qui ibi sedit annum unum, menses tres, & dies aliquot, à Bonifacio cognomento **Fræconne**, patriâ Romano, Diacono Cardinale, viro scelestissimo violentâ manu creptus & in carcerem detrusus, ibi strangulatus est.

Bonifacius ille Sedem Benedicti occupat, & tenet annum unum, ac mensem; dictusque est **BONIFACIUS VII.** Verùm, uti Tyrannus, ab antiquioribus non computatur inter Pontifices. Eum Sede & Urbis expulit **Benedictus Romanus,**

VITA BENED. VII. JOAN. XIV. JOAN. XV. GREG. V. &c. P. P. 399

mus, ex Albericis genitus. Verùm, priusquam Urbe discederet. Homo nefandus, Basilicam Vaticanam spoliavit omnibus suis ornamentis; & tunc demum sacrilegâ onustus prædâ navigavit Constantinopolim.

9. **BENEDICTUS** ille, dein VII. omnium suffragio ex Sutirino Episcopo creatus est Pontifex. Sub ejus tempore Carolus Lotharingæ, frater Lotharii Francorum Regis, pugnans adversum Hermentfredum, rerum Ecclesiasticarum invasorem, ab eo accepit corpus. B. Gudilæ & Bruzellas intulit. Sedit annos 9.

14. **JOANNES XIV.** ex Episcopo Papiensi, & Archicancellario Ottonis II. electus Pontifex. Contra eum insurrexit idem, qui supra, Bonifacius Constantinopoli rediens in Urbem, neque contentus, quod Benedictum à Sede pulsum, & in carcerem detrusum, ejusque Sede occupatâ, strangulari curasset; suorum factione potens, Joannem Papam vinculis alligatum detrusit in castrum S. Angeli, ibique quatuor mensibus detentum fame enecavit, ac mortuum exposuit spectandum præforibus munitioris, occupatâ iterum ejus Sede: Deo ultore, post quatuor menses ab ejus nece, repetitâ morte percussus est; quem sui ipsius futores, post terræ animæ exhalationem, lanceis confossum, nudum per pedes tractum, insepultum abjecerunt.

15. Illò sublato, legitimus creatus est Pontifex **JOANNES** ejus nominis XV. patriâ Romanus. Ejus tempore celebrata fuit Rhemis Pseudo-Synodus, in qua depositus fuit Arnulphus filius Lotharii Regis Archiepiscopus Rhemenfis, accusatus ab Hugone Rege de prodicione Civitatis Rhemenfis; & in ejus locum intrusus Gerbertus Institutor Roberti, filii Hugonis Capeti Francorum Regis. Joannes verò Papa Arnulphum restituit,

& Gerbertum deposuit, multa exinde blarrantem contra Sedem Apostolicam. Sedit annos 10. mens. 4. dies 12.

GREGORIUS V. Bruno ante dictus, Ottonis Imperatoris consanguineus, creatur in Pontificem. Contra eum per Crescentium Tyrannum in Sedem Petri intrusus fuit Episcopus Placentinus, **JOANNES XVI.** dictus: sicque duobus simul creatis Pontificibus, schisma constatum est. At verò respicientibus paulò post Romanis, Joannes ille præcisus manibus, auribus, naribusque, & oculis privatus, moxque a seculo impositus vultu ad caudam verso, per publicas Urbis vias deductus, & clamare jussus: *Tale supplicium patitur, qui Romanum Papam de sua Sede pellere nititur*, temeritatis suæ pœnas dedit, & Ecclesiam schismate liberavit. Sedit Gregorius annos 2. menses 8. dies 6.

In ejus locum successit Gerbertus ille, quem supra à Joanne XV. ab injustè occupatâ Arnulphi Rhemenfi Sede detrusum audivimus. Is legitimè postea promotus ad Archiepiscopatum Ravennatensem, & deinde in Pontificem, **SILVESTRI II.** nomen assumpsit. Ducem Ungariæ Regem creavit; nec sine Dei ordinatione. Cum enim requisitus, ut Polonorum Ducem regio diademate decoraret, coronam egregiò opere confici curasset, nocte ejus diei qua ipsam Legatis daturus erat, apprensus ei Angelus Domini jussit, ut coronam, quam Duci Polonorum paraverat, daret iis, qui post eam die ab ignota gente ad eum venissent. Mortuus anno 5. suæ Sedis inchoato.

JOANNES XVI. dictus **XVIII.** cognomento *Sicrus*, patriâ Romanus, sedit nou nisi menses 5. & dies aliquot.

In ejus locum subrogatus est **JOANNES XVII.** dictus **XIX.** Ejus tempore Constantinopolitana Ecclesia cum Romana,

An. D. 998.
Gregor. V.
Papa 140.

An. eodem.
Joan. XVI.
Papa schismaticus.

An. D. 999.
Silvest. II.
Papa 142.

An. D. 1000.
Joan. XVI.
Papa 144.

Eod. anno.
Joan. XVII.
Papa 143.

360 VITA SERG. IV. BENED. VIII. JOAN. XX. BENED. IX. & C. P. P.

mana; fuit Catholica communione conjuncta. Sedit annos 5.

Nota.

Quod autem duo illi Joannes, decimus octavus, & decimus nonus dicti sint, inde contigit, quod isti numero schismatici, indigni Pontificis nomine, includebantur.

An.D. 1009
Sergius IV.
Papa 144.
SERGIUS IV. ante Pontificatum Petrus nominatus, ob reverentiam Apostolici culminis, nomen mutavit. Sunt, qui scribant *Bucca porci* eum etiam nominatum. Sedit annos 2. mens. 8.

An.D. 1013
Bened VIII
Papa 145.
BENEDICTUS VIII. ex Episcopo Portuensi Pontifex. In ejus creatione fuit schisma in Ecclesia, cum adversus eum contra sacros Canones creatus est GREGORIUS quidam, qui pollens potentia Romanorum, ipsum ab Urbe expulit: quem Henricus Germaniæ Rex, ad quem confugerat, Sedi restituit. Ejus tempore in regione Aquitaniz tribus diebus refertur sanguinem pluisse, qui à carne humana abstergi non poterat. Sedit annos 12. à Purgatorii penis, elemosynis creptus.

An.D. 1014
Joan. XX.
Papa 146.
JOANNES (juxta annotationem paulò superius factam) istius nominis XX. Benedicti VIII. Germanus frater, pecuniz largitione, ex Laico repente fit Papa. Facta est apud eum à Græcis instantia, ut Patriarcha Constantinopolitanus, *Universalis* dici posset: sed à bonis quibusque prædeditum est. A factiosis Romanis Sede pulsus, in eandem restitutus fuit à Conrado Imperatore. Sedit annos 9. mens. 8. & dies aliquot.

An.D. 1014
Bened. IX.
Papa 147.
Post ejus mortem, Albericus Comes Tusculanus, duorum præcedentium Pontificum frater Germanus, ægrè ferens, Pontificatum è domo suâ egredi, suum filium (adhuc adolescentem) in Sedem Petri intrusit, BENEDICTUM à Pontificatu dictum IX. receptum tamen ab

Ecclesia. Ob turpissimam vitam à Sede pulsus, in eam restitutus fuit. Qui post restitutionem cunctis invisum se ceruens, Joanni Romanz Ecclesiz Archiepiscopo Pontificatum tradidit: quem tamen post dimissionem iterum repetiit.

Eo tempore ingens fuit schisma in Ecclesia Dei, residentibus Romæ tribus Pontificibus, videlicet SILVESTRO III. quem in locum Benedicti Romani elegerant; JOANNE, cui Benedictus Pontificatum tradiderat; & ipso Benedicto, qui Pontificatum resumpsit. at.

Silvestro
Joann
Pseudo
Papa.

Hoc schisma dissolvit religiosus quidam Presbyter, Gratianus nomine, persuasus, ut tres præfati Pontificatui cederent. Quò factò, ipse tanquam liberator Ecclesiz in Pontificem electus fuit assumpto GREGORII VI. nomine. Is pacem afflictissimæ Ecclesiz Romanz admonitionibus, censuris, & armis attulit. Henricus Germaniæ Rex, simoniz falsissimo prætextu, cum Sede spoliavit: & *Sindegerum* (sive *Suidgerum*) natione Saxonem, Episcopum Babergensem, multum reluctantem in ejus locum accedente communi consensu subrogavit: ejusque subrogationi Gregorius pro sua sanctitate, ne novum schisma oriretur, consentiens, Pontificatu se sponte abdicavit.

An.D.
Grego
Papa 1

CLEMENS II. (supradictus *Sindegerus*) à cello Pontificatu Gregorii, Pontifex. Illum simul cum Gregorio, Imperator Henricus secum duxit in Germaniam, ubi post novem menses à sua promotione mortuus est.

An.D
Clem
Papa

Post mortem Clementis II. Benedictus IX. etiamnum superstes, & qui secundò Pontificatu cesserat, jam terciò Sedem invasit; quam iterum tenuisse dicitur menses 8. Sed contra eum ab Imperatore missus est Romam Popo Episcopus Brixiensis, qui suffragiis omni in electus,

An.D
Dum
Papa

VITA LEON. IX. STEPH. X. BENED. X. NICOL. II. &c. P. P. 361

electus, & comprobatus est Pontifex, nominatus DAMASUS II. Sedit dies solum 23.

Hoc tempore, altera omnium Sanctorum, operâ S. Odoloni, Abbatis Cluniacensis, instituta est Commemoratio, seu Anniversarium Animarum omnium Fidelium defunctorum.

LEO IX. (dicendus potius VIII. propter istum Pseudo-Papam) ex Comite Dagsburg nsi, & Episcopo Tullensi in Leucis, maximo bono totius Ecclesie factus est Pontifex, non sine præcedentibus visionibus, & prophetiis: & ipse signis, virtutibus, & pietate clarus. In Conciliis Romæ, & Vercellis damnavit hæresim Berengarii, negantis realem præsentiam in Eucharistia. Quam hæresim aliquoties resumptam, tandem serio ipse Berengarius reliquit, in fide Eucharistie moriens, ac cum gemitu pronuntians: ** Hodie in die apparitionis sue apparebit mihi Dominus meus Iesus Christus, propter paenitentiam, ut spero, ad gloriam; vel & propter alios (quos ille hæresim infecerat) ut timeo, ad penam.* Sedit Leo annos 5, & aliquot mensibus.

VICTOR II. natione Bavarus, operâ Hildebrandi Cardinalis eligitur. Synodum habuit Florentiæ, in qua multi Episcopi propter vitam non bonam Sede privati. Divinitus à veneno sibi in sacro Calice preparato servatus fuit, Subdiaconus, qui Calicem preparaverat, à dæmone possessus, & de'n Victoris precibus liberato. Sedit annos duos, menses 3, dies 16.

STEPHANUS X. dictus IX. creatus ex Abbate Ca' nensi, cujus officii curam semper retinere voluit. Petrum Damiani ab Eremo abstractum creavit Episcopum Osienssem. Sedit menses 7, dies 8, post mortem miraculis clarus.

Post mortem Stephani per factiosos

intrusus Joannes Mincius Episcopus Vitrensis in Pontificiam Sedem, assumpto nomine BENEDICTI X. quem & consecrari fecerunt per Ecclesie Osiensis Archiepiscopum, vi coactum.

An D 1058
Bened. X.
Pseudo-
Papa.

Contra eum verò legitime electus est NICOLAUS II. ex Episcopo Fiorentino: eumque non solum occupata Sede, sed etiam omni Sacerdotali officio privavit. Numquam diem prætermisit, quin pedes 12. pauperibus ablueret. Sedit annos 2, menses 6.

An eodem
Nicol. II.
Papa 1044

Hic apud Lateranum habito Concilio, legem tulit, quæ sic habet:

Si quis pecuniâ aut gratiâ humanâ, aut populari militari tumultu, sine concordia & canonica electione Cardinalium, fuerit in throno Petri collocatus, non Apostolicus, sed apostaticus, id est, à ratione deficiens, merito vocetur. Liceatque Cardinalibus, Clericis, & laicis Deum colentibus, illum (ut prædonem) anathematizare, & quòvis humano auxiliò à Sede Apostolica propellere, atque quòvis in locò (si in urbe non liceat) Catholicos, hujusce rei causâ, congregare.

Is Pontifex
primus sta-
tuisse dici-
tur jus eli-
gendi Pon-
tificis in po-
stremum pe-
nes Cardi-
nales tan-
tum fore.

ALEXANDER II. canonicè eligitur ex Lucensi Episcopo; sed ortæ dissensionis & schismatis, ex eo, quod electio contigisset absque consensu Henrici Regis Germaniæ. Hinc & alius electus, non ab aliqua Synodo, sed duobus tantum, iidemque de publico concubinato infamatis, Vercellensi, & Placentino Episcopis, Cadalonus Episcopus Paimensis, dictus HONORIUS II. Hic cum exercitu Romanum aggressus est; sed cæsus à Tuscia Duce Godefrido, spoliatus, & profugus in Patmam reverti compulsus est. Eius promotio damnata fuit in Concilio Germanico, & Mantuano: sicque Alexander solus Sedem obtinuit. Regem Henricum interminatione excommunicationis prohibuit repudiare *Beriam* conjugem suam:

An D. 1061
Alexand. II.
Papa 1057

Cadalonus
Pseudo-
Papa, di-
ctus Hono-
rius II.

362 VITA GREG. VIII. VICT. III. URBAN. II. PASCH. II. &c. PP.

cumque de simoniaca hæresi causam dicantur Romam evocavit. Sedit annos 11. menses 6. dies 22. ante mortem miraculis clarus.

An. D. 1073
1re
52

GREGORIUS VII. omnium bonorum consensu Pontifex creatur, anno salutis 1073. Hab. s. formam electionis suæ, & alia annotatione digna, in Platina, ex quibus unum est, quod Henricum IV. Imperatorem, qui, quia multis malis & injuriis affecerat Ecclesiam Romanam, ipsum, privatum prius omni regii administratione, anathemate notavit; nec fuit absolutus, donec depositò regali ornamentò, nudis pedibus (quamvis asperisset hyems, & gelu cuncta rigerent) venit ad ipsum Pontificem, & veniam petens absolvitur, & Ecclesiæ reconciliatur, pace jurejurando confirmatâ, & in egrâ obedientiâ promissâ. Sedit annos 12. mensem unum.

An. D. 1086
Victor III.
Pont. 157.

VICTOR III. ex Abbate montis Cassini Pontifex creatur, qui (ut aliqui ferunt) operâ Henrici, venenò in calice injectò, dum sacrificat necatur annò primò sui Pontificatûs, sub Henrico IV. Cæsare Germano 16.

An. D. 1087
Urban. II.
Pont. 158.

URBANUS II. Hic Archiepiscopo Toletano pallium, & privilegia multa concessit, eundemque totius Hispaniæ Primatam instituit; & Regem Galliciæ cum omni diocesi S. Jacobi anathematis vinculo illigavit; quia provinciæ Episcopum in carcerem inauditâ causâ conjecerat. Cisterciensium Ordinem, primò in Burgundiâ excitatum, suâ autoritate confirmavit. Sunt etiam, qui scribant, Carthusianos Monachos hujus Pontificis tempore originem habuisse, quamvis alii temporibus Victoris III. hoc adscribant. Sedit annos 11. menses 4. dies 18.

An. D. 1099
Paschal. II.
Pont. 159.

PASCHALIS II. Hinc totus Clerus nolentem & latitantem Pontificem creat,

quòd diceret, humeros suos nequaquam tanto oneri suffecturos. Sub hoc floruit Anselmus, vir æquè sanctus & doctus; & D. Bernardus, vitæ monasticæ facillè Princeps, Abbas Clarzvallensis. Sedix autem Paschalis anno 18. menses 5. dies 4. electus sub eodem Cæsare.

GELASIUS II. Hujus temporibus, scribunt quidam, habuisse originem Templarios milites, qui non longè à sepulchro Domini habitantes, peregrinos suscipiebant, eosque per loca sacra armati ducebant, ac reducebant; quòd eis sine periculo invisere loca sacra liceret: Sedit annum unum.

An. D.
Gelasi.
Pont.

CALIXTUS II. electus est in Cluniacensi Cœnobio, in quo loco obiit Gelasius. Verùm is non prius Pontificium habitum sibi desumpsit, quàm intellexit, se ab his quoque Cardinalibus confirmari, qui Romæ & in Italia remanserant. Anno 5. mense 10. sui Pontificatûs moritur in Domino, electus sub Henrico V. Cæsare 17.

An. D.
Calixt.
Pont. 1

HONORIUS II. familiaritate præclarorum virorum mirificè delectatus est, quos & Romæ retinebat. Sub hoc floruit Hugo de S. Victore, qui scribendo, sui ingenii præclara monumenta reliquit. Hujus tempore Arnulphus Christianæ religionis prædicator egregius, Clericorum insidiis necatur, quòd acerbè nimium in eorum lasciviam & libidinem inveheretur, quòdque eorum pompam, & in comparandis divitiis nimium studium improbaret, paupertatem Christi & integerrimam vitam ad imitationem omnibus proponens. Moritur annò 5. sui Pontificatûs, & mense 2. sub eodem Cæsare.

An. D.
Honor.
Pont. 1

INNOCENTIUS II. Contra hunc, An. D. Petrus, Romanus civis, Romæ Antipapa (eò absente) creatur, Anacletusque vocatur; quem post dies aliquot, Lothar-

An. D.
Inno.
Pont.

Lotharius Germanorum Rex Romæ expulit, & Innocentium restituit. Sedit annos 13. menses 7. sub eodem Cæsare.

An. D. 1143
Calest. II.
Pont. 164. CÆLESTINUS II. Sedit menses 5. dies 13. electus sub Corrado Suevo Germano Cæsare 19.

An. D. 1144
Lucius II.
Pont. 165. LUCIUS II. Hujus consensu, in Gallia Synodus Episcoporum & Abbatum facta est contra Biliardum Philosophum peripateticum, quia præsentem Ludovicò Rege rationibus victus, non modò sententiam mutavit, sed monasticam vitam & religionem professus est. Sedit menses 11. dies 14. sub eodem Cæsare.

An. D. 1145
Eugen III.
Pont. 166. EUGENIUS III. antea S. Anastasii Abbas, quem S. Bernardus monachum induerat, ad quem sedentem in Cathedra Petri scripsit libros de consideratione, sua religione & eruditione refertissimos. Sedit annos 8. mense 4. dies 23. sub eodem Cæsare.

An. D. 1153
Anast. IV.
Pont. 167. ANASTASIUS IV. Sedit annum 1. menses 4. sub eodem Cæsare. Tunc doctrinà & vitâ florebat Richardus à S. Viatore, cujus scripta nunc extant integra.

An. D. 1154
Adrian. IV.
Pont. 168. ADRIANUS IV. sedit annos 4. menses 8. dies 24. sub eodem Cæsare.

An. D. 1159
Alexan. III.
Pont. 169. ALEXANDER III. sub eodem Cæsare. Contra hunc electus est per tres Cardinales Octavianus Romanus civis (Victor appellatus) & fuit schisma in Ecclesia ferè per 20. annos. Alexander verò post longos & assiduos labores, cum jam quierutus à tyrannicis perturbacionibus videretur, Pontificatus sui anno 22. Romæ moritur, sublatis priùs è medio quatuor schismaticis Pontificibus, quorum sedicionibus Ecclesia Romana ferè subversa est. Sub hoc Pontifice B. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus martyrii mercedem allecutus est.

An. D. 1181
Lucius III.
Pont. 170. LUCIUS III. Hic ab urbe dejectus eò quòd Consulatum nomen abolere adniteretur, Pontificatus sui anno 4. mense 2. die 18. moritur Veronæ. Scribunt aliqui, Petrum Comestorem, qui historiam utriusque Testamenti conscripsit, in pretio tunc iuisse.

An. D. 1181
Urban. III.
Pont. 171. URBANUS III. Hic administrante Sacerdotium, occupata est ab infidelibus Hierosolyma civitas Sancta. Urbanus proficiscens Venetias comparandæ classis gratiâ, dolore animi, quem ex calamitate Christianorum acceperat, Ferrariæ moritur, Pontificatus sui anno 1. mense 10. die 25.

An. D. 1181
Greg. VIII.
Pont. 172. GREGORIUS VIII. tractat de recuperanda Hierosolyma; sed dum hæc agit, Pisis moritur Pontificatus sui die 57.

An. D. 1181
Clem. III.
Pont. 173. CLEMENS III. sedit annos 3. menses 5. subsidium Terræ sanctæ sollicitè promovit.

An. D. 1191
Calest III.
Pont. 174. CÆLESTINUS III. Hic Constantiam monacham, Rege Rogerio natam, occultè è monasterio Panormitano eduxit, & Henrico VI. dispensatione Apostolica in matrimonium collocavit. Vir sanctissimus nihil in vita prætermisit, quò Terra sancta recuperaretur. Sedit annos 6. menses 9.

An. D. 1191
Innoc. III.
Pont. 175. INNOCENTIUS III. Vir ante Pontificatum doctrinâ & moribus insignis à Cælestino in numerum Cardinalium refertur; quò mortuò, omnium consensu in ejus loco Pontifex sufficitur, sub Henrico VI. Germano Cæsare 21. Hujus temporibus oborta epud Tholosum hæresis est; quam, eodem præcurante, B. Dominicus (à quo Ordo Fratrum Prædicatorum fuit institutus) mirâ celeritate compescuit.

CONCILIUM
LATERANENSE
GENERALE.

bellum
etiam
D. 1219

Concilium Lateranum maximum sub Innocentio III. celebratum anno salutis 1215. cui interfuit Hierosolymitanus, & Constantinopolitanus Patriarcha, Metropolitanus 70. Episcopi 400. Abbates 12. Priores Conventuales 800. Græci & Romani Imperii Legati, Regum veteris Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, & Cypri Oratores. Papa moritur Perruſii Pontificatus sui anno 18. mense 7. die 16. Adjuvarunt hujus Pontificis virtutem & doctrinam B. Dominici, & B. Francisci Assisinas sanctitas; è quibus, Prædicatorum, & Minorum Ordo ortum habuit.

ACTA
CONCILII GENERALIS
LATERANENSIS,
per titulos distributa.

Cap. I. De fide Catholica.

In Capitulo primo sunt articuli sequentes, qui ad fidem pertinent.

Unus est Deus, indivisus in essentia, & discretus in personis, Creator omnium, &c. Is ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, corporalem & spirituales (Angelicam scilicet, & mundanam) deinde humanam, quasi communem ex spiritu & corpore constitutam.

Diabolus à Deo quidem natura creatus est bonus, sed ipse per se factus est malus.

homo verò diaboli suggestionem peccavit &c.

Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam indivisa, & secundum personales proprietates est discreta &c.

Unigenitus Dei Filius à tota Trinitate communiter est incarnatus, ex Maria Virgine, Spiritus sancti cooperatione conceptus.

Omnes mortales cum suis propriis corporibus resurgunt quæ nunc gestant; ut recipiant secundum merita sua sive bona fuerint sive mala, mali cum diabolo poenam perpetuam, boni cum Christo gloriam sempiternam.

Una est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus salvatur &c.

Verum Christi corpus & sanguis in Sacramento Altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestate divinâ &c.

Hoc Sacramentum nemo potest consecrare nisi Sacerdos fuerit ritè ordinatus secundum claves Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, & eorum Successoribus Jesu Christo.

Sacramentum Baptismi, quod cum invocatione Trinitatis consecratur in aqua; tam parvulis quam adultis in forma Ecclesiæ à quocumque ritè collatum fuerit, proficit ad salutem, &c. Si tamen post susceptionem Baptismi contingat prolabi in peccatum, per veram poenitentiam semper potest recuperari &c.

Non

Non solum virgines & continentes, verum etiam conjugati, per rectam & operationem bonam ad eternam merentur beatitudinem pervenire. &c.

Cap. 2. De errore Abbatis Joachimi.

Damnatus ergo, & reprobamus libellum, sive tractatum, quem Abbas Joachimus edidit contra Magistrum Petrum Lombardum de unitate seu essentia Trinitatis, appellans hæreticum & insanum, pro eo quod in suis dixit sententiis, quomodo quædam summa res est Pater & Filius & Spiritus sanctus, & illa non est generans, neque genita, nec procedens. Unde asserit, quod si e non est in trinitatem, quæm quaternitatem attribuatur in Deo, videlicet, tres personas, & illam communem essentiam quasi quartam, manifestè procedens, quod nulla res est, quæ sit Pater & Filius & Spiritus sanctus. Nec est essentia, nec substantia, nec natura: quamvis concedat, quod Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt una essentia, una substantia, unaque natura. Verum, unitatem hujusmodi non veram & propriam, sed quasi collectivam, & similitudinariam esse fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, & multi fideles una Ecclesia, juxta illud: *Multitudinis credentium erat cor unum & anima una.* Et, *Qui adheret Deo, unus spiritus est.* Item: *Qui plantat & qui rigat, unum sunt: &, Omnes unum corpus sumus in Christo.* Rursus in libro Regum: *Populus meus, & populus tuus unum sunt.* Ad hanc autem suam sententiam attribuendam illud potissimum verbum inducit, quod Jesus Christus de fidei-bus inquit in Evangelio: *Volo pater, ut sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus*, ut sint consummati in unum. Non enim ait, ut fideles Christi sint unum, id est, una quædam res, quæ communis sit omnibus, sed tantum sint unum, id est, una Ecclesia propter Catholicæ fidei unitatem, & tandem unum regnum, propter unionem indissolubilis charitatis. Quemadmodum in ca-

nonica Joannis epistola legitur: *Qui tres s. Joan. 3. sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, & Verbum, & Spiritus sanctus; & hi tres unum sunt:* Quæsiq; subjungit: *Et tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis; & hi tres unum sunt,* sicut in codicibus quibusdam invenitur. Nos autem, sacro & universali Concilio approbante, credimus & confitemur cum Petro, quod una quædam res est, incomprehensibilis quidem & inestimabilis, quæ veraciter est Pater & Filius & Spiritus sanctus, tres simul persone, ac singulatum quilibet earundem: & idè in Deo trinitas est solummodo, non quaternitas: quia quilibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, sive natura divina, quæ sola est universorum principium, præter quam aliud inveniri non potest: & illa res non est generans, neque genita, nec procedens, sed est Pater qui generat, Filius qui gignitur, & Spiritus sanctus qui procedit: ut distinctiones sint in personis, & unitas in natura. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, non tamen alud: sed id, quod est Pater, est & Filius, & Spiritus sanctus, *idem omnino*, ut secundum orthodoxam & Catholicam fidem, con- *In Deo nulla datur distinctio realis inter; essentiam, & personas.* ab æterno Filium generando, suam substantiam ei dedit, juxta quod ipse testatur: *Pater quod dedit mihi, inais est omnibus:* ac dici non potest, quod partem suæ substantiæ illi dederit, & partem retinuerit ipse sibi, cum substantia Patris indivisibilis sit, utpotè simplex omnino. Sed nec dici potest, quod Pater in Filium transtulit suam substantiam generando; quasi sic dederit eam Filio, quod non retinuerit ipsam sibi: alioquin desisset esse substantia. Pater ergo, quod sine ulla diminutione Filius nascendo substantiam Patris accepit, & ita Pater & Filius habent eandem substantiam; & sic eadem res est Pater & Filius & Spiritus sanctus, *et procedens.* Cum ergo

liter. sunt
num fide-
m Christi,
liter tres
ersonz di-
inz.

Matth. 7.

Non ipse
Joachim,
sed ejus li-
ber dama-
tur.

Veritas pro fidelibus suis ad Patrem orat, *Volo*, inquit, *ut ipsi sint unum. Ip-
sibus, sicut & nos unum sumus*: hoc. no-
men, *unum*, pro fidelibus quidem, acci-
pitur, ut intelligatur unio charitatis in
gratia: pro personis verò divinis, ut at-
tendatur identitatis in natura unitas
quemadmodum Veritas alibi ait: *Estote
perfecti, sicut & pater vester celestis perfe-
ctus est*: ac si diceret manifestius: *estote
perfecti perfectione gratiæ, sicut Pater
vester celestis perfectus est perfectione
naturæ*, utraque videlicet suò modò: quia
inter creatorem & creaturam non potest
tanta similitudo notari, quin inter eos
major sit dissimilitudo notanda. Si quis
igitur sententiam, sive doctrinam præfati
Joachim in hac parte defendere vel ap-
probare præsumpserit, tanquam hæreticus
ab omnibus confutetur. In nullo tamen
per hoc florenti monasterio ejus ipse
Joachim existit institutor, volumus de-
rogari: quoniam regularis institutio, est
observantia secularis; maxime cum idem
Joachim omnia scripta sua novis assi-
gnari mandaverit, Apostolicæ S. dis ju-
dicio approbanda, eum etiam corrigenda,
dictans epistolam, cui propria manu sub-
scripsit, in qua firmiter confitetur, se
illam fidem tenere, quam Romana tenet
Ecclesia, quæ cunctorum fidelium, di-
sonente Domino, mater est, & magistra.
Reprobamus etiam & damnamus perversi-
simum dogma impii Amalrici, cujus
mentem sic pater mendacii excæcavit, ut
ejus doctrina non tam hæretica censenda
sit, quam insana.

Additio F. S.

Iste Amalricus dicebat, Corpus Christi
non aliter esse in pane altaris, quam in
alio pane: Deum sic esse locutum in Ovi-
dio, sicut in Augustino.

Negabat resurrectionem corporum, &
paradysum, & infernum.

Sanctorum invocationem, idololatriam
esse asserbat; & alia plura dicebat fidei
& rationi adversa. Propter quæ à gene-

rali Concilio Lateran. eâ potissimum de
causâ celebrato, hæreses condemnatus
& anathematizatus, postea jussu Philippi
Gallorum Regis exhumatus, exustusque
est.

Cap. 3. De hæreticis.

Excommunicamus, & anathematizamus
omnem hæresim extolentem se adversus
hanc sanctam & orthodoxam Catholicam
fidem, quam superius exposuimus: con-
demnantes universos hæreticos, quibus-
cumque nominibus censentur; facies
quidem habentes diversas, sed caudas ad
invicem colligatas, quia de vanitate con-
veniunt in idipsum.

Damnati verò, secularibus potestatibus
præsentibus, aut eorum balivis relinquantur,
animadversione debita puniendi, cler-
icis prius à suis ordinibus degradatis, ita
quod bona hujusmodi damnatorum, si
laici fuerint; confiscentur: si verò clerici,
applicentur Ecclesiis, à quibus stipendia
perceperunt.

Qui autem inventi fuerint solâ suspi-
cione notabiles, nisi juxta considerationes
suspicionis qualitatemque personæ, pro-
priam innocentiam congruâ purgatione
monstraverint, anathematis gladiò feri-
antur, & usque ad satisfactionem condi-
gnam ab omnibus evitentur, ita quod, si
per annum in excommunicatione persiste-
riat, ex tunc velut hæretici condemnentur.

Quod instrumentum debent præstare

seculares potestates?

Maneantur autem & inducantur, & si
necessè fuerit per censuram Ecclesiasti-
cam compellantur seculares potestates
cujuscumque officii, ut sicut reputari cu-
piunt & haberi fideles, ita pro defensione
fidei præstent publicè juramentum, quod
de tertris suæ jurisdictioni subiectis uni-
versos hæreticos, ab Ecclesia denotatos,
bona fide pro viribus exterminare stu-
deant; ita quod amodò quandocumque
quis fuerit in potestatem sive spiritualem
sive temporalem assumptus, hoc teneat
capitulum juramento firmare.

Si verò dominus temporalis, requisitus & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hac hæretica fœditate, per Metropolitanum & comprovinciales Episcopos excommunicationis vinculo innotetur. Et si satisfacere contempserit infra annum, significetur hoc summo Pontifici, ut ex tunc ipse vasallos ab ejus fidelitate denunciet absolutos, & terram exponat Catholicis occupandam, qui eam, exterminatis hæreticis, sine ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conservent, salvò jure domini principalis, dummodò super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquid impedimentum opponat; eadem nihilominus lege servatà circa eos, qui non habent dominos principales.

De privilegiis concessis Catholicis, qui hæreticorum exterminio insistant.

Catholici verò, qui Crucis assumptò charactere, ad hæreticorum exterminium se accingerint, illà gaudeant indulgentiâ, illòque privilegiò sint muniti, quod accedentibus in Tertæ sanctæ subsidium conceditur.

Excommunicator, qui sine licentia prædicant.

Quia verò nonnulli sub specie pietatis, virtutem eius (juxta quod ait Apostolus) abutuntur, auctoritatem sibi vendicant prædicandi; cum ipse Apostolus dicat: *Quomodo prædicabatur, nisi mittantur?* Omnes qui prohiberi, vel non mihi, præter auctoritatem ab Apostolica Sede vel Catholico Episcopo loci susceptam publicè vel privatim prædicationis officium usurpare præsumserint, excommunicationis vinculo innotentur, & nisi quantocyus recipuerint, aliâ competentè penâ plebentur.

Deponatur Episcopus qui ad expurgandas hæreses negligens invenitur.

Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ districtè præcipimus, ut ad hæc efficaciter exequenda Episcopi per dioceses suas diligentè invigilent, si

canonicam effugere voluerint ultionem. Si quis enim Episcopus super expurgandò de sua diocesi hæreticæ pravritatis fœmento negligens fuerit vel remissus, cum id certis iudiciis apparuerit, ab Episcopali officio deponatur, & in loco ipsius aliter substituatür idoneus, qui velit & possit hæreticam confundere pravritatem.

Cap. 4. De superbia Græcorum contra Latinos.

De hoc habes Extra. *de bapt. & eius effectis, &c.*

Cap. 5. De ordine sedium Patriarcalium.

Ut post Romanam Ecclesiam, quæ mater universorum Christi fidelium est & magistra, Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineat, &c.

Cap. 6. Vt singulis annis provincialia celebrentur Concilia.

Metropolitani singulis annis cum suis suffraganeis provincialia non omittant Concilia celebrare; in quibus de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, præsertim in Clero, diligentem habeant cum Dei timore tractatum, &c.

Cap. 7. De correctione excessuum.

De hoc habes Extra. *De officio iudicis ordinarii, c. Irrefragabili*

Cap. 8. De inquisitionibus.

Contra delinquentes, tribus modis potest procedi; per accusationem, denunciationem, & inquisitionem. Diligens tamen adhibeatur cautela; & sicut accusationem legitima debet præcedere in scriptio, sic & denunciationem eharitativa admonitio, & inquisitionem clamosa insinuatio prævenire, &c.

Cap. 9. De diversis ritibus in eadem fide per Episcopum tolerandis.

De hoc habes Extra. *De officio iudicis ordinarii, c. Quoniam.*

Cap. 10. De predicatoribus instituendis cum Episcopi predicare non valent.

Cum sæpe contingat, quod Episcopi propter

Extra. De accusat. c. Quilibet & quilibet.

Ibid. c. Quoniam.

Officium Episcopi propter

um pend-
are popu-
o.

propter occupationes multiplices, vel in valetudines corporales, seu occasiones alias (ne dicamus defectum scientiæ, quod in eis est reprobandum omnino, nec de cætero tolerandum) per se ipsos non sufficiunt ministrare populo verbum Dei, maxime per amplas dioceses & diffusas, generali constitutione sancimus, ut Episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere & sermone, qui plebes sibi commissas, vice ipsorum, (cum per se idem nequeant) sollicitè visitantes, eas verbò ædificent & exemplò; quibus ipsi, cum indigerint, congruè necessaria ministrent: quos habent Episcopi coadjutores & cooperatores non solum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus, & pœnitentiis injungendis, ac cæteris quæ ad salutem pertinent animarum. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, districtè subiaceat ultioni.

Cap. 11.

De magistris scholasticis in Ecclesiis Cathedralibus instituendis.

Cap. 12.

De communibus Capitulis Monachorum de triennio in triennium celebrandis.

Cap. 13.

De novis religionibus prohibitis.

Cap. 14. De incontinentia clericorum puniendâ.

De hoc habes Extra. de vita, & honestate clericor. c. Vi clericorum.

Cap. 15.

De arcenda ebrietate clericorum, ibid. c. seq.

Cap. 16.

De jumentis clericorum, ibidem.

Cap. 27. De commissationibus Prælatorum, & negligentia eorum super divinis officiis, &c.

De hoc habetur de celebratione Missarum, c. Dolentes.

Cap. 18.

De judicio languinis clericis interdicto, & de duello ab eis non exercendo: & præcipuè, ne quisquam Sacerdos & Diaconus purgatione aquæ ferventis vel frigidæ, seu ferri candentis, ritum cujuscumque benedictionis impendat, salvis nihilominus prohibitionibus de monomachiis, sive duellis antea promulgatis, &c.

Extra
cleric.
mors e
sententiam

Cap. 19.

Relinqui nolumus incorrectum, quod quidam clerici sic exponant Ecclesiæ suppellectilibus propriis, & etiam alienis, ut domus potiùs laicæ, quam Dei basilicæ videantur, &c.

Extra
catholici
clericis

Cap. 21. Fideles omnes semel in anno confiteri teneantur.

Omnis utriusque sexûs, omnia sua peccata confiteatur fideliter saltem semel in anno proprio Sacerdoti, vel alieno, priùs tamen à proprio Sacerdote impetratâ veniâ, quoniam aliter ille ipsum non potest absolvere, vel ligare. Et suscipiat reverenter, ad minus in Pascha, Eucharistiæ Sacramentum, nisi proprius Sacerdos ab ejus perceptione duxerit abstinendum, &c. Sit autem Sacerdos discretus & cautus, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias & peccati, per quas prædenter intelligat, quale illi consilium debeat exhibere, & cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum ægrotum, &c. Caveat autem omnino, ne verbò, vel signò, vel aliò quovis modò prodar aliquatenus peccatorem, sed si prudentiorum consiliò indigerit, illud absque ulla expositione personæ, cautè requirat, &c.

Extra
pauca
nisi
c. Omni

Can. 11
sententia
ad.

Cap. 22.

Quoniam infirmitas corporalis nonnumquam ex peccato provenit, medici ante omnia curent advocare medicos animarum, ut postquam infirmis fuerit de spiritali salute provisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur, cum causâ cessante, cesset effectus. Cæterum, cum anima sit multò præstantior corpore,

Extra
can. 11

Extra de ma-
gistr. e. quibus

Extra. de
sacro monach.

Extra de re-
lig. dispul.
c. fin.

corpore, sub anathemate prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid agerit suadeat, quod in periculum animæ convertatur.

Cap. 24.

Do Triplex est dumtaxat via iuridicæ electionis, per inspirationem Spiritûs sancti, per scrutinium, & compromissionem; qui verò contra prædictas formas eligere tentaverit, eligendi (eâ vice) potestate privetur, &c.

Cap. 26. De multa providentia.

Nullus diversas dignitates Ecclesiasticas, & plures Ecclesias parochiales recipere contra sacrorum Canonum instituta. Hoc idem in personatibus decernimus observandum; addentes, ut in eadem Ecclesia nullus plures dignitates habere præsumat aut personatus, etiam si curam non habeant animarum. Circa sublimes tamen & literatas personas, quæ majoribus sunt beneficiis honorandæ (cum ratio postulerit) per Sedem Apostolicam poterit dispensari, &c.

Cap. 31.

Ad abolendam peccatam, quæ in plenique inolevit Ecclesiis, corruptelam, firmiter prohibemus, ne canonicorum filii (maximè spurii) canonici fiant in secularibus Ecclesiis, in quibus instituti sunt patres, &c.

Cap. 32.

Extirpandæ consuetudinis vitium in quibusdam partibus inolevit, quoddam patroni Ecclesiarum parochialium, & aliæ quædam personæ, proventus ipsarum sibi penitus vendicantes, Presbyteris earundem servitio deputatis relinquunt adeò exiguam portionem, ut ex ea congruè nequeant sustentari: unde fit, ut his regionibus penè nullus invenitur Sacerdos parochialis, qui vel modicam habeat notitiam litterarum. Cum igitur es bovis triturantis alligari non debeat, &c. Statuimus, ut portio sufficiens ipsis assignetur. Qui verò parochialem habet Ecclesiam,

non per Vicarium, sed per seipsum illi deserviat in ordine quem ipsius Ecclesiæ cura requirit, nisi forte præbendæ, vel dignitati parochialis Ecclesiæ sit annexa: in quo casu concedimus, ut is, qui talem habet præbendam vel dignitatem, cum oporteat eum in Ecclesia majori servire, in ipsa parochiali Ecclesia idoneum & perpetuum studeat habere Vicarium canonicè institutum, &c. Illud autem penitus interdiximus, ne quis in fraudem de proventus Ecclesiæ (quæ curam proprii Sacerdotis debet habere) pensionem alii, quasi pro beneficio, conferre præsumat, &c.

Cap. 41

Nulla valet absque bona fide præscriptio tam canonica quam civilis; cum sit generaliter omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest observari. Undè oportet, ut qui præscribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ.

Extra de præscript. c. quoniam

Cap. 46. Clerici etiam propter communes utilitates gravari non possunt.

Adversus consule. & alios, qui Ecclesias & viros Ecclesiasticos talibus, seu collectis & exactionibus aliis gravare nituntur, Concilium Lateranense immunitati Ecclesiasticæ velle providere, præsumptores hujusmodi sub anathematis distinctione prohibuit, excommunicationi præcipiens subjacere transgressores & fautores eorum, donec satisfactionem impendant competentem. Verùm, si quando forsitan Episcopus simul cum Clericis tantam necessitatem & utilitatem inspexerint, ut absque ulla coactione, ad relevandas utilitates & necessitates communes, (ubi laicorum non suffuerint facultates) subsidia per Ecclesias duxerint conferenda, prædicti laici humiliter & devotè recipiant, cum actionibus gratiarum. Propter imprudentiam tamen quorundam, Romanum prius consulant Pontificem, cujus interest communibus utilitatibus providere, &c.

Extra de immunit. Ecclesie c. ad vocatis

Cap. 50. Prohibitio copulae conjugalis, quantum gradum non excedat.

XII. de conjug. & his, c. Non vet.

Prohibitio copulae conjugalis quantum consanguinitatis & affinitatis gradum de cetero non excedat : quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest absque gravi dispensatione hujusmodi prohibitio generaliter observari.

Cap. 51.

XII. de clandest. spon. cum inhibito.

Clandestina conjugia penitus inhibemus, &c.

Cap. 54. Ut prius solvantur decima, quam tributa.

XII. De simo, & Mas. c. Cum no.

Statuimus, ut exactionem tributorum & censuum precedat solutio decimarum, vel scilicet, hi ad quos census & tributa indecimate pervenerint (quoniam res cum onere suo transit) ea per censuram Ecclesiasticam decimate cogantur Ecclesiis, quibus jure debeantur.

Cap. 58. Tempore interdictionis monachis divina celebrare.

XII. de simo c. Quod monachis.

Celebrare divina possunt tam monachi, quam clerici tempore interdicti, (sed excusis excommunicatis & interdictis) januis clausis, & suppressa voce, non pulsatis campanis.

Cap. 62. De Reliquiis Sanctorum.

XII. de reliquis & veniis c. cum ex eo.

Cum ex eo, quod quidam Sanctorum Reliquias exponunt venales, & eas passim ostendunt, Christiani religioni sit detractum sapientis: ne detrahatur impotenter, presenti decreto statuimus, ut antiquae Reliquiae amodo extra caplam non ostendantur, nec exponantur venales. Inventas autem de novo, nemo publice venerari praesumat, nisi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatae Praelati vero de cetero non permittant illos, qui ad eorum Ecclesiarum causam venerationis accedunt, vanis figmentis, aut falsis decipi documentis, sicut & in plerisque locis occasione questus fieri consuevit. Eleemosynarum quoque questores, quorum quidam, se alios mentiendo, abusiones nonnullas in sua praedicatione proponunt,

admitti (nisi Apostolicas, vel diocesanas) Episcopi litteras veras exhibeant) prohibemus, & tunc praeter id quod in ipsis continebitur litteris, nihil populo proponere permittantur.

Cap. 63.

Quid modo discen

Qui autem ad querendas eleemosynas destinantur, modesti sint & discreti, nec in tabernis aut locis incongruis hospitentur: nec inutiles faciant vel sumptuosas expensas, caventes omnino, ne falsum religionis habitum gestent.

Modo monachis

Ad haec, quia per indifferetas indulgentias atque superfluas, quas quidam Ecclesiarum Praelati facere non verentur, & claves Ecclesiae contemnuntur, & poenitentialis satisfactio enervatur, decernimus; ut cum dedicatur basilica, non extendatur indulgentia extra annum; sive ab illo solo, sive a pluribus Episcopis deducatur: ac deinde in anniversario dedicationis tempore, quadraginta dies de injunctis poenitentis, indulta remissio non excedat; & infra hunc quoque dierum numerum, indulgentiarum litteras praecipimus moderari, quae pro quibuscumque causis aliquoties conceduntur; cum Romanus Pontifex (qui plenitudinem obtinet potestatis) hoc in talibus moderari consueverit observare.

Cap. 63.

Ne pro consecrationibus Episcoporum aut benedictionibus, aut ordinibus clericorum aliquid accipiat.

Extra de simo c. pro simo

Cap. 64. Monachi pretio recepta, non cum recipientibus de monasterio expellantur.

Quoniam simonica labe adeo pleraeque moniales infecit, ut vix aliquas sine pretio recipiant in sorores, paupertatis praetextu volentes hujuscemodi virum palliare: ne id de cetero fiat, penitus prohibemus, statuentes, ut quaecumque de cetero talem pravitatem commiserit, tam recipiens quam recepta, sive sit subdita, sive praelata, sine spe restitutionis, de suo monasterio expellatur, in locum archiepiscopalis regulae,

Extra de simo c.

regulæ, ad agendum perpetuè pœnitentiam, retrudenda.

De his autem, quæ ante hoc Synodale statutum taliter sunt receptæ, ita duximus providendum, ut remoræ de monasteriis quæ perpetam sunt ingressæ, in aliis ejusdem Ordinis collocentur.

Quod si propter nimiam multitudinem alibi fortè nequiverint commodè collocari, ne fortè damnabiliter in seculo evagentur, recipiantur in eodem monasterio dispensativè de novo, mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis.

Hoc etiam circa monachos, & alios regulares decernimus observandum. Verùm, ne per simplicitatem vel ignorantiam se valeant excusare, præcipimus, ut diocesani Episcopi singulis annis hoc faciant per suas dioceses publicari.

Cap. 65. Extra. ibidem.

Cap. 66 Extra. ibidem.

Cap. 67. *Judæi etiam compellendi sunt ad restituendas usuras.*

Statuimus, ut si de exæto, quòcumque prætextu, Judæi à Christianis graves & immoderatas usuras extorserint, Christianorum eis participium suberatur, donec de immoderato gravamine satisfecerint competenter. Censurâ etiam Ecclesiasticâ Judæos decernimus compellendos ad satisfaciendum Ecclesiis pro decimis & oblationibus debitis, quas à Christianis de domibus & possessionibus aliis percipere consueverant antequam ad Judæos quòcumque titulo devenissent.

Cap. 68.

Statuimus, ut Judæi, utriusque sexûs, in omni Christianorum provincia, & in omni tempore, qualitate habitû publicè ab aliis populis distinguantur.

Cap. 69.

Nec Judæi, nec Paganis officiis publicè præstantur.

Postremò locò habetur in hoc Concilio Bulla expeditionis pro recuperanda Terra sancta sanctissimè edita. In qua expeditione omnes clerici mandato Con-

cilii bonam partem Ecclesiasticorum proventuum in subsidium Terræ sanctæ traderunt. Papa verò & Cardinales integram decimam. In reliquis Capitulis remittimus Lectorem ad magnum volumen Conciliorum, quæ, ne eadem pluries repeteremus, omisimus.

In hac generali Concilio *S. Dominicus* ab Innocentio Pontifice, sui Ordinis confirmationem postulavit. Cumque Pontifex perdifficilem se ostenderet, contigit, ut nocte subsequente Pontifex in visione conspiceret *S. Dominicum* suis humeris Ecclesiam Lateranensem sustentare: ex eoque ipsi commiserit, ut aliquam approbaram Regulam eligeret, ab ipso postea confirmandam. Quod tamen morte præventus Innocentius præstare non potuit.

HONORIUS III. patriâ Romanus, An. D. 121
vir doctus, & morum probitate conspi- Honor. 11
cuius, ex Cardinali titulo *SS. Joannis & Papa 176*
Pauli creatur Pontifex. Hic Ordinem *S. Dominici* comprobavit, ac Pontificiò diplomate Ordinem *Fratum Predicatorum* nominavit.

Ab eodem Pontifice confirmatus est Ordo *S. Francisci* dictus *Fratum Minorum*. Hic Pontifex totum se impendit dilatanda Catholicæ fidei, & Terræ sanctæ recuperandæ. Sedit annos 10. menses 8.

GREGORIUS IX. patriâ Anagninus, An. D. 123
nepos Innocentii III. Illi *B. Franciscus* Gregor. 9
Pontificatum prædixit: & ille *B. Franciscum*, uti & *S. Dominicum* in Sanctorum Papa 177
numerum retulit. Maximam & ille eurtam habuit dilatandæ fidei: & eam ob causam FF. Mineres ad Saracenos destinavit. Fridericum Imperatorem varias ob causas excommunicavit, plurimas ob hoc ab eo passus insultationes. Sedit annos 14. menses 5. dies 3. & mortuus est propè centenarius. Illius jussu *S. Raymundus de Pegnasfort* Ordinis FF. Predicatorum,

Decreta Pontificum in unum Decretalium volumen redigat.

D. 224.
c. 17.
a 178.

CÆLESTINUS IV. patria Mediolanensis. Vir vitâ integer, doctrinâ insignis, & prudentiâ in rebus gerendis egregius, tranquillitatique Ecclesiæ studiosissimus: ob quam ad Fridericum Imperatorem, qui cum Gregorio suo prædecessore gravissimas dissensiones habuerat, confectum legationem misit, multis eum de futura pace pollicitationibus delinens. Sed priusquam Fridericus respondere posset, Cælestinus ætate gravis, & valetudine confectus, antequam coronatus fuisset, decimâ octavâ sui Pontificatus die defunctus est. Vacavit autem Sedes à Cælestini obitu, 20 & amplius mensibus, donec Cardinales, qui à Friderico Imperatore detinebantur in carcere, libertate donati sunt.

D. 224.
c. 17.
a 179.

INNOCENTIUS IV. patria Genueusis, *Pater Iuris* dictus, ex eo, quod

esset Juris Consultissimus: à persecutione Friderici Imperatoris fugit in Gallias, & Lugdunum se recepit; cumque Cardinalium numerus ad paucissimos redactus esset, illic duodecim novos Cardinales creavit: in quibus *Hugo de S. Caro* primus ex Ordine FF. Prædicatorum ob eximiam eruditionem, & motum præstantiam eò honore insignitus: qui in maximam Ecclesiæ utilitatem, & commodum, composuit præclarissima Commentaria juxta quadruplicem sensum in totam sacram Scripturam: & insuper magnum illum Indicem in sacrosancta Biblia, quem Concordantias vocant.

Celebravit Innocentius Lugduni Synodum Oecumenicam, seu Concilium Generale Lugdunense primum. Ejus tempore à Saracenis captus fuit *S. Ladonius* Francorum Rex, quem etiam suis litteris est consolatus. Fuit Pontifex omni exceptione major, seditque annos undecim, menses 5, dies 14.

CONCILIIUM GENERALE LUGDUNENSE I.

SUB INNOCENTIO IV.

Ndxit hoc Concilium Innocentius IV, anno 1245, pro subsidio Terræ sanctæ, pro pace Friderici cum Ecclesiâ, & morum reformatione; datis ea de re litteris ad omnes Reges, Episcopos, Principes, Abbates, & Capitula. Interfuerunt Concilio unâ cum Pontifice & Cardinalibus, Patriarchæ tres, Constantinopolitanus, Antiochenus, & Aqueileensis; Episcopi 140. Generalis Ordinis FF. Prædicatorum, & alii complures.

SESSIO I.

Prima Sessio celebrata fuit in majore Ecclesiâ, in vigilia s. Petri, quam Pontifex, celebratâ prius à se Missâ, inchoavit dictione eloquentissimi Sermonis, quò manifestavit circumdatum se quinque doloribus, conceptis ex Prælatorum & Subditoꝝ deformitate: ex insolentia Saracenorum: ex Schismate Græcorum: ex saevitia Tartarorum: & ex persecutione Friderici Imperatoris, qui in persona sua

Con-

Concilio non intererat, licet citatus; sed in Legato suo seu Procuratore Thaddæo Sueflano, egregio legum Doctore & Palatii Imperialis Judice.

SESSIO II.

In hac Sessione audite fuerunt accusationes in Fridericum, quas cum Thaddæus non satis refutaret, suppliciter ille postulavit, ut prorogaretur tertia Sessio, quò posset Fridericus adesse, quem jam Taurini esse audierat. Cujus supplicationibus Pontifex inclinatus, inducias duodecim dierum concessit, contra multorum Prælatorum consilium; quibus elapsis, & Fridericò comparere renuente, indicta est Sessio tertia.

SESSIO III.

In hac Sessione exhibuit Pontifex quasdam constitutiones, quæ pro recuperatione Terræ sanctæ factæ fuerant: cuncta item privilegia Romanæ Ecclesiæ, à quibusvis Principibus concessa confirmavit.

Nuntios Regis Angliæ de juribus Regni sui audivit: Thaddæo de rebus Friderici appellanti ad futurum Pontificem & Concilium Generale, benignè respondit: *Esse illud, quod tunc celebrabatur, Concilium Generale.* Ac tandem Fridericum propter frequentia perjuria, atque molitiones contra Romanam Ecclesiam; propter violationem pacti cum Ecclesia solemnî Sacramento pluries firmata; propter Sacrilegium contra Cardinales Legatos aliosque Ecclesiæ Processus ac Religiosos Vitos commissum, quorum plures Romam ad Concilium à Gregorio VIII. vocatos comprehendisset, submersisset, variis modis ac cruciatibus necasset, aut in turpem servitutem rede gisset: ac tandem propter hæresim & pactam cum Saracenis amicitiam aliaque crimina, omni honore & imperiò, aliisque

suis Regnis privavit: quâ actione peractâ, & cantatò ab omnibus hymnò *Deum laudamus,* Concilium, tribus tantum Sessionibus confectum, dissolutum fuit.

In eodem Concilio Pontifex reformationi morum attendens, unâ cum Synodo multas constitutiones edidit (scilicet de Rescriptis; Appellationibus; sententia Excommunicationis; Electionibus, Usuris, & aliis hujusmodi) quæ insertæ reperiuntur diversis titulis Libri Sexti Decretalium. Renovavit etiam illa omnia, quæ in Concilio Generali Lateranensi fuerant ab Innocentio III. constituta.

ALEXANDER IV. Nepos Gregorii IX. Episcopus Ostiensis, & Prior Cardinalium, Innocentio IV. succedit. An. D. 1254. Alexander IV. Pope 180.

Sub eo gravissima tempestas excitata est, ab Academia Parisiensi (ducente aciem Guilielmò de S. Amore) contra exurgentes Ordines Mendicantium, videlicet Prædicatorum & Minorum, & nominatim contra eorumdem Defensores *S. Thomam Aquinatem, & S. Bonaventuram*: quam tempestatem sedavit Pontifex Alexander, proscripserat doctrinâ istius Guilielmi, & ejus Librò jussò comburi, & penitus aboleri; eodemque Guilielmo omni dignitate & Magisteriò privato, ac Regno Galliarum expulso, compulsâque Academia Parisiensi, ut dictos Ordines pacificè reciperet. Fuit vir non solum ipse sanctitate, & doctrina conspicuus, sed etiam in viros doctos munificus, in pauperes liberalis, divini que cultûs propagandi studiosus. Sedit annos sex, menses 5, dies 4.

URBANUS IV. ex Patriarcha Jerusalemitano, casu tunc in Curia existens pro negotiis Terræ sanctæ sit Pontifex: An. D. 1261. Urbanus IV. Pope 185. patriâ Trecentis, patre Sutore veteramentariò, sed in Theologia ac Jure Canonico apprime eruditus, animique magnitudine, consiliò & morum gravitate conspicuus: qui cuidam objicienti viles nata-

narales, scitè respondit: *Virum non nasci, sed virtute fieri mobilem.* Illius manda & *S. Thomas Aquinas* ex puris auctoritatibus SS. Patrum composuit expositi nem quatuor Evangeliorum, *Catenam auream* postea, & meritò, dictam. Cumque in remunerationem tam egregii operis Pontifex *D. Thome* Episcopatum offerret, ille non aliam mercedem voluit, quam ut Pontifex Festum Venerabilis Sacramenti, quod *B. Iuliana* Leodii celebrari curaret, per totam Catholicam Ecclesiam celebrandum mandaret: quod & fecit; commissà etià eidem *S. Thome* compositione admirabilis istius Officii Corporis Christi, quò utitur quotannis universalis Ecclesia. Refertur, quemdam etiam *Fractem Ioannem*, ætate Juvenem, parum literatum, & sacrarum literarum pusillum, instigante eadem *B. Iuliana*, ante *B. Thome* composuisse aliquid officium Corporis Christi; ac velie, quod *S. Thomas* illud, istius officium solum disposuerit, seu ordinaverit ad normam Breviarii Romani, Officium verò (quod ejus nomine vulgatum est) non composuerit; contra receptissimam traditionem est, contra quadringentorum annorum præscriptam possessionem, contra fidem septuaginta & plurium Historiographorum; nullòque, nisi inani, nititur fundamento.

Floruit sub Urbano etiam *D. Bonaventura*, cui eundem Pontificem commississe similem compositionem dicti Officii, sed illud à *S. Thome* compositum amplius placuisse refert Dionysius Cathusianus tomò in Epistolas Pauli paginà 151.

Urbanus crucem prædæcari mandavit, contra hostem Ecclesie Manfredum Siculum; à cujus furoris se recepit Oxvietum. Obiit verò Perusii cum sedisset annos 3. dies 34.

CLEMENS IV. cum ob diffidium Cardinalium Sedes vacasset menses quatuor, communibus eorundem votis ab eis electus est. Ante ladeptum Pontificatum, Jurisconsultus totius Gallie sine contentione primarius. Uxorem habuit, ex qua duas filias suscepit, dein Archidiaconus Aniciensis, paulò post Archiepiscopus Narbonensis, ac demùm ab Urbano IV. Cardinalis creatus. Tanta fuit erga suos consanguineos moderatione, ut Fratrem suum, virum alioquin honestum & sanctæ vitæ, Rectorem alicujus Ecclesie Paphialis, noluerit altius promovere; & filium fratris sui Clericum, tres Canonatus obtinentem, iusserit duobus dimissis, unum dumtaxat retinere: Filias quoque suas, à primæ nobilitatis vitis ad matrimonium desideratas, noluerit aliis nuptias ambire, quam tales, quales obtinere potuissent, si ipse in sæculo, vel simplici Clericatu extitisset, nonnisi trecentarum librarum Turonensium dotè oblatà. Sedit annos 3. menses 9. dies 15. Suis vigiliis, jejuniis, cæterisque corporis afflictionibus, atque orationibus, elemosynis & aliis piis operibus, multas tribulationes, quas tunc variis locis sustinebat Ecclesia, creditur sustulisse.

Post obitum Clementis IV. ob discordiam Cardinalium vacavit Sedes annos duos, menses 9. Ac tandem suavis, maxime *S. Bonaventura*, tunc adhuc Ministri Generalis Ordinis Minorum, electus est in Pontificem Thealdus Archidiaconus Leodiensis, qui nomen GREGORII X. assumpsit. Synodum Generalem Lugdunensem secundam indixit, ac ad eandem Lugdunum se contulit. Inde reversus in Italiam, recuperationem Terræ sanctæ totò animò cogitans, moritur cum sedisset à die electionis annos 4. menses 4. dies 10.

AN-D
Clem.
Pape:

A-D-11
Greg.
Pape:

CONCILIIUM GENERALE
LUGDUNENSE II.

Sub GREGORIO X.

Indixit hoc Concilium Gregorius X. potissimum contra errores Græcorum, ac pro eorum cum Romana Ecclesia unione, nec non recuperatione Terræ sanctæ, & morum reformatione. Interfuisse illi Concilio dicuntur, quingenti Episcopi, 60. Abbates & alii Prælati circiter mille. Interfuit item, illique præsedit Gregorius, quindecim Cardinalibus stipatus. Evocavit porro Gregorius ad illud Concilium *S. Thomam Aquinatem*, & *D. Bonaventuram*, quos tamquam præcipuos Ecclesiæ Latinæ Doctores Græcis opponeret. At verò *D. Thomas* in itinere discessit in monasterio Fossæ novæ Cisterciensis Ordinis Diocesis Terracinenfis: Divus verò *Bonaventura* à Gregorio creatus Cardinalis, & Episcopus Albanensis, congressibus, quibus ipse Pontifex non intererat, præedit. Intervenerunt eidem Concilio Legati Michaëlis Græcorum Imperatoris, & Metropolitanorum Orientis, inchoatum quæ fuit die 7. Maii anno 1274. Indictio prius triduo jejunio.

SESSIO I.

In prima Sessione Pontifex tres causas exposuit convocationis Synodi; nempe Græcorum ad communionem Ecclesiæ Romanæ traditionem; subsidii Christianis in Syriam mittendi postulationem; & morum ac disciplinæ Ecclesiasticæ reformationem, habitò ab ipsomet Pontifice sermone egregiò sub hoc themate: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vo-*

bisum antequam patiar. Post quam Sessionem advocatis seorsum Prælati, decretæ sunt in subsidium Terræ sanctæ decimæ omnium fructuum, & proventuum Ecclesiasticum in sex annos proximos.

SESSIO II.

Sessione secunda fuit 18. ejusdem mensis, in eaque promulgatis quibusdam Constitutionibus de fide, dimissi sunt à Concilio Abbates, ac Priores non mitrati, Procuratores quoque Capitulorum, qui non fuissent speciatim vocati ad Synodum.

SESSIO III.

In hac Sessione hæc ita 7. Junii, promulgatæ sunt quædam Constitutiones circa electiones & provisiones Ecclesiasticarum, ætatem ac residentiam Provisorum, immunitatem Ecclesiasticam, custodiam, & regalia vacantium, usuras, aliaque ad disciplinam Ecclesiasticam, mores populorum ac processus pertinentia, quæ relata sunt à Bonifacio VIII. in sextum Decretalium, & quas nimis longum foret, hic in compendium redigere. In illa Sessione sermonem habuit *F. Petrus Ostiensis* Cardinalis Ordinis Prædicatorum sub illo Themate: *Læva in circuitu tuo oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: factaque fuit licentia Prælati exeundi Lugduno intra sex leucarum terminum; nec Sessionis quartæ dies præfixus est, donec constaret de certo tempore adventus Græcorum, quos in proximo*

Isid. 60.

proximo ad fueros Pontifici nunciarant *F. Hieronymus Aſolanus, & F. Bonagratia* Ordinis Minorum, qui pro acceleranda unione Eccleſiæ Græcæ cum Latina, apud Imperatorem Græcorum hæſerant.

Advenierunt porro præſati Legati Græcorum die 24. ejuſdem menſis Junii: qui admodum honorificè ad Pontificem deducti, & ab eo in oſculo pacis recepti, eidem exhibuerunt litteras ipſius Imperatoris, quarum inſcriptio erat tenoris ſequentis: *Sanctiſimo & Beatiſſimo, Primo, & Summo Pontifici, Apoſtolice Sedis univerſali Papa, & communi Patri omnium Chriſtianorum, & Venerabili Patri Imperii noſtri, Domino Gregorio, Michaël in Chriſto Deo fidelis Imperator, & moderator Romanorum, Ducas, Angelus, Commenus, Paleologus, & Spiritualis filius Sanctitatis Veſtre.* Ipſis vero litteris Imperator petitam à ſe ſchiſmatis abjuracionem, ac fidei Catholice Romanæ ſacrorumque ejus rituum confeſſionem abundè præſcribatur, unà cum Spiritûs ſancti à Patre, Filioque proceſſione, ac primatu Eccleſiæ Romanæ ſuper univerſam Eccleſiam, rogans tamen Pontificem, conſentire ob infirmitatem multorum Græcorum, ut Symbolum fidei eodem modò recitaretur in eorum Eccleſiis, quò ante ſchiſma; & recepti ritus ſervarentur, qui non eſſent contra fidem Romanam, & generalium Conciliorum Decreta.

Præter has Imperatorias litteras, etiam alias præſentaverunt, miſſas à Prælatiſ Græcæ, inter quos 25. Metropolitæ, qui fidei Romanæ Eccleſiæ, & unioni ſubſcripſerunt, cum proſtitutione deſiciendi à Patriarchali Sede Conſtantinopolitana Joſephum Patriarcham (qui ſubſcribere eò uſque noluerat) niſi ſimiliter unioni eum Romana Eccleſia conſentiret.

Antequam verò procederetur ad quartam Selliſionem, die Apoſtolorum *Petri & Pauli*, Pontifex ſolemne Sacrum fecit circumſtantibus Cardinalibus ac Prælatiſ,

ſub quo, poſt Evangelium latinè & græcè decantatum, *S. Bonaventuræ* egrægium ſermonem habuit de concordia incunda; & puritate fidei Romanæ, quo expleto, ſtatim cantatum fuit Symbolum fidei Græcorum, incipientibus DD. Cardinalibus (qui veluti cantores, & primicerii præſtant in cantu) latino idioma: *Credo in unum Deum*, quod Symbolum, græco idioma, dein Græci etiam decantaverunt, lento & gravi ſono exprimentes iſtum Symboli Articulum, qui poſſiſſimam ſchiſmatis materiam Græcis præbuerat: *Qui à Patre Filioque procedit.*

SESSIO IV.

Selliſſio quarta indiſta fuit in diem 6. Julii, in qua ſedente Pontifice cum Diacono Cardinali, & immediatè poſt Cardinales Nuntiiſ Græcorum, iterum *F. Petrus Oſtienſiſ* Cardinaliſ Ordiniſ FF. Prædicatorum, Oracionem habuit ſub illo themate: *Illuminas tu mirabiliter à montibus æternis*: quâ dictâ, Pontifex aliam habuit ad Patres Concilii de cauſa coacti Concilii: ac demum Imperatoris, & Græcorum Prælatorum tria diplomata latinitate donata, ac aureis Bulliſ ſignata, coram toto Concilio publicata ſunt; quibus publicatiſ, Georgiſ Actopolita, magnus Logotheta, prout juſſus fuerat ab Imperatore, ejus nomine, pro eo, & imperio juravit & profeſſus eſt fidem Catholicam Romanæ Eccleſiæ; ſtatimque à fidei profeſſione factâ, ipſe Pontifex altâ voce incepit: *Te Deum laudamus*, proſequentibus hymnum cum devotione, & lachrymiſ, & ſolemni cantu Cardinalibus & univerſiſ Conciliiſ Patribus, & dein Symbolum fidei latinè; quod & Græci idioma græco reſumpſerunt, repetitâ bis proceſſione Spiritûs ſancti à Filio. Quibus omnibus ingenti gaudio & exultatione petactiſ, Pontifex juſſit eoram Concilio legi litteras Regiſ Tartarorum, qui ad Concilium ſuos Legatos deſtinavit:

destinaret: iudixitque Pontifex Sessionem quintam: pridie verò istius Sessionis obiit magnò Pontificis, & Ecclesie luctu S. Bonaventura Cardinalis Albanensis annò ætatis 52. celebravitque ejus exequias ipsemet Pontifex: habente Orationem Funebrem F. Petrus de Tarantasia, Cardinali Ordinis Prædicatorum, qui postmodum fuit Innocentius Papa V.

SESSIO V.

Hæc Sessio inchoata fuit die 16. Julii. Postquam antequam Pontifex locum Concilii ingredetur, jam sæpè dictus F. Petrus Oskof, Episcopus & Cardinalis Ordinis Prædicatorum, præsentibus omnibus Legatis baptizavit tres Legatos Tartarorum. Dein Pontifex jussit publicari quasdam constitutiones Gregorii; in quibus fuit illa, quam condidit de electione Summi Pontificis, quâ Cardinales Electores Conclavi concludi, & unicò serculò ac vili, arcòque cibò contentos esse jussit, donec in novum Pontificem consentiant.

SESSIO VI.

Die 18. ejusdem mensis habita fuit sexta & ultima Sessio, in qua pariter prælectæ fuerunt aliquæ constitutiones Pontificis, & Patres Concilii zelosè à Pontifice admoniti de morum spontanea emendatione, ne ipse manum apponere cogeretur. Dein Pontifex habuit Orationem pro terminando Concilio, & solemni benedictione populum sanctificavit, ac Cardinale Ottobono altiori voce inclamante: *Procedamus in pace*, dissolutum est Concilium.

Post Synodum Gregorius Papa Græcos numeribus donatos, ad propria remittens, congratulatorias litteras adjunxit ad Imperatorem, & Græciæ Prolatos super unità unione, & Ecclesie Romanæ fide susceptâ, simul & adhortatorias ad perseverantiam, & ad omnem adhibendam

solicitudinem, ut qui adhuc in schismate perseverabant, unioni factæ adjungerentur. Quod non ita pro voto accidit, exercitatis majoribus turbis post reditum Legatorum Constantinopolim, agente Josephò Patriarcha Constantinopolitano, qui nec litteris Prælatorum Græciæ subscribere, nec factæ unioni consentire voluit.

PROFESSIO FIDEI

De processione Spiritus sancti promulgata in eodem Concilio.

Fideli, & devotè professione fatemur, quod Spiritus sanctus æternaliter ex Patre & ex Filio, non tamquam ex duobus principis, sed tamquam ex uno principio, non duobus inspirationibus, sed unà inspiratione procedit. Hoc professi est habemus, prædicavimus, & docuimus sacrosancta Romana Ecclesia Mater omnium Fidelium, & Magistra: Hoc habet orthodoxorum Patrum atque Doctorum Latinorum pariter & Græcorum incommutabilis pariter & vera sententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmissa veritatis ignorantiam, in errores varios sunt prolapsi, Nos sacro approbante Concilio, damnamus, & reprobamus omnes, qui negare præsumpserint, æternaliter Spiritum sanctum ex Patre, & Filio procedere: sive etiam temerariò ausu asserere, quod Spiritus sanctus ex Patre, & Filio tamquam ex duobus principis, & non tamquam ex uno procedat.

Post octo circiter annos à celebrato Concilio Lugdunensi, factaque unione Græcorum cum Romana Ecclesia, ac mortuò Michaële Paleologo Imperatore Græcorum, ejus filius Andronicus palam schisma Græcorum reduxit, ac patrem suum, eò quod unioni ac doctrinæ Romanæ Ecclesie inhæsisset, nec plebeis quidem sepulturâ dignatus fuit, sed multâ terrâ obrui fecit, hoc solum cavens, ne ejus cadaver à volucibus discerneretur. Revocatisque omnibus illis, quos ejus Pater ob recusatam unionem cum Ecclesia

Latina expulerat, Becco Patriarchæ Constantinopolitano unioni adherenti, Josephum (qui nolens unioni consentire, sub eodem Michaële Patriarcharum Constantinopolitano se subduxerat, & in cuius locum Beccus promotus fuerat) superinduxit: curavitque celebrari Synodum, in qua repudiata est unio cum Ecclesia Romana in Concilio Generali Lugdunensi à Græcis inita; publicataque est altera confessio fidei, in qua præsertim continebatur, & inculcabatur, econdemnata in eodem Concilio Generali Græcorum, opinio de processione Spiritus sancti, à solo Patre, non autem à Filio. Sicque Gregori X. ac Concilio Lugdunensis labor potissimus, zelus, studium, ac piissima intentio, in nihilum evanuerunt.

1D 1276.
hoc V.
pa 184.

INNOCENTIUS V. Fuit hic in Pontificem electus, servatâ formâ electionis, Sessione quintâ Concilii Lugdunensis publicatâ, id est, Cardinalibus in Conclavi inclusis. Ante Pontificatum Ordinem FF. Prædicatorum professus, ex Provinciali Franciæ Archiepiscopus Lugdunensis, & mox à Gregorio X. creatus Cardinalis Episcopus Ostiensis, post obitum ejusdem Gregorii ad Sedem *Petri* erectus est, *Petrus de Tarantasia* antea dictus, vir summi ingenii, ac doctrinæ. Destinavit Legatos ad Michaëlem Palæologum Græcorum Imperatorem pro confirmatione eorum, quæ ipsius nomine in Concilio Generali Lugdunensi circa unionem acta fuerant, dumque multa præclara pro communi Ecclesiæ bono meditatur, mors prætempora eum abrupit, postquam sedisset menses quinque & dies duos: sepultusque est in Basilica Lateranensi non sine opinione sanctitatis, primus ex Ordinis FF. Prædicatorum assumptus Pontifex.

1D 1276.
184.
pa 185.

ADRIANUS V. patriâ Genuensis ex Comitibus Lavaniz, patre Thediso,

Innocentii IV. fratre, à patre suo ex Archidiacono Cantuariensi creatus Cardinalis titulo *S. Adriani*, electus Pontifex *Adrianus* vocari voluit. Pontificatum aded subterfugit, ut Polierates ejus familiaris retulerit, quod sæpè eum dicentem audiverit: nullum se ab hoste suo quolibet majus supplicium optare, quàm ut summum Pontificatum assequeretur. Quem nec diu tenuit, mortuus etiam ante suam consecrationem postquam sedisset 37. tantummodo dies.

JOANNES XXI. natione Lusitanus, patriâ Glyssiponenfis, ex Episcopo Cardinali Tusculano Viterbii eligitur in Pontificem. Ab aliquibus Historicis describitur tanquam doctrinâ potius, quàm rerum gerendarum industria constitisset; sed conatus, quos adhibuit pro conservatione residui Terræ sanctæ, quod adhuc Christiani possidebant, & legationes quas ad Philippum Regem Francorum, Rudolphum Romanorum Regem, ad Regem quæque Hungariæ, & Magnum Chàm Tartarorum in utilitatem Ecclesiæ ordinavit, aliæque ab ipso tentata, eum rerum gerendarum non ignarum ostendunt. Sedit mensibus octo.

NICOLAUS III. patriâ Romanus, familiâ Ursinus. Illi, etiamnum infanti *S. Franciscum* Pontificatum prædixisse ferunt, ac suum Ordinem commendasse, cujus & protector in Cardinalatu, & amantissimus extitit defensor in Pontificatu. Prudentiâ, magnitudine animi, ac morum modestiâ excelluit, aded ut *omni-possens* ab omnibus diceretur. Scribunt Historici, neminem ante ipsum sacrificasse religiosius visum, cum semper dum Sacrum faceret, lachrymas funderet. Sedit annis duobus & mensibus prope 9.

Edidit hic Pontif. constitutionem. *Incipit* *quæserimus*, in favorem Regni *S. Francisci*: quâ inter cætera declarat: *Christum ac*

As B.
Incipit
Page 1

As B.
Incipit
Page 1

ejus

eius discipulos, aliquando nihil possedisse proprium vel in communi vel in particulari.

1282 MARTINUS II. dictus IV. natione
 IV Gallus, patriâ Brienſis. Ad eum alienus fuit
 1280. à ditandis ſuis conſanguinis, ut cum ipſius
 frater conſeſſim ab ejuſ in Pontificem
 electione ad eum ex Gallia accuſiſſet, procius eum modicis muneribus & expenſis tantum inieris eum remiſerit, *homo,* inquit, *non eſt ſua, ſed Eccleſia.* Sedit annos 4. meſem unum, & dies 7. In habitu FF. Minorum mori, & ſepeliri voluit, atque ad Eccleſiam S. *Franciſci* Aſſiſum tranſferri: cum tamen conſeſſim à morte ſua Peruſii, ubi diſceſſerat, miraculis claretet, illic ſacrum ejuſ cadaver remanſit.

Sunt, qui exiſtiment ante hunc Martinum electum fuiſſe in Pontificem Joannem Vorcellenſem ex Magiſtro Generali Ordinis FF. Prædicatorum: verum, cum abſens electus fuiſſet, antequam ſuz creationis nunciū accepſiſſet, vitâ functum.

1285 HONORIUS IV. quolibet virtutum
 x IV. genere inſignis, ac conſilio prudentiâ
 1280. tantum volens, ut licet articulari morbo manus, pedesque plurimum præpeditus, optimi tam Pontificis munus egregiè exqueretur. Linguarum orientalium ſtudium, pro reducendis Saracenis, Pariſiis inſtituit. Sedit annos duos. Poſt ejuſ mortem vacavit Sedes undecim ſerè menſibus propter ægri tudinem Cardinalium, quâ ad S. *Sabinam*, ubi Pontifex diſceſſerat, correpti fuerant.

1288 NICOLAUS IV. ex Ordine FF. Mi-
 1280. norum primus Pontifex. Egregiâ ſolitudine curavit ſalutem Tartarorum, Sclavorum, Afrotum, & Anglorum. Contra Saracenos, qui reciter Ptolomaidem expugnaverant, Crucem ubique prædicari juſſit, ſinguloſque non ſolum Principes, ſed etiam ipſos orientales, ac occidentales Imperatores, Reges quoque Armeniæ,

Angliæ, Iberorum, Tartarorum, ac Georgianorum arma in Barbaros convertere hortatus eſt. Moritur, poſtquam annos 4. meſem unum, dies 14. Eccleſiam Catholicam ſapientiſſimè gubernaviſſet.

Sub hoc Pontifice floruit *Jacobus de Voragine* Ordinis FF. Prædicatorum. Univerſam Sacram Scripturam primus omnium in Italicam linguam ſummâ fide ac diligentia vertit, ad eum doctrinæ S. *Auguſtini* ſtudioſus, ut omnia penè ejuſ volumina memoriâ tenuerit: qualiter & totam Scripturam, cujuſ litteram quâ tenaciſſimâ ſua memoriâ videri poterat devoraviſſet, de *Voragine* dictus eſt, cum alioquin ab oppido luz nativitatis, non de *Voragine*, ſed de *Voragine* cognomen fortiretur.

Post obitum Nicolai IV. vacavit Sedes A.B.D. 1294
 duos annos, meſes 3. & dies 2. & tandem Celeſt. V.
 nutu divini potius, quam humanâ ratione electus eſt in Pontificem abſens, & in eremo vitam degens Petrus de Murhone, qui CELESTINI V. nomen aſſumpſit; à quo inſtituta ab eo Congregatio ſub Regula S. *Benedicti*, Celeſtino- rum dicta eſt. Uti autem egerimè, & tentatâ prius fugâ Pontificatum aſſumpſerat, ita poſt mortem Lani Cardinalis, viri præſtantiſſimi Ordinis Prædicatorum (cujus conſilio & dexteritate Pontificatus poſſimè regebatur) Pontificatu ſe liberrimè abdicavit, cui gerendo, ob amorem vitæ eremiticæ, judicabatur minus idoneus, cum ſediſſet meſes 5. dies 8. Sanctorum Catalogo adſcriptus: Sub hoc Pontifice Domuncula D. *Virginis* in qua *Verbum caro ſcclum eſt*, Lavretum tranſlata eſt.

Poteſtate Cardinalibus à Celeſtino Rodemauno factâ alium Pontificem eligendi, Banc Bonif. VIII.
 dictus Cajetanus renuntiatur Pontifex, qui BONIFACII nomen aſſumpſit, *Oſtavi* vulgè dicti, cum Sextus tantummodò dicendus ſit. Fi em non faci, quod
 Bbb 2 Cele-

Cælestino eluserit voce quasi calirus per cannam ad eum misâ, ut Pontificatui cederet: cum Cælestinus spiritu propheticò donatus foret, & cum Angelis Dei frequenter conversaretur; talibus vastramentis opus non haberet ad deponendum onus, quod invictissimè portabat. Equidem, Cælestinum, cujus abdicationem multi victosam disputabant, in arce Funonio in Hernis, perpetuè, arctæque custodiæ mancipavit, ne schisma aliquod in Ecclesia excitaretur. Excommunicavit Gallorum Regem Philippum: & titulum Regni Gallici donavit Alberto Austriacæ domus primo Cæsari. Ordinibus Mendicantium potestatem prædicandi Verbum Dei, ac liberæ sepulturæ concessit, solâ quartâ Canonica Parochia relicta. Aversatus fuit Gibellinos, & Columnenses; quorum operâ Anagninæ sub honestâ custodia detentus, sed triduo post per Cives Anagninenses libertate donatus, paulò post Romæ vitâ functus est, postquam sedisset annos 8. menses 9. dies 18. Ejus corpus duobus ac trecentis post obitum annis, nempe 5. Idus Octobris 1605. planè incorruptum repertum est in demolitione antiquioris Basilicæ S. Petri.

1309. BENEDICTUS XI. ex Generali
d. XI. Ordinis FF. Prædicatorum à Bonifacio VIII. ob doctrinæ famam, & morum gravitatem ac vitæ sanctimoniam creatus Cardinalis, & Episcopus Ostiensis, post mortem ejusdem, in Pontificem electus est. Philippum Gallorum Regem, & Regnum in integrum restituit. Cum verò pro utilitate Ecclesiæ multa inchoasset, & plura meditaretur ferussidicem clausit, postquam sedisset menses 8. & dies 17. Fuit in vitâ tantæ humilitatis, ut matrem suam pauperulam, pretiosis ornatum vestibus (ut decebat matrem

Pontificis) se non agnoscere simulavit, dicens: *Matrem suam neque nobilem esse, neque eiusmodi vestibus, sed vilibus induti solitam*; quales cum illa resumpsisset, Benedictus ingenti gaudio eam amplexatus, charissimam suam esse matrem professus est. Plurimis claruit miraculis.

CLEMENS V. ex Archiépiscopo An D. 17
Burdegalensi, operâ Philippi Regis Glem. 7.
Francorum, quem plenissimè restituit Papa 19
(revocatis etiam constitutionibus contra eum Bonifacii) electus est in Pontificem. Is, in gratiam ejusdem Regis Sedem Pontificiam transtulit in Galliam, percussò ad facinus Christiano orbe; indignanterque Italiæ Fixit autem Sedem Avenione, mansitque ibi amplius 70. annis (quam propterea Itali *Captivitatem Babiloniam*, quæ totidem fuit annorum nuncuparunt) non sine gravi Ecclesiæ damno. Pontificatum tenuit annos prope 9.

Interim nova hæresis apud Novatienses per Dulcinum & Margaritam inventa est, qua mates & foemina simul habitantes, in omnem libidinem prolabebantur, & Anapaptistarum more (qui nostrâ hæretate in incertum vagantur) senserunt nihil proprii habendum; non esse ad ammirandas Respublicas Christianas; & similes phanaticas opiniones habere. Sub hoc celebratum est Concilium Viennense, in quo & librum Clementinarum, à se compositum, edidit. Ferrur, hęc ferè tempore, Templarios, olim Christi milites, à nostris ad Sarracenos defecisse. Quam ob rem interfecti sunt quotquot comprehendi poterunt, eorumque bona, partim Rhodians militibus, partim novis religionibus sunt attributa.

C O N C I L I U M
V I E N N E N S E

G E N E R A L E

Sub CLEMENTE V. celebratum.

Concilium
Viennense
A.D. 1122

IN illo probatae sunt constitutiones illae & definitiones, quae in Volumine Clementinarum feruntur. Una est sub hac forma: "Doctores, nam omnem seu positionem temere afferentem, aut vertentem in dubium, quod substantia animae rationalis seu intellectualis verè ac perfectè humani corporis non sit forma, velut ertoneam, ac veritati Catholicae fidei inimicam, hòc sacro approbante Concilio reprobanus: deficientes (ut cunctis nota sit fidei sinceræ veritas, ac præcludatur universis erroribus aditus) ut si quisquam deinceps asserere, defendere, seu tenere pertinaciter præsumperit, quod anima rationalis, seu intellectiva non sit forma corporis humani per se, & essentialiter, tanquam hereticus sit censendus".

Item: "Baptisma unisum, baptizatos omnes in Christo regenerans esse, (sicut unus Deus ac fides unica) ab omnibus fideliter confitendum. Quod in aqua, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, credimus esse tam aduk: quam parvulis communiter perceptum remedium ad salutem: Vetum, quantum ad effectum Baptismi in parvulis, reperiantur Doctores quidam Theologi opiniones contrarias habuisse, quibusdam ex ipsis dicentibus, per virtutem Baptismi parvulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri:

alii è contra asserentibus, quod & culpa eisdem in Baptismo remittitur, & virtutes ac informans gratia infunduntur quoad habitum, et si non pro illo tempore quoad usum. Nos attendentes generalem efficaciam mortis Christi, quae per Baptisma applicetur pariter omnibus baptizatis, opinionem secundam (quae dicit tam parvulis quam adultis conferri in Baptismo informantem gratiam & virtutes) tanquam probabiliorè, & dictis Sanctorum, & Doctorum modernorum Theologiae magis consonam & concordem, sacro approbante Concilio duximus eligendam". Habentur prædictæ duæ definitiones in Clement. de sum. Trin. & fide Cath.

In eodem Concilio facta est constitutio, ut festum Corporis Christi celebraretur feria quinta post Octavam Pentecostes; concessis indulgentiis iis, qui in eo festo, vel sub Octavis, officio vel horis intererint. Habentur in Clement. de Reliq. & venerat. Sanctorum.

In eodem, damnati sunt errores Begardorum, & Beguinarum; mulierum Alemanniarum.

Primus: Quod homo in vita presenti tantum & talem perfectionis gradum potest acquirere; quod reddetur penitus impeccabilis, & ampliùs in gratia proficere non valebit. Nam (ut dicunt) si quis semper possit proficere, possit aliquis Christo perfectior inveniri.

Tam parvulis, quam adultis in baptismo gratia, virtutisque infundantur.

Errores Begardorum & Beguinarum tam damnosissimi.

Secundus: Jejunare non oportet hominem, nec orare, postquam gradum perfectionis hujusmodi fuerit assecutus: quia tunc sensualitas est ita perfecte spiritui & rationi subiecta, quod homo potest libere corpori concedere quicquid placet.

Tertius: Quod illi, qui sunt in praedicto gradu perfectionis, & spiritu libertatis, non sunt humanae subiecti obedientiae, nec ad aliqua praecepta Ecclesiae obligantur. Quia (ut affirmat) *ibi spiritus Domini, ibi libertas.*

Quartus: Quod homo potest ita finalem beatitudinem secundum omnem gradum perfectionis in praesenti assequi, sicut eam in vita obinebit beatam.

Quintus: Quod quaelibet intellectualis creatura in seipsa naturaliter est beata: quodque anima non indiget lumine gloriae ipsam elevante ad Deum videndum, & eo beate fruendum.

Sextus: Quod se in actibus exercere virtutum, est hominis imperfecti; & perfecta anima licentiat a se virtutes.

Septimus: Quod mulieris osculum (cum ad hoc natura non inclinet) est mortale peccatum: actus autem carnalis (cum ad hoc natura inclinet) peccatum non est, maxime cum tentatur exercens.

Octavus error: Quod in elevatione Corporis Christi Jesu non debent assurgere, nec eidem reverentiam exhibere: asserentes, quod esset imperfectionis ejusdem, si a puritate & altitudine suae contemplationis tantum descenderent, quod circa ministerium, seu Sacramentum Eucharistiae, aut circa passionem humanitatis Christi, aliqua cogitarent.

Sacros approbante Concilio Sectam ipsam cum praemis erroribus damnamus. & reprobumus omnino. Habentur in Clement. *Ad maverint, nostrum, de haereticis.*

In eodem Concilio. "Si quis in illum errorem inciderit, ut pertinaciter affirmare praesumat, exercete usuras non esse peccatum, decernimus eum velut

haereticum puniendum. Locorum ubi hominum ordinarii, & haeretica pravitatis inquisitoribus districtis injungentes, ut contra eos, quos de errore hujusmodi diffamatos invenerint aut suspectos, tanquam contra diffamatos, vel suspectos de haereticis, procedere non omittant". Habentur in Clement. de usur. cap. 5am.

JOANNES XXII. factò compromisso Pontifex renuncians est. Ludovico Bavaro, Romanorum Regnum contra Fredericum Austriacum ejusdem regni competitori praetendenti, confirmatio non negavit: contumacemque ac obfirmatum, omni jure Regni & Imperii, si quod sibi ex sua electione competere potuisset, privavit. Quò factò exacerbatas Ludovicus, virulento calamo conceptam epistolam vulgavit, qua Joannem uti injustum innocenium persecutorem, clarum subversorem, Canonum violatorem, discordiarum seminatorem, Imperii destructorem &c. nefando ausu publicavit: Quem dein Joannes, iterum à regno depositum, excommunicationis sententia innotavit. Ipse verò Ludovicus & se Imperatorem coronari, & depositionis sententiam contra Joannem publicari, ac Petrum de Corbario ejus loco in Pontificem consecrari curavit; qui usurpatz Sedis penitentia ductus, à Joanne misericorditer exceptus est.

Sub hoc Pontifice facta est diffinitio contra eos, qui dicunt, Christum, & ejus discipulos nihil habuisse proprium, ut pater Extrav. *Cum inter nonnullos.*

Ulla diffinitio non est contraria diffinitioni Nicolai III. post ejus vitam superius relatæ: quia utraque non est de eodem tempore; sed prima solum inteadit, quod Christus, ac ejus discipuli aliquando habuerint aliquod proprium; secunda verò quod aliquando habuerint aliquid: sicque duæ illæ diffinitiones contrariæ non sunt, sed subcontrariæ. Videri potest

Ad B
Joan X
Page 4

Cor 3.

Pantantur
ut haeretici,
qui affir-
maverint,
exercete
usuras non
esse pecca-
tum.

est. H. Sylvius ad artic. 1. S. Thomæ, q. 86. 22. quæstio 2.

Fuit & ille istius opinionis, animas, licet omnino purgatas, non visuras clarè Deum ante extremum Judicii diem; cui opinioni ab universis propè, & potissimum à Dominicanis (quorum etiam usque ad penas zelus enituit) contradictum est. Eam opinionem retractavit Joannes ante mortem Constitutione super ea re edita; quâ etiam declarat, se eam opinionem non assertivè, sed disputativè dumtaxat protuliss; quam postmodum Benedictus XII. tanquam hæreticam damnavit. Moritur nonagenario major postquam sedisset annos 18. menses 4. minus dies 3.

Sub hoc Joanne damnati fuerunt infra scripti errores Joannis de Poliaci Doctoris Parisiensis.

Primus: Quod Confessi Fratribus Mendicantibus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenerentur eadem peccata iterum confiteri proprio Sacerdoti.

Secundus: Quod stante (omnis utriusque sexus) editio in Concilio generali, Romanus Pontifex non possit facere, quod Parochiani non teneantur omnia sua peccata semel in anno proprio Sacerdoti confiteri. Imò nec Deus possit hoc facere, quia, ut dicebat, implicat contradictionem.

Tertius: Quod Papa non potest dare potestatem generalem audiendi Confessionem, imò nec Deus, quin confessus habenti licentiam, teneatur eadem confiteri etiam proprio Sacerdoti.

184. BENEDICTUS XII. Patre Molitoro, Ordine Cisterciensis, suos sibi consanguineos ignotos fingebat, dicens: *Pontificem Romanum consanguineos non habere.* statim post suam coronationem nihil duxit antiquius, quam promulgatas à Joanne in Ludovicum Bavarum censuras repetere, ac confirmare. Edidit constitutionem, quâ declaraverit, animas defun-

ctorum justas, ac plenè purgatas, non à suo discessu frui clarâ Dei visione. Sedit annos 7. mens. 4. dies 6. laudatissimus planè Pontifex, mortuus Avenione ingenti bonorum omnium dolore, quod beneficus in omnes, pacis studiosus, disciplinæ tenax, Doctorum viroque amator, multisque virtutibus aliis præditus esset, miraculis etiam clariss.

CLEMENS VI. Professione Benedictinus; Vir litteratissimus, Atrebatensis quondam Episcopus, Benedicto XII. succedit. Censuras & acta Joannis in Ludovicum Bavarum & ipse confirmavit, & innovavit; atque in ejus locum Carolum Bohemiarum Regis filium, in Regem Romanorum eligi curavit. Jubilæum ad annum quinquagesimum reduxit. Multa gessit in utilitatem Ecclesiæ, magnis rebus gestis præclarus omnino Pontifex, in hoc solum notatus, quod in consanguineos suos esset propensior. Sedit annos 10. menses prope septem.

INNOCENTIUS VI. à Clemente VI. creatus Cardinalis, & Episcopus Ostiensis, eidem succedit, Vir vitæ integritate, & disciplinæ zelo præclarus, & litterarum scientiâ, an præcipuè doctrinâ Legum & Canonum non mediocriter imbutus. Laudatissimè, ac sincerissimè annis 9. mensibus 8. diebus 16. Pontificatû administratò, senio confectus, & laboribus fractus Avenione discessit.

URBANUS V. Professione Benedictinus, Doctor Theologiæ, & Canonum, Abbas Monasterii S. Victoris Massiliensis, cum Cardinales non possent convenire in aliquem de suo corpore, absens electus est. Legatum misit Constantinopolim ad suadendam Joanni Palæologo Imperatori unionem cum Ecclesia Romanâ, eo successu, ut Palæologus Patriarcham Constantinopolitanum ad eum destinaret, qui eam unionem, ipsiusque Imperatoris ad Pontificem accessum sponderet.

An. D. 1348
Clem. VI.
Papa 197.

An. D. 1352
Innoc. VI.
Papa. 198.

An. D. 1362
Urban. V.
Papa 199.

Avenione relicta in Italiam, & Romam venit, sed pretextu urgentissimarum Christianitatis necessitatum, iterum Avenionem rediit, non obstantibus contrariis, quas non apprehendebat, revelationibus, & vel maximè *S. Brigide*, quæ per Confessarium suum ipsi significavit, ejus istum reditum contra Dei voluntatem esse, & si perficeret, statim moriturum; quod & contigit: nam mox ut Avenionem rediit, infirmirate correptus, in habitu suæ Religionis Benedictinæ (quem sicut nunquam aliis, ita neque in ægitudine dimittere voluit) tranquillam, & felicem animam Creatori reddidit postquam sedisset annos octo, & duos ferè menses, post mortem clarus miraculis.

n. D. 1370 **GREGORIUS XI.** Baldi auditor, vir in omni genere doctissimus, Cardinalis Diaconus, postmodum à suscepto Sacerdotio, Pontifex coronatur. Hic ex Gallia transiit iterum Romam Petri Sedem 1376. suadente etiam *B. Catharina Senensis*, quæ ad eum ex parte Florentinorum Avenionem pro obtinenda pace destinata fuerat. Refertur, eum etiam motum fuisse ad reducendam Sedem verbis cujusdam Episcopi, qui interrogatus à Pontifice cur non rediret ad Ecclesiam suam, quam malum erat tam diu sine Pastore relinquit; reposuisset: *Cur, in summe Pontifex ceteris exemplum daturus, tuum Episcopatum non repetis?* Sedit annos septem, menses prope tres.

n. D. 1378 **Urban. VI.** Post mortem Gregorii ingens schisma ortum est in Ecclesia. Sex Cardinales, qui Avenione remanserant, Robertum Gebennensem, qui Clementis VII. nomen assumpsit; Itali Bartholæum Archiepiscopum Barensem, **URBANUM VI.** elegerunt. Hic, si mitior, & tranquillior, minusque suorum amans fuisse, inter laudatissimos Pontifices numerari potuisset, studio castitatis & iustitiæ, odio simoniacæ, & luxur, vitæque austeritate, ac

fermè continuâ corporis per jejunia & ciliata maceratione. Veneno intestestus creditur anno sedisset annos 11. mens. 6. & dies aliquot.

Urbanus VI. succedit **BONIFACIUS IX.** Mortuo Avenione Pletho Papa Clemente, ad Cardinales illic commorantes Legationem misit, ne Clementi successorem eligerent: ac illi electionem præcipitantes, elegerunt Petrum de Luna, Diaconum Cardinalem, qui Benedicti XIII. nomen assumpsit. Hic Bonifacius Annatas Beneficiorum instituit. Febre ad dolores calculi accedente, diem obiit, eâ castitatis notâ multum laudabilis quod ubi ex assertione Medicorum potuisset calculo liberari, si fecerit voluisset commiseri, teste *S. Antonio*, præ-elegerit pudicè mori, quam per impudicitiam vitam conservare. Sedit annos fermè 15.

INNOCENTIUS VII. ex Cardinali, titulo S. Crucis in Jerusalem, in locum Bonifacii substituitur. Audit, ut miris, probus, benignus, castus, non superbus, non avarus, aut cupidus, simoniae odor, & experte in rebus agendis industriz. A Romanis multa passus est: à quorum furore (quem ejus Nepos excitavit occisione undecim Romanorum) fugit Viterbium, relictis suis rebus, ac Palatio expilationi Romanorum. Sedit annos 2. dies 22.

Post mortem Innocentii electus est in Pontificem Angelus Corarius, Venetus, eâ lege, ut si Benedictus XIII. presentio Pontificatu cederet, ipse quoque causâ evitandi schismatis Papatui renuntiaret. **GREGORII XII.** nomen assumpsit. Statim à sua electione, etiam antequam coronaretur, scripsit ad eundem Benedictum, & Cardinales ei adherentes, nec non ad omnes Reges & Principes, ac Respublicas, præcipuosque Prælatos ac

Proceres,

1409.
1410.
1411.

Proceres, atque Universitates, significans promptitudinem sui animi ad reddendam unionem Ecclesie, & schisma extinguendum. Cum verò nunc hic, nunc ille tergiverfarentur, Cardinales utriusque partis, Concilio Pisis coacto, Petrum Philargi, professione Ordinis FF. Minorum, Virum summæ doctrinæ, & quondam Archiepiscopum Mediolanensem, ac dein Cardinalem Presbyterum, in locum istorum suffecerunt; qui ALEXANDRI V. nomen assumpsit.

Fuit ille ignotæ originis, adè, ut nullum unquam propinquum aut affinem noverit: quippe, qui in pueritia victum mendicando ostiatim quærens, ab uno Ordinis FF. Minorum litteris imbutus, & ad habitum Ordinis promotus fuerit. Cum magna pro Ecclesie felici statu meditatus, in procinctu esset rerum gerendum, Bononiæ in morbum incidit, & Cardinales ad concordiam & pacem cohortatus obdormivit in Domino. In vitâ nihil sibi relinquens, dicere per jocum consueverat, *Se divitem Episcopum, pauperem Cardinalem, & mendicam Pontificem esse*, utique propter beneficentiam in pauperes. Sedit menses 10. dies 8.

1410.
1411
1412.

Finitis de morte exequiis Alexandri, & Missa de Spiritu sancto celebratâ electus est in Pontificem Balthazar Cosla, dictus JOANNES XXIII. parùm ei muneri aptus, vir armis, & temporalibus, quàm religioni & spiritualibus aptior. Operâ Sigismundi Imperatoris indixit Concilium Generale Constantiæ ad tollendum schisma trium Pontificum, utpote viventibus adhuc Benedicto, & Gregorio. Et quidem sess. 2. addixit, quod Pontificatui cederet, si, & quando Petrus de Luna Benedictus XIII. & Angelus de Corario Gregorius XII. in suis obedienciis nuncupati, similiter per se, vel suos Procuratores cederent. At verò Joannes sibi non constans dissimulato habitu Constantiâ se subdixit, totumque Concilium con-

turbavit: à quo post multa ultro citroque acta, tandem tanquam contumax &c. à Sede Papali diffinitivâ sententiâ depositus est; quam depositionem ipse comprobavit, depositis etiam omnibus ornamentis Papalibus. Quem dein sequutus est Gregorius XII. primò per suum Legatum Carolum de Malatestes, dein per seipsum, voluntariè cedens prætenso Papatu, quem tenuerat annos 5. menses 11. At verò Benedictus XIII. in contumaciâ perseverans, à Concilio per sententiam etiam diffinitivam deponitur, sicque libertas Concilio concessa, ut ad electionem alterius Pontificis procederetur. Fuit verò electus Odo de Columna Diaconus Cardinalis, qui MARTINI V. nomine assumpto, ultimis Concilii Constantiensis sessionibus, præf. dir. Monuit ille, sed frustra, Benedictum Pontificatu se abdicare: qui tandem à die prætenzæ electionis anno trigesimo, in sua obstinatione perseverans, obstentatusque Cardinales, qui ei adertant, ut Successorem ei eligerent, diem clausit extremum.

An. D. 1
Martin
Papa 20

Post ejus mortem, duo Cardinales tantùm reliqui partium ejusdem Benedicti, Ægidium Sancii Muntionis, Aragonensem, Decretorum Doctorum, & Ecclesie Barcenonensis Canonicum, in ejus locum elegerunt: qui assumptò Clementis VIII. nomine, coronatus est, & Cardinales creavit, & ea omnia fecit, quæ erant Romanorum Pontificum propria: donec & ipse verbo & scripto omni ad Pontificatum jure liberè ac voluntariè cessit, ac ad privatam & anteaquam vitam rediit; quò, schismati, quod per Clementem VII. Antipapam Gallum irreptum fuerat, & jam 50. annis duraverat, ipse Hispanus, qui Clementis VIII. nomen assumpsit, finem imposuit.

Tempore Martini, id est, anno 1430. Philippus Dux Burgundiæ, ad laudem Redemptoris, reverentiam Virginis Mariæ, & honorem S. Andree Apostoli, Brugis Flandrorum in ipsa sua nuptiarum

C c c

cele-

celebritate cum Joanna Lusitana, instituit Ordinem Velleris Aurci. Sedit Martinus annos 13, menses 3. dies 12.

cui debuit Ecclesia unionem, Italia quietem, Roma restorationem, cæteræ nationes gratitudinem.

A C T A

CONCILII CONSTANTIENSIS

Sub JOANNE Papa XXIV. convocati, & incobati tempore schismatis. Ferebantur enim tunc tres Pontifices, prædictus JOANNES, & BENEDICTUS XIII. & GREGORIUS XII.

eccliam
sunt.
notatum
) 1414.



IN sessione 1. anno Domini 1415. præsentem Sigismundò Imperatore, promissit Joannes XXIV. se cessurum papatui sub hac forma: Ego Joannes Papa XXIV. propter quietem totius populi Christiani, profiteor, spondeo, promitto, juro, & voveo Deo & Ecclesie, & huic sacro Concilio, spontè & libere dare pacem Ecclesie Christi per viam meæ simplicis cessionis papatus, & eam facere & adimplere cum effectu juxta deliberationem præsentis Concilii, si, & quando Petrus de Luna, Benedictus XIII. & Angelus de Corario, Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati, papatui, quem prætendunt, per se, vel procuratores suos legitimos simpliciter cedant, &c. Nihil ad hæc addiderunt in sessione secunda & tertia.

In sessione quarta & in quinta habetur sic definitum: quod ipsa Synodus in Spiritu sancto congregata, legitime generata Concilium faciens, Ecclesiam Catholicam militantem representans, potestatem à Christo immediate habet, cui quilibet cuiuscumque status vel dignitatis, etsi Papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti schismatis, & reformationem generalem Ecclesie Dei in capite & membris, &c.

Additio F. S.

Concilium hoc Constantiense fuit legitimum quantum ad ea quæ fuerunt conciliariter, id est, more Conciliorum legitimum acta, rebus nimirum diligenter examinatis, præsentibus omnibus, ac certè pleiisque partibus Concilii. Cujusmodi fuere damnationes articulorum Joannis Wiel. f. & Joannis Hufz, & quæ contra Hieronymum de Praga sunt facta: Quantum ad ea verò quibus dicitur Synodus potestatem immediate à Christo habere, cui quilibet cuiuscumque status vel dignitatis, etsi Papalis existat, obedire tenetur &c. non est legitimum; quia decretum illud ab iis solis emanavit, qui erant de obedientia Joannis 23. (quem alii 24. vocant) illque non omnibus. Aberat enim ipse Joannes, ac insuper alii non pauci de ejus obedientia, uti, & de aliis, quos anteverterunt in definiendo, illi, qui aderant. Adde, illud decretum nec ab ullo Pontifice fuisse probatum, nec ab obedientis aliorum, qui gerebant se pro Pontificibus, unquam receptum. Quamquam & observari debeat; istud cui quilibet, etsi Papalis dignitatis existat obedire tenetur, non dici univèrsim de Concilio, etiam generali, sed restrictè de illo, quod agebatur, nullò existente Pontifice verò ac

ae indubitato, etsi tres essent, qui de Pontificatu contendebant. Quò casu, quoddam dubii Pontifices obedire debeant Concilio ad tollendum schisma, & ad providendum de vero certoque Pontifice, non est negandum. Conferat Lector quæ diximus l. 5. Controvers. q. 2. art. 7. ad postrem. arg.

Item declarat, quòd quicumque cuiuscumque conditionis, status, dignitatis etiam Papalis, qui mandatis, statutis, seu ordinationibus, aut præceptis huius sacre Synodi, & cuiuscumque alterius Concilii generalis legitime congregati sup. r. præmissis, sive ad ea pertinentibus, factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ poenitentia subiciatur, & debitè puniatur &c.

Item definit & ordinat sancta Synodus, quòd dominus Johannes Papa XXIII. Romanam curiam & officia publica istius, &c. de hac civitate Constantiensis non muret sine deliberatione & consensu ipsius sanctæ Synodi. Si quid contra tentaverit, totum sit irritum & inane.

In sexta & septima sessione tantum tractatum est de monendo & citando Joanne Papa, qui fugerat à loco Concilii.

In sessione octava, pronunciata est sententia damnationis doctrinæ Joannis Wicleff & articulorum 45. quorum tenor est; qui sequitur.

1. Substantia panis materialis, & vini materialis manent in Sacramento Altaris, &c.

2. Accidentia panis non manent sine subjecto in eodem Sacramento.

3. Christus non est in eodem Sacramento identice & realiter præsentia corporali.

4. Si Episcopus vel Sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat.

5. Non est fundatum in Evangelio, quòd Christus Missam ordinaverit.

6. Deus debet obedire diabolo.

7. Si homo debitè fuerit contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis.

8. Si Papa sit præcitus & malus, & per consequens membrum diaboli, non habet potestatem super fideles, nisi fortè à Cæsare.

9. Post Urbanum VI. non est aliquis recipiendus in Papam, sed vivendum est, more Græcorum, sub propriis legibus.

10. Contra Scripturam sacram est, quòd Ecclesiastici habeant possessiones.

11. Nullus Prælati debet aliquem excommunicare, nisi prius excommunicatum à Deo, & qui sic excommunicat, est hæreticus.

12. Prælati excommunicans clericum, qui appellavit ad Regem & ad Concilium regni, eò ipsò traditor est Regis & regni.

13. Illi, qui dimittunt prædicare sive audire verbum Dei propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati.

14. Licet alicui Diacono vel Presbytero prædicare verbum Dei absque auctoritate Sedis Apostolicæ, vel Episcopi Catholici.

15. Nullus est dominus civilis, nullus est Prælati, nullus est Episcopus, dum est in peccato mortali.

16. Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab Ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus.

17. Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

18. Decime sunt pure eleemosynæ, & parochiani possunt propter peccata suorum Prælatorum, ad libitum suum, auferre eas.

19. Speciales orationes applicatæ uni personæ per Prælatos vel Religiosos, non plus profunt eidem quàm generales ceteris paribus.

20. Conferens eleemosynam fratribus, est excommunicatus in d. factò.

21. Si quis ingreditur religionem privarim qualemcumque, redditur ineptior

& inhabilior ad observantiam mandatorum Dei.

22. Sancti instituentes religiones privatas, sic instituendo peccaverunt.

23. Religiosi, viventes in religionibus privatis, non sunt de religione Christiana.

24. Fratres tenentur per labores manuum victum querere, & non per mendicitatem. Prima pars est scandalosè & presumptuosè asserta, pro quanto sic generaliter & indistinctè loquitur. Secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere.

25. Omnes sunt simoniaci, qui se obligant orare pro aliis, eis, in temporalibus, subvenientibus.

26. Oratio presciti, nulli valet.

27. Omnia de necessitate absolutè eveniunt.

28. Confirmatio juvenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio reservantur Papæ & Episcopis, propter cupiditatem lucri temporalis, & honoris.

29. Universitates, studia, collegia, graduationes, & magisteria in eisdem, sunt vanè gentilitate introducta, & tantùm profunt Ecclesiæ, sicut diabolus.

30. Excommunicatio Papæ vel cujuscumque Prælati non timenda, quia est cœnura Antichristi.

31. Peccant fundantes claustra, & ingredientes sunt viri diabolici.

32. Ditare clerum, est contra regulam Christi.

33. Sylvester Papa, & Constantinus Imperator erraverunt Ecclesiam dotando.

34. Omnes de ordine mendicantium sunt hæretici, & dantes eis elemosynam, sunt excommunicati.

35. Ingredientes religionem, sunt inhabiles ad observandum divina præcepta, & per consequens ad perveniendum ad regnum cælorum, nisi apostataverint ab eisdem.

36. Papa, cum omnibus clericis suis

possessionem habentibus, sunt hæretici quòd possessionem habent.

27. Ecclesia Romana est synagoga Sathanæ: nec Papa est immediatus Vicarius Christi, & Apostolorum.

38. Decretales epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt à fide Christi; & clerici sunt stulti, qui student eis.

39. Imperator & domini temporales seducti sunt à diabolo, ut Ecclesiam dotarent bonis temporalibus.

40. Electio Papæ à Cardinalibus per diabolum est introducta.

41. Non est de necessitate salutis credere Romanam Ecclesiam esse supremam inter alias Ecclesias. Error est, si per Romanam Ecclesiam intelligat universalem Ecclesiam, aut Concilium Generale: aut pro quanto negare primatum summi Pontificis super alias Ecclesias particulares.

42. Fatuum est credere Indulgentiis Papæ & Episcoporum.

43. Juramenta illicita sunt, quæ sunt ad roborandum humanos contractus, & commercia civilia.

44. Augustinus, Benedictus, Bernardus damnati sunt, nisi poeniterint, de hoc, quòd habuerunt possessiones, & instiguerint, & intraverunt religiones. Et sic à domino Papa, usque ad ultimum reliquum; omnes sunt hæretici.

45. Omnes Religiones, indifferenter introductæ sunt à diabolo.

Hos sancta Synodus præfatos articulos 45. examinari fecit & sæpius recitari: quibus examinatis, fuit repertum, aliquos & plures ex ipsis fuisse & esse notoriè hæreticos, & à sanctis Patribus reprobatos; alios non Catholicos, sed erroneos; alios scandalosos & blasphemos, quosdam piatum aurium offensivos: nonnullos eorum, temerarios & seditiosos. Propterea, Concilium pronunciat hæreticum Joannem Wicleff, ac memoriam ejusdem condemnat, & mandat exhumari ossa ipsius & cremari.

In *sess.* 9. 10. & 11. nihil annotatione dignum actum est.

In *sess.* 12. pronunciata est publica sententia diffinitiva depositionis à Papatu contra Joannem Papam XXIV. propter excessum, quem fecerat à civitate Constantiensi & d. Ro. sacro Concilio generali clandestinè noctu horâ suspectâ, & in habitu dissimulato, & propter scandalum datum ab illo, turbativum pacis & unionis Ecclesie, à voto & promissione & juramento per ipsum Joannem Papam Deo & Ecclesie & huic sacro Concilio præstitis deviativum.

Item statuit & decernit sancta Synodus, pro bono unionis Ecclesie quòd nullò unquam tempore teiligatur in Papam dominus Baltazar Costa nuper Joannes 24. nec Angelus de Corario Gregorius 12. nec nominati. Si contrarium fiat, id ipsum sit irritum & inane.

Sessio 13.

Cum in nonnullis mundi partibus quidam temerariè asserere præsumant, populum Christianum debere Sacramentum Eucharistie sub utraque panis & vini specie suscipere; & non solum sub specie panis, sed etiam sub specie vini, populum Laicum passim communicent, & post cœnam, vel aliàs non jejuni; & communicandum esse pertinaciter asserant, contra laudabilem Ecclesie consuetudinem rationabiliter approbatam: Hinc est, quòd hoc generale Concilium declarat, decernit, & diffinit contra hunc errorem, quòd licet Christus post cœnam inlitterit, & suis discipulis ministraverit sub utraque specie Panis & Vini hoc venerabile Sacramentum: tamen, hòc non obstante, factorum Canonum auctoritas, & approbata consuetudo Ecclesie servavit & servat, quòd hujusmodi Sacramentum nec conficitur post cœnam, nec sumatur à non jejunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis à jure vel Ecclesia concessa vel admissa, &c. Et similiter, quòd licet in primitiva Ecclesia hujusmo-

di Sacramentum reciperetur à fidelibus sub utraque specie; tamen hæc consuetudo ad evitandum aliqua pericula & scandala, est rationabiliter introducta, quòd à conscientibus sub utraque specie, & laicis tantummodò sub specie panis suscipiatur: cum firmissimè credendum sit, & nullatenus dubivandum, integrum Christi corpus & sanguinem, rari sub specie panis, quàm sub specie vini veraciter contineri, &c. Quapropter, dicere, quòd hanc consuetudinem & legem observare, sit sacrilegium, aut illicitum, censi debet erroneum, & pertinaciter asserentes oppositum præmissorum, tanquam hæretici accendi sunt, & graviter puniendi per Diœcesanos locorum aut Inquisitores hæreticæ pravitatis, &c. Item præcipimus sub pœna excommunicationis, quòd nullus presbyter communicet populum sub utraque specie panis & vini.

Sessio 14.

Carolus de Malaretis renunciavit papatui, nomine Gregorii XII.

Sessio 15.

Articuli Joannis Hufz damnati in *Errores* Concilio quoniam publicè prædicabat, *Joan. Hufz.* Joannem Wicleff virum Catholicum & auctorem Evangelicum.

Artic. 1. Unica est sancta universalis Ecclesia, quæ est prædestinatorum universitas.

2. Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quosdam, actibus Ecclesie malignantium, consimiles.

3. Præcisi non sunt partes Ecclesie; cum nulla pars ejus, ab ea finaliter excidat, eò quòd prædestinationis charitas, quæ ipsam ligat, non excidit.

4. Dux nature, divinitas & humanitas, sunt unus Christus.

5. Præcisi, etsi aliquando sit in gratia secundum præsentem justitiam, tamen nunquam est pars sanctæ Ecclesie; & prædestinatus semper manet membrum Ecclesie, licet aliquando excidat à gratia adventitia, sed non à gratia prædestinationis.

6. Sumendo Ecclesiam pro convocacione prædestinatorum, sive sint in gratia sive non secundum præsentem iustitiam, isto modo, Ecclesia est articulus fidei.

7. Petrus non fuit, neque est caput Ecclesie sancte Catholice.

8. Sacerdotes quomodolibet criminose viventis sacerdotii polluunt potestatem; & sicut filii infideles, sentiunt infideliter de septem Sacramentis Ecclesie, de clavibus, de censuris.

9. Papalis dignitas à Cæsare inolevit, & Papæ perfectio & institutio à Cæsaris potentia emanavit.

10. Nullus, sine revelatione, assereret rationabiliter de se vel alio, quod esset caput particularis Ecclesie: nec Romanus Pontifex est caput Romanæ Ecclesie.

11. Non oportet credere quod iste quicumque est particularis Romanus Pontifex, sit caput cuiuscunque particularis Ecclesie, nisi Deus eum prædestinaverit.

12. Nemo gerit vicem Christi, vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cum nulla alia sequela sit pertinentior, nec aliter à Deo recipiat procuratoriam potestatem; quia ad illud officium Vicarii, requiritur et inorum conformitas, & instituentis auctoritas.

13. Papa non est manifestus & verus Successor Apostolorum Principis Petri, si vivit moribus contrariis Petro & si querit avaritiam, tunc est Vicarius Jude Iscariotis. Et pari evidentia, Cardinales non sunt manifesti & veri Successores collegii aliorum Apostolorum Christi, nisi vixerint more Apostolorum, servantes consilia, & mandata Domini nostri Jesu Christi.

14. Doctores, ponentes quod aliquis per censuram Ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, iudicio seculari est tradendus, pro certo sequuntur in hoc Pontifices, Scribas, & Phariseos, qui Christum nolentem eis in omnibus obedire, tradiderunt Pontio Pilato.

15. Obedientia Ecclesiastica, est obe-

dientia secundum adinventionem sacerdotum Ecclesie, propter expressam auctoritatem Ecclesie.

16. Quod nulla sint opera indifferencia, sed hæc sit divisio immediata huiusmodi operum, quod sint vel virtuosa vel vitiosa: quia si homo est vitiosus & quicquam, tunc agit vitiosè: & si est virtuosus & agit quicquam, tunc agit virtuosè: quia sicut peccatum inficit virtutem, sic virtus vitiosè omnes actus hominis virtuosos v. v. ficat omne actus hominis virtuosos.

17. Sacerdos Christi, vivens secundum legem ejus, & habens notitiam Scripturæ, & affectum ad ædificandum populum, debet prædicare, non obitante prætextu excommunicationis.

18. Quilibet, prædicantis officium de mandato accipit qui ad sacerdotium accedit, & illud mandatum debet exequi, non obitante excommunicatione.

19. Per censuras Ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis vel interdictionis, ad sui exaltationem, clerus populum sibi laicalem suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit, viam præparat Antichristo.

20. Si Papa est malus, & maxime si est præfatus, tunc, ut Judas Apostolus, est diabolus, falsus, & filius perditionis.

21. Gratia prædestinationis, est vinculum, quod corpus Ecclesie & quodlibet ejus membrum jungitur Christo capiti indissolubiliter.

22. Papa vel Præfatus malus & præfatus, est æquivocè Pastor, & verè fur & latro.

23. Papa non debet dici sanctissimus etiam secundum officium; quia nisi deberet dici sanctissimus secundum officium, & tortores & præcones dicerentur sancti, imò & diabolus deberet dici sanctus, cum sit Officiarius Dei.

24. Si Papa vivat Christo contrariè, etiam si ascenderet per legitimam electionem secundum constitutionem humanam, tamen aliundè ascenderet quam per Christum,

stum, datò etiam quòd intraret per electionem à Deo principaliter factam. Nam Judas Scarioth tirè & legitimè est electus à Deo ad Apostolorum, & tan:en ascendit aliundè in ovile o ium.

25. Condemnatio 45. Articulorum Joannis Wicleff per Doctores facta, est irrationabilis, & iniqua, & malè facta.

26. Non eo ipso, quo electores, vel major pars eorum consenserit vivà voce, secundùm ritus hominum, in personam aliquam, co ipso, illa persona est legitimè electa. Unde, sive electores benè, sive malè elegerint, openbus electi debemus credere.

27. Non est scintilla apparentiæ, quòd oporteat esse unum caput, in spiritualibus regens Ecclesiam, quòd semper cum ipsa militanti Ecclesia convertetur & conservetur.

28. Christus, sine talibus capitibus monstruosis, per servos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum, melius suam Ecclesiam regularet.

29. Apostoli, & fideles sacerdotes Domini, strenuè in necessariis ad salutem regularunt Ecclesiam, antequam Papæ officium foret introductum.

30. Nullus est Dominus civilis, nullus est prelatas, nullus est Episcopus dum est in peccato mortali.

Pronunciata est sententia damnationis horum Articulorum sub eadem forma, quà condemnati sunt Articuli Joannis Wicleff.

Condemnatur articulus sequens.

Quilibet tyrannus potest & debet licitè & meritorie occidi per quemcumque vasallum suum vel subditum, etiam per clanculares insidias & subtiles blandicia: vel adulationes, non obstante quòcumque præstito juramento seu confederatione factis cum eo, non expectatà sententià vel mandatò Judicis cujuscumq;. Adversùs hunc errorem satagens hæc S. Synodus exurgere, & ipsum funditus tollere, declarare & definire hujusmodi doctrinam erro-

neam esse in fide & in moribus; ipsam que tanquam hæreticam, scandalosam, & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditio:nes, perjurias vias dantem reprobare & condemnare. Declarat insuper & decernit, quòd pertinaciter doctrinam hanc perniciosissimam asserentes sunt hæretici, & tanquam tales juxta canonicas sanctiones puniendi.

Sessiones 16. 17. & 18. nihil habent lectione dignum.

Sessio 19. Anno 1415. 23. die Septembris Abjuratio Hieronymi de Praga.

Ego Hieronymus de Praga artium liberalium magister, cognoscens veram Catholicam Ecclesiam & Apostolicam fidem, anathematizo omnem heresim, præcipuè eam de qua hætenus infamatus fui, & quam præteritis temporibus dogmatizaverunt & tenuerunt Joannes Wicleff. & Joannes Hufz, in suis opusculis, libellibus, seu sermonibus ad clerum & ad populum. Consensio autem sanctæ Rom. Ecclesiæ & Apostolicæ sedi, & huic sacro Concilio, & ore ac corde profiteor in omnibus & per omnia & præsertim de Clavibus, Sacramentis, Ordinibus, & censuris Ecclesiasticis, indulgentiis & reliquiis Sanctorum, Ecclesiastica libertate, & de cæremoniis & aliis omnibus ad religionem Christianam pertinentibus.

In sessione 20. agitur causa civilis inter duces Aulicæ & Episcopum Tridentinum.

Sessio 21. Anno 1416. 31. die mensis Maii.

Sententia contra Hieron. de Praga laicum, magistrum in artibus, qui post abjuracionem in sessione 19. annotatam, audientiam publicam sibi dari in hac sancta Synodo postulavit: quàm sibi concessam, coram eadem Synodo publicè assertit, dixit, & professus est, quòd præfatæ sententiæ damnationis dictorum J. Joannis Wicleff, & Joannis Hufz iniquè consenserat, & istam sententiam approbando menti-

mentitus fuit; nec verebatur se confiteri mentitum, quin inimò confessionem super illorum damnatione revocabat nunc & in æternum, asserens se in libris Joannis Wicleff, & Joannis Hufz, nullam unquam hæresim vel errorem legisse, licet ante fuerit confessus, &c. propter quæ sancta Synodus prædictum Hieron. palmitem putridum, acidum, in vite non manentem, foras mittendum decernit, ipsumque hæreticum, & in hæresim relapsum, excommunicatum, & anathematizatum pronuntiat & declarat atque damnat. Qui Hieron. traditus est potestati seculari, & combuitus.

Sessiones intermedie totæ teruntur in citando & deponendo Petro de Luna B nedito XIII. nuncupato, & recipiendis Oratoribus regum Aragonum, Castellæ, & Navarra.

Sessio 39. Anno 1417. die 9 Octob.

Statutum de Conciliis generalibus erga futura schismata, Edictò perpetuò sancitum; & ordinamus, ut amodò Concilia generalia celebrentur, ita quòd primum: à fine hujus Concilii in quinquennium immediatè sequens: secundum verò, à fine illius, in septennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuò celebrentur, in locis, quæ summus Pontifex per mensem ante finem cujuscumque Concilii, approbante & consentiente Concilio, vel, in ejus defectu, ipsum Concilium deputate & assignate teneatur, ut sic per quandam continuationem semper aut Concilium vigeat, aut per termini pendenciam expectetur; quem terminum, liceat summo Pontifici de suorum fratrum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, ob emergentes fortè casus, abbreviare; sed nullatenus protogeretur. Locum autem pro futuro celebrando Concilio deputatum, absque evidenti necessitate, non mutet.

Sessio 40. Reformationes fiende per Papam unà cum Concilio; antequam Concilium dissolvatur.

Sacro sanctæ generalis Synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, statuit & decernit, quòd futurus Romanus Pontifex, per Dei gratiam de proximo assumendus, cum hoc sacro Concilio, vel deputandis per singulas nationes, debeat reformare Ecclesiam in capite, & membris, & curiam Romanam secundum æquitatem, & bonum regimen Ecclesiæ antequam hoc Concilium dissolvatur, super materiis Articulorum aliis per nationes in reformatorio oblatorum, quæ sequuntur. Primò, de numero, qualitate, & ratione Dominorum Cardinalium. Item, de reservationibus Sedi Apostolicæ. Item, de Annatis, communibus servitiis, & munitis. Item, de collationibus beneficiorum, & gratis expectativis. Item, de confirmationibus electionum. Item, de causis in curia Romana tractandis, vel non. Item de appellationibus ad Romanam curiam. Item, de officiis cancellariæ & penitentiariæ. Item, de exemptionibus & incorporationibus tempore schismatis, factis. Item, de commendis. Item, de fructibus mediæ temporis. Item, de non alienandis bonis Romanæ Ecclesiæ. Item, propter quæ, & quomodo Papa possit corrigi & deponi. Item, de extirpatione simoniæ. Item, de dispensationibus. Item, de provisione Papæ & Cardinalium. Item, de indulgentiis. Item, de decimis. Hòc adjectò, quòd, factà per nationes deputatione prædictà, liceat aliis de licentia Papæ libetè ad propria remeare.

Sessio 41. Anno 1417. die 8. Novemb.

Constitutio Papæ Clementis VI. super modo & forma observandis à Cardinalibus in conclavi existentibus super electione Pontificis.

Decretum de non spoliando electum in Papam, sub poena excommunicationis.

Die

Die 11. Novembris, anni supradicti, in festo S. Martini, Reverendissimi Patres in conclavi existentes, Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Odonem de Columna, S. Gregorii Diaconum Cardinalem, de Columna vulgariter nuncupatum, natione Romanum, concorditer in Romanum Pontificem elegerunt, qui Martinus Papa V. nominari voluit, & sic per Screnissimum Principem Sigismundum Romanorum Regem, unâ cum sancta Synodo apud Ecclesiam majorem hujus civitatis Constantiensis fuit inthronizatus, & coronatus Papa.

Sessio 42. nihil habet, quod justè possim lectorem occupare.

Sessio 43. Prefate Papæ Martinus V.

21. Martii. Decretum contra Simoniam.

Martinus, &c. Multæ contra simoniacam pravitatem olim factæ sunt constitutiones, quibus morbus ille non potuit competenter extirpari. Nos, sacro approbante Concilio declaramus, quod ordinari simoniacè, ab executione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones autem, postulationes, confirmationes, & quævis provisiones simoniacæ, Ecclesiarum, Monasteriorum, dignitatum, personarum, officiorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque deinceps factæ, nullæ sint ipso jure, nullumque per illas jus cuiquam acquiratur, nec promoti, constituti, aut provisi faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem, tanquam iniquè ablata percipientes, teneantur, statuentes insuper, quod dantes & recipientes, ipso factò sententias excommunicationis incurrant.

De decimis, & aliis oneribus Ecclesiasticis.

Martinus, præcipimus, &c. jura quæ prohibent inferioribus à Papa decimas & alia onera Ecclesiis & personis Ecclesiasticis imponi, districtius observari. Per nos autem nullatenus imponantur generaliter super totum clerum, nisi ex mag-

na & ardua causa, & utilitate universalem Ecclesiam concernente, & de consilio & consensu & subscriptione fratrum nostrorum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & prælatorum, quorum consilium commodè haberi poterit. Nec specialiter in aliquo regno vel provincia, inconsultis prælatis ipsius regni vel provincie, & ipsi non consentientibus, vel eorum majori parte: & eò casu, per personas Ecclesiasticas, & autoritate Apostolicâ dumtaxat, leventur.

In sessione 44. statuitur Locus futuri Concilii.

Sessio 45. & ultima de dissolutione Concilii.

Martinus Papa V. dixit, quod omnia & singula determinata conclusa, & decreta in materiis fidei per præsens Concilium conciliariter, tenere & inviolabiliter observare volebat, & nunquam contraria quocumq; modò. Ipsaque sic conciliariter facta approbat & ratificat, & non aliter nec aliò modò: quò dictò, ipsum Concilium absolvit, ac omnibus & singulis in eo existentibus, ad propria remeandi, ipso approbante Concilio, facultatem fecit.

Additio F. S.

Notando sedulo sunt verba quibus Martinus V. approbavit Acta Concilii Constantiensis, ne quis putet ipsum approbasse omnia, etiam illa, quæ sess. 4. & 5. dixit de Concilio, cui quilibet esse Papale dignitatis existat, obedire tenetur. Approbat enim omnia & singula determinata, conclusa & decreta in materiis fidei per præsens Concilium conciliariter facta, & non aliter nec aliò modò. Decreta autem sess. 4. & 5. nec ad fidem pertinent, nec sunt facta conciliariter, id est, non more aliorum Conciliorum; quia non prævio diligenti examine, nec expectatis aliis Patribus Concilii; sed an- tevertendo.

Bulla Martini V. de condemnatione Wicleff de Anglia, & Ioannis Husse de Bohemia, damnati in hoc Sacro Concilio Constantiensi.

Martinus Episcopus, &c. Inter curas pastoralis curæ sollicitudines, &c. *Seguntur errores Ioannis Wicleff 45. & errores Ioannis Husse 30. in eadem forma quâ supra recensiti.*

Super præmissis autem articulis quilibet de eis suspectus, seu in eorum assertionem depræhensus, iuxta hunc modum interrogetur. In primis, utrum cognoverit Joannem Wicleff de Anglia, & Joannem Huse de Bohemia, & Hieronymum de Praga? Item, utrum teneat & credat quòd quodlibet Concilium generale, & etiam Constantiense, universalem Ecclesiam representet? Item, utrum credat quòd illud, quod Concilium Constantiense universalem Ecclesiam representans, approbavit & approbat in favorem fidei & ad salutem animarum, quòd hoc est ab universis Christi fidelibus approbandum & tenendum? Item, utrum credat & asserat, quòd, ad mandatum Iudicis, juramentum de veritate dicenda, vel quodlibet aliud ad causam opportunum, etiam pro purificatione infamie faciendum, sit licitum? Item, utrum credat, quòd perjuria scienter commissum, ex quacumque causa vel occasione, pro conservatione vitæ corporalis vel patriæ, vel alterius, etiam in favorem fidei, sit mortale peccatum? Item, utrum credat quòd deliberatò animò contemnens ritum Ecclesiæ, cæremonia exorcismi & eucharistiam, aquæ baptismatis consecratæ, peccet mortaliter? Item, utrum credat, quòd post consecrationem sacerdotis, in Sacramento altaris, sub velamento panis & vini, non sit panis materialis & vinum materiale, sed idem per omnia Christus, qui fuit in cruce passus, & sedet ad dexteram Patris? Item, utrum credat & asserat, quòd factâ consecratione per Sacerdotem sub sola specie panis tantum &

præter speciem vini, sit vera caro Christi, & sanguis, & anima, & Deitas, & totus Christus, ac idem corpus absolute, & sub una qualibet illarum specierum singulariter? Item, utrum credat, quòd consuetudo communicandi personas laicas sub specie panis tantum, ab Ecclesia universali observata, & per sacrum Concilium Constantiense approbata, sit servanda, sit quòd non liceat eam reprobare, aut sine Ecclesiæ autoritate pro libito immutare? Item, utrum credat, quòd Christianus contemnens susceptionem Sacramentorum, Confirmationis, vel extremæ Unctionis, aut solemnizationis Matrimonii, peccet mortaliter? Item, utrum credat, quòd Christianus ultra contritionem cordis, habitâ copiam Sacerdotis idonei, soli Sacerdoti ex necessitate salutis confiteri teneatur; & non laico, seu laicis quantumcumque bonis & devotis? Item, utrum credat, quòd malus Sacerdos cum debita materia & forma, & cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, verè conficiat, verè absolvat, verè baptizet, & verè conferat alia Sacramenta? Item, utrum credat, quòd beatus Petrus fuerit Vicarius Christi, habens potestatem ligandi & solvendi super terram? Item, utrum credat, quòd Papa canonicè electus, qui pro tempore fuerit, sit successor beati Petri, habens supremam potestatem in Ecclesia Dei? Item, utrum credat auctoritatem jurisdictionis Papæ, Archiepiscopi, & Episcopi in solvendo & ligando esse majorem auctoritate simplicis Sacerdotis, etiam si curam animarum habeat? Item, utrum credat, quòd Papa omnibus Christianis verè contritis & confessis, ex causa pia & iusta, possit concedere indulgentias in remissionem peccatorum, maximè pia loca visitantibus? Item, utrum credat, quòd ex tali concessione visitantes Ecclesias ipsas, & manus adjuatrices eis porrigentes, ejusmodi indulgentias consequi possint? Item, utrum credat quòd singuli Episcopi suis

subditis,

subditis, secundum limitationem sacrorum Canonum, huiusmodi indulgentias concedere possint? Item, utrum credat & asserat, licitum esse Sanctorum Reliquias, & Imagines à Christi fidelibus venerari? Item, utrum credat, quod Papa, vel alius Prælati, vel ipsorum Vicarii, possint suum subditum Ecclesiasticum sive secularem, propter inobedientiam sive contumaciam excommunicare, ita quod talis per excommunicatō sit habendus? Item, utrum credat, quod, inobedientiā sive contumaciā excommunicatorum crescente, Prælati vel eorum Vicarii in spiritualibus habeant potestatem aggravandi, interdicitum ponendi, & brachium seculare invocandi, & quod ill' censuris per inferiores sit obediendum? Item, utrum credat, quod liceat personis Ecclesiasticis, absque peccato, huius mundi habere possessiones & bona temporalia? Item, utrum credat, quod laicis ipsa ab eis auferre potestate propria, non liceat, etiamsi male viverent personæ Ecclesiasticæ bona huiusmodi possidentes? Item, utrum credat, quod liceat laicis utriusque sexus, vitis & mulieribus liberè prædicare verbum Dei? Item, utrum credat, quod singulis Sacerdotibus liberè liceat prædicare verbum Dei ubicumque, quancumque, & quibuscumque placuit, etiamsi non sint

missi? Item, utrum credat, quod omnia peccata mortalia, & specialiter manifesta, sint publicè corrigenda & extirpanda?

Qui de præmissis hæresibus, vel articulis, vel aliquo præmissorum infamati fuerint, ad arbitrium vestrum expurgare teneantur. Alii verò, qui per testes, seu propriam confessionem, vel alias legitimas probationes convicti fuerint de prædictis hæresibus, vel articulis, vel aliquo præmissorum; eosdem articulos & errores solemniter & publicè revocare, abjurare, poenitentiam condignam subire cogantur, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, &c. Datum Constantiæ Pontificatus nostri anno primo.

Finiunt acta in Concilio Constantiensi sub Martino V.

EUGENIUS IV. Martino succedit, Venetiæ, tunc existens Presbyter Cardinalis. Inchoatum est ab ipso, at mox revocatum Concilium Basileense, à quo temerario ausu fuit depositus, electo in ejus locum Amedeo Sabaudicæ Duce; contra quem Eugenius celebravit primum Ferrariz, dein prosequutus est Florentiæ Concilium Generale. Sedit annos 16. minus octo diebus, electus in Conventu S. F. Prædicatorum Romæ.

A. D. 1431
Eugen IV.
Papa 208.

CONCILIUM
BASILEENSE.

IN præfatione annotatur quis modus sit observandus in publica sessione Conciliorum generalium, & qui fuit observatus in Concilio generali Constantiensi.

S. sessio I.
Concilium Basileense inchoatum anno Domini 1431. præfidente Juliano Cardinali S. Angeli Legato Apostolico, legitimè potestate à felicitis recordationis
D d d a Mar.

Concilium
Basileense,
ex parte re-
probatum &
indictum à
Martino V.
A. D. 1431.

Martino V. & Eugenio IV. tunc recens electo facta. Istud Concilium inchoatum fuerat Senis, translatum est certis de causis in Basileam per Martinum V. ut notatur in sessione prima ejus Concilii.

Adversus F. S.

Concilium Basileense licet fuerit legitime indictum, statim tamen fuit illegitimum, quia cum sub specie reformandæ Ecclesiæ, Patres conarentur Ecclesiæ Romanæ privilegii derogare, Eugenius illud revocavit, ejusque Legatus Julianus præsentiam sibi prius commissam dimisit. Quare, quæ de potestate Concilii sess. 2. & seq. ordinantur vel declarantur, nullius sunt roboris; cum sint statuta conciliabuli potius quam veri Concilii, atque ipsum tale, quale Concilium reprobarum ab Eugenio & Leone X. Pontificibus. Vide nostra l. 5. Controv. q. 1. a. 5. & q. 2. a. 7.

Sessio 2.

Hæc sancta Synodus legitime congregata, auctoritate Apostolicâ legitime interveniente, sacris Constantiensis & Senensis Conciliis generalibus decernentibus atque ordinantibus, fuit & est in hoc loco Basiliensi debite, legitime, ac rite inchoata & congregata: ideo in præsentî sessione ordinat & declarat, quæ sequuntur.

Primo declarat, quod ipsa Synodus in Spiritu sancto legitime congregata generale Concilium faciens, & Ecclesiam militantem representans, potestatem immediatè à Christo habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiam si Papalis existat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti schismatis, & generalem reformationem Ecclesiæ Dei in capite & in membris.

Item declarat, quod quicumque cujuscumque status vel dignitatis, etiam si Papalis existat, qui mandatis, statutis, seu ordinationibus aut præceptis hujus sacre Synodi, & cujuscumque alterius Concilii generalis legitime congregati super præmissis vel ad ea pertinentibus,

obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ poenitentia subiciatur, & debite puniatur.

Sessio 3.

Primo repetuntur eadem decreta, quæ in Sessione secunda sunt definita & declarata.

Secundo decernitur, dissolutionem hujus Concilii nullatenus fieri posse per Eugenium Papam: quoniam est contra decreta Constantiensis Concilii, & tendit in grave periculum fidei, & status Ecclesiastici turbationem & detrimentum, atque scandalum totius populi Christiani. Agnovetant Prælati in Concilio tunc congregati, quod Eugenius Papa cum Collegio Cardinalium dissolveret illud Concilium.

In aliis Sessionibus nihil habetur, tantum commonetur Papa, ut veniat ad Concilium, & accusatur ejus contumacia nolentis parere.

Sessio 12.

Eligantur Episcopi & quicumque alii Prælati, ac confirmentur juxta statuta juris communis; nempe, ut singula Ecclesiæ Episcopum, singula Collegia, singuli Conventus, Prælatos sibi eligant, qui rursus ab illis confirmentur, ad quos de jure confirmatio spectat, nempe Episcopi à Metropolitanis, Metropolitanis à Papa, & inferiores Prælati ab Episcopis.

Sessio 13. & 14. Tota teritur in modo & citando Eugenio Papa IV.

Sessio 15.

Synodales congregationes singulis annis saltem semel sunt celebrandæ: Provincialia verò Concilia ad minus de triennio in triennio: in quibus, infra missarum solemnias, vel post, diocesanus, vel alius ejus nomine, Verbum Dei proponat, exhortando omnes ad bonos mores sectandum, abstinendum à vitiis, & ad ea, quæ pertinent ad Ecclesiasticam disciplinam & officia singulorum, & præsertim, ut ii, quibus animarum cura commissa est, diebus Domini-

cis & aliis sollempnibus plebem subjectam, doctrinis & monitis salutaribus instruant. Postea legantur statuta Provincialia & Synodalia, & inter alia aliqui compendiosus tractatus, docens quomodo Sacramenta administrari debeant: & alia utilia pro instructione Sacerdotum. Deinde ipse diaecsanus de vita & moribus subditorum solerter inquireat, labem simoniae pravitate, contractus usurarios, concubinatam, fornicationem, & alia quavis crimina & excessus debita correctione cohibeat: Alienationes rerum Ecclesiasticarum à jure prohibitas revocet: clericorum abusus, & aliorum subjectorum, qui circa divinum officium & delationem debiti habitus defuerint, in melius reformet & emendet: Praecipua autem in ipsa Synodo Episcopi cura sit, inquirere, ac debitis modis occurrere, ne aliquod dogma haereticum, erroneum, & scandalosum, sortilegia, divinationes, incantationes, superstitiones, & quavis diabolica figmenta diaecesim suam inficiant.

Sessio 16. & 17.

Eugenius Papa annullat dissolutionem ab eo factam Concilii Basileens. quia graves dissensiones ex praedicta dissolutione ortae sunt, & graviore oriri possent; decernit & declarat, praedictum Concilium à principio inchoationis suae fuisse & esse legitime congregatum, & revocat bullas, quas ad dissolvendum illud Concilium antè dederat.

Sessio 18.

Repetuntur decreta Concilii Constant. de auctoritate & potestate Conciliorum generalium, absentibus Legatis Papae, ut supra in hoc Basileensi Concilio sess. 2. & 3. Quod Concilium generale potestatem immediate à Christo habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiam si Papalis existat, obedire tenetur, ut supra.

Sessio 19.

In hac Sessione promulgatur decretum,

quomodo praedicanda sit fides Judaeis & caeteris infidelibus cum Christianis commorantibus; & quomodo tractandi sunt illi, quamdiu durant in infidelitate sua; & de his, qui volunt ad fidem converti, ut bona, quaecumque habent mobilia & immobilia, eis intacta, illaefaque permaneant, nisi ex usura aut illicito quaestu fuerint acquisita, & nota sint personae, quibus de jure sit restitutio facienda: quia tunc, illis restitui omnino oportet; iis vero personis non stantibus, quia talia, per manus Ecclesiae, in pios essent usus convertenda, haec sancta Synodus in favorem concedit suscepti baptismatis tanquam in pium usum apud eos remanere debere. Si vero, conversionis tempore, inopes & indigentes fuerint, per viscera misericordiae Dei nostri, omnes tam Ecclesiasticos, quam seculares haec sancta Synodus exhortatur, ut ipsis convertis manus porrigant adiutrices. Ipsi quoque diaecsanus non solum Christianos ad subveniendum illis exhortentur, sed tam de redditibus Ecclesiarum, quam de his quae ad pauperum usum per ipsos convertenda devolvuntur, hujusmodi neophytos sustentare non negligant, ipsosque à detractionibus, contumeliis paterna affectione defendant. Et quoniam per gratiam baptismi cives Sanctorum & domestici Dei efficiuntur, longèque dignius sit regenerari spiritu quam nasci carne, lege praesenti statuimus, ut civitatum & locorum, in quibus sacro-baptismate regenerantur, ibi legis libertatibus & immunitatibus gaudeant, quae, ratione dumtaxat nativitate & originis, alii consequuntur. Current insuper Sacerdotes baptizantes & diaecsanus, ne cum Judaeis seu infidelibus saltem per longum tempus conversentur: quoniam, experientia teste, mutuum inter se neophytorum conversationem, ipsos in fide nostra fragiliores reddere, ac saluti illorum plurimum officere, compertum est. Exhortatur haec sancta Synodus locorum ordinarios, ut quantum pro incre-

mento fidei viderint expedire, curent & studeant neophytos ipsos cum originariis Christianis matrimonio copulare. Prohibeatur & iis neophytis sub gravibus penis, ne mortuos more Judæorum sepe- liant, aut sabbata aliasque solemitates, & antiquæ sæcæ ritus quoquod modò observent, sed Ecclesiis & prædicationes nostras, prout alii Catholici, frequentent, & in omnibus se Christianorum moribus conformes reddant.

Sessio 10. Constitutio de concubinariis.

Si quis fuerit publicus concubinariorum, & percipiat fructuum omnium suorum, vel beneficiorum, trium mensium spatio, sit ipso factus suspensus; quos, si superior, in fabricam vel aliam evidentem Ecclesiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, convertat. Deinde, ejusmodi concubinarium monere teneatur, ut concubinam dimittat; quam si non dimiserit, vel dimissam, aut aliam publicè resumpserit, jubet hæc sancta Synodus, ut ipsum suis omnibus beneficiis omnino priuet.

Sessio 21. De annatis.

Constitutio de annatis non exigendis tam in curia Romana, quam alibi, pro confirmatione electionum, vel admissione postulationum, aut aliqua collatione.

Altera constitutio, quomodo divinum officium in Ecclesia celebrandum sit: quo tempore qui que debet esse in choro.

3. Synod. Turpem etiam illum abusum in quibusdam frequentatum Ecclesiis, quo certis anni celebrantibus nonnulli cum mitra, baculo, ac vestibus Pontificalibus, more Episcoporum, benedicunt; Alii, ut reges ac duces indui, quod festum fatuorum vel innocentium vel puerorum in quibusdam regionibus nuncupatur; Alii larvales & theatrales jocos; Alii choreas & tripudia marium ac mulierum facientes, homines ad spectacula & cachinnationes movent: Alii commensationes & convivia ibidem præparant: hæc, sancta Synodus detestans, statuit & jubet ordinariis & Ecclesiarum rectoribus, ne hæc aut similia

ludibria, nec etiam mercantias, seu negotiationes nundianarum in Ecclesia, quæ domus orationis esse debet, ac etiam committere exerceri amplius permittant, transgressoresque, per censuram Ecclesiasticam, aliisque juris remedia punire non negligant.

Sessio 21. De erroribus & schismate in Nazareni.

Quendam libellum editum ab Augustino de Roma Archiepiscopo Nazareno, cujus primus tractatus de Sacramento divinitatis Jesu Christi & Ecclesie intitulatur. Secundus, de Christo capite, & ejus inclito principatu: Alius, de charitate Christi circa electos, & de ejus infinito amore, tanquam non sanam & erroneam in fide doctrinam continentem, cum suis defensoriis hæc sancta Synodus damnat & reprobat; & potissimè scandalosam illam assertionem; erroneam in fide, in ipso libello contentam, scilicet: Christus quotidie peccat, & ex quo fuit Christus, quotidie peccavit, quamvis pro capite Ecclesie Christo Jesu dicat se non intelligere, sed ad membra sua, quæ cum Christo capite unum esse Christum asseruit, intelligentiam ejus esse referendam dicat. Nec non & propositiones istas, & eis in sententia similes, quas, in articulo damnatos in Concilio Constantiensi, incidere declarat, scilicet: Non omnes fideles justificati, sint membra Christi, sed soli prædestinati: Humana natura in Christo, verè est Christus, & eadem, est persona Christi. Humana natura in Christo est persona Verbi. Humana natura assumpta à Verbo ex unione personali, est veraciter Deus naturalis & proprius, &c. Christus secundum voluntatem creatam, tantum diligit naturam humanam unitam personæ Verbi, quantum diligit naturam divinam: sicut duæ personæ in divinis sunt æqualiter diligibiles, ita duæ naturæ in Christo humana & divina sunt æqualiter diligibiles propter personam communem: Anima Christi videt

videt Deum tam clarè & intensè , quam rùm clarè & intensè Deus videt seipsum : Ratio suppositalis determinans humanam naturam in Christo , non realiter distinguitur ab ipsa natura determinata. Quas propositiones & alias ex eadem radice procedentes , tanquam erroneas in fide , damnat & reprobat hæc sancta Synodus , anno 14. 5.

Sessio 23.

Qualis debet esse electio Pontificis. Secundò , de modo & qualitate Cardinalium , ut numerum 24. non excedant , & de omnibus regionibus Christianitatis assumantur viri in scientia , & moribus , ac rerum experientia excellentes , non minores 30. annis , Magistri , seu Licentiatum in Jure divino vel humano. Sic saltem tertia vel quarta pars de Magistris in sacra scriptura , non nepotes ex fratre vel sorore Romani Pontificis , aut alicujus Cardinalis viventis ; non illegitimè nati , non corpore vitiatum , nec alicujus criminis aut infamiz notè respecti.

Sessio 26. & 27.

Tractatur de admonitione & citatione contra Eugenium Papam , & Cardinales.

Sessio 28. & 29.

In qua causatur contumacia Papæ , & declaratur contumax , quia tractabat de dissolutione ejus Concilii ,

Sessio 30.

Hæc sancta Synodus decernit & declarat , quòd fideles laici sive clerici , communicantes & non conficientes , non astringuntur ex præcepto Domini ad suscipiendum sub utraque specie , panis scilicet & vini , sacrum Eucharistiz Sacramentum : sed Ecclesia , quæ regitur Spiritu veritatis secum manente in æternum , & cum qua Christus manet usque ad consummationem sæculi , ordinare habet , quomodò ipsis non conscientibus ministreretur , prout pro reverentia ipsius Sacramenti , & saluti fidelium viderit expedire , &c. ut supra in Concilio Constant.

Sessione 31. & 32. tractant de præbendis Ecclesiasticis canonicè per ordinarios conferendis , & de suspensione Eugenii Papæ IV.

Sessio 33.

De veritate fidei Catholicæ , per tres veritates. Primò diffinitur , quòd generalis Synodus in Spiritu sancto legitime congregata generale Concilium faciens , Ecclesiam militantem representans potestatem à Christo immediatè habet , cui quilibet cujuscumque status , etiam si Papalis existat , obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & ad extirpationem schismatum , & ad generalem reformationem Ecclesiæ in capite & in membris.

Secundò declarat , quòd quicumque cujuscumque dignitatis ; etiam si Papalis existat , qui mandatis aut præceptis hujus sanctæ Synodi , & cujuscumque alterius Concilii generalis legitime congregati , super præmissis , sive ad ea pertinentibus , obedire contumaciter contempserit , nisi resipuerit , condignæ poenitentiz subjiciatur , & debitè puniatur.

Tertiò declarat , quòd ipsum generale Concilium pro præmissis eaque concernentibus congregatum , sine ipsius consensu per nullum , quavis autoritate , etiam si Papali dignitate præfulgeat , dissolvi , transferri , aut ad aliud tempus prorogari potest.

Et licet hæc esse veritates fidei Catholicæ satis constet ex pluribus declarationibus præcedentibus , ad majorem tamen soliditatem & firmitatem veritatum ipsarum , hæc sancta Synodus definit , & declarat : Primò , quòd veritas de potestate Concilii generalis supra Papam , & quemlibet alterum , declarata per Constantiense , & hoc Basileense generalia Concilia , est veritas fidei Catholicæ . Secundò veritas hæc , quòd Papa Concilium generale legitime congregatum , sine ejus consensu , nullatenus potest dissolvere , est veritas Catholicæ fidei :

Tertiò ,

Has tres veritates 10-
probarit &
damaavit
Eugen. VI.
libello qui
incipit :
Moxus firm-
vus Dei , ubi
patet extra.
18. sess. in
Constant.
sess. 4. & 6.
in Basile,
sess. 2.

dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur Filium quoque esse, secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos verò, principium subsistentiæ Spiritus sancti, sicut & Patrem. Et quoniam omnia, quæ Patri sunt, ipse Pater unigenito Filio suo dignando dedit (præter esse Patrem) hoc ipsum, quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius à Patre æternaliter habet, à quo æternaliter etiam genus est.

De particula illa. *Filioque procedit.*

Definimus etiam explanationem verborum illorum (*Filioque*) veritatis declarandæ gratiâ, & imminente tunc necessitate, licetè, ac rationabiliter symbolo fuisse appositam.

In azymo & fermentato corpus Christi conficitur.

Item, in azymo, sive fermentato panis triticeo corpus Christi veraciter conficitur; Sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere unumquemque scilicet iuxta suæ Ecclesiæ, sive Occidentalis, sive Orientalis consuetudinem.

De Purgatorio.

Item, si verè poenitentes in Dei charitate decesserint, antequàm dignis poenitentia fructibus de commissis satisfecerint & omisissis, eorum animas poenis Purgatoris purgari. Et, ut à poenis huiusmodi releventur, prodesse eis vivorum fidelium suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes, & eleëmofynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiæ instituta. Illorum etiam animas, qui post baptismum susceptum, nullam omnino peccati maculam incurserunt, illas etiam, quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eidem exitu corporibus (prout superius dictum est) sunt purgatæ, in cælum mox recipi, & intueri clarè ipsum Deum trinum & unum sicuti est: meritum tamen diversitate, alium aliò perfectissis. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus, puniendas.

De peccato originali.

Item definimus, sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem, in universum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum Successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum Patrem ac Doctorem, existere; & ipsi, in B. Petro, pascendi, regendi, & gubernandi universalem Ecclesiam à Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis œcumenicorum Conciliorum, & in sacris Canonibus continetur. Datum Florentiæ in Sessione publica Synodali, anno 1436.

Non
Pon
fice
Petr
Gub
can

Dum hæc Florentiæ agerentur in ultima Sessione, subita morte defunctus est Patriarcha Constantinop. & quærentibus Græcis ac Latinis causam tam lubricæ mortis, ejus famuli responderunt: ipsum, postquam cœnasset, in penetrale domus, scribendi causâ (ut sui moris erat) intrasse, & dum scriberet, tremore ac animi languore affectum, statim occubuisse. Litteræ autem sequentia continebant:

Joseph, misericordie Divina, Constantinopolis & novæ Romæ Archiepiscopus, ac œcumenicus Patriarcha: quoniam ad extremum vitæ meæ perveni, idcirco, pro meo munere, dilectis filiis, benignitate Dei, meam sententiam his litteris palam facio. Nam, quæ Domini nostri Jesu Christi Catholica & Apostolica Ecclesia Romæ veteris sentiat ac celebret, omnia me quoque sentire credereque profiteor, ac ipsis plurimum acquiesco. Beati huiusmodi Petri, ac summi Pontificem, Romæque veteris Papam, Domini nostri Jesu Christi Vicarium esse concedere, atque animarum purgatorium esse, non inficio. Datum Florentiæ die 8. mensis Junii, anno 1439.

Concl
Archie
copi
sancti
petri

Dum jam absolveretur Concilium, Armeniorum Patriarchæ Legati ad Synodum ipsum venerunt, dicentes, se suamque Ecclesiam cum Catholica coniungi, ac ipsum Synodi decretum præservare

servare velle. Quibus benignissimè suscep-
tis, sub quodam brevi compendio,
orthodoxæ fidei veritatem, quàm Romanâ
profiteretur Ecclesiâ, per hoc decretum,
factò approbante Concilio, ipsi etiam
Oratoribus ad hoc consentientibus, tra-
didit Eugénius Papa. Quò ab eis exceptò
unâ cum Græcis, Florentiâ discesserunt,
& dissolutum est Concilium.

*Decreta Concilii Florentini super unionem
Iacobinorum & Armeniorum.*

In primis danius eis sanctum Symbo-
lum à centum quinquaginta Episcopis in
œcumenico Constantinopolitano Con-
cilio editum, cum illa additione (*filioꝝ*)
ipsi Symbolo, declarandæ veritatis gratiâ,
& urgente necessitate, rationabiliter
apposita. Cujus tenor est; Credo in unum
Deum, &c. Hoc autem Symbolum, sicut
apud Latinos mos est, ita decernimus
per omnes Armeniorum Ecclesiâs, intra
Missarum solemniam singulis saltem Do-
minicis diebus, & majoribus solemnitati-
bus decantari vel legi.

Secundò, tradimus eis definitionem
quartæ & univèrsalis Synodi Chalcedo-
nensis, in quinto postea & sexto univer-
salibus Conciliis renovatam, de duabus
naturis in una Christi persona. Cujus
tenor talis est: *Sufficeret quidem sapiens
hor, &c.*

*Ter-
tio-
des-
Bea-
sonia* Tertio, definitionem de duabus Christi
operationibus in prædicto sexto Concilio
promulgatam, &c.

Quartò, instruximus eos, & declara-
vimus, Synodum Chalcedonensem, &
beatiss. Leonem, sanctè & rectè, veritatem
de duabus in una persona Christi naturis
superius descriptam, definisse contra
impia Nestorii & Euthicis dogmata.
Injungimusque, ut ipsum beatissimum
Leonem (qui veræ fidei columna fuit, &
omni sanctitate & doctrinâ refertus)
tanquam sanctum, & in catalogo Sancto-
rum meritò descriptum, de cætero repu-
tens & venerenturæ, atque non solum
dictas tres Synodos, sed & omnes alias

universales autoritate Romani Pontifi-
cis legitimè celebratas, sicut & cæteri
fideles, reverenter suscipiant.

Quintò, Ecclesiasticorum Sacramen-
torum veritatem, sub hac ædigimus
formula.

Septem sunt Sacramentum nove Legis.

Novæ legis septem sunt Sacramenta,
scilicet, Baptismus, Confirmatio, Eu-
charistia, Pœnitentia, Extrema Unctio,
Ordo, Matrimonium. Quæ multùm à
Sacramentis d. ff. runt antiquæ legis. Illa
enim non causant gratiam, sed eam
solum, per passionem Christi dandam,
figurabant. Hæc verò nostra, & continen-
tiam gratiam, & ipsam dignè suscipientibus
conferunt.

*Sacramenti
antiquæ le-
gis gratiam
dandam pe-
Christum
figurabant.*

Horum quinque prima, ad spiritualem
uniuscujusq. e hominis in seipso perfe-
ctionem, duo ultima ad totius Ecclesiæ
regimen, multiplicationemque ordinata
sunt. Per Baptismum enim spiritualiter
renascimur; per confirmationem auge-
mur in gratia, & roboramur in fide; renati
autem & roborati, nutrimur divinâ Eu-
charistia alimonis. Quòd si, per pecca-
tum, ægri-tudinem incurrimus animæ, per
Pœnitentiam spiritualiter sanamur. Spi-
ritualiter etiam & corporaliter (pro-
ximæ expedit) per Extremam Unctio-
nem. Per Ordinem verò, Ecclesiâ guber-
natur & multiplicatur spiritualiter: per
Matrimonium, corporaliter augetur.

*Ad quid or-
dinata sunt
Sacramenti
novæ legis*

Hæc omnia Sacramenta tribus perfici-
untur, videlicet rebus tanquam materiâ,
verbis tanquam formâ, & personâ ministri
conferentis Sacramentorum, cum inten-
tione faciendi quod facit Ecclesiâ. Quo-
rum, si aliquod desit, non pericitur
Sacramentum. Inter hæc Sacramenta,
tria sunt, Baptismus, Confirmatio, &
Ordo, quæ characterem, id est, spirituale
quoddam signum à cæteris distinctum
imprimunt in anima indelibile: unde in
eadem persona non reiterantur. Reliqua
verò quatuor, characterem non im-
primunt, & reiterationem admittunt. Pri-
mum,

*Tribus per-
ficiuntur
Sacramenti*

*Tria un-
tum Sacra-
menta cha-
cterem
imprimunt
& ideo non
reiterantur*

munum, omnium Sacramentorum, locum tenet Baptismus, quod vitæ spiritualis janua est: per ipsum enim membra Christi, ac de corpore efficiuntur Ecclesie. Et cum per primum hominem mors introierit in universos, nisi ex aqua & Spiritu sancto renascimur, non possumus (ut inquit Veritas) in regnum celorum introire.

Materia hujus Sacramenti est aqua vera, & naturalis: nec refert frigida sit, an calida. Forma autem est: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Non tamen negamus, quin & per illa verba, Baptizetur talis servus Christi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, vel, baptizatur manibus meis talis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, verum perficiatur baptisma: quoniam cum principalis causa, ex quo baptismus virtutem habet, sit sancta Trinitas, instrumentalis autem sit minister, qui tradit exterius Sacramentum; si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur ministrum cum S. Trinitatis invocatione, perficitur Sacramentum. Minister hujus Sacramenti est Sacerdos, cui ex officio competit baptizare. In casu autem necessitatis, non solum Sacerdos vel Diaconus, sed etiam laicus & mulier; immo etiam paganus & hæreticus baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesie, & facere intendat, quod facit Ecclesia.

Hujus Sacramenti effectus est remissio omnis culpæ, originalis, & actualis: omnis quoque pœnæ, quæ pro ipsa culpa debetur. Propter hæc baptizatis nulla pro peccatis prætoritibus injungenda est satisfactio: sed morientes, antequam culpam aliquam committant, statim ad regnum celorum & Dei visionem perveniunt.

Secundum Sacramentum est Confirmatio, cuius materia est Christina confectio ex oleo (quod nitorem significat conscientie) & balsamo (quod odorem significat bonæ famæ) per Episcopum benedicta. Forma autem est, *Signo te signo*

crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Ordinarius minister est Episcopus. Et cum cæteras unctiones simplex Sacerdos valeat exhibere, quia de solis Apostolis legitur (quorum vicem tenent Episcopi) quod per manus impositionem, Spiritum sanctum dabant. Locò autem illius manus impositionis, datur in Ecclesia Confirmatio. Legitur tamen, aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem, ex rationabili & urgente admodum causa, simplicem Sacerdotem Chrismare per Episcopum consecrò hoc administrasse Confirmationis Sacramentum.

Effectus autem hujus Sacramenti est, quia in eo datur Spiritus ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecostes, ut Christianus audeat Christi confiteatur nomen. Ideoque in fronte, ubi veterundæ sedes est, confirmandus inungitur, ut Christi nomen confiteri erubescat, & præcipue crucem ejus, quæ Judæis est scandalum, gentibus autem stultitia, propter quod signo crucis signantur.

De Sacramento Eucharistiæ.

Tertium est Eucharistiæ Sacramentum, cujus materia panis triticeus, & vinum de vite, cui ante consecrationem, aqua modicissima admisceri debet. Aqua autem idè admiscetur, quoniam juxta testimonia sanctorum Patrum, creditur ipsum Dominum, in vino aqua permixto, hoc instituisse Sacramentum. Deinde, quia hoc convenit Dominicæ Passionis representationi. Inquit enim B. Alexander, Papa quintus à B. Petro: In Sacramentorum oblationibus, quæ intra Missarum solemniam Domino offeruntur, vinum & aqua permixtum offerri debet, quia utrumque, id est, sanguis & aqua ex lacte Christi profluxisse legitur.

Tertio, etiam convenit ad significandum hujus Sacramenti effectum, qui est unio populi Christiani ad Christum. Aqua enim populum significat, &c.

ius vitæ
ritualis.
nismus.

an. 3.

ateria
ptissima
orma ba-
lismi.

flister
optissimi.

Effectus
baptismi.

De Sacra-
mento Con-
firmationis.

Minis-
trum
Secundum
Confirm-
tionis
Episcopus.

Abol.

Effectus
Confirm-
tionis.

2. Cap.

Quoniam
panis
equus
no-
De om-
d. 1. h
erant

Apot

Forma

Forma hujus Sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc conficitur Sacramentum. Sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc conficit Sacramentum. Nam ipsorum verborum virtute, substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem convertuntur: ita tamen, quod totus Christus continetur sub specie panis, & totus sub specie vini, sub qualibet quoque parte hostiæ consecratæ, & vini consecratæ, (separatione) totus est Christus.

Hujus Sacramenti effectus, quem in anima operatur dignè sumentis, est advenatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur, & membris ejus unitur, sequitur, quod per hoc Sacramentum, in sumentibus dignè, gratia augetur: omnemque effectum, quem materialis cibus & potus quoad vitam agunt corporalem, hoc idem, quoad vitam spiritualem & hoc Sacramentum operatur.

Quarum Sacramentum est Pœnitentia, cujus quasi materia sunt actus pœnitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis contritio; ad quam pertinet, ut doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de extero. Secunda, est oris confessio; ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriæ habet, suo Sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia, satisfactio pro peccatis secundum arbitrium Sacerdotis: quæ quidem præcipue fit per orationem, jejunium, elemosynam.

Forma hujus Sacramenti est: *Ego te absolvo, &c.*

Minister hujus Sacramenti est Sacerdos, habens auctoritatem absolvendi, vel ordinariam, vel ex commissione superioris. Effectus hujus Sacramenti, est absolutio à peccatis.

Quintum Sacramentum est Extrema Unctio, cujus materia est oleum olivæ per Episcopum benedictum. Hoc Sacra-

mentum nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet: qui unguendus est: in oculis propter visum; in auribus propter auditum; in naribus propter odorem; in ore propter gustum, vel locutionem; in manibus propter tactum; in pedibus propter gressum; in renibus propter dejectionem ibidem vigentem. Forma hujus Sacramenti est hæc: *Per istam sanctam Unctionem, & suam præsentem misericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid peccasti per visum, &c.* Et similiter in aliis membris. Effectus verò, est mentis sanatio, in quantum aures expedit, ipsius etiam corporis. De hoc Sacramento habetur Jacobi 5.

Sextum Sacramentum est Ordinis, cujus materia est illud, per cuius traditionem conferuntur ordines, sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane portationem. Diaconatus verò, per libri Evangeliorum dationem. Subdiaconatus, per calicis vacui cum patena vacua superposita, traditionem. Et similiter de aliis, pro rerum, ad ministeria sua pertinentium, assignationem. Forma Sacerdotii talis est: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro vivis, & mortuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & sic de aliorum Ordinum formis.* Ordinarius minister hujus Sacramenti est Episcopus. Effectus, augmentum gratiæ, ut quis sit idoneus minister.

Additio F. 5.

Non integram hic, (utpotè in compendio) assignari materiam Ordinum, sed eam solùm, quæ est res permanens, intelliget Lector ex Conc. IV. Carthag. quod can. 3. & 4. requirit impositionem manuum in ordinatione Presbyteri, & Diaconi. Eandemque in Sacerdotis ordinatione requirere Tridentinum, docet ex sess. 14. cap. 4. item ex sess. 23. c. 4. Verba siquidem de quibus illic Concilium, *Accipe Spiritum sanctum*, tunc dicuntur, quando fit impositio manuum. Et quoniam ea verba, ad aliquam formam

De Sacramento Ordinis.

Effectus Sacramenti Ordinis

spectant, consequens est, neque totam formam hic in Florentino exprimi.

Septimum est sacramentum Matrimonii, quod est signum conjunctionis Christi & Ecclesie, secundum Apostolum. Causa efficiens matrimonii, regulariter est mutuus consensus per verba de presenti expressus.

sunt
a matrit.
ill.

Tria sunt bona matrimonii. Primum, proles suscipienda & educanda ad cultum Dei. Secundum, fides, quam unus conjugum alteri servare debet. Tertium, indivisibilitas matrimonii, propter hoc, quod significat indivisibilem conjunctionem Christi & Ecclesie. Quamvis autem ex causa fornicationis liceat thori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonii vinculum legitime contracti perpetuum est.

Sexto, compendiosam illam fidei regulam, per beatissimum Athanasium editam, ipsis præbemus, videlicet: Quicumque vult salvus esse, &c.

Septimò, decernimus, unum atque eundem Deum veteris ac novi testamenti, hoc est, legis & prophetarum, atque Evangelii profiteamur autorem. Quoniam eodem Spiritu inspirante, utriusque testamenti, sancti locuti sunt: quorum libros suscipit & veneratur Ecclesia, qui titulis sequentibus continentur.

Quinque Moyse, id est Genes. Exod. Levit. Nume. Deuteronom. Josue, Judic. Ruth, Quatuor Regum, duo Paralipom. Esdras, Neëmas, Tobias, Judith, Esther, Psal. David, Parabiz, Ecclesiast. Cantica canticorum, Sapient. Ecclesiasticus, Isaias, Hieremias, Baruch, Ezech. Daniel. Duodecim Prophetarum minores, id est, Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michas, Naïm, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias; Duo Machabæorum; Quatuor Evangelia, Matthei, Marci, Lucæ, Joannis. Quatuordecim epistolæ Pauli, ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses. Duæ

ad Thessalicos, ad Colossos. Duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. Petri duæ, Joannis tres, una Jacobi, una Judæ. Acta Apostolorum, & Apoc. Joan. Propterea anathematizamus Manichæorum insaniam, qui duo principia posuerunt, unum visibilem, aliud invisibilem; & alium novi testamenti Deum, alium veteris esse dixerunt.

Octavò, tradimus quòd in consecratione corporis Christi hac uteretur formula Ecclesia Romana *Hoc est enim corpus meum: sanguinis vero; Hic est calicis sanguinis mei, novi & æterni testamenti, mysterium fidei. qui pro vobis, & pro malis effundetur in remissionem peccatorum. Panis vero triticus, in quo Sacramentum conficitur, an eò die, an antea decoctus sit, nihil omnino refert, dummodò panis substantia maneat.*

Decimò, quoniam asseritur, nonnullos quartas nuptias, tanquam condempnatas respicere; ne peccatum, ubi non est, esse putetur (cum secundum Apostolum, mortuò virò, mulier sit ab ejus legitima, & nubendi, cui vult, in Domino habeat facultatem, nec distinguat, mortuò primò, secundò, vel tertio;) declaramus, non solum secundas ac tertias, sed & quartas atque ulteriores, si aliquod canonicum impedimentum non obstat, licite contrahi posse. Commendatio tamen dicimus, si ulterius à conjugio abstinentes, in castitate permanserint: quia sicut virginitatem vditati, ita nuptiis castam viduitatem, laude ac merito præferendam esse censemus.

His omnibus explicatis, prædicti Armeniorum Oratores, nomine sub, & sui Patriarchæ & omnium Armeniorum hæc saluberrima synodalia decreta, cum omnibus suis capitulis, definitionibus, nec non quicquid tenet & docet sancta Sedes Apostolica & Romana Ecclesia, cum omni devotione & obedientia suscipiunt & amplectuntur.

Explicit Concilium Florentinum.

NICO-

Rom

Licit
si imp
mentu
non e
supt
plur
trahit
est.

Sicut
vires
tati, i
ita vi
supp
sicut

VITA, ET DECR. NICOL. V. CALIXT. III. ET MART. V. 407

1447. : NICOLAUS V. Hic, cum se indi-
109. gnus tanto magistratu arbitretur, sup-
plex rogavit Cardinales, ut maturius
Ecclesie consulere: & tandem inivus
assumpsit Sacerdotium. Quo per octo
anno, administrato, moritur, Frederi-
co III. Germano Cesare 37.

Hic Pontifex, propter securitatem
animarum, & cavenda pericula anima-
rum, confirmavit gesta per Amedeum,
nuncupatum Felicem V. & per congre-
gatos in Concilio Basiliensi, quoad ea
quae spectant ad Censuras, & causas be-
ficiales; non vero quoad alia.

Circa haec tempora, anno 1453. die
29. Maii, post diuturnam obsidionem,
gravissima tandem oppugnatione Ma-
hometes Turcarum Imperator Urbem Con-
stantinopolim expugnavit; in eaque
tantum crudelitatis exercuit, ut nulla
id queat oratione explicari.

1455. : III. CALIXTUS III. Valentinus Al-
109. phonius Borgia dictus, Alphonsi Ara-
goniz Regis olim Consiliarius, omnium
sui temporis Juris consultissimus. Ponti-
ficatum ei praedixit S. Vincentius Ferre-
rius & ipse Valentinus Ordinis FF. Prae-
dicantium, quem Sanctorum catalogo
adscripsit. Initio Pontificatus animam
convertit adversus Turcas, & sexdecim
extremum classem contra eos paravit sub
Ludovico Card. Patriarcha Aquilensi,
& ad hoc fedus inivit cum Regibus Per-
siae, Armeniae, & Tartariae. Injuit fe-
stum Transfigurationis ob adeptam in
Hungaria a Turcis victoriam caesis 50.
illorum millibus. Sedit annos 3. men-
se 4.

*Visum est necessarium hoc loco summam
duorum extravagantium, Martini V. &
Calixti III. subicere, & explicare condi-
tiones, quibus olim praedicti Pontifices per-
miserunt tuncmodi contractus, quibus con-
tinetur annui census cum pacto retrovendendi,
&c. Quoniam videmus nunc intellegendos
abusus exerceri hac colore, & passim celebrari*

*praedictos contractus, vix una aut altera
condicione servata, & hoc falso iuncto emp-
tio, multis praetereunt suas usuras. Decretum
Martini V. idem est & Calixti III.*

Martinus Episcopus &c. & Calixtus
Episcopus, &c. Petitis dilectorum filio-
rum nobis exhibita continebat, quod &
tanto tempore, cujus contrarii memoria
hominum non existit, quaedam consue-
tudo rationabilis observata, praescripta,
ac moribus utentium approbata, ad com-
munem utilitatem hominum introducta
fuisse: pro quibus Princeps, miles, sive
oppidanus partium earundem, cum hoc
expedire videbatur, personae Ecclesiasticae
aut seculari, collegio aut universitati,
super bonis suis, oppidis, terris, agris,
praediis, domibus, & hereditatibus ven-
dere consuevit & vendidit annuos census,
unius vel plurium marcarum: & pro
qualibet marca annui census, decem,
undecim, tredecim, quatuordecim mar-
cae, aut plus vel minus, secundum temporis
qualitatem (prout ipsi contrahentes tunc
inter se conveniant) ipsi venditori tunc
integraliter, in pecunia numerata, solvi
consueverant, bonis in ipso contractu
tunc expressis, pro ipsius census annui
solutione in perpetuum obligatis. Et
semper in ipsis contractibus expressè ipsis
venditoribus data fuit facultas atque
gratia, quod ipsum annuum censum in
toto vel in parte, pro eadem summa de-
nariarum, quam ab ipsis temporibus rece-
perant, quandocumque vellent, liberè
absque alicujus requisitione, contradic-
tione, vel assensu possent extinguere &
redimere, ac se ab ipsius census solutione,
ex tunc penitus liberare: sed ad hoc,
hujusmodi census venditores, invitati, ne-
quaquam per emptores actari, aut astringi
valent, etiam ipsi possessionibus &
bonis obligatis penitus interemptis seu
destructis: sed iidem ementes, etiam si
bona, domos, rectae, agri, possessiones, &
hereditates hujusmodi, processu tempo-
ris, ad omnimodam destructionem, sive de-
solationem

solationis reducerentur opprobrium, pecuniam ipsam, etiam agendo, repetere non valent. Apud aliquos tamen, an huiusmodi contractus emptionis & venditionis liciti existant, hæsitatur. Quare pro parte eorundem nobis fuit humiliter supplicatum, an contractus huiusmodi liciti vel illiciti censeri debent, declarare de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur comperimus contractus huiusmodi iudicatos, & juxta determinationem Doctorum licitos fore, & juri communi conformes: idem, ipsorum censuum venditores, ad illorum solutionem obligati, autoritate Apostolica, tenore presentium, ex certa scientia declaramus, non obstantibus, &c.

Conditiones quibus annui census liciti emi possunt & vendi.

Prima conditio, Oportet quod vendens designet & exprimat rem aliquam, quam vendat, & alius emat, puta, domum, aut agros, &c. Et rei vel rerum designatarum tantum debet fieri emptio & venditio, & ea sola debet manere obligata ad solutionem predicti census, & non alia vendentis bona: quia si universa alia bona, cum persona vendente obligantur (ut fit apud nos) jam destruitur emptio & venditio, & est oppignoratio, & fit contractus usurarius.

Secunda conditio, quod iusto & competenti pretio ematur annuus census, & quod tempore celebratur contractus, integritate numeretur pecunia.

Tertia, quod in eodem contractu expressè venditori dectur facultas, quod ipsum annum censum in toto vel in parte, pro eadem summa denariorum quam ab emptore recipit, quandocumque velit, liberè (absque alicujus requisitione, aut contradictione) possit extinguere, vel redimere, & se ab ipsius census solutione ex tunc penitus liberare.

Quarta, quod ad redimendum annum censum venditor invitus nullò modo obligari possit; sed liberum fuerit illi, vel

solvere censum, vel redimere in toto vel in parte, eadem numerata pecuniâ.

Quinta, quod si contingat aliquando bona ipsa (domus, agros, aut possessiones alias, quæ obligata sunt ad solutionem census, quorum facta est emptio) processu temporis omnino destrui, & penitus interire, ementes, pecuniam ipsam quam dederunt pro predictis bonis, repetere amplius nequaquam valebunt, quoniam ementis periculò debet perire res empta: alioquin non fuit vera emptio & venditio, sed contractus usurarius.

Sexta non debet obligari ad censum res aliqua, nisi sit vendibilis res, & fructuosa: & annuus census, ad cujus solutionem talis res est obligata non debet excedere valorem fructuum, quos ex ea ipsa percipere solet aut potest dominus rei. Si enim plus est in annuo censu quam in fructibus rei venditæ, jam destruitur emptio, & palliatur usura, & emens accipit rem ipsam in pignus pecuniæ.

Septimas predictis conditionibus utcumque tolerandos iudicio tales contractus, a quibus earum omiſsa, nulla ratione puto tolerandos.

Additio F. 5.

Ita quidem Caranza auctor hujus Summæ. Sed alii viri docti scribunt, condiciones has, vi bullæ, non obligare, ubi illa non est promissa vel recepta; ac nominatim non obligate in Belgio, nec in regno Siciliae. Vide Lessium l. 2. de jure & just. cap. 23. dub. 12. & 13.

PIUS II. Senensis, antea dictus Æneas Silvius Piccolomneus. Interfuerat ille Concilio Basiliensi cardinale firmiano a secretis, iteratque ex parte adversa Eugenii Pontificis, sed postmodum ab Imperatore Friderico II ad Eugenium Legatus missus, ei se reconciliavit, ac Concilium illud, cui etiamnum juvenis, & non nisi 26. annorum interfuerat, impræbavit. & postea damnatus fuit Pontifex. Jura Ecclesiarum fortiter

A. D. I.
P. 1.
P. 1.

fortiter defendit. S. Catharinam Senensem concivem suam inter sanctas retulit. Appellationes ad futurum Concilium erroneas, & nullas declaravit, ac execrationis pœna multavit. Sedit annos 6.

144
145
PAULUS II. Sub eodem Cesare Sacerdotiò illaudabiliter procuratò, 6. anno, mense 10. suæ assumptionis, solus in cubiculo, nemine vidente, secundâ horâ noctis, apoplexiâ moritur. Sub tempore, omnia officia Romæ venalia erant, & ferè semper beneficia, & Episcopatus his committebat, qui officium aliquod venale haberent, unde elici munus p. sicc.

146
147
SIXTUS IV. Friderico Cesare. Hic Bonaventuram Theologum albò Sanctorum inscribi iussit. Moritur assumptionis suæ anno 13. Sub hoc Pontifice, & ejus speciali commissione, annò Domini 1479. facta est congregatio per Reverend. in Christo patrem Alphonsum Carillum Archiepisc. pum Toleranum *Comptis* multorum Doctorum Theologiæ, & utriusque Juris, super libello confessioni, editò per *Petrum Oxomensem* factæ Theologiæ Professo. em in Universitate Salamantina Hispaniæ. Accepit autem prædictus Archiepiscopus Toleranum auctoritatem declarandi ac definiendi omnes propositiones & conclusiones falsas, erroneas, hæreticas, aut malè sonantes, quæ in præfato libello continerentur.

Conclusiones autem productæ ex libello dicti magistri Oxomensis, discussæ & disputatæ, tandemq; damnatæ sunt, quæ sequuntur.

Prima conclusio, p. ccata mortalia, quantum ad culpam & pœnam alterius seculi, delentur per solam cordis contritionem, sine ordine ad claves.

Secunda conclusio, quòd confessio de peccatis in specie, fuerit ex aliquo statuto universalis Ecclesiæ, non de jure divino.

Tertia conclusio, quòd pravæ cogita-

tiones in confessione exprimi non debent, sed solâ displicentiâ delentur, sine ordine ad claves.

Quarta conclusio, quòd confessio debet esse secreta (id est) de peccatis secretis, non de manifestis.

Quinta, quòd non sunt absolvendi pœnitentes, nisi peractâ prius pœnitentiâ eis injunctâ.

Sexta, quòd Papa non potest indulgere alicui vivo pœnam Purgatorii.

Septima, quòd Ecclesia urbis Romæ errare potest.

Oct. va, quòd Papa non potest dispensare in statutis universalis Ecclesiæ.

Nona conclusio, quòd Sacramentum pœnitentiæ quantum ad collationem gratiæ, Sacramentum naturæ est, non alicujus institutionis veteris vel novi Testamenti.

Quibus conclusionibus sic propositis, ac per plures dies sigillarim disputatis, receptò tandem ab eisdem Doctoribus solemni juramento, tactis sacrosanctis Evangelis, & sententiâ excommunicationis in eos, & in eorum quemlibet primitus prolatâ, quòd in prædictis questionibus dicerent veritatem secundùm suam sententiam, & conscientiam, votisque eorum coram Norario & testibus, sigillatim in scriptum redactis, 24. Maii, præfatus Reverend. Dominus sedens pro tribunali, sententiam protulit, quâ conclusiones prædictas tanquam hæreticas, erroneas, ac scandalosas, & malè sonantes. Apostolica & primitivi auctoritate damnavit, ac damnandas decrevit; librumque illum combutendum judicavit, quem illico promotor fiscalis, curi tradidit seculari.

Abinratio dicti Magistri Petri Oxomensis in forma Canonum.

Quoniam ego Magister Petrus Oxomensis composueram librum confessionis, continentem nonnullas propositiones, quas tunc credebam veras, & determinationi sanctæ Matris Ecclesiæ & communi opinioni Doctorum consonas, sed pri-

mum ex libro illo orta sunt maxima scandala in cordibus fidei-um, maxime in partibus horum regnorum, aded quod Reverendissimus in Domino Pater ac Dominus, Archiepiscopus Toletanus, auctoritate Apostolica, (accretis quamplurimis Magistris & Sacre Theologie Doctoribus, & aliis viris eruditissimis) maturo consilio ac deliberatione pronunciavit, & declaravit dictum librum continere nonnullas propositiones falsas, hereticas, scandalosas, male sonantes, & erroneas, & ideo comburendum, prout in sententia latius continetur: Quapropter ego prefatus Magister, desiderans salutem anime mee, ac proprium recognoscens errorem & culpam, dico & confiteor me graviter errasse in compositione dicti libelli, utpote continentis propositiones falsas, erroneas, scandalosas, hereticas, & male sonantes. Quis, ut tales, confiteor, & declaro: submittoque me determinationi sancte Matris Ecclesie, & determinationi & sententie prefate & prolatae per dictum Reverend. Dominum, cui ego ex nunc & specialiter & expresse assentior. Et cognoscens veram fidem, anathematizo omnem heresim, maxime eam de qua haecenus sum infamatus, & consensio sancte Matri Ecclesie Romanae & Sedi Apostolice, & ore ac corde confiteor Sacramenta Ecclesie, & illam fidem tenere, quam Dominus Sixtus Papa modernus, auctoritate Apostolica & Evangelica tenet: & per hanc sancta Dei Evangelia omnes, qui contra hanc fidem venerint, cum suis doctrinis, cignos aeterna damnatione pronuncio.

Celebrata est ea congregatio per quingenta duos viros doctos, Magistros in Theologia vel Jure Canonico, praesente prefato Reverendissimo. Accessit ad haec specialis confirmatio eorum, quae acta sunt praedicta congregatione per Sixtum Papam IV. Exemplar autem Bullae, quae confirmantur praedicta, habetur in Bibliotheca Ecclesiae Tolitanae, & extat

alterum exemplar in monasterio S. Vincentii, inscriptum B. Dominici in urbe Placentina: Quam confirmationem ego legi & vidi in legitimo exemplari, sed ne plus justo cresceret volumen hujus Summae, hic nolui illam subijcere.

INNOCENTIUS VIII. Genuensis, filius Aronis Cibo Vice-Regis Neapolitani. Toto ejus Pontificatu ubertas frugum, & tranquillitas partis Romae viguit. A Bajazethe Turcarum Imperatore ferum lanceae quo Christi latus apertum fuit, dono accepit: ejusque tempore in Basilica S. Crucis Romae repertus est parieti inclusus titulus Crucis cum triplici inscriptione hebraica, graeca & latina. Sedit annos 7. menses 10. dies 26.

ALEXANDER VI. Valentinus, A. D. 1492. gente Lenzola, matre Calixti III. filio, ab Avunculo suo nomen de Borga, & gentilicia insignia cum Cardinalatu accepit. Mortuo Innocentio aliquot Cardinalium corruptorum opera eidem successit. In eo vitia equarunt virtutes. Moritur exhaustu vini intoxicati, sibi per errorem Pincetnae propinati, postquam sedisset annos 11.

PIUS III. Pii II. ex sorore nepos, in locum Alexandri VI. eligitur, fugatius Caesare Valentino Alexandri VI. filio, qui Vaticanum, & molem Adriani duodecim milibus armatorum circumdederat, ut Patres ad sua vota in electione compelleret. Eundem in arce recludi curavit; at ubi solum sedisset dies 26. non sine suspitione illi veneni ex mortifero curis ulcere diem obiit.

JULIUS II. Sixti IV. ex fratre Nepos Pio succedit. Contra omnium opinionem prefato Valentino in arce detentionem indulget; qui denuo Neapoli ob quandam mortem captus, ac vinculis missus in Hispaniam, indeque ex carcere effracto transiens ad Regem Navarrae, in bello occubuit, ex Caesare nihil factus, qui aliquando dixerat: aut Caesar, aut nihil.

infirmis
prae-
sentis sen-
tiae.

A. D. 1
Innoc.
Papa 8

A. D. 1
Alex VI
Papa 6

A. D. 1
Pius III
Papa 5

A. D. 1
Julius
Papa 2

CONCILIUM
LATRANENSE,

Sub JULIO II. & LEONE X.

Concilium
Lateranen.
A. D. 1512.

Julius II. nuper electus, juravit se celebraturum Concilium generale pro reformatione Ecclesie, & pace inter Principes Christianos componenda. Requisitus autem post, ut predictum juramentum servaret, & juxta constitutionem Constantiensis, exple. o. decenniò à proximo Concilio celebrato, novum celebraret, ille tamen differebat. Tamen instantibus aliquibus Prælati Ecclesie, & urgentibus celebrationem Concilii, & Pontifice vel non valente, vel non volente, Bernardinus de Caravala Hispanus, & Fridericus de sancto Severino Ecclesie Romanæ Cardinales, cum quibusdam aliis Cardinalibus venerunt Pisas, deinde Mediolanum, & contra voluntatem & auctoritatem Rom. Pontificis, vocaverunt Episcopos & Christianos Principes ad generale Concilium in predictis locis indictum. Contra hoc conciliabulum indixit Julius Pontifex generale Concilium Romæ apud Lateranum celebrandum.

Additio F. S.

Pisanum Concil. sine auctoritate Rom. Pont. celebratum est. vide quæ diximus l. 5. de Contro. q. 1. art. 5.

Sessio 1. 10. die mensis Maii, anni 1512.

Pontifex exhortatur Synodum ad Ecclesie reformationem & schismatis extinctionem, pacem inter Christianos Principes componendam, expeditionem contra infideles faciendam. Mox annuntatur per Pontificem causa non celebrari

Concilii, cum toties antè fuisset promissum, nec tamen usque ad illum diem fuerat inchoatum. Præcipua autem fuit confictus apud Ravennam civitatem Romanolæ habitus inter exercitum ipsius Julii Pontificis & Regis Hispaniæ Ferdinandi, cognomentò Catholici, & exercitum Ludovici Regis Francorum, & aliorum adherentium conciliabulo Pisano. In quo confictu fuerunt interfecta millia hominum. Et absoluta est actio prima.

Sessio II. 17. mensis Maii eiusdem anni.

Legitur bulla in qua Pisanum conciliabulum damnatur, & omnia in egesta annullantur, & irritantur, Lateranense quoque Concilium legitime & Spiritu sanctò esse congregatum, definitur. Excipiuntur suffragia omnium præsentium.

Sessio III. 3. Decemb. eiusdem anni.

Tantum legitur bulla, in qua iterum reprobantur omnia & singula per Cardinales schismaticos acta, et in Transalpinis, quam Cisalpinis locis. Revocantur quoque concessa privilegia sive gratiæ per sedem Apostolicam in eisdem locis.

Sessio IV. 10. Decemb. eiusdem anni,

Pontificatus Iulii Pape anno X. presidente eodem.

Legitur bulla, in qua pragmatica sanctio, & gesta per conciliabulum Pisanum super eadem, annullantur.

Sessio V.

Presidente Episcopo hostiensi Cardinali

nali propter aegritudinem Julii Pontificis, 16. Februarii, anni 1513.

Legitur bulla innovationis & confirmationis contra simoniacam pravitatem in electione Pontificis non committendam. In qua, sacro approbante Concilio, statuitur, quod electio Rom. Pontificis per simoniam facta, eo ipso nulla existat, & sic electo, nulla in spiritualibus vel temporalibus tribuatur facultas. Et Cardinales qui simoniace aliquem elegerint, à suis ordinibus, dignitatibus, & beneficiis sint absque alia declaratione privati. Mediatores etiam tam Clerici, quam Laici cujuscumque dignitatis sint, privantur omnibus beneficiis, honoribus, & bonis, eo ipso, & ad similia sunt inhabiles, &c.

Prædicta constitutio placuit universis Episcopis & Patribus, exceptis quinque Episcopis.

Quatriduod post hanc Sessionem, 25. Februarii 1513. Julius secundus moritur Romæ, postquam sedisset annos 9. menses 3. dies 21. Vir fuit excelsi animi, bellicâ gloriâ clarior quam Pontificem decebat; intrepidus defensor ditiorum Pontificarum, quibus recuperandis se totum impendit, solitus dicere: Prædecessores suos satis usos fuisse baculo Pastoralis S. Petri; jamque pro defensione jurium Ecclesiæ opus esse gladio S. Pauli. Inchoavit novam illam toto terrarum orbe celeberrimam Vaticanam Basilicam.

D. 1513.
10 X.
1pa. 318.

LEO X. Florentinus, Patre Laurentio de Medicis in locum Julii electus, Concilium Lateranense, ab eodem usque ad quinque Sessiones perductum, septem aliis &c. subsequentibus Sessionibus absolvit. Adjecit quoque animum ad vix inceptum à Julio opus vaticane Basilicæ perficiendum. Cumque immensæ pecuniæ vim opus absorberet, & ararium esset exhaustum, ad subsidia confugit collationis cujusdam efficacis simul & libertæ

concessis variis indulgentiis cuicumque, qui ad construendum Templum Principis Apostolorum voluntariam elemosinam contulisset. Quarum indulgentiarum promulgationem in Germania cum Archiepiscopus Moguntinus commisisset 10. anni. Tertiis Ordinibus FF. Prædicatorum inquisitori fidei, illi invidens Martinus Lutherus, prius modum distributionis certum, deinde etiam ipsas indulgentias oppugnare præsumpsit, sicque suæ Apostasiæ, ac hæresis principia jerit. Sed Leo annos 8. menses 8. & 20. dies.

Sessionis VI. 17. Aprilis prædicti anni.

Fuit electio 24. prælatorum, qui ad sint. cum Cardinalibus in his quæ pertractanda sunt coram Pontifice. Et distributi sunt per classes; una classis erat ad conferenda pertinentia ad componendam pacem inter Principes, & extirpandum schisma. Alia ad tractandum, quæ pertinent ad generalem reformationem curiæ. Tertia verò, ad ea quæ pertinerent ad fidem, & pragmaticam sanctionem.

*Septima sessio feria 6. 17. Jun. 1513.
presidente Leone X.*

Leguntur litteræ subscriptæ per Bernardinum Caravial, & Fredericum de S. Severino, olim Cardinales, super materia abjuracionis schismaticis & unionis Ecclesiæ, & confessionis erroris ipsorum, & ventæ partitionis propter suscitatum ab illis schisma, &c. Qui, post paucos dies, in Palatio Apostolico pristinae dignitatis sunt restituti in consistorio secreto post solemnem abjuracionem schismatis, venientes ad Palatium tanquam privati clerici, & ante pedes Papæ abjuratæ schismate altâ & intelligibili voce.

*Sessionis VIII. 19. Decemb. anno 1513.
presente Leone X.*

Legitur scedula, super fide animæ humanæ, sub hac forma:

Cum diebus nostris, nonnulli ausi sint dicere de natura animæ rationalis, quod mortalis sit, aut unica in cunctis hominibus; & aliqui temerè philosophantes
(secur-

(secundum saltem Philosophiam) verum esse asseverant; Sacro approbante Concilio, damnamus, & reprobamus omnes asserentes, animam intellectivam mortalem esse, aut unicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes. Cum illa non solum verè & per se & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in Canone Clementis Papæ V. in generali Viennensi Concilio, edito, continetur, verum & immortalis, & pro corporum, quibus infunditur multitudine, singulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda sit. Quod manifestè constat ex Evangelio, cum Dominus ait: *Animam autem occidere non possunt*. Et alibi: *Qui odit animam suam in hoc mundo, etc.* Et etiam, cum æternam poenam & æterna supplicia, pro merito vitæ, judicandis reponitur; aliis, incarnatio & alia Christi mytheria nobis minime profuissent; nec resurrectionis expectanda foret, ac sancti & iusti, miserabiliores essent (juxta Paulum) omnibus hominibus.

Cumque verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam, omnino falsam esse definimus, & ut aliter dogmatizare non liceat, districtè inhibemus. Omnesque, hujusmodi erroneis assertionibus inhaerentes, tanquam hæreticos vitandos, & puniendos fore decernimus.

Insuper, omnibus & singulis Philosophis in Universitatibus studiorum generalium, & alibi publicè legentibus districtè præcipimus, ut cum Philosophorum principia, aut conclusiones, in quibus à recta fide deviare noscuntur, autoribus suis legerint, seu explicaverint (quale hoc de immortalitate animæ, aut unitate, & mundi æternitate ac alia hujusmodi) teneantur eisdem veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo (pro posse) docere, ac omni studio hujusmodi Philosophorum argumenta (cum omnia solubilia existant) pro vitibus excludere atque resolvere.

Statuimus insuper, ne quis de cætero in sacris Ordinibus constitutus, in studiis generalibus, vel aliis publicè audiendo, Philosophiæ aut Poësis studiis ultra quinquennium, post Grammaticam & Dialecticam, sine aliquo studio Theologiæ, aut Juris Pontificii, incumbat. Verum, exacto dicto quinquennio, si illis studiis insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum Theologiæ, aut sacris Canonibus operam navaverit: ut in his sanctis & utilibus professionibus Sacerdotes Domini inveniant, unde infectas Philosophiæ & Poësis radices purgare & sanare valeant.

Hos Canones, per Ordinarios locorum & Rectores, Universitatibus, singulis annis in principio studii in virtute sanctæ obedientiæ publicari mandamus.

Sessio XI. 9. Maii 1514. presidente Leone Papâ.

Legitur in hac Sessione publicè Bulla reformationis curiæ Romanæ, in qua sequentes Canones subjiciuntur.

Decernimus, ut severetur quod Innocentius Papa III. in Lateranensi Concilio decrevit de ætate & gravitate morum, & litterarum scientiæ, in personis promovendis in Episcopos & Abbates, diligenter inquirenda.

Can. 2. Ne Episcopus, aut Abbas amoveantur sine præmissâ defensionis. capit.

Statuimus, ut nullus Episcopus aut Abbas, quovis instante aut requirente, nisi sibi copia & facultas legitime defensionis permittatur, (etiamsi crimina fuerint notoria) diligenterque partibus auditis, causa plenariè probata fuerit, privari valeat. Neve aliquis Prælati invitatus, nisi aliis efficacibusque rationibus & causis, transferatur, juxta formam ac decretum Constantiensis Concilii.

Can. 3. Ne monasteria aliorum commendentur.

Et quoniam ex commendis monasteriorum, monasteria ipsa, tam in spiritibus

Prohibetur constituti in sacris Ordinibus incumbere poësis studiis.

Canon: De electo cum in cunctis.

libus quim in temporalibus graviter laeduntur, quippe, quorum ædificia partim commendatariorum negligentia, partim avaritia vel incuria collabuntur, & in dies divinus cultus in eis magis diminuitur, volumus & sancimus, ut cum illa, per obitum Abbatum, qui illis præerant, vacaverint; nullò modò cuiquam possint commendari; sed de persona idonea, juxta præscriptam constitutionem, eis ita provideatur, ut illis idonei Abbates (prout decet) præfutura sint.

Can. 4.

Uniones perpetuæ (præterquam in casibus à jure permissis, vel sine rationabili causa) nequaquam fiant.

Can. 5. Ne plura incompatibilia quis habeat.

Dispensationes autem ad plura incompatibilia ultra duo, nisi qua sitatis, juxta formam juris communis, non concedatur, nisi ex magna & urgente causa.

Can. 6. Ut Cardinales assistant Romano Pontifici.

• Cum Cardinalium officium in primis versetur in frequenti Romani Pontificis assistentia, & Sedis Apostolicæ negotiis: Statuimus, ut omnes Cardinales in Romana Curia resideant, & qui sunt absentes, si in Italia, intra sex menses; si extra Italiam, infra annum à die publicationi constitutionis, revertantur. Alioquin fructus beneficiorum, & omnium officiorum emolumenta amittant.

Can. 7. De officio Præceptorum puerorum.

Statuimus, ut Magistri scholarum & Præceptores pueros sive adolescentes, nedum in Grammatica, & Rhetorica, ac cæteris hujusmodi instruere debent, verùm etiam docere teneantur ea, quæ ad religionem pertinent, ut sunt, Præcepta divina, Articuli fidei, Sacri hymni, & Psalmi, ac Sanctorum vitæ: Diebusque festivis, nihil aliud eos docere possunt, quam in rebus ad religionem & bonos mores pertinentibus. Eosque in illis in-

struere, hortari, & cogere, in quantum possint, teneantur, nedum ad Missas, sed etiam ad Vesperas divinaque Officia audienda, ad Ecclesias accedant. Similiter, ad sermones audiendos, impellant. Nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat, eis legere permittant.

Can. 8. De innovatione constitutionum, contra simoniacos.

Ut nefarius simoniæ labes ac pestis non solum à Romana curia, sed ex omni etiam Christiana ditone in perpetuum deiciatur, constitutiones per antecessores nostros, etiam in sacris Conciliis, editas contra hujusmodi simoniacos, innovamus: easque inviolabiliter observari præcipimus.

Can. 9. Ut privetur beneficio, qui Canonicas non recitaverit horas.

Statuimus, & ordinamus, ut quilibet qui habens beneficium cum cura vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio, divinum officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus non faciat, pro rata omissionis officii, & temporis; sed eos, tanquam injustè perceptos, in fabricas hujusmodi beneficiorum, vel pauperum elemosinas erogare teneatur. Si verò ultra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione præcedente, beneficium ipso privetur, cum, propter officium, detur beneficium. Intel ligatur autem officium omittere quo ad hoc, ut beneficio privari possit, qui per quindécim dies illud bis saltem non dixerit.

Reliquos Canones, quia non necessarius judicavimus, huc minimè transcripsimus.

Sessio decima, quartà Maii 1515. præsidens Leon. Papà X.

In hac Sessione, edita est decretalis, super confirmatione Montis Pietatis, sub hac forma:

• Cum inter nonnullos, controversiam quan-

quandam, non sine populorum scandalo, olim exortam esse comperimus circa pauperum revelationem in mutuis, eis, publicè auctoritate, faciendis, qui Montes Pietatis vulgò appellantur, quique à nonnullis prædecessoribus nostris probati & confirmati sunt: nonnullis etiam Magistris & Doctoribus dicentibus, eos Montes non esse licitos, in quibus aliquid ultra sortem, per ministros hujus Montis ab ipsis pauperibus, quibus mutuum datur, exigitur. Nos super hoc opportunè providere volentes, sacro approbante Concilio, declaramus, & definimus: Montes Pietatis antedictos per Respublicas institutos, & auctoritate Sedis Apostolicæ hæcenus probatos, in quibus, pro eorum impensis & indemnitate, aliquid moderatum, ad solas ministrorum impensas, & aliarum rerum ad illarum conservacionem (ut præfertur) pertinentium, pro eorum indemnitate dumtaxat, ultra sortem absque lucro eorundem Montium recipitur, nec speciem mali præferre, nec peccandè incensuram præstare, ne ullo pacto impræba: Quin immò meritum esse, ac laudari & probari debere tale mutuum, & minimè usurarium putari, licitèque eorum pietatem & misericordiam populis prædicare, etiam cum in dulgentiis à Sede Apostolica, eam ob causam, concessis: & deinceps alios similes Montes cum Apostolicæ Sedis approbatione erigi posse. Multò tamen perfectius, multoque sanctius fore, si omnino tales Montes gratuite constituerent (hoc est) si illos erigentes, aliquos census assignarent, quibus, si non omni, saltem vel media ex parte hujusmodi Montium ministrorum solvantur impensæ: ut ad leviores æris solvendi portiones, medio loco, pauperes gravari contingat.

Omnes autem Religiosos, & Ecclesiasticas ac seculares personas, qui contra præsentis declarationis & sanctionis formam, de cætero prædicare, seu disputare verbo vel scriptis ausi fuerint, excommu-

nicationis lætæ sententiæ poenam incurere volumus, non obstantibus, &c.

In eadem Sessione edita est decretalis, super impressione librorum, sub hac forma:

Sacro approbante Concilio statuimus, & ordinamus, quòd de cætero nullus liberum aliquem, sive aliam quamcumque scripturam, tam in Urbe nostra, quàm in aliis civitatibus & diocæsis imprimere, seu imprimi facere præsumat, nisi priùs in urbe per Vicarium nostrum & sacri Palatii Magistrum, in aliis verò diocæsis, per Episcopum, vel alium ab Episcopo ad id deputandum, & Inquisitorem hæreticæ pravitatis illius diocæsis, in quibus librorum impressio ejusmodi fieret, diligenter examineur, & per horum manu proprià, sub scriptionem, gratis, & sine dilacione imponendam, approbetur. Qui autem secus præsumpserit, ultra librorum amissionem, & illorum publicam combustionem, excommunicationis sententià innodatus exitit.

In eadem Sessione statuitur, ut contra exemptos, Diocæsani & alii locorum Ordinarii procedere possint, quando ab illis, quibus per Apostolicam sedem mandata est illorum correctio, non corriguntur.

Ibidem definitur, ut singulæ causæ quomodolibet Ecclesiasticum forum concernentes, in prima instantia, extra Romanam Curiam, coram Ordinariis locorum terminentur: & nulli, ante definitivam sententiam, liceat appellare, nec appellatio admittatur, nisi ab interlocutoria.

sessio undecim, 19. Decembris 1516.

presidente Leone X.

In hac Sessione edita est decretalis super modo prædicandi verbum Dei, in qua, post alia multa, subjicitur: Sacro approbante Concilio statuimus, & ordinamus, ut nullus tam clericus secularis, quàm cujuscumque etiam mendicantium Ordinis regularis, aut quivis alius, ad quem

quem facultas prædicandi, tam de jure quam de consuetudine, vel privilegio, aut aliâs pertinet, ad hujusmodi officium exercendum admittatur, nisi prius per Superiorem suum diligenter examinatus (in qua re conscientiam ipsius Superioris oneramus) ac morum honestate, ætate, doctrinâ, probitate, prudentiâ, & vitæ exemplô ad illud aptus & idoneus reperiat. Et hic, quicumque postea prædicaturus accesserit, de hujusmodi examine & idoneitate sua, per litteras, seu aliâs, sui examinatoris approbatorisq;ue, Episcopis & aliis locorum Ordinariis fidem legitime faciat. Mandumque omnibus, qui per hoc, onus sustinent, quique in futurum sustinebunt, ut Evangelicam veritatem & sanctam Scripturam juxta declarationem & interpretationem Doctorum, quos Ecclesia vel usus diuturnus approbavit, legendosq;ue hæcenus recepit, & in posterum recipiet, prædicen. & explanent; nec quicumque eis (proprio sensu) contrarium vel dissonum adjiciant: sed illis semper insistant, quæ ab ipsius sacre Scripturæ verbis, ritè ac sanctè ex præfatorum Doctorum interpretationibus intellectis, non discordant. Tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel Antichristi adventum, aut certum diem judicii prædicare vel asserere nequaquam præsumant, cùm Veritas dicat, non esse nostrum nosse tempora vel momenta. æterùm, si quibusdam eorum, Dominus futura quædam in Dei Ecclesia, inspiratione quâpiam, revelaverit, ut per Amos Prophetam ipse promittit, & Paulus Apostolus inquit: *Prophetiam nolite spernere*, &c. hos, aliorum fabulorum & mendacum grægi connumerati, vel aliter impediri minime volumus.

Et quoniam res magni momenti est, eo quod non de facili credendum sit omni spiritui, sed sic probandum, spiritus an ex Deo proveniat; volumus, ut lege ordinatiâ tales assertæ inspirationes, antequam publicentur, aut populo prædicen-

tur, ex nunc, Apostolica Sedis examini reservatæ intelligantur. Quod si sine moræ periculo id fieri non valeret, aut urgens necessitas aliud suaderet, tunc, eodem ordine servatô, Ordinario loci notificetur, ut ille, adhibitis secum tribus aut quatuor doctis & gravibus viris, & hujusmodi negotiô cum eis diligenter examinatô, quando id expedire videbitur (super quo eorum conscientias oneramus) licentiam concedere possint. Si qui autem contra præmissorum aliquid, committere quicumque ausi fuerint, excommunicationis sententiam incurrant, à qua, non nisi à Romano Pontifice absolvantur.

Et, ut horum exemplo, à ii attentare similia minime audeant, eis prædicationis officium interdictum esse perpetuò, decernimus, non obstantibus quibuscumque privilegiis, &c.

In ead. Sessione, edita est decretalis, quæ disponebat circa religiosos & eorum privilegia.

Sessio 12. 16. Martii 1517. presidente Leone Papa X.

In hac Sessione, promata est decretalis cum censura excommunicationis majoris, contra invadentes domos Cardinalium, in nova electione Romanorum Pontificum.

Hæc Sessione absolutum est Concilium & confirmatum, & probata universa & singula, quæ definita sunt in Concilio per Leonem X.

Ambiguum tamen est, an censuræ latæ in hoc Concilio, sine usu receptæ, ut annotatur à Cardinali Cajetano in sua Summa, verbo: *Excommunicatio*, & à me etiam ambigitur. Pleraque eorum, usu, non observantur; quo solo poterant abtrahi.

Explicit Concilium Lateranense.

Temporibus Leonis X. suscitatus est novus Hæresarches in Germaniâ: Martinus Luther, qui primùm contra Indulgentias Pontificis & prædicavit & scripsit. Deinde, contra primum Ecclesiæ Romanæ; mox contra cœlibatum, & cæteros

hæc sunt
prohibita
prædicatio-
bus prædi-
catorum.

Act. 1.

Act. 1.
Theff. 1.

veros ritus veteris Ecclesiæ. Nec quievit, donec Germaniam replevit novitatibus & hæresibus. Hunc namque morem habent hæretici, quoties uno verbo pietatem contempserint, & à veritatis via aberraverint, in multos & varios errores labi. Uniformis enim res veritas, mendacium autem in varia distrahitur. Post hæc, ibidem anno 1525. concionator Ecclesiasticus, Thomas Monetarius dictus, palam docuit, restauratum se collapsum Ecclesiæ statum. Gloriaraturque, privatim sibi revelationes a Deo fieri, & ad evertendam tyrannidem impiorum, gladium Gedeonis sibi commissum esse. Eduxit turmatim cohortes vulgi: iussitque nobilium domos diripi, & monasteriorum bona compilari. Hic, primus author fuit phantasiæ illius erroris Anabaptistarum, qui etiam nunc passim turbas excitat in Germania.

Eodem anno 1525. Joannes Ocolampadius Basileæ, & Zuinglius primum omnium scriptis libelli, damnatum Berengarii errorem renovarunt, in participatione mensæ Dominicæ non distribui verum corpus & sanguinem Christi: tacti, anno superiori, idem hoc odiosum argumentum insanus homo Andreas Carolostadius jam antea proposuerat.

Et quoniam secta parit sectam, tota Germania divexatur à multitudine sectarum & hæresion.

120. ADRIANUS VI. Belga, Ultrajecto
171. natus, Doctor Theologus Lovanii, &
11. quondam Caroli V. Imperatoris Præceptor, ac ipso absente in Hispania Protex, operâ Maximiliani Imperatoris à Leone X. creatus Cardinalis, operâ Caroli V. eligitur Pontifex. Nomen proprium non mutavit. Aditum imperitis ad Beneficia interclusit. Facultatem dedit Regibus Hispaniarum nominandi Episcopos, & præsentandi. Canonizavit S. Antoninum, Ord. FF. Prædicatorum, Archiepiscopum Florentinum. Dumque reformationem

Cleri cogitat, moritur, ubi sedisset mentes 20. dies 6.

CLEMENS VII. Leonis X. Conforbrinus Adriano succedit. Cum Francisco Primo Galliarum Rege (quem exercitus Cæsarius ante Papiam cæciderat, & captivavit) post ejus reditum ex Hispania, uti & cum Venetis, & Longobardis contra Carolum V. fœdus inivit, à cujus exercitu, Ductore Carolo Borbonio, qui ad Imperatorem à Rege Francisco defecerat, Roma spoliata, & ipse Pontifex captus fuit, ignato, & invito Cæsare, quem postmodum, renovatâ amicitia, Bononiæ Imperatorem coronavit. A Clemente, Henricus VIII. qui in eum Pontificem, præ omnibus Christianæ Reipublicæ Principibus, animum gesserat constantiorem & fidiorem, & exinde non sine magna fiducia, facultatem repudiij postulavit legitimæ uxoris suæ, Catharinæ Austriacæ Matris Caroli V. idque diabolico instinctu Cardinalis Volsæi, qui isto armorum genere, se de Carolo V. ulcisci meditabatur: at verò à Clemente exauditus non est. Sedit annos 10. mens. 10. dies 7.

An D 1523.
Clem VIII.
Papa 220.

PAULUS III. sub eodem Cæsare electus. Hic, ad extinguendas hæreses suscitatas per Martinum Luterum in German. Conc. generale jamdiu multumque desideratum ab universis fidelibus, indixit. Et primò Mantuam, locum aptum assignavit. Deinde, aliquibus de causis, Vincientiam, tertio Tridentum. Nec tunc quicquam factum est. Quarto rursus Tridentum designavit locum anno 1545. & aspirante Christo inchoatum est tertiâ decimâ Decembris ejusdem anni, Legatis & Apostolicæ Sedis Vicariis præsentibus, Joanne Mariâ Cardinali Episcopo Prænestino, & Marcello presbytero Cardinali sanctæ Crucis, & Reginaldo Polo Anglo Diacono Cardinali.

A. D. 1534.
Paul. III.
Papa 221.

* Verum ea res, quid tandem exitus habitura sit, Deus novit. Faxit Christus, nondum

o Con-
Tri-
ino,
s tum-
sic in-
is sub-
itur.

quàm feliciter & ex voto univerſorum
fidelium inchoatum eſt, tam feliciter ab-
ſolvatur.

Fuerunt & alia multa celebrata Con-
cilia, quæ non potuimus videre, vel
quia non extant integra exemplaria, vel
quia ad manus noſtras nondum venerunt.
Horum, eſt unum Concilium Viennense,
ſub Clemente V. celebratum, cujus in-
tegra exemplaria non licuit videre. Al-
terum, eſt Lugdunense ſub Gregorio X.
quæ: mb. fuerunt generalia

Fuerunt & alia partim ſacra, partim
prophana, ut, apud Alverniam celebratum
eſt provinciale Concilium, cuius meminit
Gratian. 6. q. 2. *Quod autem.* Ibidem me-
minit Conc. Varenſis c. *Si tantum.* It m
& apud Aphreſum, de quo Gratian. 21.
q. 1. *Illud verò* Item Concilium apud
Hemeriam, de quo Gratian. d. ſumpſit
in multis locis decreta. Item Concilium
celebratum apud Faventiam. Item aliud
apud Alatum. Item aliud Concilium Hy-
ponenſe. Item Concilium Genuenſe. Item
Concilium Marienſe. Item Concilium
Mancenſe. Item Concilium Urbanenſe.
Ex quibus ſingulis deſumpſit decreta Gra-
tianus. Horum tamen exemplaria non
feruntur.

ncilium
ſirmio.

Sub Julio Papa I. partim ſacrum, par-
tim ſacrilegum in Sirmio celebratum eſt
Concilium, præcepto Conſtantini Imp.
in quo Epifcopi Orientales Ariani, dam-
naverunt Phorium, & Catholici de fide
ſua propoſitiones ediderunt, quas habes
ſuprà. Ad quem e- nventum invitus venit
Oſius Epifcopus Hiſpanus. Sed, cum eis
conſentire reſpueret, tormenta longævus,
plag. que percuſus eſt. Unde etiam ne-
ceſſitate vehementi definitionibus tunc
editis conſenſit, aut ſubſcripſit. Hæc So-
crates in hiſt. tripart. l. 5. c. 6. & 7. Sed
it pro fide poſt, cum Liberto Epifcopo Romano, &
licani Sy- alis Pontificibus, eſt pater Oſius in exi-
odæ.

lium actus, quia noluit impia decreta
Arianorum in Concil. Mediolanenſi, pro-
pria ſubſcriptione firmare, ut reſert
Theodoretus c. 16. ejuſdem hiſtoriz. Ad
hunc modum celebraverunt Ariani decem
Concilia, contententes firmare ſuam fi-
dem in Eccleſia, ut reſert Athanaſius in
Epiſtola ad Afroſ. Eorum unum, eſt illud
celebratum in Seleucia Iſauriz, 160.
Epifcoporum: de quo Socrates in hiſtor.
tripart. l. 5. c. 34. Cujus acta recenſet
Sozomenus in eodem lib. c. 35.

Dec
Con
lebr
Ari
Con
ſole

Sub Leone Papa I. juſſu Theodoſii
Junioris convocatum eſt Concilium ſecun-
dum Ephreſium prophanum, cui præſedit
Dioſcorus, qui Flavianum ſanctiſſimum
occidit, & Legatos Leonis Papæ con-
tempſit, epiſtolas Leonis Papæ nec legi
permiſit; ſed fidem Eutycheſis definiit, cui
& Sacerdotium reſtituit. Contra hunc
Diſcorum, anno 2. Martiani Imp. Chal-
cedone, ſancta facta eſt quarta Synodus,
quæ Dioſcorum & Eutycheſen & depoſuit,
& damnavit.

Sub Leone III. & Adriano II. cele-
brata eſt Synodus à Phorio, qui uſurpa-
verat ſedem Patriarchalem in templo
Apoſtolorum, & habet 17. Canones: &
alia, per eundem, in Æde Sapientiz, quæ
habet tres Canones: feruntur in Nomo-
cane Græco: ſed ambæ rejeçtæ &
damnatz ſunt per octavam Synodum in
Actione 7. & 8.

Item Concilium apud Compendium,
cujus meminit Gratian 6. q. 3. *Placuit;* &
33. q. 5. *Mulier ſi ſine;* & 33. q. 1. *Si quis
acceperit.*


Item 22. quæſt. 5. ex Concilio apud
S. Medardum, citatur decretum, quibus
temporibus jurare prohibeatur, c. *Decretis.*

Item Concilium apud Belvacum, ex
quo Gratian. de conſect. d. 4. *Si quis ve-
lerit.*

Conc
ſub Phi
coloni

F I N I S.

SUMMA



S U M M A
C O N C I L I I
T R I D E N T I N I .

SUB PAULO III. JULIO III. AC PIO IV.

Sessio prima anno 1545, 13. Decembris, presidentibus in ea, nomine Pauli Tertii Pontificis Max. Reverendo Ioanne Maria à Monte, Matthæo Cervino S. Crucis, Reginaldo Polo Anglo S. R. E. Cardinalibus, & Apostolica Sedis de latere Legatis.

IN ea tantum declaratum est, sanctam Synodum esse apertam & inchoatam, & post solemnes de more preces, indicta est secunda Sessio in diem certum.

Decretum secunde Sessionis 7. Ianuarii 1546.

Ortatur sacra Synodus omnes qui Tridenti sunt, ut à peccatis sceleribusque abstinentes, piis sanctisque operibus vacare incipiant, & orationibus Deum reddant propitium, publicè privatimque pacem Ecclesiæ orantes. Episcopis vero, ceterisque Sacerdotibus, qui ad Concilii celebritatem conveniunt, preces, laudes divinæ, sacrificia crebra, jejunia, & quæcumque pietatem excitant, opera commendantur: Sextis feriis omnibus, jejunia indicuntur toti populo. Quintis feriis, solemniter in Ecclesia Cathedrali Miss. de Spiritu sancto celebretur, cum Litanis & aliis orationibus, ad hoc institutis; in aliis vero Ecclesiis, eadem die, Canticum Litanæ & orationes dicantur.

Nec inter sacra, strepere aut confabulari liceat, sed, intentis animis, celebranti assistant.

Episcopos, quos oportet esse irreprehensibiles, sobrios, castos, domui suæ benè præpositos, hortatur servare sobrietatem, moderationemque ciborum in in mensa, cui divinarum Scripturarum lectio admisceatur, & suos quisque familiares instruat & erudiat, ut omnium vitutum ornamentis conspicui appareant, sicut decet ministros ministrorum Dei.

Ad hæc, cum huius sacrosancti Concilii præcipuus hic sit scopus, ut dissectis hæresum tenebris (quæ tam diu terram operuerunt) Catholicæ veritatis lux effulgeat, eaque quæ reformatione indigent, reformentur: Sancta Synodus, omnes, qui huic venerunt venturique sunt, præsertim sacrarum litterarum petros,

Ggg 2 ritos,

ritos, hortatur, ut sedulo secum cogitent, quibus potissimum viis, hæc Synodi vota, optatum effectum fortitè possint. In sententiis verò dicendis, immodestis vocibus perstrere, aut tumultibus interturbare nemini licebit. Nullus hinc falsis, vanis, aut obstinatis disceptationibus contendet. Quæ dicentur, mitissimâ verborum prolatione temperabuntur, ut nec audientes offendantur, nec recti iudicii acies perturbatò animò inflectantur.

Statuit tandem, ne cui præjudicium generetur, nève alicui novum jus acquiratur, si fortè quispiam, aut in debito loco non sederit, aut sententiam dixerit, (etiam sub verbo placet) aut interfuerit, aut aliquem actum, durante hoc Concilio, fecerit.

Tertie Sessionis primum decretum

4. Febr. 1546.

Adhortatur sancta Synodus in primis universos, ut confortentur in Domino, & in potentia virtutis ejus, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possint omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam spei salutis, cum gladio spiritus, quod est Verbum Dei præmittendam igitur decernit confessionem fidei, quod scutum, Patres, in exordiis sacratiorum Conciliorum, contra hæreses opponere consueverunt: hoc, sæpè infideles ad fidem traxerunt, hæreticos expugnaverunt, & fideles confirmaverunt. Quare Symbolum fidei, quò sancta Ecclesia Romana utitur, tanquam principium, in quo omnes, qui fidem Christi profitentur, necessariò conveniunt, & fundamentum firmum & unicum, contra quod portæ inferi nunquam prævalebunt, totidem verbis, quibus in omnibus Ecclesiis legitur, exprimendum esse censuit: quod ejusmodi est: *Credo in unum Deum* & ut in missali est.

Decretum quarta Sessionis, 5. Aprilis 1546. De Canonicis scripturis.

Cupit sancta Synodus, ut extirpatis erroribus, puritas Evangelii in Ecclesia

conservetur, quod per Prophetas missum, Jesus Christus Dei Filius, propriò ore primùm promulgavit, deinde per Apostolos prædicari iussit. Et cùm hæc veritas & disciplina, libris scriptis, & traditionibus sine scripto, contineatur, quæ traditiones ex ipsius Christi ore, ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditæ, ad nos usque pervenerunt, Orthodoxorum Patrum exempla secuta, omnes libros tam veteris, quam novi Testamenti, (cùm utriusque unus Deus sit auctor) nec non traditones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tam quàm vel ore tenus à Christo, vel à Spiritu sancto dictatas, & continuâ successione in Ecclesia Catholica servatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipi ac veneratur. Sactorum verò librorum indicem, huic decreto ascribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, quibus ab ipsa Synodo suscipiantur. Sunt verò, infra scripti: Testamenti veteris, quatuor libri Moysi, scilicet, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium: deinde Josue, Judicum, Ruth, quatuor Regum, Paralipomenon duo, Esdræ duo, primus scilicet & secundus qui dicitur Nehemias: Tobias, Judith, Esther, Job, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolæ Salomonis, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Hieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel: duodecim Prophetarum minores, scilicet Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Micheas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias: Duo Machabæorum, primus scilicet & secundus. Testamenti novi, quatuor Evangelia, scilicet secundum Mattheum, Marcum, Lucam & Joannem: Acta Apostolorum, à Luca Evangelista conscripta: quatuordecim Epistolæ B. Pauli Apostoli, scilicet ad Romanos, ad Corinthios duas, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses,

ad Theſſalonicenſes dux, ad Timotheum dux, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos: Petri Apoſtoli dux: Joannis Apoſtoli tres: Jacobi Apoſtoli una: una Judæ Apoſt. Apocalypſis Joannis Apoſt.

Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro Sacris & Canonice non uſeperit, & Traditiones prædictas, ſciens & prudens, contempſerit, anathema ſit. Omnes itaque intelligant, quo ordine & viâ ipſa Synodus, poſt jactum fidei confeſſionis fundamentum, ſit progreſſura, & quibus potiſſimum teſtimoniis ac præſidiis, in confirmandis dogmatibus, & inſtaurandis in Eccleſia moribus, ſit uſura.

Decretum de editione & uſu factorum librorum.

Statuit & declarat ſancta Synodus, ut hæc vetus & vulgata editio, quæ longo tot ſeculorum uſu, in Eccleſia ipſa probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, aut expoſitionibus, pro authentica habeatur: ut eam nemo rejicere quôvis prætextu audeat vel præſumat.

Præterea, ad coercenda petulantia ingenia, decevit, ut nemo ſuæ prudentiæ inſixus, in rebus fidei & morum ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, ſacram Scripturam ad ſuos ſenſus contorqueat: aut contra eum ſenſum, quem tenuit & tenet ſancta Mater Eccleſia (cujus eſt judicare de vero ſenſu & interpretatione ſanctæ ſcripturæ) aut etiam contra unanimum conſenſum Patrum, ipſam Scripturam ſacram interpretari audeat: etiamſi hujusmodi interpretationes nullo unquam tempore, in lucem edendæ forent. Qui contravererint, per Ordinarios declarentur, & poenis à Jure ſtatutis puniantur.

Impreſſoribus modum imponens, ſtatuit, ut poſt hæc, ſacra Scriptura, potiſſimum verò hæc ipſa vetus & vulgata edi-

tio, quàm emendatiſſimè imprimatur. Nullique liceat inprimere vel imprimi facere quosvis libros de rebus ſacris, ſine nomine auctoris: nec vendere, nec apud ſe retinere, niſi primùm examinati probatique fuerint ab Ordinario, ſub poena anathematis, & poenæ ſtatutæ in Lateranenſi noviffimo Concilio. Et, ſi fuerint regulares, ultra examinationem & probationem hujusmodi, impetrent à ſuis Superioribus licentiam, recognitis per eos libris, juxta formam iſtatum ordinationum; & qui libros non examinatos & probatos evulgant vel communicant, eiſdem poenis ſubjaceant, quibus impreſſores: & qui eos hæuerint vel legerint, niſi auctorem prodiderint, pro auctore habentur. Ipſa ve:ò hujusmodi librorum probatio, in ſcriptis datur, acque idcò in fronte libri vel ſcripti, vel impreſſi, authenticè appareat. Idque totum, hoc eſt, & probatio & examen, gratis fiat, ut probanda probentur, & improbanda reprobentur.

Poſt hæc, remeritatem illam reprimere volens, quâ ad profana quæque convertuntur & torquentur verba & ſententiæ ſacræ Scripturæ, ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, impias & diabolicas incantationes, divinationes, ſortes, libellos etiam famoſos; mandat & præcipit, ad tollendam hujusmodi irreverentiam & contemptum, ne de cætero quiſquam quomodolibet verba ſacræ Scripturæ ad hæc, & ſimilia audeat uſurpare, & ut omnes ejus generis corruptores, temeratores, & violatores verbi Dei, Juris, & arbitrii poenis per Epifcopos coercantur.

Primum decretum quintæ ſeſſionis.

17. Junii 1546.

Sacroſancta Tridentina Synodus, ſacrarum litterarum. Sanctorum Patrum, ac probatiſſimorum Conciliorum teſtimonia, & ipſius Eccleſiæ judicium & conſenſum ſecuta, hæc de peccato originali ſtatuit, fatetur, & declarat.

Si quis Adam primum hominem, non confiteretur, cum mandatum Dei in Paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem, & iustitiam, in qua positus erat, amisisse, incurtilleque per offensam prævaricationis huiusmodi, iram & indignationem Dei, atque ideò mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captivitatem sub ejus potestate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc est, diaboli, totumque Adam, per illam prævaricationis offensam, secundum corpus, & animam in deterius commutatam fuisse, anathema sit.

2. Si quis Adæ prævaricationem sibi soli, & non ejus propagini, asserit nocuisse: acceptam à Deo sanctitatem & iustitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis, eum perdidisse: aut inquitatum illum, per inobedientiam peccatum, mortem & pœnas corporis tantum, in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animæ, Anathema sit cum contradicat Apostolo dicenti, *Per unum hominem peccatum intravit in mundum. & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.*

3. Si quis hoc Adæ peccatum, quod origiue unum est, & propagatione non imitatione transfusum in omnibus inest unicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium asserit tolli, quam per meritum unius mediatoris Christi Jesu Domini nostri, qui nos Deo reconciliavit in sanguine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio: aut negat ipsum Jesu Christi meritum, per Baptismi Sacramentum in forma Ecclésiæ ritè collatum, tam adultis, quam parvulis applicari, Anathema sit: quia *Non est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.* Unde ista vox, *Ecce agnus Dei, Ecce qui tollis peccata mundi.* Et illa, *Quicumque baptizati estis, Christum induistis.*

4. Si quis parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti: aut dicat, in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacrò necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam; unde sit consequens, ut in eis, forma baptismatis, in remissionem peccatorum, non vera, sed falsa intelligatur: anathema sit: quoniam non aliter intelligendum est id quod dixit Apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum. & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt:* nisi quemadmodum Ecclésiæ Catholica, ubique diffusa, semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, ex traditione Apostolorum, etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideò in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. *Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.*

5. Si quis per Jesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in baptismo confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit, non tolli totum id, quod veram & propriam rationem peccati habet, sed illud dicit tantum radi, aut non imputari: anathema sit. In renatis enim nihil odit Deus: quia nihil est damnationis iis, qui verè consepulti sunt cum Christo per Baptisma in mortem, qui non secundum carnem adhibent, sed veterem hominem exuentes, & novum induentes, qui secundum Deum creatus est, innocentes, immaculati, puri, innocii, ac Deo dilecti, effecti sunt hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cœli remoretur. Manere utem in baptizatis corruptionem, v. l. frivilitatem, hæc sancta Synodus fatetur ac sentit:

ma. 5.

Rot. 4

ma. 1.

lat. B.

rit: quæ quidem, cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, & viriliter per Jesu Christi gratiam repugnantibus, non valet: quinimo, qui legitime certaverint, coronabuntur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta Synodus declarat, Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod verè & propriè in re nata peccatum sit, sed, quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit.

Declarat tamen hæc ipsa sancta Synodus, non esse suæ intentionis, comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem, sed observandas esse constitutiones felicitis recordationis Sixti Papæ quarti, sub penis in ejus constitutionibus contentis, quas innovat.

Eiusdem Quintæ sessionis decretum de reformatione. Cap. 1.

Constitutionibus summorum Pontificum, & Conciliorum probatorum inherens sancta Synodus, & illis adiciens, statuit, ut Episcopi, & alii locorum Ordinarii compellant eos, qui in Ecclesiis habent præbendam, seu præstimonium, seu stipendium lectoribus sacræ Theologiæ deputatum, ad ipsius sacræ Scripturæ expositionem, si idonei ipsi sint, per seipso, alioqui per idoneum substitutum (qui ab ipsis Episcopis vel Ordinariis eligatur) etiam per subtractionem fructuum; ac deinceps, hujusmodi præbendæ vel stipendia eis conferantur, qui id minus præstare per se possint: & aliter facta provisio nullius momenti sit.

Si hujusmodi emolumenta non sint deputata in Ecclesiis Metropolitanis, & aliis insignium oppidorum, præbenda primò vacatura, ipso facto ad hunc usum perpetuò deputata intelligatur. Ubi verò præbenda aut non sit, aut parùm sufficiens sit, Episcopus, tunc simplicis beneficii

fructus applicet, vel aliâ ratione stipendium ita provideat de Capituli concilio, ut hæc sacræ Scripturæ lectio habeatur: ita tamen, ut aliæ quæcumque lectiones antea institutz, non prætermittantur.

Quæ autem Ecclesiæ, tenues habent proventus, quæque Clero ac populo tam sunt exiguo, ut Theologiæ lectionem tollere commodè non possint, habeant saltem Magistrum, qui Grammaticam pauperes gratis doceat, ut deinceps ad studia sacra transire sit facile: & huic Magistro, dum docendi munus exercuerit, Episcopus, unde vivat, beneficium aut salarium assignabit.

In Monasteriis etiam Monachorum (ubi id commodè possit fieri) eadem sacræ Scripturæ lectio assignetur, compellantque ad eam rem Episcopi Abbates, si fuerint ipsi negligentes. Haec etiam lectionem Scripturæ sacræ habeant Conventus aliorum regularium: quam Capitula ipsorum dignioribus Magistris commendabunt. In Gymnasiis publicis, in quibus instituta non est, erigatur: & si jam instituta negligitur, restituarur. Et statuit sancta Synodus, neminem ad hanc sacræ Scripturæ interpretationem publicè vel privatim proficendam admittendum, qui non fuerit ab Episcopo loci examinatus, ut in moribus atque doctrina approbatus: quod tamen de lectoribus in claustris Monachorum, non intelligatur: Tam verò publicè in scholis docentes sacram Scripturam, quam auditores eorum, privilegiis omnibus de perceptione beneficiorum in absentia, à jure concessis, plenè gaudeant.

Cap. 2.

Statuit sancta Synodus, omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & alios Ecclesiarum Prælatos teneri per seipso ad prædicandum sanctum Jesu Christi Evangelium, si impediti legitime non sint, (hoc etiam præcipuum Episcoporum munus est;) quod si ipsi legitimo detineantur impedimento, viros idoneos ad

id excercendum assumant, juxta formam generalis Concilii, & qui hoc adimplere contempserit, districtæ suojaceat ultioni.

Archipresbyteri quoque, & omnes curam habentes animarum, per se, vel per alios (si ipsi non possint) idoneos, diebus saltem dominicis, & festis solemnibus, plebes sibi commissas pascant salutaribus verbis, pro sua, & earum capacitate: doceant ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciant cum brevitate & facilitate sermonis, vitia quæ vitare, virtutes quas sectari oporteat, ut poenam æternam evadere, & cælestem gloriam consequi valeant. Quod si facere negligant (licet se exemptos, aut Ecclesias exemptas, aut annexas monasteriis habere causentur) Episcopus, in cujus diocesi sunt, eos moneat, & post trium mensium spatium, si muneri suo etiam tunc defuerint, cogat eos per censuras, aut alia ratione, quæ Episcopo expediens videatur, donec ipsi resipiscant. Quod si sint Ecclesiæ parochiales monasteriis subjectæ extra totam Episcopi diocesim, & Prælati in prædictis negligentes fuerint, à Metropolitanis, in quorum Provinciis sunt, compellantur, neque executionem impediatur exemptio aut appellatio, &c.

Regulares verò cujuscumque Ordinis, nisi à suis Superioribus de vita, moribus & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesiis suorum Ordinum, prædicare non possint: cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant.

In Ecclesiis verò, quæ suorum Ordinum non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesiis non suorum Ordinum, nullò modò prædicare possint. Ipsam autem licentiam gratis Episcopi concedant.

Si verò (quòd abfit) prædicator errores aut scandala disseminaverit in populum, (etiam si in monasterio, sui vel alterius Ordinis prædicet) Episcopus ei prædicationem interdicit. Quod si hereses prædicaverit, contra eum, secundum juris dispositionem aut loci consuetudinem procedat, etiam si prædicator ipse generali vel speciali privilegio exemptum se esse prætenderet. Quo casu, Episcopus auctoritate Apostolica, & tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, procedat. Curent autem Episcopi, ne quis prædicator vel ex falsis informationibus, vel aliis calumniosis vexetur, ne justam de eis conquerendi occasionem habeat.

Caveant præterea Episcopi, ne aliquem eorum, qui, cum sint nomine regulares, extra claustra tamen & obedientiam religionum suarum vivunt, vel Presbyterorum secularium, nisi ipsi noverint, & moribus atque doctrina probati, etiam privilegiorum quorumlibet per textu, in sua civitate, vel diocesi prædicare permittant, donec ab ipsis Episcopis super ea re, dicta Sedes Apostolica consulatur: à qua privilegia hujusmodi, nisi tacita veritate, & expressò mendacò, ab indignis extorqueri verisimile non est.

Quæstiones verò eleëmofynarum, qui etiam quæstuarum vulgò dicuntur, cujuscumque conditionis existant nullò modò, nec per se, nec per alium prædicare præsumant; & contra facientes, ab Episcopis & Ordinariis locorum, privilegii quibuscumque non obstantibus, opportunis remediis omnino arceantur.

Sexta Sessionis decretum de Justificatione Die 13. Januarii. 1547.

Cum hoc tempore, non sine multarum animarum iactura, & gravi Ecclesiæ unitatis detrimento, fallæ quædam disseminatæ sint de Justificatione opiniones, sacrosancta Synodus exponere intendit veram de ea doctrinam, quam Christus docuit,

docuit, Apostoli tradiderunt, & Catholica Ecclesia Spiritu sancto suggerente, perpetuò retinuit: districtiùs inhibet, ne audeat quisquam aliter credere aut docere, quàm præsentì decreto statuitur, & declaratur.

Cap. 1. De natura & legis imbecillitate ad justificandos homines.

Primum, ad Justificationis doctrinam probè & sincerè intelligendam, oportet, ut unusquisque agnoscat & fateatur, omnes homines, perdità in prævaricatione Adæ innocentia, factos immundos, & naturà filios iræ, usque aded servos fuisse peccati, & sub potestate diaboli ac mortis, ut non modò gentes per vim naturæ, sed ne Judæi quidem per ipsam etiam literam legis Moysi, inde liberati aut surgere possent, ramet si eis liberum arbitrium minimè extinctum esset, viribus licet attenuatum idè inclinatum.

Cap. 2. De dispensatione, & mysterio adventus Christi.

Quò factum est, ut cœlestis pater, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, Christum Jesum Filium suum, & ante legem, & legis tempore, multis sanctis Patribus declaratum ac promissum, cum venit beata illa plenitudo temporis, ad homines miserit, ut & Judæos, qui sub lege erant, redimeret, & gentes, quæ non sectabuntur Justitiam, Justitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc proposuit Deus propitiorem per fidem in sanguine ipsius, pro peccatis nostris: non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi.

Cap. 3. Quis per Christum justificantur.

Verum, et si ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt, sed ii dumtaxat, quibus meritum passionis ejus communiatur. Nam sicut reverà homines, nisi ex semine Adæ Propagati nascerentur, non nascerentur injusti, cum eà Propagatione, per ipsum dum concipiuntur, pro-

priam iniustitiam contrahant: ita, nisi in Christo renascerentur, nunquam justificarentur: cum eà renascentià, per meritum passionis ejus, gratia, quâ justifunt, illis attribuat. Pro hoc beneficio Apostolus gratias nos semper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, transtulitque in regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum.

Cap. 4. Insinuaturs descriptio justificationis impii, & modus eius in statu gratie.

Quibus verbis justificationis impii descriptio insinuaturs, ut sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ & adoptionis filiorum Dei, per secundum Adam Jesum Christum Salvatorem nostrum. Quæ quidem translatio, post Evangelium promulgatum, sine lavacro regenerationis, aut ejus voto fieri non potest, sicut scriptum est: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.*

Gal. 4. Tit. 3.

Joan. 3.

Cap. 5. De necessitate preparationis ad Justificationem in adultis, & unde sit?

Declarat præterea, ipsius justificationis exordium in adultis à Dei per Christum Jesum præveniente gratia sumendum esse, hoc est, ab ejus vocatione, quâ, nullis eorum existentibus meritis, vocantur, ut qui per peccata à Deo aversi erant, per ejus excitantem atque adjuvantem gratiam, ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem, eidem gratiæ liberè assentiendo & cooperando, disponantur, ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens (quippe qui illam & abjicere potest), n. que tamen, sine gratia Dei, movere se ad Justitiam eorum illo liberà sua voluntate

facit 1.
oñi 2
hinc 5.

possit. Unde in sacris litteris eum dicitur, *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*, libertatis nostræ admonemur: Cùm respondemus, *Converte nos Domine ad te, & convertemur*, Dei nos gratiâ præventi conficemur.

Cap. 6. Modus preparationis.

Disponuntur autem ad ipsam justiciam, dum excitati divini gratia & adjuti, fidem ex auditu concipientes, liberè moventur in Deum, credentes vera esse, quæ divinitus revelata & promissa sunt, atque illud in primis, à Deo justificari impium per gratiam ejus, per redemptionem quæ est in Christo Jesu: & tamen peccatores se esse intelligentes, à divini justitiæ timore, quò utiliter concutuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes, Deum sibi propter Christum propitium fore, illumque tanquam omnis justitiæ fontem, diligere incipiunt, ac præterea moventur adversus peccata per odium aliquod & detestationem, hoc est, per eam penitentiam, quam ante baptismum agi oportet. Denique proponunt suscipere baptismum, inchoare novam vitam, & servare divina mandata. De hac dispositione scriptum est, *Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quòd inquirentibus se remunerator sit*. Et, *Confide filii, remittuntur tibi peccata tua*. Et, *timor domini expellit peccatum*. Et, *Penitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti*. Et, *Enites ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis*. Denique, *Præparate corda vestra Domino*.

Cap. 7. Quid sit iustificatio impii, & que eius causa.

Hanc dispositionem seu præparationem, iustificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed &

sanctificatio, & renovatio interioris hominis, per voluntariam susceptionem gratiæ & donorum, unde homo ex injusto fit justus, & ex inimico amicus, ut sit hæres secundum spem vitæ æternæ. Hujus iustificationis causæ sunt, finalis quidem, gloria Dei & Christi, ac viæ æterna: Efficiens verò, misericors Deus, qui gratuito abluit & sanctificat, signans & ungens Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ: Meritoria autem, dilectissimus unigenitus suus, dominus noster Jesus Christus, quodam esse mus inimici, propter nimiam charitatem, quâ dilexit nos, suâ sanctissimâ passione in ligno Crucis nobis iustificationem meruit, & pro nobis Deo Patri satisfecit Instrumentalis item, Sacramentum fidei, sine qua nulli unquam iustificatio contigit. Demùm, unica formalis causa est, justitia Dei, non quâ ipse justus est, sed quâ nos justos facit, quâ videlicet ab eo donantur, renovamus spiritu mentis nostræ, & non modò reputamur, sed verè justii nominamur & sumus, justitiam in nobis recipientes, unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus sanctus paritit singulis, prout vult, & secundum propriam ejusque dispositionem & cooperationem. Quamquam enim nemo possit esse justus, nisi cui merita passionis Domini nostri Jesu Christi communicantur, id tamen in hac impii iustificatione fit, dum ejusdem sanctissimæ passionis meritò, per Spiritum sanctum, charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui iustificuntur, atque ipsi inhæret: unde in ipsa iustificatione, cum remissione peccatorum hæc omnia simul insula accipit homo per Jesum Christum, cui inseritur per fidem, spes & charitatem. Nam fides, nisi ad eam spes accedat & charitas, neque unitè perfectè cum Christo, neque corporis ejus vivum membrum efficit. Quâ ratione verissimè dicitur, fidem sine operibus mortuam & otiosam esse; & in Christo Jesu

Jesu neque circumcisionem aliquid valere, neque præputium, sed fidem, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem, ante Baptismi Sacramentum, ex Apostolorum traditione, catechumeni ab Ecclesia petunt, cum petunt fidem, vitam æternam præstantem, quam, sine spe & charitate, fides præstare non potest. Unde & statim Verbum Christi audiunt: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Itaque veram & Christianam justitiam accipientes, eam, seu primam stolam, pro illa, quam Adam suâ inobedientiâ sibi & nobis perdidit, per Christum Jesum illis donatam, candidam & inmaculatam jubentur statim tenari conservare, ut eam perferant ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, & habeant vitam æternam.

Cap. 8. Quomodo intelligitur, impium per fidem, & gratis justificari.

Cum verò Apostolus dicit, justificari hominem per fidem, & gratis, ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem per petuus Ecclesiæ Catholicæ consensus tenuit & expressit, ut scilicet per fidem idèò justificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum & radix omnis justificationis, sine qua, impossibile est placere Deo, & ad filiorum ejus consortium pervenire: gratis autem justificari idèò dicamur, quia nihil eorum, quæ justificationem præcedunt, sive fides, sive opera, ipsam justificationis gratiam promeretur. Si enim gratia est, jam non ex operibus: alioquin, ut idem Apostolus, inquit: *gratia iam non est gratia.*

Cap. 9. Contra inanem hæreticorum fiduciam.

Quamvis autem necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa fuisse unquam peccata, nisi gratis divinâ misericordiâ propter Christum: nemini tamen fiduciam & certitudinem remissionis peccatorum suorum jactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti, vel di-

missa esse dicendum est; cum apud hæreticos & schismaticos possit esse, inò nostrâ tempestate sit, & magnâ contra Ecclesiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est, oportere eos, qui verè justificati sunt, absque ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere, se esse justificatos, neminemque à peccatis absolvi ac justificari, nisi eum, qui certò credat, se absolutum & justificatum esse, atque hæc solâ fide absolutionem & justificationem perfici: quasi, qui hoc non credit, de Dei promissis, deque mortis & resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordiâ, de Christi merito, deque Sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet: sic quilibet, dum seipsum, suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare ac timere potest; cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

Cap. 14. De accepta justificationis incremento.

Sic ergo justificati, amici Dei ac domestici facti, euntes de virtute in virtutem, renovantur, ut Apostolus inquit, de die in diem, hoc est, mortificando membra carnis suæ, & exhibendo ea arma justitiæ in sanctificationem, per observationem mandatorum Dei & Ecclesiæ, in ipsa justitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide, bonis operibus crescunt, asque magis justificantur, sicut scriptum est: *Quis justus est, usque ad mortem justificari.* Et iterum: *Ne vereamur usque ad mortem justificari.* Et rursus: *Videbis quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantum.* Hæc vero de justitiæ incrementum per sanctam Ecclesiam cum oratur: *Da nobis Domine fidei, spei, & charitatis augmentum.*

Apoe ult. Ecclii 18. Jacobi. 2.

Dominica 11. post Pentecost.

Cap. II. De observatione mandatorum, deq; illius necessitate, & p. sibiilitate.

Nemo autem, quantumvis iustificatus, libetum se esse ab observatione mandatorum putare debet; nemo, temerariâ illâ, & à Patribus sub Anachemate prohibita voce uti, Dei præcepta, homini iustificato, ad observandum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adjuvat ut possis. Cujus mandata gravia non sunt, cujus jugum suave est, & onus leve. Qui enim sunt Filii Dei, Christum diligunt: qui autem diligunt eum, ut ipsemet testatur, servant sermones ejus: quod uti que cum divino auxilio præstare possunt. Licet enim in hac mortali vita, quantumvis sancti & iusti, in levia saltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur, peccata, quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti. Nam iustorum illa vox est & humilis & verax: *Dimitte nobis debita nostra.* Quò sit, ut iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via iustitiæ sentire debeant, quò liberati jam à peccato, servi autem facti Deo, sobriè, justè & piè viventes, proficere possunt per Christum Jesum, per quem accessum habuerunt in gratiam istam. Deus namque suâ gratiâ semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius defertatur. Itaque, nemo sibi in sola fide blandiri debet putans fide solâ se hæredem esse constitutum, hæreditatemque consecuturum, etiamsi Christo non compatiatur, ut & conglorificetur. Nam & Christus ipse, ut inquit Apostolus, cum esset Filius Dei, *Didicis ex his que passus est, obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ.* Propterea Apostolus ipse monet iustificatos, dicens: *Nescitis, quod si qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit præmium? Sic currite, ut comprehendatis.*

Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi ærem verberans: sed castigo corpus meum, & in servitatem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar. Item, Princeps Apostolorum Petrus: *Satagite, inquit, ut per bona opera, certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non perstabitis aliquando.* Undè constat, eos orthodoxæ religionis doctrinæ adversari, qui dicunt, iustum in omni bono opere saltem venialiter peccare: aut quod est intolerabilius, pœnas æternas mereri atque etiam eos, qui statuunt, in omnibus operibus iustos peccare, si in illis suam ipsorum locordiam excirando, & sese in stadio ad currendum cohortando, cum hoc, ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam, cum scriptum sit: *Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas, propter retributionem: & de Moyse dicat Apostolus, quod respiciebat in remunerationem.*

Cap. 12. Predestinationis temerariam presumptionem cavendam esse.

Nemo quoque, quamdiu in hac mortalitate vivitur, de arcano divinæ predestinationis mysterio usque ad eò presumere debet, ut certò statuat, se omnium esse in numero predestinatorum: quasi verum esset, quod iustificatus, aut amplius peccare non possit, aut si peccaverit, certam sibi respicientiam promittere debeat. Nam nisi ex speciali revelatione sciri non potest, quos Deus sibi elegerit.

Cap. 13. De perseverantia munere.

Similiter de perseverantiæ munere, de quo scriptum est, *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus eris:* quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est, cum, qui stat, statuere, ut perseveranter stet, & eum qui cadit, restituere, nemo sibi certi aliquid absolutâ certitudine pollicetur: tametsi in Dei auxilio summam spem collo-

atib. 6.

hilip. 2.

Cor. 9.

collocare & reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cœpit opus bonum, ita perficit, operans velle & perficere: verumtamen qui se existimant stare, videant ne cadant, & cum timore ac tremore salutem suam operentur, in Laboribus, in vigiliis, in eleemosinis, in orationibus & oblationibus, in jejuniis, in castitate. Formidate enim debent (scientes quod in spem gloriæ, & nondum in gloria renati sunt) de pugna, quæ superest cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratiâ; Apostolo obtemperent dicenti: *Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificationis, vivitis.*

Cap. 14. De lapsis, & eorum reparatione.

Qui verò ab accepta justificationis gratiâ per peccatum exciderunt, rursus justificari poterunt, cum, exciante Deo, per Pœnitentiæ Sacramentum, merito Christi, amissam gratiam recuperare procuraverint. Hic enim justificationis modus, est lapsi reparatio, quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam S. Patres aptè nuncuparunt. Etenim pro his, qui post baptismum in peccata labuntur, Christus Jesus Sacramentum instituit pœnitentiæ, cum dixit, *Accipite Spiritum S. quorum remisistis peccata, remittantur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Unde dicendum est, Christiani hominis pœnitentiâ post lapsum, multò aliam esse à baptismali, eamque continere non modò cessationem à peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritum, & humiliatum: verum etiam eorundem sacramentalem confessionem, saltè in voto, & sub tempore faciendam, & Sacerdotalem absolutionem; itemque satisfactionem per jejuniâ, eleemosynas, orationes, & alia pia

spiritualis vitæ exercitia: non quidem pro pœna æterna, quæ vel Sacramentò, vel Sacramenti votò unâ cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali, quæ, ut Sacræ litteræ docent, non tota semper, ut in baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei, quam acceperunt, ingrati, Spiritum S. contristaverunt, & templum Dei violare non sunt veriti. De qua pœnitentiâ scriptum est: *Memor esto unde excideris, & age pœnitentiâ, & prima opera fac.* Et iterum: *Qua secundum Deum tristitia est, pœnitentiâ insalutem stabilem operatur:* Et rursus, *Pœnitentiâ agit: Et, Facite fructum dignum pœnitentiæ.*

Cap. 15. Quolibet peccato mortali amitti gratiam, sed non fidem.

Adversus etiam hominum quorundam callida ingenia, qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium, asserendum est, non modò infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur, sed etiam quòcumque alio mortali peccatò, quamvis non amittatur fides, acceptam justificationis gratiam amitti, divinæ legis doctrinam defendendo, quæ à regno Dei non solum infideles excludit, sed & fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, maledicos, rapaces, ceterosque omnes, qui lethalia committunt peccata: à quibus cum divinæ gratiæ adjumento abstinere possunt, & pro quibus à gratiâ Christi separantur.

Cap. 16. De fructu justificationis, hoc est, de merito bonorum operum, de quibus ipsius meritorum.

Hac igitur ratione justificatis hominibus, sive acceptam gratiam perpetuò conservaverint, sive amissam recuperaverint, proponenda sunt Apostoli verba, *Abundantes in omni opere bono, scientes quod labor vester non est inanis in Domino. Non enim iniquus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in me.*

Apoc. 2.

2. Cor. 7.

Matth. 21 & 4.

1. Cor. 15

Hebr. 64

in nomine ipsius. Et, *Nolite amittere confidentiam vestram, que magnam habet remunerationem.* Atque ideò bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus, proponenda est vita æterna, & tanquàm gratia Filiis Dei per Christum Jesum misericorditer promissa, & tanquàm merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda. Hæc est enim illa corona justitiæ, quam post suum certamen & cursum, repositam sibi esse, aiebat Apostolus, à justo Judice sibi reddendam, & non solum sibi, sed & omnibus, qui diligunt adventum ejus. Cùm enim ille ipse Christus Jesus tanquàm caput in membra, & tanquàm vitis in palmites, in ipsos justificatis jugiter virtutem infundat, quæ virtus, bona eorum opera, semper antecedit, comitatur & sussequitur, & sine qua, nullò pacto, Deo grata & meritoria esse possent, nihil ipsis justificatis amplius deesse credendum est, quò minus plene illis quidem operibus, quæ in Deo facta sunt, divinæ legi pro hujus vitæ statu satisfecisse, & vitam æternam suò etiam tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam, verè promeruisse censentur, cum Christus Salvator noster dicat: *Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Itaque, neque propria hostra justitia, tanquàm ex nobis propria, statuitur, neque ignoratur aut repudiatur justitia Dei. Quæ enim justitia nostra dicitur, quia per eam nobis in hærentem justificamur, illa eadem Dei est, quia à Deo nobis infunditur per Christi meritum.

Neque verò illud emittendum est, quod licet bonis operibus in sacris litteris usque ad eò tribuatur, ut etiam, qui uni ex minimis sit, potum aquæ frigidæ dederit, promittat Christus, eum non esse sua mercede cariturum: & Apostolus testetur, *Id quod in presenti est momentaneum & levissimum nostræ, su-*

pra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operari in nobis, absit tamen, ut Christianus homo in seipso vel confidat vel gloriatur, & non in Domino, cujus tanta est erga omnes homines bonitas, ut eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Et quia in multis offendimus omnes, unusquisque sicut misericordiam & bonitatem, ita severitatem, & judicium ante oculos habere debet: neque seipsum aliquis, etiamsi nihil sibi conscius fuerit, judicare: quoniam omnia hominum vita, non humano judicio examinanda & judicanda est, sed Dei, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tuus law erit unicuique à Deo, quæ, ut scriptum est, reddet unicuique secundum opera sua.

Post hæc Catholicam de justificatione doctrinam, quam nisi quisque fideliter firmiterque receperit, justificari non poterit, placuit sanctæ Synodo hoc canone subjungete, ut omnes sciant, non solum quid tenere & sequi, sed etiam quid vitare & fugere debeant.

CANONES.

1. **S**I quis dixerit, hominem suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiant, absque divina per Christum Jesum gratia, posse justificari coram Deo: Anathema sit.

2. Si quis dixerit, ad hoc solum divinam gratiam per Christum Jesum dari, ut facilis homo justè vivere, ac vitam æternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium, sine gratia, utrumque, sed ægrè tamen & difficulter possit; Anathema sit.

3. Si quis dixerit, sine præveniente Spiritus S. inspiratione atque ejus adjutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut penitere posse, sicut oportet, ut in justificationis gratia conferatur; Anathema sit.

4. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium, à Deo motum & excitatum, nihil cooperari, assensiendo Deo excitanti atque vocanti, quò, ad obrinendam justificationis gratiam, se disponat ac præparet, nec posse dissentire; si velit, sed velut inane quoddam, nihil omnino agere, mereque passivè se habere; Anathema sit.

5. Si quis liberum hominis arbitrium, post Adæ peccatum, amissum & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, imò titulum sine re, sumentum dentique à Sathana inventum in Ecclesiam, Anathema sit.

6. Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona, Deum operari, non permissivè solum, sed etiam propriè & per se, addò, ut sit ejus proprium opus non m. n. perditio Judæ, quam vocatio Pauli; Anathema sit.

7. Si quis dixerit, opera omnia, quæ antè justificationem fiunt, quæcumque ratione facta sint, verè esse peccata, vel odium Dei mereri: aut quantò vehementiùs quis nititur se disponere ad gratiam, tantò eum gravius peccare; Anathema sit.

8. Si quis dixerit gehennæ meritum, per quem ad Dei misericordiam, de peccatis dolendo, confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores pejores facere; Anathema sit.

9. Si quis dixerit, solà fide impium justificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri, quod ad justificationis gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse, cum suæ voluntatis motu præparari atque disponi; Anathema sit.

10. Si quis dixerit, homines, sine Christi iustitia, per quam nobis meruit, justificari, aut per eam ipsam formaliter justos esse; Anathema sit.

11. Si quis dixerit, hominem justificari, vel solà imputatione justitiæ Christi,

vel solà peccatorum remissione, exclusà gratia & charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritum S. diffundatur, atque illis inhæreat; aut etiam gratiam, quæ justificamur, esse tantum favorem Dei; Anathema sit.

12. Si quis dixerit, fidem justificantem nihil aliud esse, quàm fiduciam divinæ misericordiz, peccata remittentis propter Christum; vel eam fiduciam solam esse, quæ justificamur; Anathema sit.

13. Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessarium esse, ut credat certò, & absque ulla hæsitacione propriæ infirmitatis, & indispositionis, peccata sibi esse remissa; Anathema sit.

14. Si quis dixerit, hominem à peccatis absolvi, ac justificari ex eo, quòd se absolvi ac justificari certò credat; aut neminem verè esse justificatum, nisi qui credat se esse justificatum, & hæc solà hæc absolutiõnem & justificatiõnem perfici; Anathema sit.

15. Si quis dixerit, hominem renatum & justificatum, teneri ex fide ad credendum se certò esse ex numer. prædestinatorum; Anathema sit.

16. Si quis magnum illud usque in finem perseverantiæ donum se certò habiturum, absolutà & infallibili certitudine dixerit, nisi hæc ex speciali revelatione didicerit; Anathema sit.

17. Si quis justificatiõnem gratiam non nisi prædestinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos verò omnes qui vocantur, vocati quidem, sed gratiam non accipere, utpotè divinà potestate prædestinatos ad malum; Anathema sit.

18. Si quis dixerit, Dei præcepta homini, etiam justificato, & sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilia; Anathema sit.

19. Si quis dixerit, nihil præceptum esse in Evangelio præter fidem, cætera esse indifferèntia, neque præcepta, neque

que prohibita, sed libera; aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos; Anathema sit.

20. Si quis, hominem justificatum, & quantumlibet perfectum, dixerit non teneri ad observantiam mandatorum Dei & Ecclesie, sed tantum ad credendum; quasi verò Evangelium sit nuda & absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione observationis mandatorum; Anathema sit.

21. Si quis dixerit, Christum Jesum à Deo hominibus datum fuisse ut redemptorem, cui fidant; non etiam ut legislatorem, cui obediant; Anathema sit.

22. Si quis dixerit, justificatum, vel sine speciali auxilio Dei, in accepta justitia perseverare posse, vel cum eo non posse, Anathema sit.

23. Si quis hominem semel justificatum dixerit amplius peccare non posse, nec gratiam amittere, atque ideò cum, qui labitur & peccat, nunquam verè fuisse justificatum: aut contra, posse in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de beata Virgine Maria tenet Ecclesia; Anathema sit.

24. Si quis dixerit, justitiam acceptam non conservari, atque etiam non augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa, fructus solummodo & signa esse justificationis adeptæ, non etiam ipsius augendæ causam; Anathema sit.

25. Si quis, in quolibet bono opere, justum, saltem venialiter peccare dixerit; aut, quod intollerabilius est, mortaliter, atque ideò pœnas æternas mereri; tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnandum; Anathema sit.

26. Si quis dixerit, justos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare & sperare æternam retributionem à Deo, per eius misericordiam & Jesu Christi meritum, si bene agendo, & divina mandata custodiendo

usque in finem perseveraverint; Anathema sit.

27. Si quis dixerit, nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis; aut nullo aliò, quantumvis gravi & enormi, præterquam infidelitatis peccatò, semel acceptam gratiam amitti; Anathema sit.

28. Si quis dixerit, amissam per peccatum gratiam, simul & fidem semper amitti; aut fidem, quæ remanet non esse veram fidem, licet non sit viva; aut eum, qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum; Anathema sit.

29. Si quis dixerit, eum, qui post Baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere; aut posse quidem sed, solâ fide, amissam justitiam recuperare sine Sacramento Pœnitentiæ, pro ut sancta Romana & universalis Ecclesia, à Christo Domino & ejus Apostolis edocta, huc usque professâ est servavit & docuit; Anathema sit.

30. Si quis post acceptam justificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti, ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exolvendæ, vel in hoc seculo, vel in futuro in Purgatorio, anteq. iam ad regna cœlorum aditus patere possit; Anathema sit.

31. Si quis dixerit, justificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur; Anathema sit.

32. Si quis dixerit, hominis justificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita; aut ipsum justificatum, bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam & Jesu Christi meritum, cujus membrum vivum est, sunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum; Anathema sit.

33. Si quis dixerit, per hanc doctrinam Catholicam de Justificatione, à sancta Synodo hæc præfenti decreto expressam,

pressam, aliqua ex parte gloriæ Dei, vel meritis Jesu Christi Domini nostri derogati, & non potius veritatem fidei nostræ, Dei denique ac Jesu Christi gloriam illustret; Anathema sit.

Decretum de reformatione in eadem sexta Sessione. Cap. 1.

Quia integritas Præfidentium, salus est subdito:um, monet sancta Synodus omnes Patriarchalibus, Primitiælibus, Metropolitanis & Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque, quodvis nomine, ac titulo præfectos ut attendentes sibi & universo gregi, in quo Spiritus sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei quam acquisivit sanguine suo, vigilent, sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborent, & ministerium suum impleant. Implere autem se non posse sciant, si greges sibi commissos, mercenariorum more, deserant atque ovium suorum, quarum sanguis de eorum manibus est requirendus a supremo Judice, cuius dicitur minime incumbant: Cum certissimum sit, non admitti Pastoris excusationem, si lupus oves comedit, & Pastor nescit. At verò, quia nonnulli reperiantur, qui propriæ salutis immemores, terrenaque cælestibus præferentes, in diversis curis vagantur, aut in negotiorum temporalium sollicitudine (ovili derelictò) occupantur: Placuit, antiquos Canones, adversus non residentes promulgatos, innovare, & in hunc modum mutare atque sanctare.

Si quis à Patriarchali, Primitiæ, Metropolitana, seu Cathedrali Ecclesia, sibi quòcumque titulo, causâ, nomine, seu jure commissâ, quacumque ille dignitate, gradu, & præminentiâ præfulgeat, (legitimo impedimento, seu justis & rationabilibus causis cessantibus) sex mensibus continuis, extra suam diocesim morando, abfuerit: quartæ partis fructuum unius anni, fabricæ Ecclesiæ, & pauperibus loci, per Superiorem Ecclesiasticum applicandorum poenam, ipso

jure incurrat. Quod si per alios sex menses, in hujusmodi absentia perseveraverit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam, eò ipso amittat. Crescente verò contumaciâ, (ut severiori actorum Canonum censuræ subjiciatur) Metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum verò absentem Suffraganeus Episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ, eò ipso incurrenda, infra tres menses per litteras, seu nuntium, Romano Pontifici denuntiare teneatur: qui in ipsos absentes (prout cujusque minor aut major contumacia exegerit) suæ supremæ sedis auctoritate animadvertere, & Ecclesiis ipsis de pastoribus utilioribus providere poterit, sicut in Domino noverit salubriter expedire.

Cap. 2.

Episcopis inferiores, quævis beneficia Ecclesiastica, personalem residentiam de jure sive consuetudine exigentia, in titulum, sive commendam obtinentes, ab eorum Ordinariis (quemadmodum eis, pro bono Ecclesiarum regimine, & divini cultus augmento, locorum & personarum qualitate pensatâ, expediens videbitur) opportuni Juris remedia resistere cogantur: nullique privilegia seu indulgentia perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis suffragentur. Indulgentiis verò, & dispensationibus temporariis, ex veris & rationabilibus causis tantum concessis, & coram Ordinario loci legitime probandis, in suo robore permansuris. Quibus Casibus, nihilominus officium sit Episcoporum, tanquam in hac parte à sede Apostolica delegatorum, providere, ut per deputationem idoneorum Vicariorum, & congruè portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur: nemini, quo ad hoc, privilegio, seu exemptione quacumque suffragante.

Cap. 3.

Ecclesiarum Prælati, ad corrigendum subditorum excessus, prudenter & diligenter intendant; & nemo clericus secularis vel cuiusvis ordinis personalis, vel regularis extra monasterium degens, etiam sui ordinis privilegii prætextu, tutus censeatur, quò minus, si deliquerit, ab Ordinario loci (tanquam super hoc à sede Apostolica delegato) secundum Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat.

Cap. 4.

Capitula Cathedralium, & aliarum majorum Ecclesiarum, illorumque personarum, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordiiis (quæ tantum suos obligent auctores, non etiam successores) tucti se possint, quò minus à suis Episcopis, & aliis majoribus Prælati, per seipos solos, vel illis, quibus sibi videbitur, adjunctis, juxta Canonicas sanctiones, quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari, etiam auctoritate Apostolica, possint & valeant.

Cap. 5.

Nulli Episcopo liceat, cuiusvis privilegii prætextu pontificalia in alterius diocesi exercere, nisi de Ordinario loci expressa licentia; & in personas eidem Ordinario subjectas tantum. Si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio pontificalium, & sic ordinati, ab executione ordinum: sint ipsò jure suspensi.

*Septima Sessio.**Decretum de Sacramentis Ecclesie,*

Die 3. Martii Anno 1547.

Ad consummationem salutis de Justificatione doctrinæ, quæ in præcedenti proxima Sessione, unò omnium Patrum consensu promulgata fuit, consensu visum est, de sanctissimis Ecclesie Sacramentis agere, per quæ, omnis vera iustitia vel incipit, vel incæpta augetur, vel amissa reparatur. Propterea sacrosancta œumenica & generalis Tridentina

Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsentibus in ea eisdem Apostolicæ sedis Legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas hæreses, quæ circa sanctissima ipsa Sacramenta hæc nostrâ tempestate, tum de damnatis olim à Patribus nostris hæresibus suscitata, tum etiam de novo adventæ sunt, quæ Catholicæ Ecclesie puritati, & animarum saluti magnopere officiant, sanctarum Scripturarum doctrinæ, Apostolicis traditionibus atque aliorum Conciliorum & Patrum consensui adherendo, hos præsentibus Canones statuendos & decernendos censuit, reliquos, qui superflui ad cæpti operis perfectionem, deinceps, divino Spiritu adjuvante, editura.

Canonis de Sacramentis in gener.

1. Si quis dixerit, Sacramenta novæ legis non fuisse omnia à Jesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura vel pauciora quàm septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium; aut etiam aliquod horum septem, non esse verè propriè Sacramentum; Anathema sit.

2. Si quis dixerit, ea ipsa novæ legis Sacramenta, à Sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia cæremoniæ sunt aliæ, & alii ritus externi; Anathema sit.

3. Si quis dixerit, hæc septem Sacramenta ita esse inter se paria, ut nullà ratione aliud sit aliò dignius; Anathema sit.

4. Si quis dixerit, Sacramenta novæ legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua; & sine eis aut eorum voto, per solam fidem, homines à Deo gratiam justificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria non sint; Anathema sit.

5. Si quis dixerit, hæc Sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse; Anathema sit.

6. Si quis dixerit Sacramenta novæ legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam, non ponentibus obicem, non conferre, quasi signa tantum

tantum externa sint acceptæ per fidem gratiæ vel iustitiæ, & notæ quædam Christianæ professionis; quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus; Anathema sit.

7. Si quis dixerit, non dari gratiam per huiusmodi Sacramenta semper, & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiam si ritè ea suscipiant, sed aliquando & aliquibus; Anathema sit.

8. Si quis dixerit, per ipsa novæ legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem divinæ promissionis, ad gratiam consequendam sufficere; Anathema sit.

9. Si quis dixerit, in tribus Sacramentis Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale & indelebile, undè ea iterari non possunt; Anathema sit.

10. Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo, & omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem; Anathema sit.

11. Si quis dixerit, in ministris, dum Sacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia; Anathema sit.

12. Si quis dixerit, ministrum in peccato mortali existentem, modò omnia essentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, servaverit; non conficere, aut conferre Sacramentum; Anathema sit.

13. Si quis dixerit receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in solemnè administratione Sacramentorum adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse; Anathema sit.

De Baptismo Canon. 1.

Si quis dixerit, Baptismum Joannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi; Anathema sit.

2. Si quis dixerit, aquam veram & naturalem non esse de necessitate Baptismi, atque idèò verba illa Domini nostri Jesu, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto*, ad metaphoram aliquam detorserit; Anathema sit. Ioan. 3.

3. Si quis dixerit, in Ecclesia Romana, quæ omnium Ecclesiarum Mater est & Magistra, non esse veram de Baptismi Sacramento Doctrinam; Anathema sit.

4. Si quis dixerit, Baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum; Anathema sit.

5. Si quis dixerit, Baptizarum non posse, etiam si velint gratiam amittere, quantumcumque peccet, nisi nolint credere; Anathema sit.

7. Si quis dixerit, Baptizatos, per Baptismum ipsum, solius tantum debitores fidei fieri, non autem universæ legis Christi servandæ; Anathema sit.

8. Si quis dixerit, Baptizatos liberos esse ab omnibus sanctæ Ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta, vel tradita sunt, ita ut ea observare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere, voluerint Anathema sit.

9. Si quis dixerit, ita revocandos esse homines ad Baptismi suscepti memoriam, ut vota omnia, quæ post Baptismum sunt, vi promissionis in Baptismo ipso jam factæ, irrita esse intelligant, quasi per ea, & fidei quam profecti sunt detrahatur, & ipsi Baptismo; Anathema sit.

10. Si quis dixerit, peccata omnia, quæ post Baptismum sunt, solâ recordatione & fide suscepti Baptismi vel dimitti, vel venialia fieri; Anathema sit.

11. Si quis dixerit, verè & ritè collatum Baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negaverit, cum ad Pœnitentiam convertitur; Anathema sit.

11. Si quis dixerit, neminem esse baptizatum

tizandum, nisi eâ ætate, quâ Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo; Anathema sit.

13. Si quis dixerit parvulos, eò quòd actum credendi non habent, suscepro Baptismò inter fideles computandos non esse; ac propterea, cum ad annos discretionis pervenerint, esse baptizandos; aut prestare omitti eorum baptismam, quàm eos non actu proprio credentes baptizati in fide sola Ecclesiæ; Anathema sit.

14. Si quis dixerit, hujusmodi parvulos baptizatos, cum n̄ adoleverint, in interrogandos esse, an ratum haberi velint, quod patrini, eorum nomine, dum baptizarentur, polli sci sunt; & ubi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos; non aliâ interim penâ ad Christianam vitam cogendos, nisi ut ab Eucharistiæ aliorumque Sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant: Anathema sit.

De Confirmatione, Canon primus.

1. Si quis dixerit, Confirmationem n̄ baptizatorum otiosam ceremoniam esse, & non potius verum, & proprium Sacramentum; aut olim nihil aliud fuisse, quàm catechesim quandam quâ adolescentiæ proximi, fidei rationem coram Ecclesiâ exponbant; Anathema sit.

2. Si quis dixerit, injurios esse Spiritui sancto eos, qui sacro Confirmationis Chrismati virtutem aliquam tribuunt; Anathema sit.

3. Si quis dixerit, sanctæ Confirmationis ordinariæ ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem; Anathema sit.

Decretum secundum de reformatione;

In eadem septima Sessione.

Septima Sessio sub Paulo III.

Eadem Sacrosancta Synodus inceptum reformationis & residentiæ negotium, ad Dei laudem & Christianæ religionis incrementum profèqui intendens, ut sequitur, statuendum censuit, salvâ semper in omnibus Sedis Apostolicæ auctoritate.

Cap. primus.

Ad Cathedralium Ecclesiarum regimen nullus, nisi ex legitimo matrimonio natus, & ætate maturâ, gravitate morum, litterarumque scientiâ, juxta constitutionem Alexandri III. quæ incipit: Cùm in cunctis, in Concilio Lateranensi promulgatum, præditus assumat.

Cap. 2.

Nemo quicumque etiam dignitate, gradu, aut præ eminentia præfulgens, plures Metropolitanas, seu Cathedralis Ecclesias in titulum seu commendam, aut aliò quòvis nomine, contra factorum Canonum instituta, recipere, & simul retinere præsumat: cùm valdè s. l. x. sit ille censendus, cui unam Ecclesiam, bene ac fructuosè, & cum animarum sibi commissarum salute regere contigerit. Quæ autem plures Ecclesias contra prædicti decreti tenorem nunc detinent, unâ quam maluerint retentâ, reliquis infra sex menses, si ad liberam sedis Apostolicæ dispositionem pertineant, aliâ infra annum dimittere teneantur: alioquin Ecclesiæ ipsæ (ultimò obtentâ duntaxat exceptâ) eo ipso vacare censeantur.

Cap. 3.

Inferiora beneficia, præsertim curas animarum habentia, personis dignis & quæ in loco residere, ac per se ipsos curam ipsam exercere valeant, juxta constitutionem Alexandri III. in Lateranensi, (quæ incipit: Quia nonnulli) & etiam Gregorii X. in generali Lugdunensi Concilio (quæ incipit: Licet Canon) editam, conferantur. Aliter autem facta collatio, sive provisio, omnino irritetur: & ordinarius collator potius constitutionis Concilii generalis (quæ incipit: Grave nimis) se noverit incursum.

Cap. 4.

Quicumque de cætero plura curas, aut alias incompatibilia beneficia Ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ, aut aliò quocumque

eumque nomine, & titulo, contra formam sacrorum Canonum, & præsertim constitutionis innocentii III. (quæ incipit; De multa) recipere, ac simul retinere præsumperit, beneficiis ipsis, juxta ipsius constitutionis dispositionem in ipsò jure, etiam præsentis Canonis vigore privatus existat.

Cap. 5.

Ordinarii locorum, quoscumque plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia Ecclesiastica obtinentes, dispensationes suas exhibere districtè compellant, & aliàs procedant juxta Constitutionem Gregorii X. in generali Lugdunensi Concilio editam (quæ incipit; Ordinariis) quam eadem sancta Synodus innovandam censuit, & innovat: addens insuper, quod ipsi Ordinarii etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem, omninò provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur, & beneficia ipsa debitè obsequiis minimè defraudentur, appellationibus, privilegiis, exemptionibus quibuscumque, etiam cum Judicum specialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmissis nemini suffragantibus.

Cap. 6.

Uniones perpetuæ, à quadraginta annis citra factæ, examinari ab Ordinariis, tanquam à Sede Apostolica delegatis, possint: & quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. Illæ verò, quæ à dicto tempore citra concessæ, nondum in toto vel in parte sortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad cujusvis instantiam fiert, nisi eas ex legitimis, aut aliàs rationabilibus causis, coram loci Ordinario vocatis, quorum interest, verificandis, factas fuisse constituerit, per subreptionem obtentæ præsumantur: propterea, nisi aliter à Sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omninò careant.

Cap. 7.

Beneficia Ecclesiastica curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel Monasteriis, Beneficiis, seu Collegiis, aut piis locis quibuscumque, perpetuò unita & annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum annis singulis visitentur: qui sollicitè providere procurent, ut per idoneos Vicarios, etiam perpetuos (nisi ipsi Ordinariis, pro bono Ecclesiarum regimine, aliter expedire videbitur) ab eis cum tertie partis fructuum, aut majori vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum, portione, etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur, appellationibus, privilegiis exemptionibus, etiam cum Judicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuscumque in præmissis minimè suffragantibus.

Cap. 8.

Locorum Ordinarii, Ecclesias quascumque quomodolibet exemptas, auctoritate Apostolicâ, singulis annis visitare teneantur, & opportunis juris remediis providere, ut quæ reparationem indigent, reparentur, & cura animarum, si qua illis immineat, aliisquæ debitè obsequiis minimè defraudentur; appellationibus, privilegiis, consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore præscriptis, Judicum deputationibus, vel illorum inhibitionibus penitus exclusis.

Cap. 9.

Ad majores Ecclesias promoti: munus consecrationis infra tempus à jure statutum suscipiant, & prorogationes ultra sex menses concessæ, nulli suffragentur.

Cap. 10.

Non licet Capitulis Ecclesiarum, sedes vacante infra annum à die vacationis, ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias, seu reverendas, ut aliqui vocant, tam ex Juris communis dispensatione, quam cujusvis privilegii consuetudinis vigore, alicui, qui beneficii Ecclesiastici recepti sive recipiendi occasione arctatus

non fuerit, concedere. Si secus fiat, Capitulum contraveniens, Ecclesiastico subiaceat interdico: & sic ordinati, si in minoribus ordinibus constituti fuerint, nullò privilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant: in majoribus verò, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati, sint ipsò jure suspensi.

Cap. 11.

Facultates de promovendo à quocumque non suffragentur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam à propriis Episcopis ordinari non possint, in literis exprimentam: & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua diocesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti præviò examine.

Cap. 12.

Facultates de non promovendo, præterquam in casibus à Jure expressis, cessæ, ad annum tantum suffragentur.

Cap. 13.

Præsentati, seu electi, vel nominati à quibusvis Ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ Nuntiis, ad quævis Ecclesiastica beneficia non intituantur, nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cujusvis privilegii seu consuetudinis etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius à locorum Ordinariis examinati, & idonei reperti. Et nullus appellationis remediò se tueri possit, quò minus examen subire teneatur: præsentatis tamen, electis, seu nominatis ab Universitatibus, seu Collegiis generalium studiorum, exceptis.

Cap. 14.

In exemptorum causis, constitutio Innocentii IV. (quæ incipit; Volentes) in generali Concilio Lugdunensi edita, servetur: quam eadem sacrosancta Synodus innovandam censuit, & innovat: addendo iusuper, quòd in civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum, clerici seculares, aut regulares, extra monasterium degentes, quomodo-

liber exempti, (etiam si certum Judicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant: in aliis verò, si ipsam Judicem non habuerint) coram locorum Ordinariis tanquam in hoc ab ipsa Sede delegatis, conveniti, & jure medio ad solvendum debitum cogi & compelli possint, privilegiis, exemptionibus, conservatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus, adversus præmissa nequaquam valituri.

Cap. 15.

Curent Ordinarii, ut hospitalia quocumque à suis administratoribus, quocumque illi nomine censeantur, etiam quomodolibet exemptis, fideliter & diligenter gubernentur, consuetudine Concilii Viennensis (quæ incipit, Quæ contingit) formam servatam; quam quidem constitutionem eadem sancta Synodus innovandam duxit, & innovat, cum derogationibus in ea contentis.

Hucusque progressum fuit Concilium Tridentinum sub Paulo III. à quo postea Bononiam translatum, & illic est intermissum. Interim verò Paulus ipse è medio sublatus, successorem habuit Julium III. à quo postea convocatum est iterum in eadem civitate Bononiensem, & vocati omnes quorum interest Concilii celebratio: nihil tamen est actum, propter Patrum paucitatem, & alia, jure supervenerunt, causas: & diversis sessionibus tantum decretum est, ut amplius protraheretur tempus quousque tandem visum fuit Julio Pontifici, hortante eum Carolò V. Imperatore, ut rursus Tridentinum Concilium revocaretur: coacti sunt igitur Tridenti, sub Julio III. Pontifice Maximo, & primà Sessione apertà Calend. Maii 1551. Crescentius, Cardinalis & Legatus Pontificis, rogavit Patres, an placeret Concilium reassumi, & procedendum esse ad ulteriora: responsumque à Patribus: Placet.

• Pro
hic i
mili

SUMMA SESS. XIII. CONCIL. TRIDENT. 439

*Sessio 12. quæ est secunda sub Julio III.
Calend. Septembris 1551.*

Prorogantur hæc Sessio decreta, usque ad undecimum Octobris diem, ut Germani Episcopi, & aliarum nationum, qui expectabantur, interesse possent.

*Sessio 13. quæ est tertia sub Julio III.
11. Octobris 1551.*

Decretum de sanctissimo Eucharistie Sacramento.

Cupit sacrosancta Synodus, spiritus convellere zizania execrabilium errorum & schismatum, quæ inimicus homo, his nostris calamitosis temporibus, in doctrina fidei, usu & cultu sacrosanctæ Eucharistiæ, superseminavit: quam alioqui Salvator noster in Ecclesia sua, tanquam Symbolum reliquit ejus unitatis & charitatis, quâ Christianos omnes inter se conjunctos & copulatos esse voluit. Itaque, sanam & sinceram illam de venerabili & divino hoc Sacramento Eucharistiæ doctrinam tradens, quam semper Ecclesia Catholica ab ipso J. Christo Domino nostro, & ab ejus Apostolis erudita, atque à Spiritu Sancto, in dies illi omnem veritatem suggerente, edocta, retinuit, & ad finem usque sæculi conservabit; omnibus Christi fidelibus interdicit, ne post hæc de sanctissima Eucharistia, aliter credere, docere, aut prædicare audeant, quam ut est hoc præfenti decreto declaratum atque definitum.

Cap. 1. De real ipresentia Domini nostri Iesu Christi in Eucharistia Sacramento.

Principio docet sancta Synodus, & aperte ac simpliciter profertur in almo sanctæ Eucharistiæ Sacramento, post panis & vini consecrationem, D. N. Jesum Christum, verum Deum atque hominem verè realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilibus contineri. Nec enim hæc inter se pugnant, ut ipse

Salvator noster semper ad dexteram Patris in cœlis assideat, juxta modum existendi naturalem, & ut multis nihilominus alis in locis, Sacramentaliter præfens suâ substantiâ nobis adsit, eâ existendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus, possibilem tamen esse Deo, cogitatione per fidem illustratâ, assequi possumus, & constantissimè credere debemus. Ita enim majores nostri omnes, quotquot in vera Christi Ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo hoc Sacramento differuerunt, apertissimè professi sunt, hoc tam admirabile Sacramentum, in ultima cœna, Redemptorem nostrum instituisse; cum post panis viniq; benedictionem, se suum ipsius corpus illis præbere, ac suum sanguinem, discretis ac perspicuis verbis restitutus est. Quæ verba, à sanctis Evangelistis commemorata, & a Divo Paulo postea repetita, cum propriam illam & apertissimam significationem præ se ferant, secundum quam à Patribus intellecta sunt; indignissimum sanè flagitium est, ea à quibusdam contentiosis & pravis hominibus ad fictitios & imaginarios tropos, quibus veritas carnis & sanguinis Christi negatur, contra universum Ecclesiæ sensum detorqueri: quæ tanquam columna & firmamentum veritatis, hæc ab impiis hominibus excogitata commenta, velut Satânica, detestata est, gratò semper & memore animò præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens.

C. p. 2. De ratione institutionis huius sanctissimi Sacramenti.

Ergo Salvator noster, discessurus ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc instituit; in quo divitias divini sui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum; & in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit, suamq; annuntiare mortem, donec ipse ad judicandum mundum veniat. Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tanquam spiritualem animarum cibum,

bum, quò alantur & confortentur viventes vita illius, qui dixit: *Qui manducat me, & ipse vivet propter me*: & tanquam antidotum, quò liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præfervemur. Pignus præterea id esse voluit futuræ nostræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis, adeoque symbolum unitus illius corporis, cuius ipse caput existit, cuique nos tanquam membra, arctissimâ fidei, spei, & charitatis connexionione allinctos esse voluit; ut id ipsum omnes diceremus, neque essent in nobis schismata.

Cap. 3. De excellentia sanctissimæ Eucharistiæ super reliqua Sacramenta.

Commune hoc quidem est sanctissimæ Eucharistiæ cum cæteris Sacramentis, symbolum esse rei factæ, & invisibilis gratiæ formam visibilem: verum, illud in ea excellens & singulare reperitur, quod rei qua Sacramenta, tunc primùm sanctificandi vim habent, cum quis illis utitur: at in Eucharistia ipse sanctitatis Auctor ante usum est. Nondum enim Eucharistiâ de manu Domini Apostoli susceperant, cum verè tamen ipse affirmaret, corpus suum esse quod præbebat. Et semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem, verum Domini nostri corpus, verumque ejus sanguinem sub panis & vini specie, unâ cum ipsius anima & divinitate existeret, sed corpus quidem sub specie panis; & sanguinem sub vini specie, ex vi verborum: ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis; animaque sub utraque, vi naturalis illius connexionis & concomitantis, quâ partes Christi Domini, qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur: divinitatem porò propter admirabilem illam ejus cum corpore & anima hypostaticam unionem. Quapropter verissimum est, tantumdem sub alterutra specie, atque sub utraque contineri: totus enim & integer, Christus sub panis

specie, & sub quavis ipsius speciei parte: totus: item sub vini specie, & sub ejus partibus existit.

Cap. 4. De transsubstantiatione.

Quoniam autem Christus redemptor noster corpus suum, id, quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit; idèd persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denudè sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis & vini, conversionem fieri totius substantiæ panis, in substantiam corporis Christi Domini nostri, & totius substantiæ vini, in substantiam sanguinis ejus: quæ conversio, convententer & propriè à sancta Catholica Ecclesia Transsubstantiatio est appellata.

Cap. 5. De cultu & veneratione huius sanctissimæ Sacramenti exhibenda.

Nullus itaque dubitandi locus relinquitur, quin omnes Christi fideles promerite in Catholica Ecclesia semper recepto, patriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione adhibeant. Neque enim idèd minus est adorandum, quòd fuerit à Domino, ut sumatur, institutum. Nam illum eundem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum, dicit, *Et adoravit eum omnes Angeli Dei*; quem Magi pro cidentes adoraverunt; quem denique in Gallilæa ab Apollonis adoratum fuisse; Scriptura testatur,

Declarat præterea sancta Synodus, piè & religiosè admodum in Dei Ecclesia inductum fuisse hunc morem, ut singularis annis peculiari quòdam & festo die præcellum hoc & venerabile Sacramentum singulari veneratione ac solemnitate celebraretur, utque in processibus reverenter & honorificè illud per vias & loca publicæ circumferretur. Equissimum est enim, sacros aliquos statutos esse dies cum Christiani omnes, singulari ac rarâ quiddam significatione gratos & memores

memores testentur animos erga communem Dominum & redemptorem pro tam ineffabili & planè divino beneficio, quò mortis ejus victoria & triumphus representatur. Ac sic quidem oportuit victicem veritatem de mendacio & hæresi triumphum agere, ut ejus adversarii in conspectu tanti splendoris, & in tanta univrsæ Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati & fracti tabescant, vel pudore affecti & confusi aliquando respiciant.

Cap. 6. De asseruendo Eucharistiæ Sacramento, & ad infirmos deferendo.

Consuetudo asseruendi in sacratio sanctam Eucharistiam, adeò antiqua est, ut eam seculum etiam Nicæni Concilii agnoverit. Porò defertur ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, & in hunc usum in Ecclesiis conservari, præterquam quòd cum summa æquitate & ratione conjunctum est, tum multis in Conciliis præceptum invenitur, & vetustissimò Catholicæ Ecclesiæ more est observatum. Quare, sancta hæc Synodus, retinendum omnino salutarem hunc & necessarium morem, statuit.

Cap. 7. De preparatione que adhibenda est, ut dignè quis sanctam Eucharistiam percipiat.

Si non decet ad sacras ulla^s functiones quempiam accedere, nisi sanctè; certè, quò magis sanctitas & divinitas cœlestis hujus Sacramenti viro Christiano comperita est, eò diligentius cavere ille debet, ne absque magna reverentia & sanctitate, ad id percipiendum accedat: præsertim cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus: *Quò manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Quare communicare volenti, revocandum est in memoriam ejus præceptum: *Probet autem seipsum homo.* Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quan-

tumvis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali confessione, ad sacram Eucharistiam accedere debeat: quod à Christianis omnibus, etiam ab eis Sacerdotibus, quibus ex officio incumbet celebrare hæc sancta Synodus perpetuò servandam esse decrevit, modò non desit illis copia confessoris. Quod si necessitate urgente Sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quamprimum consecratur.

Cap. 8. De usu admirabili huius Sacramenti.

Quoad usum autem, rectè & sapienter Patres nostri, tres rationes hoc sanctum Sacramentum accipiendi distinxerunt. Quosdam enim docuerunt sacramentaliter dumtaxat id sumere, ut peccatores: alios tantum spiritualiter, illos nimirum, qui votò propositum illum cœlestem panem edentes, fide vivà, quæ per dilectionem operatur, fructum ejus & utilitatem sentiunt: tertios porò sacramentaliter simul & spiritualiter; hæc autem sunt, qui ita se prius probant & instruunt, ut vestem nuptialem induci, ad divinam hæc mensam accedant. In Sacramentali autem sumptione in Ecclesia Dei mos fuit, ut Laici à Sacerdotibus communionem acciperent, Sacerdotes autem celebrantes seipso^s communicarent: qui, tanquam ex traditione Apostolica descendens, jure ac meritò retineri debet.

Denum verò, paternò affectu admonet sancta Synodus, hortatur, rogat, obsecrat per viscera misericordiæ Dei nostri, ut omnes & singuli, qui Christianò nomine censentur, in hoc unitariæ signo, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordix symbolo, jam tandem aliquando conveniant, & concordent: memoresque tantæ majestatis, & tam exitiæ amoris Jesu Christi Domini nostri, qui dilectam animam suam in nostræ salutis pretium, & carnem suam nobis dedit ad manducandum; hæc sacra viscera cor-

poris & sanguinis ejus, eâ fidel constantiâ & firmitate, eâ animi devotione, eâ pietate & cultu credant & venerentur, ut panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint; & is verè eis sit animi vita, & perpetua sanitas mentis: cujus vigore confortati, ex hujus miseræ peregrinationis itinere, ad cœlestem patriam pervenire valeant, eundem panem Angelorum, quem modò sub panis velaminibus edunt, absque ullo velamine manducaturi.

Quoniam autem non est satis veritatem dicere, nisi & detegantur, & resclantur errores; placuit sanctæ Synodo, hos Canones subjungere, ut omnes jam agnitâ doctrinâ Catholicâ, intelligant quoque, quæ ab illis hæretici caveri vitæque debeant.

Canones de Sacramento Eucharistiæ.

Primus Canon.

Si quis negaverit, in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento contineri verè realiter & substantialiter corpus & sanguinem, unâ cum anima & divinitate Domini nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum; sed dixerit tantummodò esse in eo, ut in signo, vel figura, aut virtute; Anathema sit.

Canon 2.

Si quis dixerit, in Sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramento remanere substantiam panis & vini unâ cum corpore & sanguine Domini nostri Jesu Christi, negaveritque mirabilem illam & singularem conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus panis & vini; quam quidem conversionem, Catholica Ecclesia aptissimè Transubstantiationem appellat; Anathema sit.

Canon 3.

Si quis negaverit, in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub unaquaque specie, & sub singulis cujusque speciei partibus, separatione factâ, totum Christum contineri; Anathema sit.

Canon 4.

Si quis dixerit, præter consecrationem, in admirabili Eucharistiæ Sacramento non esse corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi, sed tantum in usum sumitur, non autem ante vel post, & in hostiis seu particulis consecratis, quæ post communionem reservantur vel supersunt, non remanere verum corpus Domini; Anathema sit.

Canon 5.

Si quis dixerit, vel præcipuum fructum sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus provenire; Anathema sit.

Canon 6.

Si quis dixerit, in sancto Eucharistiæ Sacramento Christum unigenitum Dei Filium non esse cultu Læritiæ, etiam æternò, adorandum; atque idè nec festivâ peculiari celebritate venerandum, neque in processionibus, secundum laudabilem & universalem Ecclesiæ sanctæ ritum & consuetudinem, solemniter circumgestandum, vel non publicè, ut adoretur, populo proponendum, & ejus adorantes esse idololâtras; Anathema sit.

Canon 7.

Si quis dixerit, non licere Sacram Eucharistiæ in sacratio reservari, sed statim post consecrationem astantibus necessariò distribuendam, aut non licere, ut illa ad infirmos honorificè deferatur; Anathema sit.

Canon 8.

Si quis dixerit, Christum in Eucharistiâ exhibitum, spiritualiter tantum manducari, & non etiam Sacramentaliter ac realiter; Anathema sit.

Canon 9.

Si quis negaverit, omnes & singulos Christi fideles utriusque sexûs, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, juxta præceptum sanctæ matris Ecclesiæ; Anathema sit.

Canon 10.

Si quis dixerit, non licere Sacerdoti celebranti seipsum communicare; Anathema sit.

Canon 11.

Si quis dixerit, solam fidem esse sufficientem preparationem ad sumendum sanctissimum Eucharistiae Sacramentum; Anathema sit.

Et, ne tantum Sacramentum indignè, atque idèd in mortem & condemnationem sumatur, statuit atque declarat ipsa sancta Synodus, illis quos conscientia peccati mortalis gravat, quantumcumque etiam se contritos existiment, habitam copiam confessoris, necessariò præmittendam esse confessionem Sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare vel pertinaciter asserere, seu etiam publicè disputando defendere præsumpserit, in eo excommunicatus existat.

Decretum super reformatione, In eadem sessione.

Eadem Sancta Tridentina Synodus, intendens nonnulla statuere, quæ ad jurisdictionem pertinent Episcoporum, ut, juxta proximæ sessionis decretum, illi in commissis sibi Ecclesiis eò libentiùs resideant, quò faciliùs & commodiùs sibi subjectos regere, & in vitæ ac morum honestate continere poterint; illud primum eos admonendos censet: ut se Pastores, non percussores esse meminerint, atque ita præesse sibi subditis oportere, ut non eis dominantur, sed illos tanquam filios & fratres diligant elaborentque, ut hortando & monendo ab illicitis deterreant, ne ubi deliquerint, debitis eos poenis coercere cogantur. Quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccate contigerit, illa Apostoli est ab eis servanda præceptio, ut illos arguant, obsecrent, increpent, in omni bonitate & patientia: cum sæpè plus erga corrigendos agat benevolentia, quam austeritas; plus exhortatio, quam comminatio; plus charitas, quam potestas. Si

autem ob dilecti gravitatem virgâ opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor; cum misericordia judicium; cum lenitate severitas adhibenda est: ut sine asperitate, disciplina populis salutaris ac necessaria conservetur; & qui correcti fuerint emendentur: aut si respicere noluerint, cæteri, salubri in eos animadversionis exemplo, à vitis detereantur: eùm sit diligentis & pii simul Pastoris officium, morbis ovium levia primùm adhibere formenta; post, ubi morbi gravitas ita postulet, ad aciora & graviora remedia descendere: sin autem nec ea quidem proficiant illis submovendis; cæteras saltem oves à contagionis periculo liberare.

Cum igitur rei criminum plerumque ad evitandas poenas, & Episcoporum subterfugienda judicia, querelas & gravamina simulent, & appellationis diffugio Judicis processum impediunt; ne remediò, ad innocentiar præsidium instituto, ad iniquitatis defensionem abutantur, atque, ut hujusmodi eorum calliditati & tergiversationi occurratur, ita statuit & decrevit.

Cap. 1.

In causis visitationis & correctionis, sive habitatis & inhabilitatis, necnon criminalibus, ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario Generali, ante definitivam sententiam, ab interlocutoria vel alio quocumque gravamine, non appellatur; nec Episcopus seu Vicarius appellationi hujusmodi, tanquam frivole, deferre teneatur; sed eà, ac quacumque inhibitione ab appellatione judicis emanatâ, necnon omni stylo & consuetudine, eriam inmemorabili, contrariâ non obstante, ad ulteriora valeat procedere, nisi gravamen hujusmodi, per definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiva, appellari non possit: quibus casibus sacrorum & antiquorum canonum statuta illibata persistant.

Cap. 2.

A sententia Episcopi, vel ipsius in spiritualibus Vicarii generalis, in criminalibus appellationis causa (ubi appellationis locus fuerit) si Apostolicā auctoritate in paribus eam committi contigerit, Metropolitanō, seu illius etiam Vicario in spiritualibus generali; aut, si ille aliqua de causa suspectus foret, vel ultra duas legales distas distet, seu ab ipso appellatum fuerit, uni ex vicinioribus Episcopis, seu illorum Vicariis, non autem inferioribus iudicibus, committatur.

Cap. 3.

Reus, ab Episcopo, aut ejus Vicario in spiritualibus generali, in criminali causa appellans, coram iudice ad quem appellavit, acta primæ instantiæ omnino producat: & iudex, nisi illis visis, ad ejus absolutionem minime procedat, is autem; à quo appellatum fuerit, intra 30. dies acta ipsa postulanti gratis exhibeat, alioqui absque illis causa appellationis hujusmodi, prout iustitia suaserit, terminetur.

Cap. 4.

Cum verò tam gravia nonnunquam sint delicta ab Ecclesiasticis commissa personis, ut ob eorum atrocitatem è sacris Ordinibus deponendæ, & curiæ sint tradendæ seculari: in quo secundùm sacros Canones certus Episcoporum numerus requiritur: quos si omnes adhibere difficile est, debita juris executio differretur; si quando autem intervenire possent, eorum residentia intermitteretur: propterea statuit & decrevit: Episcopo per se, seu illius Vicarium in spiritualibus generalem, contra clericum, in sacris etiam Presbyteratus Ordinibus constitutum, etiam ad illius condemnationem, nec non verbalem depositionem; & per seipsum, etiam ad actualem atque solemnem degradationem ab ipsis Ordinibus & gradibus Ecclesiasticis, in casibus, in quibus aliorum Episcoporum præsentia

in numero à Canonibus diffinito requiritur, etiam absque illis procedere liceat; adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus, usum mitræ & baculi ex privilegio Apostolico habentibus, si in civitate aut diocesi reperiri & commodè interesse possint; alioquin, aliis personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graves, ac Juris scientiâ commendabiles existant.

Cap. 5.

Et quoniam per fictas causas, quæ tamen satis probabiles videntur, interdum accidit, ut nonnulli ejusmodi gratias extorqueant, per quas pœnæ illis Episcoporum iusta Severitate inflicta; aut remittuntur omnino, aut minuantur, cum non ferendum sit, ut mendacium, quod tantopere Deo displicet, non modò ipsum impunitum sit, verùm etiam alterius delicti veniam impetret mentienti: idcirco, ut sequitur statuit & decrevit.

Episcopus apud Ecclesiam suam residens, de subreptione & obteptione gratiæ, quæ super absolutione alicujus publici criminis vel delicti, de quo ipse inquirere coeperat, aut remissione pœnæ, ad quam criminofus per eum condemnatus fuerit, falsis precibus impetratur, per seipsum, tanquam sedis Apostolicæ delegatus, etiam summarie cognoscat: ipsamque gratiam, postquam per falsi narrationem, aut veri taciturnitatem obtentam esse legitime constiterit, non admittat.

Cap. 6.

Quoniam verò subditi Episcopo tametsi jure correpti fuerint, magnopere tamen eum odisse, & tanquam injuria affecti sint, falsa illi crimina objicere solent, ut, quoquò pacto possint, ei molestiam exhibeant; cujus vexationis timor plerumque illum ad inquirenda & punienda eorum delicta segniores reddit: idcirco, ne is magnò sub & Ecclesiæ incommodo, gregem sibi creditum relinquere, ac non sine Episcopalis dignitatis dimi-

diminatione vagari cogatur, ita statuit & decrevit :

Episcopus, nisi ob causam, ex qua deponendus, sive privandus veniret, etiamsi ex officio, aut per inquisitionem, seu denuntiationem, vel accusationem, sive aliò quòvis modò procedatur, ut personaliter compareat, nequaquam citetur vel moneatur.

Cap. 7.

Testes in causa criminali ad informationem, vel judicia, seu aliàs in causa principali, contra Episcopum, nisi testes, & bonæ conversationis existimationis & famæ fuerint, non recipiantur; & si odii, temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, gravibus poenis mulcentur.

Cap. 8.

Causæ Episcoporum, cum pro criminis objecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice Maximo referantur, ac per ipsum terminentur.

Eadem die prorogatur discussio quatuor articulorum ad aliam Sessionem, nimirum; An necessarium sit ad salutem, & divinò jure præceptum, ut singuli Christiani fideles, sub utraque specie, ipsum venerabile Sacramentum accipiant? Et nec minùs sumat, qui sub altera, quam qui sub utraque specie communicat? & an erraverit sancta mater Ecclesia, laicos, & non celebrantes Sacerdotes, sub panis specie duntaxat communicando? Et an parvuli etiam communicandi sint. Hæc autem prorogatio facta est, quia Protestantes Germani auri se super his à sancta Synodo cupiebant, & ad veniendum fidem publicam postularunt, ut tutè eis venire, morari, sententias dicere, & discere liceret. Data est eis amplissima fides, seu salvis conductus eadem die 11. Octobris 1551.

Sessio 14. quæ est Quarta sub Iulio III. De sanctissimæ Pœnitentiæ & Extreme Unctionis Sacramento 25. Novembr. 1551.

Sacro sancta œcumenia & generalis Tridentina Synodus, in spiritu sancto legitimè congregata; præsentibus in ea eisdem sanctæ Apostolicæ Sedis Legato & Nuntiis. Quamvis in decreto de justificatione multus fuerit de Pœnitentiæ Sacramento (propter locorum cognationem) necessitatè quâdam ratione sermo interpositus: tanta nihilominus circa illud nostrâ hæc ætate diversorum errorum est multitudo, ut non parùm publicæ utilitatis retulerit, de ea exactiorem & pleniorè definitionem tradidisse: in qua, demonstratis & convulsis Spiritus sancti præsidio, universis erroribus, Catholica veritas perspicua & illustris fieret, quàm nunc sancta hæc Synodus Christianis omnibus perpetuò servandum proponit.

Cap. 1. De necessitate & institutione Sacramenti Pœnitentiæ.

Si ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, ut justitiam in baptismo, ipsius beneficiò & gratiâ susceptam, constanter tuerentur, non fuisset opus, aliud, ab ipso baptismo, Sacramentum, ad peccatorum remissionem esse institutum. Quoniam autem Deus, dives in misericordiâ, cognovit figmentum nostrum, illis etiam vitæ remedium contulit, qui sese postea in peccati servitute, & demonis potestatem tradidissent: Sacramentum, videlicet pœnitentiæ, quò lapsis post baptismum, beneficium mortis Christi applicatur. Fuit quidem pœnitentiæ universis hominibus, qui se mortali aliquò peccatò inquinassent, quòvis tempore ad gratiam & justitiam assequendam necessaria, illis etiam, qui baptismi Sacramento ablui petivissent, ut perveritate abjectâ & emendatâ, tantam Dei offensionem cum peccati odio, & pio animi dolore detestarentur.

Unde

ch. 18. Unde Propheta ait : *Convertimini & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Dominus etiam dixit : *Nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.* Et princeps Apostolorum Petrus, peccatoribus baptismo initiandis penitentiam commendans, dicebat : *Penitentiam egrite, & baptizetur unusquisque vestrum.* Porro nec ante adventum Christi penitentia erat Sacramentum, nec est post adventum illius cuiquam ante baptismum. Dominus autem Sacramentum tunc precipue instituit, cum à mortuis excitatus insufflavit in discipulos suos dicens : *Accipite Spiritum sanctum : quorum remisistis peccata, remittantur eis : & quorum retinueris, retenta sunt.* Quò tam insigni factò, & verhis tam perspicuis, potestatem remittendi & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles post baptismum lapsos, Apostolis & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, univrsorum Patrum consensus semper intellexit : & Novatianus, remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magnà ratione, Ecclesia Catholica tamquam hæreticos exposcit atque condemnavit. Quare verissimum hunc illo tum verborum Domini sensum sancta hæc Synodus probans & recipiens, damnat eorum commehitias interpretationes, qui verba illa . ad potestatem prædicandi verbum Dei & Christi Evangelium annunciandi, contra hujusmodi Sacramenti institutionem, falsò detorquent.

Cap. 2. De differentia Sacramenti Penitentia & Baptismi.

Ceterum hoc Sacramentum multis rationibus à Baptismo differre dignoscitur. Nam præterquam quod materia & forma, quibus Sacramenti essentia perficitur, longissimè dissident, constat certè Baptismi ministrum, Judicem esse non oportere, cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus. *Ag id*

enim mihi, inquit Apostolus, *de his qui foris sunt iudicare?* Secus est de domesticis, quos Christus Dominus, lavacro Baptismi, sui corporis membra semel effecit. Nam hos, si se post à crimine aliquò contraminaverint, non jam reperitò Baptismò abluunt, cum in id Ecclesia Catholica nullà ratione liceat, sed ante hoc tribunal, tanquam reos, sisti voluit : ut per Sacerdotum sententiam non semel, sed quoties ab admittis peccatis ad ipsum penitentes confugerint, possent liberari. Alius est præterea baptismi, & alius penitentia fructus : per baptismum enim Christum induentes, nova prorsus in illo efficiuntur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes : ad quam tamen novitatem & integritatem, per Sacramentum penitentia, sine nostris magnis laboribus & laboribus, divinà id exigente iusticia, pervenire nequaquam possumus, ut merito penitentia laboriosus quidam baptismus à sanctis Patribus dictus fuerit. Est autem hoc Sacramentum penitentia, lapsis post baptismum, ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis, ipse baptismus.

Cap. 3. De partibus & fructu hujus Sacramenti.

Docet præterea sancta Synodus, Sacramenti penitentia formam, in qua precipue ejus vis sita est, in illis ministri verbis positam esse : *Ego te absolvo* &c. Quibus quidem, de Ecclesie sanctæ more, præces quædam laudabiliter adiunguntur; ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius Sacramenti administrationem sunt necessaria. Sunt autem quasi materia hujus Sacramenti, ipsius penitentia actus, nempe Contritio, Confessio, & satisfactio; qui, quatenus in penitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hæc ratione partes Penitentia dicuntur. Sanè verò

res & effectus Sacramenti hujus, quantum ad ejus vim & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo, quam interdum in viris piis, & cum devotione hoc Sacramentum percipientibus, conscientie pax ac serenitas cum vehementi spiritus consolatione consequi solet. Hæc de partibus & effectu hujus Sacramenti sancta Synodus tradens, simul eorum sententias damnat, qui penitentiam partes inconcusos conscientie terrores, & fidem esse contendunt.

Cap. 4. De Contritione.

Contritio, quæ primum locum inter dictos Penitentis actus habet, animi dolor ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Fuit autem quibus tempore ad impetrandam veniam peccatorum, hic contritionis modus necessarius: & in homine post baptismum lapsus, ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia divinæ misericordie, & voto præstandi reliqua, conjunctus sit, quæ ad eum suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Declarat igitur sancta Synodus, hanc contritionem non solum cessationem à peccato, & vitæ novæ propositum & inchoationem, sed veteris etiam odium continere, juxta illud: *Proiecit à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus pravericati estis, & facite vobis cor novum & spiritum novum.* Et tunc, qui illos sanctorum clamores consideraverit: *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: Labiavi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: Rogavit sibi omnes annos meos in amaritudine anime meæ: & alios hujusmodi generis: facillè intelliget, esse ex vehementi quodam antea vitæ odio, & ingenti peccatorum detestatione emanasse. Docet præterea, etsi Contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliari priusquam hoc Sacramentum actu recipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi Contritioni, hæc Sa-*

cramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. Illam verò contritionem imperfectam, quæ Arctio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ; desolat non solum non facere hominem hypocritam, veram etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsus, non adhuc quidem inhabitantis, Sed tantum moventis, quod penitens adjutus, viam sibi ad justitiam parat: & quamvis sine Sacramento penitentia, per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat; tamen cum ad Dei gratiam in Sacramento penitentia impetrandam disponit. Hæc enim timore utiliter concussi Ninivitar, ad Jonæ prædicationem plenam terroribus, penitentiam egerunt, & misericordiam à Domino impetrarunt. Quamobrem falsò quidem calumniantur Catholicos scriptores, quasi tradiderint, Sacramentum penitentia, absque bono motu suscipientium, gratiam conferre: quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit: sed & falsò docent Contritionem esse extortam & coactam, non liberam & voluntariam,

Cap. 5. De Confessione.

Ex institutione Sacramenti Penitentia jam explicata, univèrsa Ecclesia semper intellexit, institutam etiam esse à Domino integram peccatorum confessionem, & omnibus post baptismum lapsis, jure divino, necessariam existere. Quia Dominus noster Jesus Christus, è terris ascensurus ad cælos Sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquit: tanquam præfides & Judices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint; quo, pro potestate clavium, remissionis aut retentionis peccatorum sententiam pronuntiant. Constat enim, Sacerdotes iudicium hoc incognita causâ, exercere non potuisse, neque aequitatem quidem, illos, in pen-

nis injungendis servare potuisse, si in genere duntaxat, & non potius in specie ac singillarim sua ipsi peccata declarassent. Ex his colligitur, oportere à poenitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint, & tantum adversus duo ultima decalogi præcepta commissa, quæ nonnunquam animum gravius sauciant, & periculosiora sunt, his, quæ in manifesto admittuntur. Nam venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentius labimur, quinquam rectè & utiliter citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat, tacetiamen citra culpam, multisque aliis remediis expiari possunt. Verùm, cum universa mortalia peccata, etiam cogitationes, homines iræ filios, & Dei inimicos reddant; necessum est, omnium etiam veniam, cum aperta & verecunda confessione, à Deo quaerere. Itaque, dum omnia, quæ memoriæ occurrunt peccata. Christi fideles confiteri student, proculdubio, omnia divinæ misericordiæ ignoscenda exponunt. Qui verò secus faciunt, & scienter aliqua retinent, nihil divinæ bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt. Si enim erubescat ægotus vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina non curat. Colligitur præterea, etiam eas circumstantias in confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant; quod, sine illis, peccata ipsa neque à poenitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innotescant; & fieri nequeat, ut de gravitate criminum rectè censere possint, & poenam, quam oportet, pro illis, poenitentibus imponere. Unde alienum à ratione est, docere circumstantias has ab hominibus otiosis excogitatas fuisse, aut unam tantum circumstantiam consistendam esse, nempe peccasse in fratrem. Sed & impium est, confessionem, quæ hâc ratione fieri præ-

cipitur, impossibilem dicere; aut excusationem illam conscientiarum appellare. Constat enim nihil aliud in Ecclesia à poenitentibus exigere, quàm, ut postquam quisquis diligentius se excusserit, & conscientiam suam sinus omnes & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum & Deum suum mortaliter offendisse meminerit.

Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in universum, eadem confessione, inclusa esse intelliguntur; pro quibus fideliter cum Propheta, dicitur: *Ab oculis meis manda me Domine*. Ipsa verò huiusmodi confessionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia, gravis quidem videri posset, nisi tot tantisque commodis & consolationibus relevaretur, quæ omnibus dignè ad hoc Sacramentum accedentibus, per absolutionem, certissimè conferuntur. Cæterum, quoad modum confitendi secretò apud solum Sacerdotem; etsi Christus non vetuerit, quin aliqui in vindictam suorum scelerum & sui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiæ offensæ edificationem, delicta sua publicè confiteri possint; non est tamen hoc divino præceptò mandatum, nec satis consultè humanam aliquam lege præciperetur, ut delicta, præsertim secreta, publicè essent confessione aperienda. Unde cum à sanctissimis & antiquissimis Patribus, magno unanimique consensu secreta confessio Sacramentalis, quæ ab initio Ecclesia sancta usa est, & modò etiam utitur, fuerit semper commodata; manifestè resistitur inanis eorum calumnia, qui eam à divino mandato alienam, & inventum humanum esse, arque à Patribus in Concilio Lateranensi congregatis, in incum habuisse, docere non verentur. Nec enim per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, ut Christi fideles confiterentur, quod iure divino necessarium & institutum esse intellexerat; Sed, ut præceptum

ceptum confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus & singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleretur. Undè jam in universa Ecclesia, cum ingenti animarum fructu fidelium, observatur mos ille salutatis-confitendi sacerdoti illò & maximè acceptabili tempore Quadragesimæ, quem morem hæc sancta Synodus maximè probat, & amplectitur, tanquam piè & meritò retinendum.

Cap. 6. De ministro, & absolutione hujus Sacramenti.

Circa ministerium autem hujus Sacramenti declarat sancta Synodus, falsas esse, à veritate Evangelii pœnitus alienas, doctrinas omnes, quæ ad alios quosvis homines, præter Episcopos & Sacerdotes, Clavium ministerium perniciosè extendunt; putantes verba illa Domini, *Quæcumque alligaveritis super terram, erunt alligata & in celo; & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in celo*: Et, *quorum remisistis peccata, remittantur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt*: ad omnes Christi fideles indifferenter & promiscuè, contra institutionem hujus Sacramenti ita fuisse dicta, ut quivis potestatem habeat remittendi peccata, publica quidem per correptionem, si correptus acquieverit; secreta verò per spontaneam confessionem cui-cumque factam. Docet quoque, etiam Sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus sancti, in ordinatione collarum, tanquam Christi ministros, functionem remittendi peccata exercere, eosque pravè sentire, qui in malis Sacerdotibus hanc potestatem non esse contendunt. Quamvis autem absolutio Sacerdotis, alieni beneficii sit dispensatio; tamen non est solum nudum ministerium, vel annuntiandi Evangelium, vel declarandi remissa esse peccata; sed adinstar actus judicialis, quò ab ipso, velut à Judice, sententia pronuntiat. Atque idèd non debet pœnitens

adèd sibi de sua ipsius fide Blandiri, ut etiam si nulla illi adfit contritio, aut Sacerdoti animus serid agendi & verè absolvendi desit, puret tamen se, propter suam solam fidem, verè & coram Deo esse absolutum. Nec enim fides sine pœnitentia remissionem ullam peccatorum præstaret: nec is esset, nisi salutis suæ negligentissimus, qui Sacerdotem jocò se absolventem cognosceret; & non alium serid agentem sedulo requireret.

Cap. 7. De casuum reservatione.

Quoniam igitur natura & ratio iudicii illud exposcit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur, persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem tam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut sublegatam non habet jurisdictionem. Magno opere verò ad Christiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis Patribus nostris visum est, ut atrociora quædam & graviora crimina, non à quibusvis, sed à summis dumtaxat Sacerdotibus absolventur. Unde meritò Pontifices maximi, pro suprema potestate sibi in Ecclesia universa tradita, causas aliquas criminum graviores suo potuerunt peculiari iudicio reservare. Neque dubitandum est, quando omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quò hoc idem Episcopis omnibus, in sua cuique diocesi, in ædificationem tamen, non in destructionem liceat, pro illis in subditos tradita, supra reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate; præsertim quoad illa, quibus ex communicationis censura annexa est. Hanc autem delictorum reservationem, consonum est divinæ auctoritati, non tantum in extrema politione, sed etiam coram Deo, vim habere. Verum tamen, piè admodum, ne hæc ipsa occasione aliquis peteat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque idèd omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes

tentes, à quibusvis peccatis & censuris absolvere possint: extra quem articulum Sacerdotes, cum nihil possint in casibus reservatis, id unum poenitentibus persuadere nitantur, ut ad superiores & legitimos Judices pro beneficio absolutionis accedant.

Cap. 8. De satisfactionis necessitate, & fructu.

Demum, quod Satisfactionem (quæ ex omnibus Poenitentiaë partibus, quemadmodum à Patribus nostris Christiano populo fuit perpetuò tempore commendata, ita una, maximè nostra ætate, summo pietatis prætextu impugnatur ab his, qui speciem pietatis habent, virtutem autem ejus abnegarunt) sancta Synodus declarat, fallum omnino esse & à verbo Dei alienum, culpam à Domino nunquam remitti quin universa etiam poena condonetur. Perspicua enim & illustria in sacris litteris exempla reperiuntur, quibus, præter divinam traditionem, hic error quàm manifestissimè revincitur. Sanè & divinæ justitiæ ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerint; aliter verò, qui semel à peccati & dæmonis servitute liberati, & acceptò Spiritus Sancti donò, scientes, templum Dei violare, & Spiritum sanctum contristare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur, ut occasione accepta, peccata leviora putantes, velut injuriæ & contumeliosè Spiritui sancto in graviora labamur, thesaurizantes nobis iram in die iræ. Proculdubio enim magnoperè a peccato revocant, & quasi freno quodam coercent hæ satisfactoria poenæ, cautioreque & vigilantiores in futurum poenitentes efficiunt: medentur quoque peccatorum reliquiis, & vitiosos habitus, malè vivendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt. Neque verò securior ulla via in Ecclesia Dei

unquam existimata fuit ad amovendum imminentem à Domino poenam, quam ut hæc poenitentiaë opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quòd dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christi Jesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnino nostra sufficientia est, conformes efficiamur, certissimam quoque inde artham habentes, quòd si compatimur, & conglorificabimur.

Neque verò ita nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exolvimus, ut non sit per Christum Jesum: nam qui ex nobis, tanquam ex nobis nihil possumus, eò cooperante, qui nos confortat, omnia possumus. Ira non habet homo unde glorietur, sed omnis gloriatio nostra in Christo est: in quo vivimus, in quo metemur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos poenitentiaë; qui ex illo vim habent; ab illo offeruntur Patri; & per illum acceptantur à Patre. Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum Spiritus & prudentia suggererit, pro qualitate criminum & poenitentium facultate, salutes & convenientes satisfactiones injungere: ne si fortè peccatis conniveant, & indulgentius cum poenitentibus agant, levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigatorem. Nam claves Sacerdotum, non ad solvendum duntaxat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres & credunt, & docent. Nec propterea existimant, Sacramentum poenitentiaë esse forum iræ, vel poenatum; sicut nemo unquam Catholicus sensit, ex hujusmodi nostris satisfactionibus, vim meriti & satisfactionis Domini nostri Jesu Christi vel obscurari

vel,

vel aliqua ex parte imminui : quod dum Novatores intelligere nolunt, ita aprissimam Pœnitentiam, novam vitam esse docent, ut omnem satisfactionis vim & usum tollant.

Cap. 9. De operibus Satisfactionis.

Docet præterea, tantam esse divinæ munificentie largitatem, ut non solum pœnis, sponte à nobis pro vindicando peccato susceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam (quod maximum amoris argumentum est) temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Christum Jesum satisfacere valeamus.

Doctrina de Sacramento Extreme Unctionis.

Visum est autem sanctæ Synodo, præcedenti doctrinæ de pœnitentia adungere ea, quæ sequuntur de Sacramento Extreme Unctionis : quod non modò pœnitentie, sed etiam totius Christianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentia esse debet, consummativum existimatum est à Patribus. Primùm itaque, circa illius institutionem declarat & docet, quòd clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quòvis tempore voluit de salutaribus remediis adversus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramento aliis præparavit, quibus Christiani conservare se integros, dum viverent, ab omni graviore spiritus incommodo possint ; ita Extreme Unctionis Sacramento finem vitæ, tanquam firmissimò quòdam præsidio, munivit. Nam et si adversarius noster occasiones per omnem vitam quærat & caperet, ut devorare animas nostras quoquò modò possit : nullum tamen tempus est, quò vehementiùs ille omnes suæ versutis nervos intendat ad perdendos nos pœnitentis, & à fiducia etiam, si possit, divinæ misericordie deturbandos, quàm cum impendere nobis exitum vitæ prospicit.

Cap. 1. De institutione Sacramenti Extreme Unctionis.

Instituta est autem sacra hæc Unctio infirmorum, tanquam verè & propriè Sacramentum novi testamenti, à Christo Domino nostro, apud Marcum quidem insinuatum, per Jacobum autem Apostolum ac Domini fratrem, fidelibus commendatum, ac promulgatum. *Infirmatur, inquit, quis in vobis : inducat Presbyteros Ecclesie, & orent supra eum, ungentes eum oleo in nomine Domini : & oratio fidei salvabit infirmum & alleviabit eum Dominus : & si in peccatis sit, dimittentur ei.* Quibus verbis, ut ex Apostolica traditione per manus accepta Ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministrum, & effectum hujus salutis Sacramenti. Intellexit enim Ecclesia, materiam esse oleum ab Episcopo benedictum ; nam Unctio aprissimè Spiritus Sancti gratiam, quæ invisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat. Formam deinde esse illa verba ; *Per istam Unctionem &c.*

Marc. 6.

Jac. 5.

Cap. 2. De effectu huius Sacramenti.

Res porò & effectus hujus Sacramenti illis verbis explicatur, *Et oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus : & si in peccatis sit, dimittentur ei.* Res etenim, hæc gratia est Spiritus sancti, cujus Unctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit ; & ægroti animam alleviat & confirmat, magnam in eo divinæ misericordie fiduciam excitando : quæ infirmus sublevatus, & morbi incommoda ac labores levius fert ; & tentationibus demonis calcaneo insidiantis faciliùs resistit ; & sanitatem corporis interdum, ubi salutis animæ expedierit, consequitur.

Cap. 3. De ministro huius Sacramenti, & tempore quò dari debeat.

Jam verò quòd attinet ad præscriptionem eorum, qui & suscipere, & ministrare hoc Sacramentum debent, haud obscurè fuit illud etiam in verbis prædi-

Es traditum: nam & ostenditur illic, proprios hujus Sacramenti ministros: esse Ecclesie Presbyteros: quò nomine, eò locò, non ætate seniores, aut primores in populo intelligendi veniunt; sed, aut Episcopi, aut Sacerdotes ab ipsis ritè ordinati, per impositionem manuum Presbyterii. Declaratur etiam esse hanc unctionem infirmis adhibendam: illis verò præsertim, qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vitæ constituti videantur: unde & Sacramentum excun- tum nuncupatur. Quòd si infirmi post susceptam hanc unctionem convalescerint, iterum hujus Sacramenti subsidio juvari poterunt, cum in aliud simile vitæ discrimen inciderint. Quare, nullà ratione audiendi sunt, qui contra tam apertam & dilucidam Apostoli Jacobi sententiam, docent, hanc unctionem, vel signum esse humanum, vel ritum à Patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promissionem gratiæ habentem: & qui illam jam cessasse asserunt, quasi ad gratiam curationum dumtaxat in primitiva Ecclesia referenda esset: & qui dicunt, ritum & usum, quem sancta Romana Ecclesia in hujus Sacramenti administratione observat, Jacobi Apostoli sententiæ repugnare, atque idèò in alium commutandum esse: & denique, qui hanc Extremam unctionem à fidelibus sine peccato contemni posse affirmant. Hæc enim omnia manifestè pugnant cum perspicuis tanti Apostoli verbis. Nec profectò Ecclesia Romana, aliarum omnium mater & magistra, aliud in hæc administranda unctione, quantum ad ea, quæ hujus Sacramenti Substantiam perficiunt, observat, quàm quòd beatus Jacobus præscripsit. Nec verò tanti Sacramenti contemptus absque ingenti scelere, & ipsius Spiritus sancti injuria esse possit.

Hæc sunt, quæ de poenitentia & Extremæ unctionis Sacramentis hæc sancta Oecumenica Synodus profiteretur & docet, atque omnibus Christi fidelibus

credenda & tenenda proponit: Sequentes autem canones inviolabiliter servandos esse tradit, & asserentes contrarium, perpetuò damnat & anathematizat.

*Canones De Sacramento Poenitentia
& Extremæ unctionis, eisdem
Sessione publicati.
Canon primus.*

Si quis dixerit, in Catholica Ecclesia Poenitentiam non esse verè & propriè Sacramentum, pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro institutum; Anathema sit.

Canon 2.

Si quis Sacramenta confundens, ipsum Baptismum, Poenitentia Sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo Sacramenta distincta non sint, atque idèò Poenitentiam non rectè secundam post naufragium tabulam appellari; Anathema sit.

Canon 3.

Si quis dixerit verba illa Domini Salvatoris, *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittantur eis: quorum retinueritis, retenta sunt*: non esse intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata in Sacramento Poenitentia, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit: detorsit autem contra institutionem hujus Sacramenti, ad auctoritatem prædicandi Evangelium; Anathema sit.

Canon 4.

Si quis negaverit, ad integram & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in poenitente, quasi materiam Sacramenti Poenitentia, videlicet Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, quæ, tres Poenitentia partes, dicuntur: aut dixerit, duas tantum esse Poenitentia partes tetores scilicet incussus conscientia agnitò peccatò; & fidem conceptam ex Evangelio vel absolute remissa peccata; Anathema sit.

Canon 5.

Si quis dixerit, eam contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem & detestationem peccatorum, quæ quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, n. n. esse verum & utilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam & magis peccatorem: demùm illam esse dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium; Anathema sit.

Canon 6.

Si quis negaverit, Confessionem Sacramentalem, vel institutam, vel ad salutem necessariam esse jure divinò: aut dixerit, modum secretè confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper observavit & observat; alienum esse ab institutione & mandato Christi, & inventum esse humanum; Anathema sit.

Canon 7.

Si quis dixerit, in Sacramento Poenitentiae ad remissionem peccatorum necessarium non esse jure divinò, confiteri omnia & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ sunt contra duo ultima decalogi præcepta, & circumstantias quæ peccati speciem mutant: sed eam confessionem tantùm esse utilem ad erudiendum & consolandum Poenitentem, & olim observatam fuisse tantùm ad satisfactoriam canonicam imponendam: aut dixerit, eos, qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere velle divinæ misericordiæ ignoscendum: aut demùm, non licere confiteri peccata venialia; Anathema sit.

Canon 8.

Si quis dixerit, confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia servat, esse

impossibilem, & traditionem humanam, à piis abolendam: aut ad eam non teneri omnes & singulos utriusque sexûs Christi fideles, juxta magni Concilii Lateranensis constitutionem, semel in anno; & ob id suadendum esse Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadragesimæ, Anathema sit.

Canon 9.

Si quis dixerit, absolutionem Sacramentalem Sacerdotis non esse actum judiciale, sed nudum ministerium pronuntiandi & declarandi remissa esse peccata confitenti, r. h. tantùm credat se esse absolutum; r. h. dos non serid sed joco absolvat: aut dixerit, non requiri confessionem poenitentis, ut Sacerdos eum absolvere possit; Anathema sit.

Canon 10.

Si quis dixerit, Sacerdotes qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi & solvendi non habent; aut non solos Sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus & singulis Christi fidelibus esse dictum, *Quaecumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in celo; & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in celo;* & quorum remissionis peccata, remittuntur eis: & quorum retentionis peccata, retenta sunt: quorum verborum virtute quilibet absolvere possit peccata, publica quidem per correptionem dumtaxat, si correptus acquieverit; secreta verò per spontaneam confessionem; Anathema sit.

Canon 11.

Si quis dixerit, Episcopos non habere jus reservandi sibi casus, nisi quoad externam politiam, atque idem casuum reservationem non prohibere, quò minus Sacerdos à reservatis verè absolvat; Anathema sit.

Canon 12.

Si quis dixerit, totam poenam simul cum culpa remitti semper à Deo, satisfactionemque poenitentium non esse aliam, quam fidem, quæ apprehendunt Christum pro eis satisfecisse; Anathema sit.

beant : quibuscumque exemptionibus, declarationibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordiis, quæ tantum suos obligent auctores, ipsis clericis ac eorum consanguineis, capellanis, familiaribus, procuratoribus, & aliis quibuscumque, ipsorum exemptorum contemplatione & intuitu minimè suffragantibus.

Cap. 5.

Insuper, cum nonnulli, qui sub prætextu, quod super bonis, & rebus ac juribus suis diversè eis injuriæ ac molestiæ inferantur, certos Judices per litteras conservatorias deputari obtinent, qui illos à molestiis & injuriis hujusmodi tueantur ac defendant, & in possessione, seu quasi, bonorum, rerum ac jurtum suorum manuteneant & conservent, nec super illis eos molestari permittant; ejusmodi litteras in plerisque contra concedentis mentem in reprobum sensum detorqueant : idcirco nemini omnino, cuiuscumque dignitatis & conditionis sit, etiamsi Capitulum fuerit, conservatorie litteræ, cum quibuscumque clausulis aut decretis, quorumcumque Judicum deputatione, quòcumque etiam alio prætextu aut colore concessæ, suffragentur ad hoc, ut coram suo Episcopo sive alio Superiore Ordinario in criminalibus & mixtis causis accusari & conveniri, ac contra eum inquiri & procedi non possit : aut quò minus, si qua jura ei ex cessione competierint, super illis libetè valeat apud Judicem ordinarium conveniri. In civilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos conservatores Judices in judicium trahere minimè licent. Quod si iis causis, in quibus ipse reus fuerit, contigerit, ut electus ab eo conservator ab actore suspectus esse dicatur; aut si qua, inter ipsos Judices, Conservatorem & Ordinarium, controversia super competentiam jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma juris

electos, super suspicione aut jurisdictionis competentia fuerit judicatum, familiaribus verò ejus, qui hujusmodi litteris conservatoriis tueri se solent, nihil illæ profuerit, præterquam duobus dumtaxat; si tamen illi propriis ejus sumptibus vixerint. Nemo etiam similium litterarum beneficiò ultra quinquennium gaudere possit. Non liceat quoque conservatoribus Judicibus ullum habere tribunal erectum. In causis verò mercedum aut miserabilium personarum, hujus sanctæ Synodi super hoc decretum in suo robore permaneat. Universitates autem generales, ac collegia doctorum seu scholarium, & regularia loca, nec non hospitalia, actu hospitalitatem servantia, ac universitarum, collegiorum, locorum & hospitalium hujusmodi personæ, in præsentî Canone minimè comprehensa, sed exempta omnino sint, & esse intelligantur.

Cap. 6.

Quia verò, etsi habitus non facit monachum, oportet tamen clericos vestes proprio congruentem ordinem semper deferre; ut per decentiam habitus extrinseci, morum honestatem intrinsecam ostendant : tanta autem hodie aliquorum inolevit temeritas Religionisquæ contemptus, ut propriam dignitatem & honorem clericalem parvipendentes, vestes etiam deferaut publicè laicales, pedes in diversis ponentes, unum in divinis, alterum in carnalibus : propterea omnes Ecclesiasticæ personæ, quantumcumque exemptæ, quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia qualiacumque Ecclesiastica obtinuerint, si, postquam ab Episcopo suo etiam per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum clericalem, illorum Ordini & dignitati congruentem, & juxta ipsius Episcopi ordinationem & mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus & præsentibus ipsorum beneficiorum, nec non

non, si semel correpti, denud in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum & beneficiorum huiusmodi coercere possunt & debeant, secundum constitutionem Clementis V. in Concilio Viennensi editam, quæ incipit: Quoniam innovando & ampliando.

Cap. 7.

Cum etiam qui per industriam occiderit proximum suum & per insidias, ab altari avelli debeat; qui sua voluntate homicidium perpetraverit, etiam si crimen id, nec ordine iudicatio probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoveri possit, nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum, conferre liceat; sed omni ordine, ac beneficio & officio Ecclesiastico perpetuo careat. Si vero homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, ut quis se à morte defenderet, fuisse commissum narretur; quam ob causam etiam ad sacrorum Ordinum, & altaris ministerium, & beneficia quæcumque ac dignitates iure quodammodo dispensatio debeat; committatur loci Ordinario, aut, ex causa, Metropolitanò seu viciniori Episcopo, qui non nisi causam cognitam, & probatis processibus ac narratis; nec aliter, dispensare possit.

Cap. 8.

Præterea, quia nonnulli, quorum etiam aliqui veri sunt pastores ac proprias oves habent, alienis etiam ovibus præesse quærunt, & ita alienis subditis quandoque intendunt, ut suorum curam negligant; quicumque, etiam Episcopali præditis dignitate, qui alienos subditos puniendi privilegium habuerit, contra clericos sibi non subditos, præsertim in sacris constitutos, quorumcumque etiam atrocium criminum reos, nisi cum proprii ipsorum Clericorum Episcopi, si apud Ecclesiam resederit, aut personam ab ipso Episcopo deputanda intervenitu, nequa-

quam procedere debeat: alias processus & inde secuta quæcumque vitibus omnino careant.

Cap. 9.

Et quia, iure optimo, distinctæ fuerunt dioceses & parochiæ, ac unicuique gregi proprii attributi pastores, & inferiorum rectores, qui suarum quisque ovium curam habeant, ut ordo Ecclesiasticus non confundatur, aut una & eadem Ecclesia duarum quodammodo diocesum fiat, non sine gravi eorum incommodo, qui illi subditi fuerint: beneficia unius diocesis, etiam si parochiales Ecclesiæ, vicariæ perpetuæ, aut simplicia beneficia, seu præstimonialia, aut præstimonialia portiones fuerint; etiam ratione augendi cultum divinum aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque de causa; alterius diocesis beneficio, aut monasterio seu collegio, vel loco etiam pio, perpetuo non uniantur: decretum huius sanctæ Synodi super huiusmodi unionibus in hoc declarando.

Cap. 10.

Regularia beneficia, in titulum regularibus professis provideri consueva, cum per obitum, aut resignationem, vel alias illa in titulum obtinentis vacare contigerit, religiosi tantum illius Ordinis, vel his, qui habitum omnino suscipere & professionem emittere teneantur, & non aliis, ne vestem linò lanæque contextam induant, conferantur.

Cap. 11.

Quia vero regulares de uno ad alium Ordinem translati, facili à suo superiore licentiam standi extra monasterium obtinere solent, ex quo vagandi & apostatandi occasio tribuitur, nemo eujus cumque Ordinis Prælati vel Superior, vigore cujuscumque facultatis, aliquem ad habitum & professionem admittere possit, nisi ut in Ordine ipso, ad quem transferatur, sub sui Superioris obedientia in claustris perpetuo maneat,

ac taliter translatus, etiamſi Canonicoꝝ regularius fuerit, ad beneficia ſecularia, etiam curata, omnino incapax exiſtat.

Cap. 12.

Nemo etiam, cuiusvis dignitatis Eccleſiaſticae vel ſecularis, quacumque ratione, niſi Eccleſiam, beneficium, aut capellam de novo fundaverit & conſtruxerit, ſeu jam erectæ, quæ tamen ſine ſufficienti dote fuerint, de ſuis propriis & patrimonialibus bonis competenter dotaverit, jus patronatus impetrare aut obtinere poſſit, aut debeat. In caſu autem foundationis aut dotationis, huiusmodi inſtitutio Epifcopo, & non alteri inferiori, reſervetur.

Cap. 13.

Non licet præterea patrono, cuiusvis privilegii prætextu, aliquem ad beneficia ſui juris patronatus, niſi Epifcopo loci ordinario, ad quem proviſio ſeu inſtitutio ipſius beneficii, ceſſante privilegio, jure pertinere, quoquoſ modo præſentare: aliàs præſentatio ac inſtitutio forſan ſequatur, nullæ ſunt & eſſe intelligantur.

*ſeſſio 15. que eſt Quinta ſub Julio III.
habita 25. Januarii 1552.*

Decernit ſancta Synodus, ne cui antiquum jus perire videatur, ſi forſe in hoc Concilio admiſſus aliquis fuerit, aut ſederit, aut ſententiam dixerit, aut alios actus fecerit, contra ſtatuta, juris, moreſque Conciliorum approbatorum: tum etiam, ne vel huic præſenti Concilio vel futuris quocumque tempore præjudicetur, ſi quæ forſe mandata, inſtrumenta, proteſtationes, & alia cuiusvis generis ſcripta quæcumque recepta fuerint, quæ ipſius Concilii honorem, jus ac poteſtatem quomodocumque lædere poſſent.

Eadem die ſancta Synodus ſalvum conductum, jam antea Proteſtantibus

conceſſum eſſe confirmat & amplificat, invitans omnes Germanos ad veniendum impune, & liberè manendum, loquendum, ſententias dicendum, ſeſe defendendum, Concilium Patreſque (ſi videatur) reſolendum, & Chriſtianâ Charitate diſputandum: ita ut, religionis prætextu, aut delictorum commiſſorum vel committendorum, minime puniantur: & ut propter eorum præſentiam nullibi à divinis officiis ceſſetur, liberèque poſſint omni horâ & tempore quo libuerit ipſi, ad ſua reverti.

*ſeſſio 16. que eſt Sexta ſub Julio III.
28. Aprilis 1552.*

Videntes præcipui Patres Concilii, totum penè Chriſtianum orbem bellicis tumultibus exagitari, præcipuè verd Germaniam, cuius potiſſimum caſu coacta Synodus fuerat: neque ullum locum, conſilii pacis ac legum ſacrarum, inter tot bella eſſe relictum; judicant, Eccleſiis & oribus fore conſultum, ſi Patres, qui in Concilio erant, ad loca ſua remeant, & ſacrum Concilium ad ſaniora tempora rejicerent.

Itaque, ſancta Synodus ſuſpenderit progreſſum Concilii biennii ſpaciò, hæc lege, ut ſi citius, ſeriùſve res pacatæ fuerint Chriſtianorum, tunc talis ſuſpenſio ſublata eſſe intelligatur, ſine nova Patrum convocazione. Huic decreto acceſſit conſenſus ſuz Sanctitatis. Ei nihilominus a duodecim magnis Patribus Hiſpaniæ réclamarum eſt, magna animorum, rationumque contentione.

Concilii Tridentini præſentio.

Hoc ipſum Concilium Tridentinum, fatali temporum calamitate, novem prope modum intermiſſum annis, tandem eſſulgente Dei Opt. Max. elementia, ad curſum ſuum eſt revocatum, & felicem exitum ſortitum, induſtriâ acque labore, non magis nomine quam re. Pii IV. Summi Pontificis, & Principum Chi-

Christianorum. Hic igitur Pius, an-
no 1560. Cal. Decembris, Patres omnes
per orbem dispersos, edicto celeberrimo
evocavit; ut proximâ die Resurrectio-
nis Dominicæ, Tridenti aut ipsi essent,
aut (si minus id per gravissimas, & in-
evitabiles occupationes liceret) procu-
ratores, ipsorum vice fungendos, mit-
terent.

Ultimâ die Anni sexagesimi, Summus
Pontifex decreto cavit, ut in Concilio,
primò locus sedesque daretur Patriar-
chis, deinde Archiepiscopis, tertio E-
piscopis, secundum gradum & ordinem
luarum promotionum ad eorum Eccle-
sias, ut qui prior promotus fuerit, prior
existat in suo ordine: neque ulla habe-
atur ario dignitatis Præfati, sive veræ
sive præfati. Hoc decreto, declarantur
omnes quatuor Legati Apostolici, Con-
ciliique præfidentes, nulli jus de novo
acquiri: sed omnes Primates, eodem gra-
du, locoque fore post Concilium, quo
ante Concilium vigeant.

*Sessio XVII. hæc est I. sub Pio IV.
18. Januarii 1562.*

VT doctrina de fide, debitæ resti-
tuatur puritati, libri à variis au-
ctoribus, post exortas hæreses, scripti,
atque etiam librorum censuræ, in diver-
sis locis à Catholicis editæ, examinen-
tur; ut Synodi de ea re decretum sa-
cro-sanctum, suo tempore publicetur.
Hujus rei expeditioni, si quid quisquam
asserere voluerit, libenter audietur.

Vocentur omnes decreto sanctæ Syn-
odi, ad quos tractanda pertinere posse
videantur, ne postea se, non auditos,
condemnatos esse causentur.

Invitentur omnes in hæreses lapsi ad
penitentiam, salvis conductus amplissi-
mus detur, clementia illis promittatur
singularis, modò ad cor redire, & san-
ctæ Catholicæ Ecclesiæ potestatem ag-
noscere velint.

*Sessio XVIII. hæc est secunda sub
Pio IV.*

Decretum primum.

VT aliquibus committatur Patribus
consideratio de librorum prohibi-
torum ac prohibendorum censura; ut
ipsi, quid sentiant, ad sanctam Synodum
sub tempore deferant. Electique sunt
septemdecim magni Patres supremorum
Ordinum ad hanc rem consociandam.

Secundò decreto, fidem publicam in-
terponit sancta Synodus, ut impudè li-
ceat Principibus, universisque hominum
Germanorum ordinibus, venire, morari,
loqui, conferre, disputareque in Conci-
lio, & inde cum libuerit discedere. Ean-
dem securitatem concedit aliarum na-
tionum hominibus, qui publicè deserue-
runt.

*Decimâ nonâ; & vigesimâ Sessione ten-
tium præroganda decoratur in decimam
factam Julii decretorum publicatio.*

*Sessio XXI. hæc est quinta sub Pio IV.
habita 16. Julii.*

Caput primum.

Sancta Synodus declarat & docet.
nullò divinò præceptò Laicos, &
Clericos non conscientibus, obligari ad
Eucharistiæ Sacramentum sub utraque
specie sumendum; neque ullò pacto
(salvâ fide) dubitari posse quin illis,
alterius speciei communio, ad salutem
sufficiat: quod sacramentum litterarum te-
stimonio comprobatur.

Cap. 2.

Declarat, hanc potestatem perpetuè
fuisse in Ecclesia, ut in Sacramentorum
dispensatione, salvâ eorum substantiâ,
ea statueret vel mutaret, quæ suscipien-
tium utilitati, seu ipsorum Sacramento-
rum venerationi, pro rerum, locorum-
que varietate, magis expedire judicaret.

M t m 2

Quam

Quam auctoritatem in se agnoscens Sancta Ecclesia, utrum nascentis Christianae Religionis communicandi sub utraque specie, mutatum jam progressu temporis videns, iustis causis persuasa, hanc consuetudinem communicandi sub altera specie approbavit, & pro lege habendam decrevit: quam reprobare, aut sine Ecclesiae auctoritate pro libito mutare non licet.

Cap. 3.

Declarat etiam, fatendum esse, etiam sub altera tantum specie, totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi: atque adeo, nullam gratiam necessariam ad salutem eos defraudari, qui solum unam speciem accipiunt.

Cap. 4.

Deinde docet, parvulos usu rationis carentes, nullam obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiae communionem; siquidem adeptam in Baptismo gratiam, illa aetate amittere non possunt. Neque tamen idem damnanda antiquitas est, si eum morem, pro illius temporis ratione, alicubi nonnunquam servavit.

*Canon de Communione.**Canon 1.*

Si quis dixerit, ex Dei praecepto, vel necessitate salutis, omnes & singulos Christi fideles utramque speciem sanctissimi Eucharistiae Sacramenti sumere debere; Anathema sit.

Canon 2.

Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam Catholicam non iustis causis & rationibus adductam fuisse, ut Laicos, atque etiam Ciesicos non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse; Anathema sit.

Canon 3.

Si quis negaverit totum & integrum Christum, omnium gratiarum fontem & auctorem, sub una panis specie sumi; quia (ut quidam falso asserunt) non secundum ipsius Christi institutionem sub utraque specie sumatur; Anathema sit.

Canon 4.

Si quis dixerit parvulis antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiae communionem; Anathema sit.

*Decretum de reformatione in eodem Sessione publicatum.**Cap. 1.*

Neque Episcopi, neque alii Ordinum collatores aut eorum ministri, quovis praetextu aliquid accipiant, pro collatione quorundamque Ordinum, etiam clericalis tonsurae; neque pro litteris dimissoriae, neque pro sigillo, aut aliqua alia causa; etiam si id sponte offeratur. Notariis vero, in iis solum locis, ubi & consuetudo accipiendi invaluit, & salarium nullum habeat, decimam tantum partem unius aurei pro singulis litteris dimissoriis aut testimonialibus accipere poterunt.

Cap. 2.

Ne cum Ordinis dedecore sacris Ordinibus iniuncti mendicent, aut sordidum questum caprent, nullus deinceps clericus secularis (licet idoneus scientia sit & aetate) ad sacros Ordines promoveatur, nisi legitime constet, eum beneficium Ecclesiasticum possidere pacifice, quod sibi honestum suppeditet victum; neque illud beneficium resignare possit, nisi facta mentione, quod ad ejus beneficii titulum sit promovus; neque ea resignatio admittatur, nisi aliunde commode vivere possit; alias, facta resignatio nulla censetur. Neque patrimonium obtinentes aut pensionem, ordinentur, praeter illos, quos Episcopus necessarios vel utiles Ecclesiae suis duxerit. Hos autem Episcopus non initiabit sacris, nisi & fraudem in possessione eorum substantiae abesse perspexerit, & ad vitam degendam sufficiens sit, & sine licentia Episcopi, illa alienari, aut extrinui, vel remitti nullatenus possit, nisi aliunde ad vitam transigendam necessaria adepti sint.

Cap. 3.

Cap. 3.

In Ecclesijs tam Cathedralibus quàm Collegiatis, in quibus aut nullæ, aut tam tenues sunt distributiones quotidianæ, ut negligantur, tertia pars fructuum omnium canonicatum, dignitatum, &c. separatur, & in distributiones quotidianas convertatur, & secundùm proportionem justam, ab Episcopo dividatur. Sairâ tamen consuetudine Ecclesiarum, in quibus non residentes, vel non servientes, nihil aut minus tertiâ parte fructuum percipiunt. Quod si qui in non serviendo contumaces sint, contra eos Juris & Canonum sacrorum sanctionibus procedatur.

Cap. 4.

Episcopi, in Ecclesijs ubi viderint unum rectorem non posse sufficere Sacramentis ministrandis, & divino cultui peragendo, cogant rectores, & alios, ad quos hæc res spectat, tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficere arbitrabuntur: & novas Parochias, etiam in vitis rectoribus, constituent, ubi cognoverint esse necessarias, juxta constitutionem Alexandri III. quæ incipit: Ad audientiam; & portionem assignent congruentem Sacerdotibus, quos novis Ecclesijs præbent, ex fructibus Ecclesiarum matricis. Immo, si sit necesse, populum cogant Episcopi, ea subministrare, quæ sufficient ad vitam horum Sacerdotum sustentandam, neque ab hac se ulla ratione impediri possint.

Cap. 5.

Liceat etiam Episcopo, facere uniones perpetuas Ecclesiarum quarumvis, beneficiorumque, etiam Curatorum, si ipsarum hoc exigat paupertas, aut alii casus Jure permitti. Neque hæ uniones possint revocari, aut quoquò modò infringi, causâ resignationis, &c.

Cap. 6.

Episcopi, illiteratis imperitisque Ecclesiarum Parochialium rectoribus (licet

alioquin vitâ sint honestâ) coadjutores aut Vicarios pro tempore depurent: & fructuum partem eisdem pro victu sufficienti assignent, vel aliter provideant. At verò eos rectores qui turpiter & scandalosè vivunt, post admonitionem, coercerent & castigent: qui si adhuc persistent incorrigibiles in nequitia, ab eisdem Episcopis priventur beneficiis, nullâ appellatione aut exemptione auditâ, ut sacri Canones sanxerunt.

Cap. 7.

Episcopi, transferre possint beneficia simplicia (etiam Juris Patronatûs) ex Ecclesijs, quæ collapsæ sunt, neque instaurari possunt, (vocatis iis quorum interest) in matrices vel alias Ecclesias locorum eorundem seu vicinorum: atque in eisdem Ecclesijs erigant altaria vel capellas, sub eisdem inocationibus. Parochiales verò Ecclesias (etiam si sint Juris patronatûs) collapsas, resciri & instaurari procurent, quod si proventus earum, huic reparationi non sufficient, Patronos, aut Parochianos ad id opportunis cogant remediis, nullâ auditâ tergiversatione. Quod si nimîa omnes egestate laborent; ad matrices seu viciniores Ecclesias transferantur: sitque facultas, Ecclesias dirutas in profanos usus, non tamen sordidos convertendi, erectâ tantùm ibidem cruce.

Cap. 8.

Commendata monasteria, etiam Abbatiz, Prioratus & Præposituræ, in quibus non viget regularis observantia, nec non beneficia etiam curata secularia & regularia, quòcumque modò commendata, etiam exempra, ab Episcopis, annis singulis visitentur; qui operam dabunt, ut, si quâ indigent, resciantur, quæque illis debentur munia exerceantur, posthabitâ omni appellatione, exemptione, &c. Quod si regularis in eis locis vigeat observantia, curent Episcopi, ut & Superiores ad instituta suæ regulæ vitam

ponant, & subditos in officio contineant. Quod si admoniti Superiores, intra sex menses, eos non visitarint & correxerint, tunc iidem Episcopi eos visitare possint, perinde ac Superiores juxta eorum iurisdictionem potuissent, non obstantibus &c.

Cap. 9.

Questorum Eleemofynarum nomen & usus penitus ab omni Christiana Republ. locoque extirpetur: neque ad officium hujusmodi exercendum ullatenus admittantur, nec huic Canonis obliant privilegia concessa Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, &c. Indulgentiæ verò & aliæ spirituales gratiæ, deinceps per Ordinarios locorum, adhibitis duobus de Capitulo, populo publicentur: qui, nullâ prorsus mercede acceptâ, eleemofynas sibi oblatas fideliter colligent, ut hos celestes Ecclesiæ thesaurus, non ad questum, sed ad pietatem exerceri omnes verè intelligant.

*§ 22. quæ est Senta sub Pio IV.
17. Septembris 1562.*

Quod in Missa verum Sacrificium offeratur.

Sacrofancta Synodus, ut absoluta, & ex omni parte perfecta fides atque doctrina de magno Eucharistiæ mysterio in Catholica Ecclesia retineatur, & in sua puritate (propulsatis hæresibus) conservetur, de ea quatenus verum & singulare sacrificium est, hæc, quæ sequuntur docet, declarat, & fidelibus populis prædicanda proponit.

Cap. 1.

Quoniam sub priori testamento, (teste Apostolo Paulo) propter Levitici sacerdotii imbecillitatem, consummatio non erat; oportuit (Deo patre misericordiarum ita ordinante) Sacerdotem alium secundum ordinem Melchisedech surgere Dominum nostrum Jesum Christum, qui posset omnes quoquoque sancti-

ficandi essent, consummare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus & Dominus noster, etsi semel seipsum in ara crucis, morte intercedente, Deo patri oblaturus erat, ut æternam illi redemptionem operaretur: quia tamen per mortem Sacerdotium ejus extinguendum non erat, in Corna novissima, quâ nocte tradebatur, ut dilectæ suæ sponsæ Ecclesiæ, visibile (sicut hominum natura exigit) relinqueret sacrificium, quò cunctum illud, semel in cruce peragendum, representaretur; ejusque memoria in finem usque seculi permaneret; atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum, applicaretur; Sacerdotem, secundum ordinem Melchisedech, se in æternum constitutum declarans, Corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini Deo Patri obtulit, ac sub eisdem rerum symbolis, Apostolis (quos tunc novi Testamenti Sacerdotes constituebat) ut sumerent, tradidit, & eisdem, eorumque in Sacerdotio successoribus ut offerrent, præcepit per hæc verba: *Hoc facite in meam commemorationem*: uti Mab. semper Ecclesia Catholica intellexit, & docuit. Nam celebratò veteri Paschâ (quod in memoriam exitus de Ægypto multitudo filiorum Israël immolabat) novum instituit Pascha, seipsum ab Ecclesia per Sacerdotes sub signis visibilibus immolandum, in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per sui sanguinis effusionem nos redemit, atque eripuit de potestate tenebrarum, & in regnum suum transtulit. Et hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nullâ indignitate aut malitiâ offerentium inquinari potest: quam etiam Dominus per Malachiam, nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam prædixit, & quam non obscure innuit Apostolus Paulus Corinthiis scribens; cum dicit: Non posse eos, qui participatione

men-

mensæ demoniorum polluti sunt, mensæ Domini partipes fieri : per mensam, alere utrobique intelligens. Hæc denique illa est, quæ per varias sacrificiorum naturæ & legis tempore similitudines, figurabatur ; utpotè, quæ bona omnia per illa significata, velut illorum omnium consummario & perfectio, complectitur.

Cap. 2.

Et quoniam in divino hoc sacrificio, quod in missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara Crucis semel seipsum cruentè obtulit ; docet sancta Synodus, sacrificium istud verè propitiatorium esse, per ipsumque fieri, ut si cum vero corde & recta fide, cum metu & reverentia, contriti ac poenitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Hujus quippe oblatione placatus Dominus, gratiam & donum poenitentiz concedens ; crimina & peccata etiam ingentia dimittit. Una enim eademque est hostia, idemque nunc offerens Sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversâ. Cujus quidem oblationis (cruentæ inquam) fructus, per hanc incruentam uberimè percipiuntur ; tantùm abest, ut illi per hanc quodvis modo derogetur. Quare, non solum pro fidelium vivorum peccatis, poenis satisfactionibus & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis in Christo, nondum ad plenum purgatis, rite, juxta Apostolorum traditionem, offeratur.

Cap. 3.

Et quamvis in honorem & memoriam Sancto. um nonnullas interdu Missas Ecclesia celebrare consuevit, non tamen illis Sacrificium offerri docet, sed Deo, qui illos coronavit. Unde nec Sacerdos dicere solet, offero tibi sacrificium Petre vel Paule ; sed Deo, de illorum victoris gratias agens, eorum patrocinia imploret ; ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam facimus in terris.

Cap. 4.

Et cum sancta sanctè administrari conveniat, sitque hoc omnium sanctissimum sacrificium, Ecclesia Catholica, ut dignè reverenterque offerretur ac perciperetur, solum Canonem multis ante seculis instituit, ita ab omni errore purum, ut nihil in eo contineatur, quod non maximè sanctitatem & pietatem quandam sedoleat, mentesque offerentium in Deum erigat. Is enim constat cum ex ipsi Domini verbis, tum ex Apostolorum traditionibus, ac Sanctorum quoque Pontificum piis institutionibus.

Cap. 5.

Cumque natura hominum ea sit, ut non facile queat sine ipsi adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustolli propterea pia mater Ecclesia ritus quosdam, ut scilicet quosdam summissâ voce, alia verò clariore in Missa pronuntiarentur, instituit : cæmonias item adhibuit, ut mysticas benedictiones, lumina, rhymentata, vestes, aliaque id genus multa, ex Apostolica disciplina & traditione : quò & majestas tanti sacrificii commendaretur, & mentes fidelium, per hæc visibilia religionis & pietatis signa, ad tutum altissimum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarent.

Cap. 6.

Optaret quidem sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes, non solum spiritali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiz perceptione communicarent, quò ad eos hujus sanctissimi Sacrificii fructus uberior proveniret ; nec tamen, si id non semper fiat, propterea Missas illas, in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, ut prius & illicitas damnet, sed probat, argue, ad id commendat. Siquidem illæ quæque Missæ necesse est communiter celebrari debent, partem quædam in eis populus Spirituali

tualiter communicet; partim verò, quòd à publico Ecclesie ministro non pro tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinent, celebrentur.

Cap. 7.

Monet deinde sancta Synodus, preceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo miscerent; tum, quòd Christum dominum ita fecisse credatur; tum etiam, qui è latere ejus aqua simul cum sanguine exierit; quod Sacramentum, hæc mixture recolitur; & cum aquæ, in Apocalypsi beati Joannis, populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo unio representatur.

Cap. 8.

Etsi missa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire visum est Patribus, ut vulgari lingua passim celebraretur. Quamobrem, retentò ubique cujusque Ecclesie antiquò, & à sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum matre & magistra, probatò ritu, ne oves Christi esuriant, nè parvuli panem petant, & non sit qui frangat eis; mandat sancta Synodus Pastoribus, & singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem, vel per se, vel per alios ex iis, quæ in Missa leguntur, aliquid exponant, atque inter cætera sanctissimi hujus sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus præsertim dominicis & festis.

Cap. 9.

Quia verò adversus veterem hanc, in sacrosancto Evangelio, Apostolorum traditionibus, sanctorumque Patrum doctrina fundatam fidem, hoc tempore multum disseminati sunt errores, & multa à multis docentur atque disputantur; sacrosancta Synodus, post multos gravissimè his de rebus maturè habitos tractatus; unanimi Patrum omnium consensu, quæ huic purissimæ fidei, sacræque do-

ctrinæ adversantur, damnare & à sancta Ecclesia eliminare, per subjectos hos Canones, constituit.

De Sacrificio Missæ.

Canon 1.

Si quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum & proprium sacrificium; aut quod offerri, non sit aliud, quàm nobis Christum ad manducandum dari; Anathema sit.

Canon 2.

Si quis dixerit, illis verbis, *Hæc facta in meam commemorationem*, Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes, aut non ordinasse, ut ipsi alique Sacerdotes offerrent Corpus & Sanguinem suum; Anathema sit.

Canon 3.

Si quis dixerit, Missæ Sacrificium tantum esse laudis & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in cruce peracti, non autem propitiationem, vel soli professe fumentis; neque pro vivis & defunctis, pro peccatis, penis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus offerri debere; Anathema sit.

Canon 4.

Si quis dixerit, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio in cruce peracto per Missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari; Anathema sit.

Canon 5.

Si quis dixerit, imposturam esse, Missæ celebrare in honorem Sanctorum, & pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit; Anathema sit.

Canon 6.

Si quis dixerit, Canonem Missæ errores continere, ideoque abrogandum; Anathema sit.

Canon 7.

Si quis dixerit, ceremonias, vestes, & externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia Catholica utitur, irritabula

Apoc. 17.

tabula impietatis esse magis, quam officia pietatis; Anathema sit.

Canon 8.

Si quis dixerit, Missas, in quibus solus Sacerdos Sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas; Anathema sit.

Canon 9.

Si quis dixerit, Ecclesiarum Romanæ ritum, quò summissâ voce pars Canonis, & verba consecrationis profertur, damnum esse; aut linguâ tantum vulgari Missam celebrari debere aut aquam non miscendam vino in calice offerendo, eo quòd sit contra Christi institutionem; Anathema sit.

Decretum de reformatione in eadem Sessione.

Cap. primum.

Nihil est, quod alios magis ad pietatem instruat, quam eorum vita & exemplum, qui se divino ministerio dedicaverunt. Quapropter sic decet clericos in sortem Domini vacatos, mores suos componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus, nihil nisi grave, moderatum, ac religione plenum præ se ferant. Statuit itaque sancta Synodus, ut quæ aliàs à summis Pontificibus, & sacris Conciliis de clericorum vita, honestate, cultu doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, commestationibus, choreis, aleis, lûibus, ac quibuscumque criminibus, nec non secularibus negotiis fugiendis, copiosè ac salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum iisdem prænis, vel majoribus arbitriò Ordinarii imponendis, observentur; nec appellatio executionem hanc suspendat. Et, si qua in desuetudinem abierunt, ea quamprimum in usum revocentur.

Cap. 2.

Quicumque ad Cathedralis Ecclesias erit assumendus, non solum natalibus,

ætate, moribus, ac vitâ, ac aliis, quæ à Canonibus requiruntur, plenè sit præditus, verum etiam in sacro Ordine antea, saltem sex mensium spatio constitutus, & ut scientia polleat, quâ tanto muneri satisfaciat.

Sit is antea promorus in universitate studiorum, Magister, sive Doctor, aut Licentiatas in sacra Theologia, vel Jure Canonico, aut saltem publicò alicujus Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur. Quòd si regularis fuerit, à Superioribus suæ religionis similem fidem habeat.

Cap. 3.

Episcopi, tertiam partem fructuum & proventuum dignitatum, personarum & officiorum, Ecclesiarum Cathedralium & Collegiarum, dividere possint in distributiones, eorum arbitriò assignandas; ita ut distributionem amittant, qui personaliter suum officium, quolibet die statuto, non impleverint. Quæ distributio, fabricæ indigenti, aut akeri loco pio, Episcopi arbitriò applicetur. Contra contumaces verò, juxta sacrorum canonum constitutiones procedatur. quòd si alicui dignitati in Ecclesia Cathedrali vel Collegiata, administratio vel officium non competat; sed curam animarum habeat extra civitatem in Diocesi; tunc, dum in cutara Ecclesia ministraverit, habeatur tanquam præfens in sua Ecclesia Cathedrali seu collegiata; non obstantibus consuetudinibus, &c.

Cap. 4.

Nullus vocem habeat in Capitulo Cathedralis vel Collegiatae Ecclesiæ (sive secularis ea, sive regularis sit) qui saltem subdiaconus non sit, etiamsi hoc ab aliis liberè concedatur. Qui autem obtinent aut deinceps obtinebunt dignitates, officia, aut alia beneficia quæcumque, quibus annexum est ut dicant & cantent vel Missas, vel Evangelia, vel Epistolâs, si teneantur infra annum, jussu impedimentò cessante, Ordines sus-

scipere requisitos: alioqui poenas Concilii Viennensis incurrant. Cogantque eos Episcopi, suos Ordines per seipfos exercere, sub eisdem & aliis gravioribus poenis. Nec aliis in posterum fiat provisio, nisi iis, qui ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoscantur: aliter irrita sit provisio.

Cap. 5.

Omnes dispensationes, quæ extrâ Romanam curiam committendæ erunt, committantur Ordinariis illorum qui illas impetraverint: & ex, quæ gratis conceduntur, suum effectum non sortiantur, nisi ab eisdem summarè cognoscatur & extra iudicium, supplicationis preces non fuisse subreptitias vel obreptitias.

Cap. 6.

Cognoscant etiam Episcopi summarè, in commutationibus ultimarum voluntatum (quæ nisi urgente necessitate non fiant) nihil nisi verè fuisse in precibus narratum, nec priùs quàm hoc intelligatur, executioni mandentur.

Cap. 7.

Legati, & Nuntii Apostolici, Patriarchæ, Primates & Metropolitanæ, tam in admittendis appellationibus, quàm in dandis inhibitionibus post appellationem, servant formam sacratum constitutionum, & præsertim Innocentii IV. quæ incipit: *Romana*. Alias, quæcumque inde secuta, sint ipso jure nulla: non obstantibus &c.

Cap. 8.

Episcopi in casibus à Jure concessis, omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quàm inter vivos, sine executores. Habeant jus visitandi Hospitalia, Collegia, Confraternitates Laicorum, non tamen quæ sub immediata Regum protectione sunt, sine eorum licentia. Eleemosynas Montis pietatis sive charitatis, & loca pia omnia, etiam si eorum cura ad Laicos pertineat, & exempta sint, ac omnia, quæ ad Dei cultum, animarum salutem, pauperum su-

stentationem sunt instituta, juxta sacros Canones cognoscant & exequantur: non obstantibus, &c.

Cap. 9.

Administratores, tam Ecclesiastici; quàm Laici, fabricæ Ecclesiæ cuiuscumque, hospitalia, & quorumcumque pauperum locorum, singulis annis reddant rationem Ordinario suæ administrationis, nisi secus fortè, in institutione talis Ecclesiæ seu fabricæ, cautum esset. Quod si aliis ratio reddenda esset ex privilegio, aut institutione, tunc cum iis conjungatur etiam Ordinarius: aliter, liberationes factæ, administratoribus non suffragentur.

Cap. 10.

Possit Episcopus quovis Notarius; etiam Apostolicæ, Imperatoriæ vel Regiæ autoritate creatos, examinatione factâ de sufficientia, scrutari; iniquè repperitis parùm idoneis, aut in officio delinquentibus, prohibeat officii usum; perpetuè aut ad tempus, in negotiis & causis Ecclesiasticis & spiritualibus. Nec appellatio interdictionem suspendat.

Cap. 11.

Si quem Clericorum, aut Laicorum, quæcumque is dignitate, etiam Imperiali aut Regali præfulgeat, tantùm mortalium omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus Ecclesiæ, seu cuiuscumque secularis, aut regularis beneficii, monasterium pietatis, aliorumque piorum locorum jurisdictiones; bona, census ac jura etiam feudalia & emphyteotica, fructus, emolumenta, seu quascumque obventiones, quæ in ministrorum ac pauperum necessitates converti debent, per se, vel per alios, vi vel timore inculsò, seu etiam per suppositas personas Clericorum aut Laicorum, seu quæcumque arte, aut quodcumque quæsitò colore in proprios usus converteret, illosque usurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab aliis, ad quos jure pertinent, percipiantur; is Anathemati tam diu subiaceat, quàm diu Juri

Jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, & redditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione suppositæ personæ pervenerint, Ecclesie ejusque administratori sive beneficiario integrè restituerit, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit.

Quòd si ejusdem Ecclesie patronus fuerit, etiam Jure patronatus, ultra positas pœnas, eo ipso privatus existat. Clericus verò, qui nefandæ fraudis & usurpationis hujusmodi fabricator seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subiacet, nec non quibuscumque beneficiis privatus sit, & ad quæcumque alia beneficia inhabilis efficiatur, & à suorum Ordinum executione, etiam post integram satisfactionem & absolutionem, arbitrio sui Ordinarii, suspendatur.

Decretum, de observandis vel evitandis in celebratione Missæ, in eadem sessione promulgatum.

Omnis diligentia & opera in eo est collocanda, ut quantà maximè fieri potest cordis puritate, atque exteriori devotionis & pietatis specie Sacrosanctum Missæ Sacrificium peragatur: cui, ut debitus cultus ad Dei gloriam & fidelis populi ædificationem restituatur, decernit Sancta Synodus, ut Episcopi ea omnia prohibere & tollere sedulo curent, & teneantur, quæ vel avaritia, vel superstitio induxit.

In primis, quod ad avaritiam pertinet, quascumque mercedum conditiones, pacta, conventiones, & quicquid pro Missis celebrandis datur, & importunas elemosinarum exactiones, aliæque similia, omninò prohibeant; quæ à simoniaca labe, vel certè turpi questu non longè absunt.

Deindè, ut irreverentia vitetur, interdiciant, ne cui vago & ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat. Publicè &

notoriè criminoso, neque sacro ministrare altari, neque sacris interessere permittant. Ne patiantur in privatis domibus, atque omninò extrà Ecclesiam, aut oratoria divino cultui tantùm dicata (quæ ab ipsis designentur & visitentur) sanctum hoc Sacrificium peragi à seculari seu regulari Sacerdote: idque sicut decenter compositò corporis habitu. Ab Ecclesiis Musicis, ubi organò vel cantu lascivum aliquid miscetur, seculares actiones, profana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores arceant: ut domus Dei verè domus orationis dici possit.

Postremò, ne superstitioni locus esse possit, edictò & pœnis propositis caveant, ne Sacerdotes aliis quàm debitis horis celebrent, nevé ritus alios aut cætempnias & præces adhibeant in Missarum celebratione, præter eas, quæ ab Ecclesia probatæ, ac laudabilis & frequenti usu receptæ fuerint: quatumdam verò Missarum & candelarum certum numerum, qui magis à superstitioso cultu, quàm à vera religione inventus est, omninò ab Ecclesia removeant: doceantque populum quis sit, & à quo proveniat hujus sanctissimi Sacrificii tam pretiosus ac propè celestis fructus. Moneant etiam eundem populum, ut frequenter ad suas parochias, saltè diebus Dominicis & majoribus festis accedant. Hæc, & quæcumque huc pertinere visa fuerint, ipsi Episcopi prohibeant, mandent, corrigant, statuunt: & pœnis propositis ipsorum arbitriò, ad ea servanda fidelem populum compellant, non obstantibus privilegiis, &c.

Decretum super petitione Concessionis Calicis in eadem sessione publicè tum.

HOc decretò sancta Synodus defert ad Pontificem Max. sententiam & judicium integrum illorum duorum articulorum quos antea propositos, nondum discusserat: nimirum, an consuetudo

Catholicæ Ecclesiæ communicandi laicos & non consecratos Sacerdotes sub una tantum specie panis, ita sit retinenda, ut nullâ ratione, Calicis usus cuiquam sit permittendus: & an si concedendus alicui vel nationi vel regno Calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, & quænam sint illæ?

*sessio 23. quæ est septima sub pio IV.
De Sacramento Ordinis, ad con-
demnandos errores nostri
temporis. Die 15. Julii
1563.*

Cap. 1.

Sacrificium & Sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta sunt, ut utrumque in omni Lege extiterit.

Cum igitur in novo Testamento sanctum Eucharistiæ sacrificium visibile, ex Domini institutione, Catholica Ecclesia acceperit; fatari etiam oportet, in ea novum esse, visibile & æternum Sacerdotium, in quod, vetus translatum est. Hoc autem ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis eorumque successoribus in sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi & ministrandi corpus & sanguinem, nec non & peccata dimittendi & retinendi, sacræ litteræ ostendunt, & Catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit.

Cap. 2.

Cum autem divina res sit tam sancti sacerdotii ministerium; consentaneum fuit, quod dignius & majori cum veneratione exerceri possit, ut in Ecclesiæ ordinatione una dispositione plures & diversi essent ministrorum Ordines, qui Sacerdotio ex officio deservirent; & ita distributi, ut, qui jam clericali tonsurâ insigniti essent, per minores ad majores ascenderent. Nam non solum de Sacerdotibus, sed & de Diaconis sacræ litteræ apertam mentionem faciunt; & quæ ma-

ximè in illorum ordinatione attendenda sunt, gravissimis verbis docent; & ab ipso Ecclesiæ initio sequentium Ordinum nomina, atque uniuscujusque eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolythi, Exorcistæ, Lectoris, & Ostiarii in usu fuisse cognoscuntur, quamvis non pari gradu. Nam Subdiaconatus ad majores Ordines à Patribus, & sacris Conciliis refertur; in quibus & de aliis inferioribus frequentissimè legitur.

Cap. 3.

Cum Scripturæ testimonium, Apostolicâ traditione, & Patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, (quæ verbis & signis exterioribus perficitur) gratiam conferri; dubitare nemo debet, Ordinem esse verè & propriè unum ex septem Sanctæ Ecclesiæ Sacramentis. Inquit enim Apostolus: *Admonete te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manuum mearum.* Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.

Cap. 4.

Quoniam verò in Sacramento Ordinis, sicut & in Baptismo, & Confirmatione, character imprimitur, qui nec auferri potest; merito sancta Synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt, novi Testamenti Sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere; ac semel ritè ordinatorum, iterum Laicos effici posse, si verbi Dei ministerium non exerceant. Quòd si quis omnes Christianos promiscuè novi Testamenti Sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet; nihil aliud facere videtur, quam Ecclesiasticam Hierarchiam (quæ est ut eorum acies ordinata) confundere; perinde ac si contra Beati Pauli doctrinam, omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Evangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores. Proinde sacrosancta Synodus declarat, præter ceteros Ecclesiæ

elesticos gradus, Episcopus (qui in Apostolorum locum successerunt (ad hunc Hierarchicum ordinem præcipue pertinere; & positos (sicut idem Apostolus ait) à Spiritu S. regere Ecclesiam Dei; eoque Presbyteris superiores esse; ac Sacramentum Confirmationis conferre; ministros Ecclesie ordinare; atque alia pleraque peragere ipsos posse; quartum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent. Docet insuper sacrosancta Synodus, in ordinatione Episcoporum, Sacerdotum, & cæterorum Ordinum, nec populi, nec cuiusvis secularis potestatis, & magistratus consensum, sive vocationem, sive auctoritatem ita requiri, ut sine ea irrita sit ordinatio: quin potius decernit, eos, qui tantummodò à populo aut seculari potestate ac magistratu vocati & instituti, ad hæc ministeria exercenda ascendant, & quæcunque propria temeritate sibi sumunt, omnes non Ecclesie ministros, sed fures, & latrones, per ostium non ingressos, habendos esse. Hæc sunt, quæ generatim sacre Synodo visum est Christi fideles de Sacramento Ordinis docere. His autem contraria, certis & propriis Canonibus in hunc, qui sequitur, modum damnare constituit; ut omnes, adjuvante Christo, fidei regulam urentes, in tot errorum tenebris Catholicam veritatem facilius agnoscere, & tenere possint

De Sacramento Ordinis.

Canon 1.

Si quis dixerit, non esse in novo testamento sacerdotium visibile & externum; vel non esse potestatem aliquam consecrandi & offerendi verum corpus & sanguinem Domini, & peccata remittendi & retinendi; sed officium tantum, & nudum ministerium prædicandi Evangelium: vel eos, qui non prædicant, prorsus non esse Sacerdotes; Anathema sit.

Canon 2.

Si quis dixerit, præter Sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios Ordines, & majores & minores, per quos, velut per gradus quosdam, in Sacerdotium tendatur; Anathema sit.

Canon 3.

Si quis dixerit, Ordinem, sive sacram Ordinationem non esse verè & propriè Sacramentum, à Christo Domino institutum, vel esse figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum Ecclesiasticarum imperitis; aut esse tantum ritum quemdam eligendi Ministros verbi Dei, & Sacramentorum; Anathema sit.

Canon 4.

Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari Spiritum S. ac proinde frustra Episcopos dicere, *Accipe Spiritum Sanctum*; aut per eam non imprimi characterem; vel eum, qui Sacerdos semel fuit, Laicum rursus fieri; Anathema sit.

Canon 5.

Si quis dixerit, sacram Unionem, quæ Ecclesia in sancta Ordinatione utitur, non tantum non requiri, sed contemnendam & perniciosam esse; similiter & alias Ordinis ceremonias; Anathema sit.

Canon 6.

Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam divinam ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris, Anathema sit.

Canon 7.

Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem; vel Ordines ab ipsis collatos sine populi vel Potestatis secularis consensu aut vocatione, irritos esse; aut eos, qui nec ab Ecclesiastica & canonica potestate ritè ordinati, nec

missi sunt, sed aliundè veniunt, legitimos esse verbi Dei & Sacramentorum Ministros; Anathema sit.

Canon 3.

Si quis dixerit, Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos ac veros Episcopos, sed figmentum humanum; Anathema sit.

Decretum de reformatione.

Cap. 1.

De Residencia.

Declarat sancta Synodus omnes Episcopos, Archiepiscopos & quicumque nomine & titulo Ecclesiis Praefectos, etiam Cardinales, obligari ad personalem in sua Ecclesia vel Dioecesi residentiam: neque abesse posse, nisi ex causis & modis infra scriptis.

Nam cum charitas, vel urgens necessitas, vel debita obedientia, vel evidens Ecclesiae vel Reipub. utilitas, aliquos nonnunquam abesse possulent, hæ legitimæ causæ à Rom. Pontifice, aut à Metropolitanano, vel, eò absente, à Suffraganeo antiquiori Episcopo residente, (qui idem Metropolitanus absentiam probabit) in scriptis approbentur; nisi cum absentia sit propter munus & Reip. officium, Episcopatus adjunctum: cujus quoniam causæ notoriae sunt, vel repentinae, eas Metropolitanano necesse non erit significari: ad eum tamen cum Concilio Provinciali spectabit judicare de hujusmodi licentis, ne quis eò jure aburatur. Interea discessuri, ovibus suis ita provideant, ne ex ipsorum absentia damnum accipiant. Extra prædictas autem causas, singulis annis, absentia duos aut ad summum tres menses non excedat, idque etiam aequâ causâ & absque gregis detrimento fiat: quod an ita sit, ipsorum conscientiae relinquit. Hortaturque, ne ullo pacto absint ab Ecclesiis Cathedralibus tempore Dominici adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, Resurre-

ctionis, Pentecostes, & Corporis Christi diebus, nisi Episcopalia munia in sua dioecesi eos aliud avocent. Si quis seculi fecerit, præter poenas sub Paulo III. contra non residentes impositas & innovatas; ac mortalis peccati reatum quem incurrit, eum pro rata temporis absentia, fructus suos non facere, nec turâ conscientiam illos posse retinere, sed debent eos fabricæ vel pauperibus erogare. Nec liceat, per conjunctionem aut compositionem unde remittantur, aliquid ab hac poena liberari: non obstantibus privilegiis, &c.

Eadem omnino (etiam quoad culpam & fructuum amissionem, & poenas) de quibuscumque beneficium cum cura animarum habentibus, sancta Synodus decernit: quando verò abesse contigerit, (causa ab Episcopo cognita & probata) Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum relinquunt, cum debita mercedis assignatione. Nec licentiam (quam gratis & in scriptis dabunt) ultra bimestre tempus (nisi ex gravi causa) concedent. Quod si citati (etiam non personaliter) contumaces fuerint, possint eos Ordinarii per juris remedia, etiam usque ad privationem, compellere, nec executionem possit suspendere aliquod privilegium, exemptio, &c. Et, tum decretum hoc, quam illud Pauli III. in Conciliis Provincialibus, & Episcopalibus publicetur.

Cap. 2.

Praefecti Ecclesiis Cathedralibus & superioribus, etiam si Cardinales, si consecrationem intra tres menses non susceperint, teneantur ad fructuum perceptorum restitutionem. Si verò intra totidem menses id facere neglexerint, Ecclesiis ipsò jure sint privati. Consecratio celebretur in Ecclesia cui præficiuntur, si Romæ non fiat, & commodè id fieri possit.

Cap. 3.

Episcopi per seiplos Ordines consecrant,

rant, & impediri aegritudine, subditos suos examinatos & probatos, ad alium Episcopum mittant ordinandos.

Cap. 4.

Primâ tonsurâ inicietur illi tantum, qui confirmati, & in fidei rudimentis eruditi sint: quique cum legere & scribere sciant, hoc vitæ genus elegisse videantur, ut Deo serviant, non ut secularia judicia subterfugiant.

Cap. 5.

Ad minores Ordines promovendi, bonum à Parocho & à Magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant. Hi verò, qui ad singulos majores erunt assumendi, per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publicè in Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus & vita à fide dignis diligenter inquirat, & litteras testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum Episcopum quàm primùm transmittat.

Cap. 6.

Nullus primâ tonsurâ initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus, ante decimum quartum annum beneficium possit obrinere. Is etiam fori privilegiò non gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat; aut clericalem habitum & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviat: vel in seminario Clericorum, aut in aliqua schola vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad majores Ordines suscipiendos versetur. In Clericis verò conjugatis servetur constitutio Bonifacii IX. quæ incipit; Clerici qui cum unicis: modo hi Clerici alicujus Ecclesiæ servicio vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ serviant vel ministrent, & clericali habitu & tonsurâ utantur: nemini quoad hoc privilegiò,

vel consuetudine etiam immemorabili, suffragante.

Cap. 7.

Episcopus sciriâ antequam Ordines conferat, aut quando ei videatur, ad civitatem evocet omnes iniciandos, & eorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam & fidem diligenter investiget, adscitis sibi ad eam rem viris prudentibus, & piis.

Cap. 8.

Ordinationes sanctissimas à Jure temporibus in Ecclesia Cathedrali, aut alia, quæ dignissima videatur, in Cleri præsentia: & quisque à proprio ordinetur Episcopo: nec alienum quisquam promoveat, illius prætextu privilegii, nisi Ordinarii sui testimonio commendetur. Si secus fiat, ordinans à collatione Ordinum per annum, ordinatus ab executione sit suspensus, quamdiu suo Episcopo videbitur.

Cap. 9.

Episcopus familiarium suum non subditum ordinare non possit, nisi triennio secum habitaverit; & ei beneficium conferat, omni fraude cessante.

Cap. 10.

Neque Abbatibus, neque aliis exemptis liceat tonsuram vel minores Ordines conferre, nisi ei, qui sibi Regularis subditus sit: nec litteras dimissorias vel ipsi, vel Collegia, aut Capicula, Clericis secularibus, ut ab aliis ordinentur, concedant. Sed omnium ordinatio ad Episcopos, intra quorum dioceses existunt, pertineat: non obstantibus privilegiis, &c.

Cap. 11.

Minores Ordines latinè intelligentibus, neque omnes simul (nisi secus Episcopo videatur expedire) conferantur; ut in unoquoque munere, Episcopi arbitrio, se exerceant in ea Ecclesia, cui sunt dedicati, nisi in studiis occupentur; atque ita de gradu ad gradum ascendant; & aliorum hinc inicietur Ordinibus;

nisi quem scientiæ spes iis dignum ostendet. Neque id fiet nisi elapsò annò à postrema minorum Ordinum susceptione, nisi Episcopus censeat Ecclesiam tunc scilicet exigere.

Cap. 12.

Nullus deinceps fiat Subdiaconus ante annum vigesimum secundum suæ ætatis, neque Diaconus ante 23. neque Presbyter ante vigesimum quintum. Digni tantùm assumuntur, quorum probata vita, senectus sit. Regulares etiam neque in minore ætate, neque sine examinae diligenti Episcopi, ordinentur, privilegiis quibuscumque penitus quoad hoc exclusis.

Cap. 13.

Subdiaconi & Diaconi moribus literisque probati, & necessariis ad Ordinem exercendum instructi, quiq; Deò auctore, continentiam sibi polliceantur, Ecclesiis inserviant quibus ascribentur; sciant maximè decete, si saltem diebus dominicis & solemnibus sacram Communionem perceperint, cum altari ministraverint. Subdiaconus, nisi per annum in suo ordine versatus, ad altiorem gradum ne ascendat, nisi aliud Episcopo videatur. Duo sacri Ordines non conferantur eodem die, etiam Regularibus non obstantibus privilegiis, & indultis concessis quibuscumque.

Cap. 14.

Qui piè & fideliter in ministeriis ante actis se gesserint, & ad presbyteratus Ordinem assumuntur, bonum habeant testimonium. Et hi sunt, qui non modò in diaconatu ad minus annum integrum (nisi ob Ecclesiæ utilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur) ministraverint, sed etiam ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ministrandi Sacramenta, diligenti examine præcedente, idonei comprobentur; atque ita pietate ac castis moribus conspicui, ut præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ

monita ab eis possint expectari. Ceteri Episcopus, ut ii saltem diebus dominicis ac festis solemnibus (si autem curas habuerint animarum, tam frequenter, ut suo muneri satisficiant) Missas celebrent.

Cum promotis per saltum (qui non ministraverint) Episcopus ex legitima causa possit dispensare.

Cap. 15.

Quamvis presbyteri in sua ordinatione à peccatis absolvendi potestatem accipiant, decernit tamen sacrosancta Synodus, nullum (etiam regularem) posse confessionem secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen (si illis videbitur esse necessarium) aut aliis idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: privilegiis & consuetudine quacumque, etiam immutabili, non obstante.

Cap. 16.

Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis aut necessarius suis Ecclesiis, sancta Synodus, vestigiis sexti Canonis Concilii Chalcedonensis in hærendo, statuit; ut nullus in posterum ordinetur, qui illi Ecclesiæ aut pio loco, pro cuius necessitate aut utilitate assumitur, non ascribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus. Quod si locum, inconsulto Episcopo, deseruerit, sacrorum exercitium interdicitur. Nullus præterea clericus peregrinus sine commendationis sui Ordinarii literis, ab ullo Episcopo ad divina celebranda, & Sacramenta administranda admittatur.

Cap. 17.

Prælatos Ecclesiarum sancta Synodus in Domino hortatur, & præcipit, ut (quantùm fieri commode poterit) in Ecclesiis omnibus ubi populus sit frequens, & census id ferre queant, restituant functiones sanctorum Ordinum, à

Subdiaconatu ad Ostiariatum, & eas ex-
creentibus, stipendia assignent ex bene-
ficiis, aut fabrica. Quod si ministeriis
quatuor minorum Ordinum exercendis,
Clerici cœlibes præsto non erunt, suf-
fici poterunt conjugari, non tamen bi-
gami, qui vitam probatam cum tonsura
& habitu clericali in Ecclesia conjun-
gant.

Cap. 18.

Sacrosancta Synodus statuit, ut sin-
gulæ Cathedrales, Metropolitanz, & his
majores Ecclesiaz, pro modo facultatum
& diœcesis amplitudine, certum pueror-
um numerum in collegio, & convenienti
loco, ab Episcopo ad hoc eligendo alant,
ac religioſe educant, & in Ecclesiasticis
disciplinis instituant. In hoc verò Col-
legio recipiantur legitime nati, non mi-
nores duodecim annis, legere & scribere
docti, de quorumque indole & volun-
tate spe concepta sit perpetuò Ecclesia-
sticis ministeriis inservituros. Pauperum
autem filios præcipiè elegi vult: nec ta-
men divitum excludit, modò sub sum-
pta alantur, & studium præ se ferant
Deo & Ecclesiaz inserviendi. Hos pue-
ros Episcopus in classes divisos, partim
Ecclesiarum ministerio addcet, partim
in Collegio etudiendis retinebit, alios
que sufficiet, ut eorum locò ministrent.
Hoc Collegium, perpetuum erit semina-
rium Dei ministerium: Hi semper ton-
sura & habitu clericali utantur. Gram-
matices, Cantus, Computi Ecclesiastici,
aliarumque bonarum artium disciplinam
ediscant. Inter sint quotidie Missæ Sa-
crificiò; singulis saltem mensibus confi-
teantur peccata, & juxta Confessoris
judicium sumant Corpus Domini nostri
Jesu Christi. Cathedrali & aliis loci

Ecclesiis inserviant diebus festis. Epi-
scopus, cum consilio duorum Canonico-
rum, quos ipse eliget, hæc omnia &
alia, quæ in eum finem opportuna vide-
buntur, constituet. Visitabit crebrò, dis-
colos puniet, etiam, si opus fuerit, ex-
pellendo. Ad harum rerum omnium
sumprus, ultra ea, quæ sunt in aliquibus
Ecclesiis ad instituendos pueros destinata,
quæ huic seminatîo, eo ipso applicantur,
idem Episcopus, cum duorum à Capi-
tulo consilio, & duorum de Clero civi-
tatis, partem aliquam & portionem de-
trahent ex fructibus integris omnium
reddituum Ecclesiasticorum, & Mona-
steriorum, non tamē mendicantium, &
Hospitalium, quæ, in titulum vel admini-
strationem dantur, & Collegiorum
(in quibus seminatîa discuntium ad
commune Ecclesiaz bonum non habentur)
& omnium Ordinum militum, præter
quam S. Joannis Hierosolymitani &
eâm portionem detractam, & beneficia
simplicia & præstimonia vacantia, huic
Collegio applicabunt, & incorporabunt.
Hoc, si ab Episcopo erigi negligatur,
Superiores eum, & hos Synodus pro-
vincialis acriter corripiet, & faciendum
curabit. Ut hoc minori fiat sumptu, Or-
dinarii compellant scholasticos suæ Ec-
clesiaz, & alios, quibus loci non est mu-
nus amicum, ut in hoc Collegio per
se doceant, aut per substitutos, quos
ipsi eligant, & Ordinarii approbent. Et
tales dignitates, quæ Scholasteriaz di-
cuntur, deinceps non conferantur, nisi eâ
doctrinâ pollentibus, qui hoc munere
per se exercere possint: & aliter facta
prouiso, invalida sit, non obstantibus
privilegiis quibuscunque.

Si quæ Ecclesiaz, ob pauperatem, hæc
Collegia erigere non poterunt, Synodus
Provincialis, aut Metropolitana, cum
duobus Suffraganeis, in aliqua ejus Pro-
vinciæ Ecclesia, unum aut plura Colle-
gia, ex fructibus diversarum Ecclesiarum
instituere curabit, ut pueri eorum, quæ
fin-

singula Collegium non possunt habere, commodè educetur.

Si diocesis magna sit, poterit Episcopus alia habere seminaria, quæ tamen ab illo quod in civitate erectum fuerit, in omnibus dependent.

Si pro unionibus, aut portionum taxatione, aut alia de causa difficultas oriretur, quæ hanc institutionem vel conservationem perturbaret: Episcopus cum diœsis deputatis, vel Synodus provincialis in iis decernerè providereque valeat.

Sessio 24. quæ est Oſtava sub Pio IV.

Doctrina de Sacramento Matrimonii, publicata die 11. Novembris 1563. Tridenti sub beatissimo Pio IV.

Matrimonii perpetuum indissolubilemque nexum, primus humani generis parens divini Spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit: *Hoc nunc est os ossibus meis, & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adheret uxori suæ: & erunt duo in carne una.*

Hoc autem vinculo duos tantummodò copulati & conjungi, Christus Dominus appetitùs docuit, cum postremà illa verba tamquam à Deo prolata referens, dixit: *Itaque iam non sunt duo, sed una caro: statimque ejusdem nexûs firmitatem ab Adamo tantò ante pronuntiatam, his verbis confirmavit: Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.*

Gratiam verò, quæ naturalem illum amorem perſequeret, & indissolubilem unitatem confirmaret, conjugisque sanctificaret, ipse Christus venerabilium Sacramentorum institutor atque perfectior, suâ nobis passione promeruit. Quod Paulus Apostolus innuit dicens: *Viri diligite uxores vestras, sicut Christus diligit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: mox subjungens: Sacramentum hoc mag-*

num est, quo autem dico in Christo & in Ecclesia.

Cum igitur matrimonium in lege Evangelica veteribus connubiis, per Christum, gratiâ præſtet; merito inter novæ legis Sacramenta annumerandum sancti Patres nostri, Concilia, & universalis Ecclesiæ traditio semper docuerunt. Adversùs quam impij homines hujus sæculi insanientes, non solum perperam de hoc venerabili Sacramento senserunt, sed de more suo, prætextu Evangelii, libertatem carnis introducentes, multa, ab Ecclesiæ Catholice sensu, & ab Apostolorum temporibus probatâ consuetudine aliena, scriptò & verbò afferuerunt, non sine magna Christi fidelium jactura. Quorum temeritati sancta & universalis Synodus cupiens occurrere, insigniores præfatorum schismaticorum hæreses & errores, ne plures ad se trahat perniciosa eorum contagio, exterminandos duxit, hos in ipsos hæreticos eorumque errores decernens Anathematismos.

Canonis de Sacramento Matrimonii.

1. Si quis dixerit; Matrimonium non esse verè & propriè unum ex septem legis Evangelicæ Sacramentis, à Christo Domino institutum; sed ab hominibus in Ecclesiam inventum; neque gratiam conferre; Anathema sit.

2. Si quis dixerit, licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nullâ lege divinâ esse prohibendum; Anathema sit.

3. Si quis dixerit, eos tantùm consanguinitatis & affinitatis gradus, qui Leviticò exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahendum; nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare; aut constituere, ut plures impediant & dirimant; Anathema sit.

4. Si qui dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonii dirimentia; vel in iis constituendis errasse, Anathema sit.

5. Si quis dixerit, propter hæresim, aut molestem cohabitationem, aut affectuam absentiam à conjugè, dissolvi posse matrimonii vinculum; Anathema sit.

6. Si quis dixerit, matrimonium ratum non consummatum, per solemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimi; Anathema sit.

7. Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum docuit, & docet (juxta Evangelicam & Apostolicam doctrinam) propter adulterium alterius conjugum, Matrimonii vinculum non posse dissolvi; & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, alterò conjugè vivente, aliud matrimonium contrahere; mœcharique eum, qui dimissâ adulterâ, alij nupserit; Anathema sit.

8. Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum, ob multas causas, separationem inter conjuges quoad thorum, seu quoad cohabitationem, ad certum incertumvè tempus fieri posse decernit; Anathema sit.

9. Si quis dixerit, Clericos in factis Ordinibus constitutos, vel regulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege Ecclesiasticâ vel votò, & oppositum nihil aliud esse, quam damnare matrimonium; qui non sentiunt se castitatis (etiamsi eam voverint) habere donum; Anathema sit: cum Deus id rectè petentibus non denegat, nec patiatur nos supra id, quod possumus, tentari.

10. Si quis dixerit; statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cœlibatûs; & non esse melius ac beatius manere in virginitate aut cœlibatu, quam jungi matrimonio, Anathema sit.

11. Si quis dixerit, prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus, superstitionem esse tyrannicam,

ab ethnicorum superstitione profectam, aut benedictiones, & alias ceremonias, quibus Ecclesia in illis utitur, damnaverit; Anathema sit.

12. Si quis dixerit, causas matrimoniales non spectare ad Judices Ecclesiasticos; Anathema sit.

Decretum de reformatione Matrimonii

Canon 1.

DUbitandum non est, clandestina Matrimonia, liberò consensu facta, rata & vera esse matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit: & proinde, jure sunt damnandi, & Anathemate eos damnat sancta Synodus, qui ea vera esse negant, quiq; affirmant, matrimonia filiorum, sine consensu parentum facta, irrita esse, & parentes ea rata vel irrita facere posse: illa tamen matrimonia semper sancta Ecclesia derestata est, & prohibuit: animadvertensq; tunc sancta Synodus gravia peccata, quæ ex eisdem ortum habent, quibus succurri non potest, nisi efficacius remedium adhibeatur; præcipit, ut antequam matrimonium contrahatur, publicè in Ecclesia tribus continuis festivis diebus à Parocho denuntietur; & tunc, nullò impedimento remorante, ad matrimonium in facie Ecclesiæ procedatur. Quod si meritiò timeatur maliciosè impediti posse, si toxies denuntietur, fiat una tunc denunciatio, vel saltem, Parocho, & duobus vel tribus testibus presentibus, Matrimonium celebretur, & ante consummationem denuntiationis fiant, nisi Ordinatio superse-dendum videatur. Qui alter quam præ-sente Parocho, vel aliò Sacerdote, de ipsius seu Ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus, matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & hujusmodi contractus irritos

& nullos esse decernit præfenti decretò. Insuper, Sacerdotes & testes, & eos qui contrahent, si secùs fecerint, puniendos ab Ordinario, decernit. Conjuges hortatur, ne in eadem domo cohabitent ante Sacerdotis in Ecclesia benedictionem, quam solus Parochus, aut qui ab eo vel ab Ordinario licentiam habet, dare poterit: ei qui secùs fecerit, & aliènz Parochiæ sponfos conjungere vel benedicere ausus fuerit, pœna suspensionis additur, non obstantibus privilegiis, &c.

Hortatur etiam sancta Synodus conjuges, ut antequàm contrahant, veritatem utriusque ante consummationem, ad puram confessionem & communionem accedant; & laudabiles consuetudines & ceremonias Provinciarum in nuptiarum Sacramento omninò retineri optat. Et hoc decretum, omnes Ordinarii quamprimum populo publicari faciant in omnibus Parochiis: idque sæpissimè primò annò; deinde quoties expedire judicaverint.

Decernit insuper, ut hujusmodi decretum, in unaquaque Parochia suum robur post triginta dies habere incipiat, à die primæ publicationis, in eadem parochia factæ, numerandos.

Cap. 2.

Unus tantùm (sive vir, sive mulier) vel ad summum unus & una, baptizatum de Baptismo suscipiant; inter quos & baptizatum ipsam, & illius patrem & matrem, necnon inter baptizantem & baptizatum, baptizatiq; patrem ac matrem tantùm spiritualis cognatio contrahatur. Parochus, cum vel eos quos electos ad hoc cognoverit, tantùm ad suscipiendum baptizatum admittat: & in libro eorum nomina scribens, doceat, quam cognationem contraxerint. Si qui alii baptizatum tetigerint, nulla inde esto cognatio spiritualis, non obstantibus constitutionibus contra decernentibus. Ea quoque cognatio, quæ ex Con-

suetudine contrahitur, confirmationem & confirmatum, illisq; patrem & matrem, ac tenentem non egrediatur.

Cap. 3.

Justitiæ publicæ honestatis impedimentum, ubi sponsalia valida non erunt, sancta Synodus protinus tollit; ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedat.

Cap. 4.

Impedimentum affinitatis ex fornicatione contractum, quod matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantùm, qui in primo & secundo gradu conjunguntur, restringit; in ulterioribus gradibus talis affinitas non dirimet matrimonium postea contractum.

Cap. 5.

Si quis scienter intra gradus prohibitos matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat: idque magis in eo servetur, qui consummare matrimonium ausus fuerit. Si ignoranter id fecerit, & solemnitates requisitas neglexerit, eisdem subjiciatur pœnis. Si verò solemnitatibus adhibitis, postea impedimentum cognoscatur cujus habuit ille probabilem ignorantiam; tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. In contrahendis matrimoniis, aut nulla omninò, aut rarè detur dispensatio; idque ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.

Quamdiu rapta mulier in potestate raptoris fuerit, nullum posse fieri matrimonium decernit sancta Synodus. Si autem in libertate constituta, cum in virum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat: jure tamen ipsò sint excommunicati, perpetuò infames & omnium dignitatum incapaces, tam raptor, quam omnes consilium, auxilium & favorem illi præbentes. Si Clerici sint, de gradu suo cadant: dotare autem raptam

gram arbitrio Judicis raptor teneatur, siue illam duxerit siue non duxerit.

Cap. 7.

Paternè monet sancta Synodus eos ad quos spectat, ne genus hominum vagantium, & incertas sedes habentium ad matrimonium facillè recipiant. Magistratus hortatur, ut eos severè coëctent. Parochis præcipit, ne illorum matrimonii interfint, nisi diligenti factâ inquisitione, & re ad Ordinarium delatâ, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint :

Cap. 8.

Statuit sancta Synodus concubinos, tam solutos quàm conjugatos, cujuscumque sint status, si ter admoniti ab Ordinario concubinas non ejectionem, seque ab earum consuetudine non sejunxerint, excommunicatione feriendos esse, à qua, donec seipsa paruerint, non absolvantur. Quod si, censuris neglectis, per annum in concubinato permanserint, contra eos ab Ordinario severè procedatur. Mulieres, quæ cum adulteris, seu concubinariis publicè vivunt, si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinariis locorum graviter puniantur, invocato, si opus sit, auxilio seculari.

Cap. 9.

Præcipit sancta Synodus omnibus cujuscumque gradûs, conditionis, & dignitatis existant, sub Anathematis poena, quam ipso facto incurrant, ne quovis modo, directè, vel indirectè, subditos suos vel quoscumque alios cogant, quò minus libetè matrimonium contrahant.

Cap. 10.

Ab adventu Domini usque ad diem Epiphaniæ, & à feria 4. cinerum usque in octavam Paschatis inclusivè, antiquæ nuptiarum prohibitiones observentur : in aliis temporibus, solemniter celebrari permittantur : ut autem eâ modestiâ & honestate, quâ decet, fiant, Episcopi curabunt. Sancta enim res est matrimonium, & sanctè tractandum.

Decretum de reformatione generali in eadem 8. Sessione.

Cap. 1.

Cum primùm Ecclesia vacaverit, supplicationes ac preces publicè privatimque fiant, quibus Clerus & populus bonum à Deo pastorem valeant impetrare. Hortaturque sancta Synodus omnes, qui jus habent ad promotionem præficiendorum, aut aliquam operam præstant ; ut meminerint, nihil se ad Dei gloriam & populi salutem utilius posse facere, quàm si bonos pastores promoveri stent : eosque mortaliter peccare, nisi quos digniores & Ecclesiæ utiliores, caveant, præfici diligenter curave- : & quos ex legitimo matrimonio natos, vitâ, ætate, doctrinâ, aliisque dotibus præditos sciant, quæ juxta sacros Canones, & hujus Synodi decreta requiruntur. Additur hic de forma institutionis & testimonii in Synodis Metropolitanis faciendâ, & à summo Pontifice approbandâ ad promotionem Episcoporum. Et Summus Pontifex admetur officii sui in eligendis præstantissimis quibusque viris ad Cardinalitiam dignitatem.

Cap. 2.

Provinciæ Concilia sicubi intermissa sunt, revocentur. Metropolitanus ipsi, intra annum à fine præsentis Concilii, & deinde quolibet trienniò, post octavam Paschæ Resurrectionis Dominicæ, seu aliò commodiori tempore, non præmittant Synodum in provincia sua cogere, quò Episcopi, & alii, qui interesse debent, convenire teneantur. Neque Episcopi comprovinciales ad Metropolitanam Ecclesiam deinceps accedere inviti compellantur. Episcopi, nulli Archiepiscopo subiecti, vicinum aliquem Metropolitanum semel eligant, cujus Synodo Provinciali interfint, & ibi ordinata observent, cæteris in rebus eorum integra

maneant privilegia. Synodi dioceseſanæ quorannis teneantur, ad quas, omnes accedere teneantur, etiam exempti illi, qui niſi exempti eſſent, intereſſe deberent. Qui Eccleſiarum curam gerunt, etiam annexarum, quicumque illi ſint, Synodo interſunt.

Cap. 3.

Patriarchæ, Primates, Metropolitanæ & Episcopos, propriam dioceseſim per ſeipſos, aut ſi legitime impediti ſint, per ſuum generalem Vicarium, aut Viſitorem viſitent. Si quorannis totam viſitare non poterunt, ſaltem majorem ejus partem, ita ut bienniô tota compleatur. Metropolitanæ, diœceſis ſuorum Comprovincialis ſine viſitent, niſi cauſa cognita & probata in Concilio Provinciali. Archidiaconi, Decani, & alii inferiores, quas Eccleſias legitime conſueverunt, viſitent, aſſumptis Notariis, de conſenſu Episcopos & per ſeipſos tantum. Episcopos, & ejus viſitor, poſſit viſitare illas Eccleſias, quas Viſitor Capituli (qui non niſi approbatus ab Episcopo id faciet) jam viſitabit. Archidiaconi, alii inferiores, cuncta viſitationis ſuæ acta exhibebunt intra menſem Episcopo, non obſtante quâcumque conſuetudine, &c. Viſitationum ſcopus primus ſit, orthodoxam fidem, extripatis hæreſibus, inducere: bonos mores tueri, pravos corrigere; populum exhortari ad religionem, pacem, innocentiam, &c. Quæ, ut ſuccedant feliciter, ii omnes, qui hoc munere funguntur, ſtudeant charitate omnes amplecti, & modèſtò comitatu contenti, celeriter viſitationem abſolvant: nulli graves in utilibus ſumptibus ſint, nec quicquam accipiant exceptis viſualibus, quæ ſibi ac ſuis, niſi niſi neceſſarium exigentibus, ſufficiant. Eligant ii, qui viſitantur, malinè conſuetam pecuniam numerare, an viſualia prædicta miniſtrare. Jus tamen conventionum, cum Eccleſiis non parochialibus, illæſum fervetur. Ubi niſi à Viſitoribus acci-

pietur, gratis etiam tunc viſitent: eſ qui plus cepèrit, pœna ſtatuitur. Patroni, neque in iis, quæ Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant, ſe ingerant, neque viſitationi bonorum Eccleſiæ, niſi querentis eis id ex inſtitutione competat. Episcopos id munus eſto, qui & fabricæ provenus in Eccleſiæ uſum expendi curabunt.

Cap. 4.

Canones ſub Paulo tertio de Prædicatione verbi Dei, præſentis temporis neceſſitati ſancta Synodus aprius accommodans, mandat ut Episcopos ipſi (quorum hoc præceptum munus eſt) in Eccleſia ſua, aut, eis impediementis, illi, quos ad hoc aſſument; in aliis autem Eccleſiis Parochi, aut, eorum impenſis, ii quos conſtituet Episcopos, prædicent, ſaltem Dominicis diebus & ſolemnibus feſtis: tempore autem jejuniorum Quadrageſimæ & Adventus quotidie, vel ſaltem tribus in hebdomada diebus, ſi ita oportere duxerint, & ſi quando aliis id opportunum judicant. Moneatur populus audire verbum Dei, ubi id commode poſſit, in ſua Parochia. Nullus, neque ipſi Regulares, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradicente Episcopo, prædicare præſumat. Episcopos, pueros in ſingulis Parochiis diligenter doceri faciant fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum & parentes, ſaltem Dominicis & feſtis diebus. Et ſi neceſſe ſit, per cenſuras ad id compellant eos, ad quos hoc munus ſpectat, non obſtancibus privilegiis, &c.

Cap. 5.

Cauſæ criminales gravioreſ contra Episcopos, etiam hæreſis, quæ depoſitione aut privatione dignæ ſint, à Romano tantum Pontifice cognoſcantur & terminentur. Si cauſa neceſſariò extra Romanam curiam ſit committenda, nemini niſi Metropolitanis, aut Episcopis, à ſummo Pontifice eligendis, committatur, idque manu ipſius ſummi Pontificis ſignetur,

netur, nec his plus tribuatur, quam ut processum causæ conficiant, & ad Rom. Pontificem transmittant, cui semper sententia diffinitiva reservabitur. Cætera sub Julio III. superius decreta, & constitutio sub Innocentio III. in Concilio generali, quæ incipit. *Qualiter & quando*: ab omnibus observentur. Minores causæ Episcoporum, in Concilio tantum Provinciali, aut à deputandis per ipsum, agnoscantur, & terminentur.

Cap. 6.

Licet Episcopis, in irregularitatibus omnibus & suspensionibus, ex delicto occulto provenientibus, exceptâ eâ, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis dedoctus ad forum contentiosum, dispensare, & in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, delinquentes quoscumque, sibi subditos, in Diocesi sua per seipsum, aut Vicarium, ad id specialiter deputandum, in foro conscientie gratis absolvere, impositâ penitentia saluari. Idem & in hæresis crimine, in eodem foro conscientie, eis tantum, non eorum Vicariis, sit permissum.

Cap. 7.

Cum Sacramenta administrabuntur, illorum vis & usus pro suscipientium captu explicetur, juxta formam à sancta Synodo præscribendam in Catechesi; quam in vulgarem linguam fideliter veritam, populo Parochi exponent. Eademque lingua, sacra eloquia & salutis monita singulis diebus festis explanent, & in lege Domini erudiant, rejectis inutilibus quæstionibus.

Cap. 8.

Crimen publicè & cum multorum scandalo perpetranti, publica penitentia injungatur: hanc tamen Episcopus commutabit in privatem, cum id magis utile judicaverit. In Cathedralibus Ecclesiis, ubi id commodè possit, Penitentarius cum unione Præbendæ proxime vacante instituitur, Doctor aut Licentiatus

in Theologia, vel jure Canonico, & Quadragenarius, aut aliàs, qui pro ratione loci aptior reperitur. Censeatur hic præsens in choro, quamdiu Confessiones in Ecclesia audiet.

Cap. 9.

Quæ in hoc Concilio toto de visitatione beneficiorum exemptorum constituta sunt, eadem servantur in iis Ecclesiis secularibus, quæ in nullius diocesis esse dicuntur, ut ab Episcopo proximo, aut ab electo ab eo semel in Concilio Provinciali, visitentur: non obstantibus, &c.

Cap. 10.

Episcopi jus & potestatem habeant ea ordinandi, puniendi & exequendi juxta Canonum sanctiones, quæ necessaria videbuntur visitationi & morum correctioni suorum subditorum. Neque executionem impediatur exemptio, inhibitiõ, appellatio, &c.

Cap. 11.

Decernit sancta Synodus, ut si quando exigentibus causis gravissimis, aliqui decorabuntur titulis honorariis, Prothonotariorum, Acolytharum, Comitum Palatinorum, Capellani Regii, aut similibus: & si qui alii eximentur sub nomine servitium militum seu monasteriis, hospitalibus aut Collegiis, aut quovis aliò titulo, nihil ex his privilegiis detractum isti Ordinarii intelligatur, quod minus existant ii subiecti plenè Ordinariis, & quoad Capellanos Regios, juxta constitutionem Innocentii tertii, *Quæ incipit: Cum Capella*, exceptis iis, qui exemptis locis, militibusque actu servantur, intra eorum septa, & in eorum obedientia viventes: & iis, qui legitime secundum regulam earundem militiarum professionem fecerint, de qua constat Ordinario. Quæ verò privilegia residentiibus in curia Romana, aut familiaribus Cardinalium, ex Eugenio constitutione competant, ea in iis qui beneficia obtinent, ratione Beneficiorum non intelligantur.

gantur ; sed Ordinariis subiecti permanent, non obstantibus privilegiis, &c.

Cap. 12.

Nemo deinceps ad ullam dignitatem, cui animarum cura subest, promovetur, nisi qui 25. annum ætatis attigerit, & in Clericali ordine versatus, doctrinâ ad id munus necessariâ, & morum integritate commendetur. Archidiaconi, ubicumque fieri poterit, sint magistri seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut Jure Canonico: ad cæteras dignitates, quibus ea cura non est annexa animarum, Clerici assumantur idonei, non minores 22. annis. Patroni beneficiorum, curam animarum habentium, intra duos à possessione adepti menses, in manibus Episcopi, aut coram generali ejus Vicario publicam faciant Orthodoxæ suæ fidei professionem, & in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ perpetuam obedientiam jurent. Assumpti ad Canonicatus & dignitates in Cathedrali Ecclesia, idipsum faciant non solum coram Episcopo, sed etiam in Capitulo: alioquin neque fructus faciant, neque eis possessio suffragetur. Multa præterea statuuntur de ætate, Ordinibus, titulis residentia cultu, exercitiis, & moribus eorum, qui ad Canonicatus & portiones assumuntur.

Cap. 13.

Concilio provinciali committitur, ut diligenter inquirat, quâ ratione, quibusve modis tenues aliqui Episcopatus augeantur, ut & dignitati Episcopali respondeant, & Ecclesiarum necessitati satisfiat: & confecta super hoc instrumenta ad Summum Pontificem mittat, qui, prout expedire judicaverit, tales Ecclesias, aut uniendo, aut fructuum accessione augebit. Idem etiam in Parochialibus Ecclesiis pauperibus providendum Episcopo permittitur. Ecclesiæ Parochiales nullô modo uniantur monasteriis, Abbatibus, Præbendis, vel aliis quibuscumque beneficiis, vel Hospitalibus, vel militiis: & in eis omnibus, quæ

sunt jam unitæ, decretum hujus Synodi sub Paulo tertio observetur. Episcopatus, qui summam ducatorum mille, & Parochiæ, quæ summam centum, annuis proventus secundum verum valorem non excedunt, nullis pensionibus aut reservationibus fructuum graventur. Ubi Parochiales Ecclesiæ non sunt distinctæ, sed rectores earum, promiscuè perentibus, ministrant Sacramenta, Episcopus, populo distincto, certas Parochias faciat, & suum perpetuum populum ac peculiarem Parochia assignet. Et ubi nullæ sunt Parochiales quamprimum fieri curet: non obstantibus privilegiis &c.

Cap. 14.

Mandat Sancta Synodus Episcopis ut eas solutiones seu promissiones, seu turnorum lucra, quæ pravâ consuetudine alicubi exiguntur in electione, presentatione, vel aliâ provisione seu admissione ad possessionem, penitus aboleant & extirpent: illis dumtaxat exceptis, quas pias & laudabiles invenerint: ù verò, qui contrâ comprehensionem in hoc decreto committent, poenis in Simoniacis latis mulctentur: non obstantibus, &c.

Cap. 15.

Liceat Episcopis cum consensu Capituli aliquot beneficia simplicia unire Canonicatibus Ecclesiæ Cathedralis & Collegiæ, ubi tam tenues sunt, ut gradui Canonicorum pro loco & personis non sufficiant: aut aliquas supprimant præbendas cum Patronorum consensu, ut earum proventus in distributionibus quotidianis aliarum applicentur: ita tamen, ut tot superent, quæ divino cultui ac dignitati Ecclesiæ respondeant.

Cap. 16.

Jubetur Capitulum, cui sede vacante munus incumbit fructuum præcipiendorum, œconomum decernere, qui rerum Ecclesiasticarum, & proventus curam gerat: item, Vicarium constituet idoneum infra octo dies, vel existentem confirmabit. Cessante Capitulo, Metropolitani

Itani cura hæc sit. Episcopus verò ad talem Ecclesiam promotus, ab his Officialibus, & ad ipso Capitulo rationem exigat officiorum, & administrationis, possitque eos punire, qui deliquerint in ea administratione, licet à Capitulo liberationem obtulerint. Et de scripturis ad Ecclesiam pertinentibus, Capitulum Episcopo reddat rationem, si quæ scripturæ ad illud pervenerunt.

Cap. 17.

Sancta Synodus statuit, ut in postèrùm unum tantùm beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur: quòd si ad vitam honestè sustentendam ejus cui conferitur non sufficiat, licebit aliud simplex sufficiens eidem conferri: modò ut unique personalem residentiam non requirat. Et hæc ad omnes Cathedrales Ecclesias, & ad omnia beneficia secularia, & regularia, vel commendata pertineant. Illi verò, qui in præsentem plures Parochiales Ecclesias, aut unam Cathedralem, & aliam Parochialem obtinent, cogantur omnino unâ tantùm retentâ, alias infra sex menses dimittere, alioqui beneficia omnia, quæ obtinent, vacante censentur, & ut vacantia aliis conferantur: nec illi, tutâ conscientia, fructus post dictum tempus retineant. Operat tamen sancta Synodus, Summum Pontificem aliquâ ratione necessitatibus resignantium providere.

Cap. 18.

Cùm Ecclesia Parochialis, quæcumque ea sit, per obitum vel resignationem vacaverit, Episcopus statim idoneum in ea Vicarium, si opus sit, cum congrua sustentatione fructuum constituet, donec ei de rectore provideatur. Porro Episcopus & Patroni, intra breve tempus, quod ipse Episcopus præscribet, idoneos clericos, coram deputandis examinatori-

aliorum nomina, ut de omnibus diligens fiat inquisitiò. Et, si Episcopo & Synodo Provinciali videatur, per edictum publicum vocentur, qui volent examinari. Examinentur ab Episcopo omnes, aut ab ejus generali Vicario, cum aliis saltem tribus examinadoribus: horum votis, si pares aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus vel Vicarius, quibus magis videbitur. Examinadorum eligendorum latè præcipitur modus, qualitates, &c. & quid fiet quando Jus Patronatus vel ad Ecclesiasticum pertinebit vel ad Laicos. Nec aliter facta provisio ullius sit valoris vel momenti, non obstantibus indultis, privilegiis, &c.

Cap. 19.

Mandata de providendo, & gratiæ quæ dicuntur Expectativæ, nec concessis uti liceat, nec reservationes mentales, nec aliæ quæcumque gratiæ ad vacatura alicui, etiam Cardinali, dentur, & concessa antea, abrogata esse censentur.

Cap. 20.

Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum pertinentes, in prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur, & infra biennium saltem à die motæ litis terminentur: alioqui litigantes, superiores judices competentes adeant, qui causam terminent. Hic latè decernitur, quæ & apud quos Judices causæ sint peragendæ: & ne Nuntii seu Legati procedant contra Clericos & alios Ecclesiasticos, nisi Episcopò requisitò, & negligente. Et ut Notarius, actorum copiam appellanti, congruâ mercede, intra mensem exhibeat. Si fraudem fecerit aut ipse Notarius aut Jurdex, ad dupli poenam quanti ea lis fuerit teneantur: non obstantibus privilegiis, &c.

Sessio 25. que est 9. sub Pio IV.

Decreta & Canones de Purgatorio, Veneratione reliquiarum, Invocatione Sanctorum, de Imaginibus, & Indulgentiis; & reformatio Regularium, & generalis publicata die 3. & 4. decembris 1563. sub Pio Papa IV.

De Purgatorio.

Præcipit Sancta Synodus Episcopis, ut doctrinam de Purgatorio ubique prædicari studeant, & difficiliores, atque incertas quæstiones evulgari non permittant.

Decretum de veneratione reliquiarum, invocatione Sanctorum, & imaginibus.

Iisdem mandat, ut doceant Sanctorum invocationem, reliquiarum honorem, & imaginum usum; & eos, qui aliter docent, impiè sentire prædicent. Id quod Conciliorum, præsertim verò secundæ Nicenæ Synodi decretis contra imaginum oppugnatores, est sancitum. Si quis autem his decretis contraria docuerit aut senserit, Anathema sit. In his autem sanctas & salutare observationes, si qui abusus irrepserint, eos prorsu abolere sancta Synodus cupit. Et ut hæc fidelius observentur, statuit, nemini licere ullo in loco, vel Ecclesiâ, etiam quomodolibet exemptâ, ullam insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit.

Nulla etiam admittenda esse nova miracula, vel novas reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscente, vel approbante Episcopo.

De Regularibus.

Cap. 1.

Omnes Regulares tam viri quam mulieres, ad regulæ quam professi sunt præ-

scriptum vitam instituant, & componant.

Cap. 2.

His non liceat bona immobilia, vel mobilia tanquam propria possidere. Quod si qui aliter quidquam tenere depræbensus aut convictus fuerit, is biennis activâ & passivâ voce privatus sit, atque etiam juxta suæ regulæ & Ordinis constitutiones puniatur.

Cap. 3.

Concedit sancta Synodus omnibus monasteriis, exceptis sancti Francisci fratribus Capucinis, & Minoribus de observantia, ut deinceps bona immobilia eis possidere liceat. Nec de cætero similia loca erigantur, sine Episcopi, in cujus diocesi erigenda sint, licentiâ prius obtentâ.

Cap. 4.

Ne quis regularis, sine sui Superioris licentiâ, quovis pretextu se alicui subiciat. Illi autem, qui studiorum causâ ad Universitates mittuntur, in Conventibus tantum habitent, alioquin ab Ordinariis contra eos procedatur.

Cap. 5.

Universi Episcopi clausuram sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & conservari procurent, etiam cum invocatione secularis brachii, si opus fuerit. Nemini sanctimonialium liceat sine approbatione Episcopi à monasterio discedere. Neminique liceat, sine Episcopi licentiâ, intra septa monasterii ingredi.

Cap. 6.

In Electione quorumcumque superiorum fiat electio per vota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina non publicentur.

Cap. 7.

Omnis Præposita eligatur non minor annis quadraginta, quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Nulla duobus monasteriis præficiatur: si qua plura obtinet, cogatur intra sex menses, uno excepto, cætera resignare.

Cap. 8.

Cap. 8.

Monasteria, quæ immediatè ad Sedis Apostolicæ protectionem diriguntur, infra annum sese in congregationes redigere, & certas regulares personas deputare teneantur. Quod nisi fecerint, Metropolitanæ convocet, in cujus defectum, Episcopis subdantur.

Cap. 9.

Monasteria sanctimonialium sanctæ Sedi Apostolicæ immediatè subjecta, ab Episcopis, tanquam dictæ Sedis delegatis, gubernentur: Quæ verò à depuratis in capitulis generalibus, vel ab aliis regularibus reguntur, sub eorum cura & custodia relinquuntur.

Cap. 10.

Attendant diligenter Episcopi, & ceteri Superiores monasteriorum sanctimonialium, ut in constitutionibus earum admonentur Sanctimoniales, ut saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant, ut eò se salutari præsidio muniant, ad omnes oppugnationes dæmonis fortiter superandas.

Cap. 11.

In monasteriis, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, personæ tam regulares quàm seculares hujusmodi curam exercentes, subsint immediatè jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus diocesi sunt: excepto monasterio Cluniacensi cum suis limitibus; & exceptis etiam his monasteriis seu locis, in quibus Abbates, Generales, aut Capita ordinum, sedem ordinariam principalem habent; atque aliis monasteriis seu domibus, in quibus Abbates, aut alii regularium Superiores, jurisdictionem Episcopalem & temporalem in parochos & parochianos exercent.

Cap. 12.

Censuræ, quæ à Sede Apostolica, vel ab Episcopo mandantur, à regularibus

in illorum Ecclesiis publicentur, & serventur.

Cap. 13.

Controversias omnes de præcedentia tam inter regulares quàm seculares, Episcopus amotâ appellatione componat.

Cap. 14.

Regularis non subditus Episcopo, qui vel extrâ vel intra claustra cum scandalo degit, severè puniatur intrâ tempus ab Episcopo præfigendum. Sin minùs, ab Episcopo puniatur.

Cap. 15.

In omni regione professio non fiat ante decimum sextum annum expletum. Professio autem antea facta nulla sit.

Cap. 16.

Nulla quoque renunciatio aut obligatio antea facta, nisi cum licentiâ Episcopi, sive ejus Vicarii, fiat intrâ duos menses proximos ante professionem; ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi secutâ professione. Finitò tempore novitatus, Superiores, novitios, quos habiles invenerint ad profitendum, admittant, aut ex monasterio eos eiciant.

Cap. 17.

Si puella, quæ habitum regularem suscipere voluerit, major duodecim annis sit, non ante eum suscipiat, quàm Episcopus, aut ejus vicarius de ejus voluntate diligenter cognoverit.

Cap. 18.

Qui virginem, vel vituam monasterium ingredi, aut habitum suscipere quomodocumque impediverit, Anathema sit.

Cap. 19.

Quicumque regularis prætenderit, se per vim & metum ingressum esse religionem, aut etiam dicat, ante ætatem debitam professum fuisse, velitque habitum dimittere, aut etiam cum habitu discodere sine licentiâ Superioris, non audiatur, nisi intrâ quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, de-

duxerit eorum Superiore suo, & Ordinario. Nemo etiam regularis, cuiuscumque facultatis vigore, transferatur ad laxiorem religionem: nec detur licentia cuiquam regulari, occultè serendi habitum suæ religionis.

Cap. 20.

Abbatēs (qui sunt Ordinum Capita) Episcopis non subiecti, quibus est in alia inferiora monasteria Prioratusvè legitima iurisdictione, eadem illa sibi subdita monasteria & prioratus, suo quisque loco & ordine, ex officio visitant.

Cap. 21.

Illi, qui in præfenti monasteria, quæ capita sunt Ordinum, sive Abbatiz, sive Prioratus, filiz eorum nuncupata, in commendam obtinent, nisi sit eis de regulari successore provisum, infra sex menses religionem solemniter profiteri, aut iis cedere, teneantur.

Cap. 22.

Omnia monasteria, hæc, quæ hæcenus sancita sunt, observare teneantur. Et si quid executioni mandatum non sit Episcoporum negligentia, Concilia provincialia suppleant. Regularium verò capitula Provincialia & generalia, in defectum aliorum provideant. Quibus ut auxilium & auctoritatem interponant, reges & principes hostatur sancta Synodus.

Decreta reformationis generalis in eadem sessione publicata.

Cap. 1.

Episcopi, cæteri que Ecclesiastici, ex redditibus Ecclesiz consanguineos familiaresvè augere non studeant.

Cap. 2.

Omnes Ecclesiz Primates in prima Synodo provinciali, quæ hic definita sunt, palam recipiant, & omnes hæreses publicè detestentur. Idem faciant, qui in Synodo diocesana convenire debent.

Cap. 3.

Excommunicationes nemini profus, præterquam ab Episcopo, decernantur. Nefas autem sit seculari magistratus, prohibere Ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet.

Cap. 4.

Liceat Episcopis, & Abbatibus generalium ordinum, pro sua conscientia, Missarum magnum numerum, quibus celebrandis singulis diebus in una Ecclesia suffici non potest, quicquid magis ad honorem Dei viderint expedire, decernere & statuere.

Cap. 5.

Qualitatibus, quæ in beneficiorum electione requiruntur, ut oneribus illis iunctis, non derogetur.

Cap. 6.

Decretum Pauli III. quod incipit *Capitula Cathedralium*, observetur.

Cap. 7.

Nemini impostèrùm accessus, aut regressus ad beneficium Ecclesiasticum concedatur. Quod in coadjutoris posthac observetur.

Cap. 8.

Omnes Ecclesiastici, hospitalitatis officium pro beneficiorum proventu, & foundationis præcepto, administrent. Administratio autem hospitalium, uni & eidem personæ ultra triennium deinceps non committatur, nisi aliter in fundatione cautum reperiat.

Cap. 9.

Titulus juris patronatus ex authentico documento, & secundum juris dispositionem ostendatur. Item, liceat Episcopo, præsentatos à patronis, si idonei non sint, repellere.

Cap. 10.

In his locis, in quibus propter longinquitatem, personarum notitia haberi non potest, personæ Ecclesiasticæ committantur, quæ de eisdem cognoscant.

Cap. 11.

Omnes beneficiorum locationes, in
luc-

successorum præjudicium, validæ non intelligantur, neque liceat jurisdictiones Ecclesiasticas locare.

Cap. 12.

Decimæ impostæ, sub excommunicationis poenâ integrè persolvantur.

Cap. 13.

Quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali aut parochiali Ecclesiæ solita persolvi, in toto jure persolvatur etiam si fuerit aliis Ecclesiis concessa.

Cap. 14.

Clerici ne concubinas, aut alias mulieres impostæ habent; alioquin puniantur.

Cap. 15.

Non liceat filiis clericorum, in Ecclesiis ubi eorum patres beneficium Ecclesiasticum habent, beneficium obtinere.

Cap. 16.

Beneficia secularia, quæ curam animarum habent, in simplex beneficium non convertantur.

Cap. 17.

Episcopi, tam in Ecclesiâ quàm in foris, suum ordinem & gradum retineant, & Principes paternò honore prosequantur.

Cap. 18.

Canones exactè observentur, de quibus non nisi iusta ratione dispenferur.

Cap. 19.

Quicumque duellum concesserit, excommunicetur.

Cap. 20.

Omnia concilia, & facti Canones, diligenter observentur.

Cap. 21.

Postremò sancta Synodus omnia & singula, sub quibuscumque clausulis, quæ de morum reformatione, atque Ecclesiastica disciplina, tam sub sanctissimis Paulo III. & Julio III. quàm beatissimo Pio IV. Maximis Pontificibus, in hoc sacro Concilio statuta sunt, de-

clarat ita decreta fuisse, ut in his salva semper autoritas Sedis Apostolicæ & sit, & esse intelligatur.

DECRETA.

Publicata in eadem Sessione die 4. Decembris.

Decretum primum.

Indulgentiarum usus in Ecclesiâ retineatur. Et si quis abusus irreperit, coercetur.

Decret. 2.

Ciborum delectus & jejunia, ut dierum festorum religiosa celebratio, retineantur.

Decret. 3.

Catechismi, Missalis, & Breviarii negotiorum ad Romanum Pontificem remittatur.

Decret. 4.

Declarat sancta Synodus, ex loco assignato Oratoribus tam Ecclesiasticis quàm secularibus, in sedendo, incedendo, aut quibuscumque aliis actibus, nullum cuiquam eorum factum fuisse præjudicium, sed omnium illorum, ut Imperatoris, Regum, Rerum publicarum, ac Principum sua jura & prærogativas illælas, salvas esse, & in eodem statu permanere, prout ante præfens Concilium reperiebantur.

Decret. 5.

Princeps, quæ ab hac sancta Synodo decreta sunt, ab hæreticis depravari non sinant.

Decret. 6.

Decreta, quæ ad dogmata, & morum reformationem statuta & definita sunt temporibus Pauli III. & Julii III. Maximi Pontificis, lecta & approbata fuerint à sancta Synodo.

486 SUMMAM VITAM PLURIMORUM PONTIF.

Post hanc Sessionem XXV. quibus impositus est huic Concilio Tridentino, visum est esse re fore, compendio subnectere vias subsequens Summarum Pontificum.

A. D. 1550.
Julius III.
Papa 222.

JULIUS III. Aretinus : ante Pontificatum dictus *Ioannes Maria de Monte*, Paulo III. succedit, cujus Legatus præderat in Concil. Trident. Novè editò revocat, ad eisdem instauracionem mense Maii missò Marcello Crescentiò Card. Legatò. Sub quò sessio 11. incœpta est : & in 13. in qua de Sacramento Eucharistiæ actum erat, decreta est prorogatio, & Protestantibus datus salvis conductus. Sessione autem 16. (quæ sexta & ultima sub Julio) suspensum fuit Concilium per biennium, ob exortam bellorum tempestatem. Philippum II. Hispaniarum Regem Neopol. Regno investivit. Simonem Sulana, electum Patriarcham Assyrium, qui ad confirmationem petendam venetæ, palliò donavit. Sedit annos 5. dies 47.

A. D. 1555.
Marcel. II.
Papa 223.

MARCELLUS II. Bellarmini Avunculus Monte Pulcius in Tuscia, electus nomen non mutat, dictus primò *Marcellus Cervianus*. Accessum ad aulam parentibus interdixit. Duotum nepotum, qui Romæ erant, visitationes gratulatorias admittere recusavit. Dumque, ab ejus integritate ac virtute, sibi & multa & magna promittit Ecclesiæ, 22. die, apoplexiâ eripitur.

A. D. 1555.
Paulus V.
Papa 224.

PAULUS IV. Neapolitanus, *Ioannes Petrus Caraffa* dictus, sufficitur; Theatinorum ante acceptum pileum, auctor & alumnus. Vir antiquæ & Ecclesiasticæ severitatis, & propositi tenax, & ab avaritia alienus. Multa in Urbe optimè instituit, ut S. P. Q. R. eidem statuatam marmoream in Capitolio erexit,

centumque nobiles ad custodiam designaverit, quos omnes Paulus equestris titulo sublimavit. Grave bellum cum Philippo Rege Catholico suscepit, accitè Galliz & Helvetiorum prædiis, Michaelem Giletium, ex Ordine Prædicatorum, Inquisitorem pravitatis hæreticæ, Purpuratorum Patrum collegio adlegit. Dum autem vitis severius plectendis intendit, vitâ excedit. Pontificatum gessit annos 4. menses 3.

PIUS IV. Mediolanensis, Mediceus subrogatur. Imperium Ferdinando Caroli V. Cæsaris fratri confirmat. Concilium Tridentinum resumit 14. Feb. expectati que frustra Protestantibus, quæ restabant, examinanda decernit à 17. Augusti ad 4. usque D. cemb. Subscribuntur statuta ab omnibus, nimirum : Cardinalibus Legatis 4. & aliis duobus. Patriarchis 3. Archiepiscopis 25. Episcopis 168. Abbatibus 7. Procuratoribus absentium 39. Generalibus Ordinum 7. sicque suis Concilio impositus. Confirmat omnia Pius cum 26. Cardinalibus Romæ 1563. 7. Kalend. Febr. Anno 5. sui Pontificatus, Melitæ, ab ingenti Turcarum exercitu, Mustophâ Duce obsessæ, comæatum & subsidium immittit. Et optimè functus obiit anno 6. diebus 16. exceptis.

A. D. 1
Pius I
Papa 2

PIUS V. Gente Gileria, *Michaël Gilerius* dictus, Boloni in Liguria natus, Ord. Prædicat. Theologus eximius, Presbyter Cardinalis, summo Cardinalium consensu, inivus & reluctans, Pontifex Maximus renunciat : unde territos in intelligentes Romanos, ait : *Fidamus in Deo : quò auctori, ita nos geremus, ut gravior Romani, nostre mortu, quam electionis sit luctus. Galliam, Carolo IX. Rege, per duellum hæreticorum nefarii armis vexatam, us de regno & Religione actum videretur, missis auxiliorum copiis, periculo eximit; hostibus deletis, victoriam reportas; Regi regnum cum Religione restituit; Signa*
do

A. D. 1
Pius V.
Papa 3

SUMMA VITA PLURIMORUM PONTIF 487

de hostibus captis; ad Lateranensem Basilicam suspendis. Eiusdem etiam orationibus, sese victorias de rebellibus hæreticis, & iconoclastis in Belgio consecutum, fertur Dux Albanus. Angliam proscribit, Reginamque Elizabetham anathemate perstringit. Ab Austria, Confectionem Augustinam propediem inducendam, mirabiliter depellit. Melitam, jam penè defendendam ut imparem defensionem adversus ingruentes Turcarum copias, magna Apostolici fervoris & pecuniarum vi, novaque arce exstructa, in expugnalem reddit. Collapsam in Prussia Religionem restaurat S. Thomam Aquinatem, Quintum Ecclesie Doctorem declarat, & promulgat. Ipso auctore, Societas Jesu in Polonia recipitur: & tria à Lusitania ardentissimis precibus, suspiriis, piis lacrimis, jejuniisque continuis ingravescente licet ætate, imminenti mala avertit. Zelynum Tyrannum multis insolentem victoriis, ingenti parata classe, Cypriq; expugnat, Christianis extreme militantem, fœdere cum Philippo II. Hisp. Rege ac Republica Veneta inito, ad Echinadas hostibus 30. mill. captis, 10. mill. in potestatem redactis, Turcibus 180 captis, 90. demersis, 15. mill. Christianis liberatis, precibus & armis devicit, reportatâ de immani hoste, auxilio Deiparæ virginis, sub auspiciis Rosarii sui, victoriâ, omnium, que in mari conspecta sunt, post hominum memoriam maximâ: ut vel ipse Zelinus, & ante eum Solymanus confessi sunt, magis sese extimescere unius Pii preces, quam Christianorum arma. Postquam verò, summo studio ac zelo, veteres Sanctos Pontifices amulatus, Catholicam fidem propagavit: Ecclesiasticam disciplinam restituit: tandem gestarum rerum gloriâ clarus, dum maiora molitur, & Christianos Principes sollicitat ad novam contra Turcas expeditionem, calculi cruciatus pariterissimè sustinens, & leniens hæc Vox: *Domine adauge dolorem, & da Patientiam, ingenti*

totius Christiane Republice damno, eripitor. Sedit an. 6. mens. 3. dies 23.

GREGORIUS XIII. Bononiensis succedit, *Hugo Bon Campanus* dictus. Legum scientia clarissimus. Prodigas in inauguratione impensas in elemosinas convertit. Hispaniarum, & Galliarum Reges ad insectandum Turcam per Oratores hortatur. Classem in eum, qui jam & suam reparaverat, expedit. Sed rupto Christiano fœdere, omnis ejus opera perditâ est. Rem Christianam strenuè promovet, in diversis Orbis partibus fundans dorantque 230 Collegia. Jubilæum Romæ celebrat, advenatum commodò luculensent pacatâ Anno 1575. Calendarium variis erroribus obnoxium, ac labantes festorum periodos, juxta veterem Nicenæ & Alexandrinæ, Synodorum, restituit A. 1582. Legatos trium à Japonia Regum, qui triennium in navigatione exegerant, ad obedientiam sibi ac Ecclesie præstandam suscipit anno 1555. Meritis demum plenus, variisque elogiis, & statuz creatione commendatus, obiit anno 1582. mense 11. tribus diebus exceptis.

A. D. 1575.
Greg XIII.
Papa 229.

100113 A
1170001
100113 A

100113 A
1170001
100113 A

SIXTUS V. oppido Montano in Marchia Anconitana oriundus, *Felice Pereltus* dictus, Ord. Franciscanorum Convent à Pio V. Cardinalis creatus, cui etiam insigne Episcopatum extruxit in Basilica Mariæ Majoris, nulla fere disceptatione præviâ, eidem sufficitus. Tantus Justitiæ cultor, ut malis omnibus esset inexorabilis propemodum: ei status erigitur, hac inscriptione: *Sixto V. Pont. Max. ob quintam publicam, compressis scartorum exultantibus, resistantibus, Annove incipiam sublatam, orbem adificiis, viis, aqueductis illustratam, S. P. Q. R. Navaræ Regem, & Condezi Principem anathematizat ob hæresim, quam profitebuntur; item & Henricum III Franciæ Regem, ob necem Cardinalis Guisii,*
Bless

A. D. 1585.
Sixtus V.
Papa 230.

100113 A
1170001
100113 A

100113 A
1170001
100113 A

488 SUMMA VITAE PLURIMORUM PONTIF.

Bleſis ſuo mandato illaram. S. Bonaventuram, Eccleſiæ Doctorem renuntiat. B. Didacum in Sanctorum numerum ſolemniter reſert. Vulgatam Bibliorum editionem incredibili ſtudio ad nativam reduci puritatem, & typis edi curat. Assignatis Confaloniz Conſtraternitati annuatim tribus aureorum millibus, relictoque ad Terræ Sanctæ recuperationem quinque millionum theſaurò, decedit, ſedit an. 5. menſ. 4 die 8.

A. D. 1690. **URBANUS VII.** Romanus, ex Urbano VII. Papa 229. Genueſi Caſtagneorum familia, ob eminentes dotes, unanimi ſuffragio præſtitur, ſed ante coronationem obiit, 12. ab electione die.

A. D. 1590. **GREGORIUS XIV.** Medio Greg. XIV. lanenſis, dictus *Nicolaus Sfondratus*, poſt longas conclavis fluctuationes eligitur. Jubilæum pro felici Pontificatus inauguratione indicit. Urbem annonâ ſublevat. viros aliquot illuſtres in purpuratorum conſeſſum coarpat. Copias in Galliam adverſus Hugonoteſtarum factiones mittit. Inque illud bellum, præter 40. aureorum millia de ſuo peculio impenſa, quinqueſ inſuper centena millia profuſiſſe reſertur. Jam ſeptuagenarius, moritur, ſedit menſe 10. die 10.

A. D. 1591. **INNOCENTIUS IX.** Bononienſis ſuccedit, dictus *Joannes Antonius Fachinetti*, ſummæ vir integritatis & experientiz. Verùm cum res maximas magnâ mente volvit, duos ſtatim poſt meſes, migrat à vita.

A. D. 1592. **CLEMENS VIII.** Florentinus, *Hypolytus Aldobrandinus* dictus, communi ſuffragio Apoſtolice Sedi imponitur; cujus regimen à promulgatione jubilæi auſpicatur. B. Hyacinthum Ord. Prædicatorum, Sanctorum catalogo, ſolemniter inſerit. Henrico IV. Franciæ Regi, ejuratâ hæreſi, factique pa-

lam Cætholicæ Religionis profeſſione, experiam enititæ per Legatos abſolutionem indulget. Atque inter ipſum, & Philippum Regem Cætholicum, pacem conciliat. Feſtariz Ducatum, Eccleſiæ Romanæ feudum, vindicat 1598. mortuò jam ſuperiore anno abſque liberis Duce Alphonſo Eſtenti; ejuſdemque Eccleſiæ patrimonio aggregat. Jubilæum celebrat 1600. Aſſluentibus peregrinis liberalitatis, & humilitatis officia largè impendit; accumbentibus ipſe miniſtræ pedes abluit; conſiſiones excipit: pecuniis ſublevat; aded ut hæreticorum non pauci, qui Romam aſpectaturi curſa, & exploraturi adveniant, antz fidei & virtutis exemp'ò ſeſe Eccleſiæ Cætholicæ addixerint. S. Raymundum Penafortium Ord. Prædicatorum, Sanctorum catalogo adſcribit. Controverſiam, à Profeſſoribus Ordinis Prædicatorum & S. Thomæ motam de auxiliis divinz gratiæ, & ad ſe delatam, per triginta ſeptem Congregationes eorum ſe & Cardinalium præcipuis, delectiſſique conſultoribus habitas, accuratiſſimè examinat; ſed morte, interveniente ſublatus, ingens ſui deſiderium Eccleſiæ reliquit, cum perſanctè eam rexiffet an. 13 & 33. diebus.

LEO XI. Florentinus, *Alexander A. D. Mediceſ* dictus, ad univerſalis Eccleſiæ Leo: regimen aſſumitur, ſed morbo, ex inſu- Page
gurationis ſuz ceremoniis, correptus, mortem incurrit 25. ab electione die.

PAULUS V. Romanus, *Camillus A. I. Borghieſi* dictus, concordî omnium acclamatione renunciatur Pontifex Maximus. Page
Inchoatis ſub Clemente VIII. de divinz gratiæ auxiliis diſputationes inſtaurat, & ſtrenuè proſequitur: habitis decem congregationibus, quibus præſens adſuit, concluditur; *Controverſiam Apoſtolice Sedis iudicio & ſententiâ determinandam eſſe;* ſed ceceptum opus, oborti Venetorum motus ſiſtunt. Quos conſtantiffimus violatæ immunitatis ac libertatis Eceleſiæ- ſicæ

SUMMA VITAE PLURIMORUM PONTIF. 489

icæ assertor & vindex, Anathemati ac
 verdicto subiecit, cum moniti respicere,
 & satisfacere recusarent. Carolum
 Borromæum, & Franciscum Romanum,
 solemnî ritu Sanctorum albo in-
 dibit, Ignatium Loyol. Philippum Ne-
 um, Terefam Ambulensem, Ludovicum
 Bertrand. Ord. Prædicatorum, Bea-
 adnumerat. B. Stanislao Koska, &
 Aloysio Gonzage, Societatis Jesu
 Margareta Castell. & Jacobo Veneto,
 ord. Prædic. ampliosem in publico cul-
 tum indulget. Studia linguarum, Ara-
 cæ, Græcæ, & Hebraicæ instituit.
 ad Persas, Armenos, Babylonios, Decas,
 Lycos, Belgas, Indosq; convertendos,
 religioforum plurimos destinans: quorum opera,
 & minimam partem hereticorum, schisma-
 rorum & gentiliùm, ad veram fidei con-
 sionem, & Christianam frangem adducit.
 egationem & obsequium à Rege Per-
 rum Ka Aba suscipit, item & legatos
 rpones, ab Idate Rege Voxu, Aposto-
 cæ Sedi submissos, Regem Hispania-
 m inter & Sabaudum pacem conciliat.
 udolpho Imperatori adversus Turcam
 gentes suppetias felicissimè mittit.
 egatos Elizæ Patriarchæ Babylonis, &
 uidem obedientiæ Archiepiscoporum,
 m synodalibus actis & literis; tertio,
 edientia præstandæ causâ, missos,
 nfirmationemq; ac correctionem
 entidem efflagrantes, in fidei rebus
 obè instructos remittit, cum præscri-
 a veræ fidei formula, & damnatorum
 reticorum anathematizatione; addit
 e ad ipsum Patriarcham, & Archie-
 scopos Orientis, Catholicæ doctrinæ
 restituti documentis, & Apostolicæ
 dis definitionibus, ac testimoniis
 haldæorum Ecclesiam pro sua autori-
 te componit. Denique, celebratò ter-
 iverfali jubilatò, mundum, maximis
 reuibus à se illustratum, & hanc vitam
 linguit, cum sedisset dignissimè annis 15.
 m. 9.

GREGORIUS XV. Bono-
 niensis, Alexander Ludovisus antea di-
 ctus, assumitur. Illic novam de obser-
 vanda deinceps in electionibus Summo-
 rum Pontificum formâ & nomâ constitu-
 tionem edit. Missiones de propaganda
 fide inducit. Isidorum Hispal. Ignatium
 Loyolam, Franciscum Xaverium, Tere-
 fam Abulensem, Philippum Nereum,
 unâ eademque celebritate, in Sanctorum
 numerum refert. Decreta Prædecessorum,
 & signanter Pauli V. de Conceptione
 B. Mariæ virginis adversus assertores af-
 firmativæ sententiæ sub gravibus censuris
 & pœnis edita, innovat, ac extendit, &
 ampliat etiam ad privata colloquia, & scri-
 pta: confirmatq; inhibitionem à præ-
 dictis factam, sub oislem censuris & pœnis,
 quod negativam opinionem (velut hæc, quod
 non fuerit concepta cum peccato originali) in
 predictis publicis actibus asserentes, in con-
 cionibus, lectionibus, conclusionibus, &
 aliis quibuscumque actibus publicis aliam opi-
 nionem non impugnent, nec de ea aliquò mo-
 dò agant, vel tractent; tum mandat, ut
 in Missa Sacrificiò, & divino officio, non
 aliò, quàm conceptionis nomine uti debeant
 tam Clerici quam Regulares. Italiz tu-
 multus in valle Telina suscitatos inter
 Hispaniarum ac Galliarum Reges, sedat.
 Ferdinando II. Imperatori adversus Pa-
 latinum succurrit. Sigismundo Poloniz
 Regi adversus Osmannum Turcam aux-
 ilium præbet; sicq; sanctus, explet duos
 annos & menses 5.

A. D. 1621.
 Greg. XV.
 Papa 255.

URBANUS VIII. Senensis,
 Maffæum Barberinum dictus, juxta nor-
 mam Gregorianam eligitur. Jubilzum
 celebrat; & postea iterum aliud indicit
 ad componenda Christianorum Princi-
 pum dissidia, qui diversas Europæ partes,
 bellorum turbidibus involvabant. Litteras,
 exhortatorias scribit Christianis Ja-
 ponensibus, intelligens, ibi frequens esse
 Martyrium. Corsinum, ex Ordine Car-
 melitanum Episcopum Fesulanum, inter

A. D. 1623.
 Urban VIII.
 Papa 256.

Sanctos refert. Galliarum Regi Ludovico XIII. de expugnata Rupella, Hæreticorum aſylo, effuſè gratulatur. Cardinalibus titulum *Eminentie* dandum, in pleno conſitorio decernit. Eccleſiam Vaticanam à pluribus Pontificibus magnificentius inſtaurata & auctam, ſolemni ritu conſecrat. Pluribus in Eccleſiæ utilitatem editis conſtitutionibus, diem claudit extremum, cum gubernaveſſet annis 22. pauculis diebus exceptis.

A. D. 1644.
Innoc. X.
Papa 237.

INNOCENTIVS X. Romanus, *Ioannes Baptiſta Pamphilus* dictus, in Throno Petri ſublimatur in ipſo feſto exaltationis S. Crucis electus, ut vel ſic verficari videatur, quod ei ex vaticinio Malachiæ Archæpiſcopi Arduad. in Hibernia attribuitur Symbolum, ſcilicet, *Fecunditas Crucis*. Statim omne conſilium vertit ad procurandam, etiam omnibus demum mediis, pacem inter belligerantes Hiſpaniarum, ac Galliarum Reges, ac Ducem Bugantinum, iis conatibus immoritur, vel iſtò nuntio mirificè recreatus, quò intellexit, Imperatorem vaſtiſſimi Imperii Monomatappæ, ſub Capricorni circulo ſiti, cum Auguſtiſſima conjuge, ſtudio & miniſterio FF. Prædicatorum Fidem Chriſtianam complexos, baptiſma, ſolemni & publico apparatu & ritu, ſuſcepitſe, inditis Imperatori, *Dominici*, Imperatrici verò *Alyſie* neminibus, 4. Auguſti Anno D. 1652. eorumque veſtigia deinde & exempla, totius regni & aulæ proceres certatim inſecutos eſſe. Sedit annis 10. menſes 3. dies 23.

A. D. 1656
Alexan VII
Papa 238.

ALEXANDER VII. Senenſis, *Fabius Chiſius* ante dictus, electioni, poſt longas Conclavis vellicationes factæ, non prius aſſenſum commodat, quam Deum lachrymis ac precibus conſuluiſſet. In ipſa inaugurationis pompa, capulum Cruce & Calvariâ inſignitum cubili ſuo inſerit; & divenditis menſariis ex argento vaſis, ac monilibus, pretium omne

liberandis captivis, qui ære alienò & carcere obſtricti detinebantur, impendit, eaque virtutis ac integritatis argumenta late diffundit, ut vel ipſis Eccleſiæ hoſtibus admirationi fuerit, ac venerationi; nec dubitaverit Regis Daniæ frater, fortè tunc Romæ exiſtens, ad oſcula pedum ſe dimittere. Mox ſub initium anni ſequentis, de Uſmanni Ottomanni (qui, Ibraimi Turcarum Imperatoris deſuncti natu maximus, & moderni germanus frater, ante aliquot annos cum Sultana matre, nomine Baſſebali, Gente Georgiâ, à Melitenſibus Equitibus in mare captus fuerat) converſione, operâ & inſtructione FF. Prædicatorum (quibus commiſſus erat educandus) procuratâ; ſolemniſque per baptiſmum regeneratione, cum magno Equitum concurſu, totiuſque Eccleſiæ plauſu 2. Februarii celebrata, Uſmanni Ottomanni nomine in *Dominici* à *S. Thoma* commutatè; denique & de ſuſcepto non diu poſt, ab eodem, habitu ac Ordine FF. Prædicatorum, quem ſolemniſter expletò probationis anno Melitæ profeſſus eſt, imp. niſus congratulatur. Clericos Congregationis Doctrinæ Chriſtianiæ in Gallia, à ſtatu Regulari dimover. Doctoribus Lovaniſibus S. Facultatis ſcribit, eorum religioſam obſervantiam conſtitutionem tam ſuz, quam Prædeceſſoris ſui, obedièntiam quoque & zelum unicè commendans, atque in Domino ad hortans, *ut pro ſingulari ſcientiæ pietatiſque ſtudio, præclariffimorum Eccleſiæ Doctorem Auguſtini & Thoma Aquinati inconcuſſa, inſiſſimaque dogmata ſequi ſemper ac revereri velint. Petri de Alva & Alſorgi, Nodum indiſſolubilem, ſuum alium nobis indiſſolubilis, Solem Veritatis, & alia quedam opuscula S. Thoma Aquinati, & Ordini FF. Prædicatorum inſeruiſſa, deceretò S. Congregationis Indicis præſcribit in palatio Apoſtolicò. Chriſtinae Sueciæ Reginam, ad Catholicæ fidei & Eccleſiæ gremium reductam ſtudio &*

caute

caethechæsi Patris Joannis Gemes. Ord. FF. Prædicat. qui sub habitu & titulo Secretarii Legationis Hispanicæ, bien-
nium, illum in finem, eidem commo-
moratus fuit, cui ipsa etiam (ejuratâ
prius hæresi) Æniponti pro palam pec-
catorum exomologesim fecit, Romæ,
magnificentissimò apparatu excipit, &
Confirmationis Sacramentò consignat.
Dumque, ad arcendum communem Chri-
stianæ Reip. hostem Turcam, annuos
impendit sumptus, & totò labore incumbit
ad stabilendam inter Christianos
Principe. pacem, assiduis vacans operi-
bus pietatis, vitâ fungi ur, cum Pontifi-
catum dignè administrasset annos 10.
mens. 1. dies 15.

57. **CLEMENS IX.** Pistoriò in Tuschia
oriundus, *Tullio Rossignoli* dictus, paucis
à Prædecessoris obitu diebus, Cathedræ
Petri imponitur, tantâ Orbis & Urbis
gratulatione & gaudiò, ut Romæ se præ-
læritæ magnitudine non caperet, & fe-
stivis ignibus ac fœcis tota colluceret.
Pontificatum ab Eleemolynatum largi-
tionibus, Pietatis operibus & jubilei
promulgatione suscipitur. Mox intelli-
gens inopinatam Gallia Regis in Bel-
gium irruptionem, Nepotem suum, qui
hactenus Apostolici Nuntii patres Brux-
ellis magnâ cum laude obierat, ad eum-
dem ablegat, ut ea quæ pacis erant, per-
suadere satagat: nec quidpiam intentu-
m relinquit, quo tantus belli turbo,
ingentum Europæ natus cetera tempesta-
tem, concordia interveniente dissipetur.
Ipsè interim pietati operatur, & illam
Ordinis Prædicatorum Tertiariam,
Rosam de S. MARIA natione Limen-
sem in regno Pruano, stupendæ vitæ
sanctitate, & prodigiorum multitudine
hoc seculò verè admirabilem, Beatam so-
lemni ritu pronuntiat, & publici cultûs
dignam decernit; nec non B. Petrum de
Alcantera Ordinis FF. Minorum, &

nis Carmelitarum, Sanctorum cathologo
adscribit. Sub hoc Pontifice à Turcis ob-
sessâ fuit Candia: cui liberandæ totum
se Clemens impendit, obtentis etiam
à Ludovico XIV. Galliarum Regis auxi-
liaribus copiis sub ducatu Ducis de Beau-
fort. Intellectâ autem deditione istius
Civitatis, zelosissimus Pontifex ita in-
dôluit, ut ex inde morbo contracto, ad
extrema deductus, mortem obierit,
ætatis suæ anno 70. postquam Pontifica-
tum gessisset annos 2. menses 5. dies 19.

Post mortem Clementis IX. vacavit
Sedes menses 5. dies 9. ac tandem in ejus
locum electus est *Emilius Altieri* Roma-
nus, qui CLEMENS X. nomen
assumpsit. Fuerat is à pluribus Ponti-
ficibus, ad magna maffiâ promotus, an-
tequam eligeretur. Ab Urbano VIII.
primum, iussibus Auditor Nuntiarum
Polonicæ, deinde Gubernator Laureta-
nus, ac ravennæ; postmodum ab eodem
creatus Episcopus Camerinus. Ab In-
nocentio X. destinatus Neapolim Nun-
tius Apostolicus. Ab Alexandro VII.
deputatus Secretarius Congregationis,
negotii Episcoporum, & Regularium
præpositus. A Clemente IX. assumptus
in Præfectum Camera, & dein donatus
dignitate Cardinalitiâ; à qua post
5. menses, ad Cathedram Petri ascendit.
*Ludovicum Bertrandum ac Rosam de
S. Maria* Ord. Prædicatorum: *Cajeta-
num* Ord. Teatini, *Philippum Benitium*,
Franciscum de Borja Societatis Iesu San-
ctorum factis adscripsit. Insuper Pium V.
ac Joannem de Colonia Ord. etiam
Prædicatorum (cum aliis 18. Martyribus
Gorcomiensibus) beatificavit. Officia
quoque Beatorum sequentium ejusdem
Ordinis, videlicet B. Gundisalvi, Al-
berti Magni, Jacobi de Mevania, Mar-
garitæ de Sabaudia, ac Margaritæ de
Castello, ad totum Prædicatorum Or-
dinem extendit. Sedit annos 6. mens. 2.

A. D. 1670.
Clem. X.
Papa 240.

492 SUMMA VITA PLEURIMORUM PONTIF.

dies 24. & moritur in senectute bona
ætatis suæ anno 86.

A. D. 1676, Postquam vacaverat Sedes menses 2,
Januæ. XI. uno die minor, electus est in Pontificem
Papa 24. Cardinalis *Benedictus Odesabbi*, qui
INNOCENTII XI. Nomen as-
sumpsit: statim à suscepto Pontificatu
rum Ecclesiasticæ cum regulari discipline
reparandæ se zelosè impendit: ac in

maxima morali, reformandis populi mō-
sibus, & propositione, ad instantiam
Theologorum Facultatis Lovanicæ, tan-
quam scandalosus, & imperni perniciosus
damnavit. Dumque idem Pontifex pla-
rimum in utilitatem, & præsitium splendo-
rem S. Ecclesiæ indies operatur, & in
futurum meditatur, orandus Deus, ut in
longos annos Ecclesiæ Christi servetur
salvus, & incolumis.

FINIS.



INDEX

INDEX

IMMORVM PONTIFICVM

SECUNDVM SVCCESIONEM.

us.	9	Innocentius I.	110.	Benedictus I I.	301.
us.	ibid.	Zofinus.	123.	Joannes v.	301.
	ibid.	Bonifacius I.	124.	Conon.	301.
us.	ibid.	Cælestinus I.	124.	Sergius I.	ibid.
us.	10.	Sixtus I I I.	131.	Joannes v I.	302.
der I.	12.	Leo I.	138.	Joannes v I I.	302.
I.	13.	Hilarius.	164.	Sifinnius.	302.
horus.	13.	Simplicius.	165.	Constantinus.	302.
us.	ibid.	Felix I I I.	165.	Gregorius I I.	ibid.
	14.	Gelasius I.	166.	Gregorius F I I.	303.
	14.	Anastafius I I.	169.	Zacharias.	303.
us.	ibid.	Symmachus.	170.	Stephanus I I.	308.
ritus.	15.	Horisdada.	174.	Stephanus I I I.	308.
I.	15.	Joannes F.	178.	Paulus I.	308.
us.	15.	Felix I v.	178.	Stephanus I v.	308.
us I.	16.	Bonifacius I I.	179.	Adrianus I.	ibid.
us I.	16.	Joannes I I.	179.	Leo I I I.	327.
us.	17.	Agapetus I.	180.	Stephanus V.	334.
us.	18.	Sylvester.	180.	Paschalis I.	334.
us.	18.	Vigilius.	ibid.	Eugenius I I.	334.
us.	ibid.	Pelagius.	199.	Valentinus.	ibid.
us.	20.	Joannes I I I.	210.	Gregorius I v.	334.
us I.	22.	Benedictus I.	210.	Sergius I I.	334.
I I.	22.	Pelagius I I.	211.	Leo I v.	334.
us.	22.	Gregorius I.	224.	Benedictus I I I.	ibid.
I.	23.	Sabinianus.	224.	Nicolaus I.	335.
ianus.	23.	Bonifacius I I I.	224.	Adrianus I I.	339.
	24.	Bonifacius I v.	224.	Joannes v I I I.	352.
litus.	24.	Deus-Dedir.	ibid.	Marinus I. dictus Martinus I I.	352.
us.	ibid.	Bonifacius v.	227.		352.
us.	30.	Honorius I.	227.	Adrianus I I I.	352.
us.	30.	Severinus.	249.	Stephanus v I. dictus v.	356.
ades.	31.	Joannes I v.	249.	Formosus.	356.
I I.	34.	Theodorus.	ibid.	Stephanus v I I. dictus v I.	356.
	61.	Martinus I.	250.	Romanus.	ibid.
	61.	Eugenius I.	260.	Theodorus.	357.
	74.	Virallianus.	262.	Joannes I x.	357.
	76.	Adeodarus.	268.	Benedictus I v.	357.
I I.	81.	Donus.	268.	Leo v.	357.
	85.	Agatho.	268.	Christophorus.	ibid.
us.	104.	Leo I I.	ibid.	Sergius I I I.	357.
					Ann

INDEX SUMMORUM PONTIFICUM.

Anastasius.	357.	Calixtus II.	362.	Bonifacius VII. dictus IX.	384.
Laurus.	357.	Honorius III.	368.	Innocentius VII.	384.
Joannes X.	357.	Innocentius IX.	ibid.	Gregorius XII.	384.
Leo VI.	ibid.	Caelestinus IX.	363.	Alexander V.	384.
Stephanus VIII. dictus VII.	357.	Lucius IX.	383.	Joannes XXI. dictus XXIII.	384.
Joannes XI.	357.	Eugenius III.	363.	Martinus III. dictus V.	384.
Leo VII.	357.	Anastasio IV.	363.	Eugenius IV.	384.
Stephanus IX. dictus VIII.	ibid.	Adrianus IV.	ibid.	Nicolaus V.	384.
Martinus II. dictus Marti-		Alexander III.	363.	Calixtus III.	384.
nus III.	358.	Lucius III.	363.	Pius II.	384.
Agapetus II.	358.	Urbanus III.	363.	Paulus II.	384.
Joannes XII.	358.	Gregorius VIII.	363.	Sixtus IV.	384.
Benedictus V.	358.	Clemens III.	363.	Innocentius VIII.	384.
Joannes XIII.	ibid.	Caelestinus III.	363.	Alexander VI.	384.
Donus I.	358.	Innocentius III.	ibid.	Pius III.	384.
Benedictus VI.	358.	Honorius III.	371.	Julius II.	384.
Benedictus VII.	359.	Gregorius IX.	371.	Leo X.	384.
Joannes XIV.	359.	Caelestinus IV.	372.	Adrianus VI.	384.
Joannes XV.	359.	Innocentius IV.	372.	Clemens VII.	384.
Gregorius V.	ibid.	Urbanus IV.	373.	Paulus III.	384.
Silvester I.	359.	Urbanus IV.	373.	Julius III.	438. 384.
Joannes XVI. dictus XVII.	359.	Clemens IV.	374.	Marcellus II.	384.
Joannes XVII. dictus XIX.	359.	Gregorius X.	374.	Paulus IV.	384.
Sergius IV.	360.	Innocentius V.	378.	Pius IV.	384.
Benedictus VIII.	360.	Adrianus V.	378.	Pius V.	384.
Joannes XVIII. dictus XX.	360.	Joannes XIX. dictus XXI.	378.	Gregorius XIII.	384.
Benedictus IX.	360.	Nicolaus III.	378.	Sixtus V.	384.
Gregorius VI.	360.	Martinus II. dictus IV.	379.	Urbanus VII.	384.
Clemens II.	360.	Honorius IV.	379.	Gregorius XIV.	384.
Damasus II.	ibid.	Nicolaus IV.	379.	Innocentius IX.	384.
Leo IX.	361.	Caelestinus V.	379.	Clemens VIII.	384.
Victor II.	361.	Bonifacius VI. dictus VIII.	379.	Leo XI.	384.
Stephanus X. dictus IX.	361.	Benedictus XI.	380.	Paulus V.	384.
Benedictus X.	361.	Clemens V.	380.	Gregorius XV.	384.
Nicolaus II.	361.	Joannes XX. dictus XXII.	382.	Urbanus VIII.	384.
Alexander II.	361.	Benedictus XII.	383.	Innocentius X.	384.
Gregorius VII.	361.	Clemens VI.	383.	Alexander VII.	384.
Victor III.	362.	Innocentius VI.	383.	Clemens IX.	384.
Urbanus II.	362.	Urbanus V.	ibid.	Clemens X.	384.
Paschalis II.	362.	Gregorius XI.	384.	Innocentius XI.	384.
Gelasius II.	362.	Urbanus VI.	384.		

S E R I E S P O N T I F I C V M.

S E C V N D V M O R D I N E M A L P H A B E T I.

<p>A. Drianus 1. 308. Adrianus 2. 339. nus 3. 352. nus 4. 363. nus 5. 378. nus 6. 417. latus. 268. rus. 1. 180. rus 2. 358. 268. C. 13. nder 1. 361. nder 2. 363. nder 3. 373. nder 4. 385. nder 5. 410. nder 6. 490. nder 7. 490. etus. 10. afius 1. 194. afius 2. 169. afius 3. 357. afius 4. 363. rus. 1. 19. rus. 2. 304. ictus 3. 334. ictus 4. 357. ictus 5. 358. ictus 6. ibid. ictus 7. 359. ictus 8. 360. ictus 9. ibid. ictus 10. 361. ictus 11. 385. ictus 12. 383. acius 1. 394. acius 2. 394. acius 3. 324.</p>	<p>Bonifacius 4. Bonifacius 5. Bonifacius 6. dictus 8. Bonifacius 7. dictus 9.</p> <p style="text-align: center;">C.</p> <p>Calixtus 1. Calixtus 2. Calixtus 3. Caelestinus 1. Caelestinus 2. Caelestinus 3. Caelestinus 4. Caelestinus 5. Christophorus. Clemens 1. Clemens 2. Clemens 3. Clemens 4. Clemens 5. Clemens 6. Clemens 7. Clemens 8. Clemens 9. Clemens 10. Cletus. Conon. Constantinus. Cornelius.</p> <p style="text-align: center;">D.</p> <p>Damasus 1. Damasus 2. Deus-dedit. Dionisius. Donus 1. Donus 2.</p> <p style="text-align: center;">E.</p> <p>Eleutherius. Evaristus. Eugenius 1. Eugenius 2. Eugenius 3.</p>	<p>ibid. 227. 379. 384.</p> <p style="text-align: center;">C.</p> <p>16 362 407. 124. 363 ibid. 371 379 357 9. 360 363 375 380 383 417 498 491 491 9 301 302 20 81. 360 224 33 268 38 35 31 260 334 363</p>	<p>Eugenius 4. 395. Eusebius. 30 Eutychianus. 24.</p> <p style="text-align: center;">F.</p> <p>Fabianus. 18 Felix 1. 25 Fel'x 2. 76 Felix 3. 165 Felix 4. 178 Formosus. 354</p> <p style="text-align: center;">G.</p> <p>Gaius. 24 Gelasius 1. 166 Gelasius 2. 362 Gregorius 1. 224 Gregorius 2. 302 Gregorius 3. 303 Gregorius 4. 334 Gregorius 5. 359 Gregorius 6. 360 Gregorius 7. 362 Gregorius 8. 363 Gregorius 9. 375 Gregorius 10. 374 Gregorius 11. 384 Gregorius 12. 384 Gregorius 13. 487 Gregorius 14. 487 Gregorius 15. 487</p> <p style="text-align: center;">H.</p> <p>Higinus. 14 Hilarius. 164 Honorius 1. 227 Honorius 2. 362 Honorius 3. 372 Honorius 4. 379 Hormisda. 374</p> <p style="text-align: center;">I.</p> <p>Innocentius 1. 110 Innocentius 2. 362 Innocentius 3. 363</p>	<p>395 30 24 18 25 76 165 178 354 24 166 362 224 302 303 334 359 360 362 363 375 374 384 384 487 487 487 14 164 227 362 372 379 374 110 362 363 Inno-</p>
---	---	---	--	--

SERIES PONTIFICUM.

Innocentius 4.	372	Lucius 2.	363	Severinus.	249
Innocentius 5.	378	Lucius 3.	ibid.	Simplicius.	254
Innocentius 6.	383		M.	Sixtus 1.	259
Innocentius 7.	384	Marcellinus.	24	Sixtus 2.	264
Innocentius 8.	410	Marcellus 1.	30	Sixtus 3.	270
Innocentius 9.	488	Marcellus 2.	486	Sixtus 4.	275
Innocentius 10.	490	Marcus.	61	Sixtus 5.	280
Innocentius 11.	492	Martinus 1.	250	Sisinnius.	285
Ioannes 1.	178	Martinus 2. dictus Martinus 2.	352	Sotber.	290
Ioannes 2.	179		352	Stephanus 1.	295
Ioannes 3.	210	Martinus 2. dictus Martinus 3.	358	Stephanus 2.	300
Ioannes 4.	249		358	Stephanus 3.	305
Ioannes 5.	301	Martinus 2. dictus 4.	379	Stephanus 4.	310
Ioannes 6.	302	Martinus 3. dictus 5.	385	Stephanus 5.	315
Ioannes 7.	ibid.	Melchhiades.	31	Stephanus 6. dictus 5.	320
Ioannes 8.	352		N.	Stephanus 7. dictus 6.	325
Ioannes 9.	357	Nicolaus 1.	335	Stephanus 8. dictus 7.	330
Ioannes 10.	ibid.	Nicolaus 2.	361	Stephanus 9. dictus 8.	335
Ioannes 11.	ibid.	Nicolaus 3.	378	Stephanus 10. dictus 9.	340
Ioannes 12.	358	Nicolaus 4.	379	Sylverius.	345
Ioannes 13.	ibid.	Nicolaus 5.	407	Sylvester 1.	350
Ioannes 14.	359		P.	Sylvester 2.	355
Ioannes 15.	ibid.	Paschalis 1.	334	Symmachus.	360
Ioannes 16. dictus 18.	ibid.	Paschalis 2.	362	Syricius.	365
Ioannes 17. dictus 19.	ibid.	Paulus 1.	308		T.
Ioannes 18. dictus 20.	360	Paulus 2.	409	Telcphorus.	370
Ioannes 19. dictus 21.	376	Paulus 3.	417	Theodorus 1.	375
Ioannes 20. dictus 22.	382	Paulus 4.	486	Theodorus 2.	380
Ioannes 21. dictus 23.	385	Paulus 5.	488		V.
Julius 1.	61	Pelagius 1.	199	Valentinus.	385
Julius 2.	410	Pelagius 2.	211	Victor 1.	390
Julius 3.	438.486	Petrus.	9	Victor 2.	395
	L.	Pius 1.	14	Victor 3.	400
Lando.	357	Pius 2.	408	Vigilius.	405
Leo 1.	138	Pius 3.	410	Vitalianus.	410
Leo 2.	268	Pius 4.	486	Urbanus 1.	415
Leo 3.	327	Pius 5.	486	Urbanus 2.	420
Leo 4.	334	Pontianus.	18	Urbanus 3.	425
Leo 5.	357		R.	Urbanus 4.	430
Leo 6.	ibid.	Romanus.	356	Urbanus 5.	435
Leo 7.	ibid.		S.	Urbanus 6.	440
Leo 8. dictus 9.	361	Sabinianus.	224	Urbanus 7.	445
Leo 10.	412	Sergius 1.	301	Urbanus 8.	450
Leo 11.	488	Sergius 2.	334		Z.
Libertius.	74	Sergius 3.	357	Zacharias.	455
Libus.	9	Sergius 4.	356	Zepherinus.	460
Libertius 1.	22			Zozimus.	465
					470

S E R I E S

O N O I I I O R V M

A T Q U E S E C U N D A M S U C C E S S I O N E M .

ymitanum. . .	9.	Anafricanum I.	139	Hispalense II.	228
iginense de Re-		Arafricanum II.	141	Toletanum IV.	232
n.	21	Vasense.	145	Toletanum V.	242
t.	25	Carpentorantense.	148	Bracarense I.	244
se.	32	Arelatense III.	147	Bracarense II.	247
	34	Chalcedonense.	148. 153	Toletanum VII.	249
l.	41	Venetium.	163	Lateranense I.	251
	43	Turonense.	164	Toletanum VIII.	253
l.	51	Romanum.	164	Toletanum IX.	255
	53	Tarraconense.	166	Toletanum X.	247
ll.	56	Epaunense.	169	Cabilonense.	260.
nse I.	59	Romanum.	170	Toletanum XI.	261
	61	Romanum.	171	Bracarense III.	266
	61	Romanum.	171	Constantinopolitanum gene-	
m.	62	Romanum.	171	rale.	269
	67	Romanum.	172	Toletanum XII.	299
itanum II.	72	Ilerdense.	172	Toletanum XIII.	302
	73	Valentinum Hispaniz.	174	Gallicanum.	307
s.	76	Aurelianense I.	175	Nicenum Generale.	309
opolitanum.	83	Gerundense.	177	Moguntiarum.	327
Galliz.	85	Toletanum II.	178	Rhemense.	333
	86	Constantinopolitanum.	182	Wormaciense.	342
nse II.	96	Aurelianense II.	190	Constantinopolitanum gene-	
nse III.	92	Aurelianense III.	192	rale.	344
nse IV.	96	Avernense.	198	Triburienfe.	353
e.	104	Aurelianense IV.	199	Lateranense.	364
nse V.	104	Turonense.	202	Lugdunense I.	372
l.	106	Parisiense I.	207	Lugdunense II.	375
l.	118	Aurelianense V.	208	Viennense.	381
nse VI.	123	Hispalense I.	212	Constantiense.	386
nse VII.	124	Toletanum III.	212	Basilense.	395
	125	Matticonense I.	219	Flotentinum.	401
	125	Matticonense II.	221	Lateranense.	411
	132	Toletanum VI.	224	Tidentinum.	419
	138	Antifiodorensis.	229		

R

VV

S E R I E S
C O N C I L I O R U M
S E C U N D U M O R D I N E M A L P H A B I T U

A	A. Gathense.	132	Aliud.	269	Aliud.	
	Ancyranum.	205	Aliud.	342	Aliud.	
	Antiochenum.	62		E.	Aliud.	
	Antifodorense.	125	E Liberianum.	43	Aliud.	
	Aquileiense.	138	Epaunenſe.	167	Aliud.	
	Arauficanum I.	139	Ephesiaum.	116. 128	Aliud.	
	Arauficanum II.	141	G Alicanum.	307	Aliud.	
	Arelatenſe I.	51	Gangrenſe.	53		S.
	Arelatenſe II.	96	Oerundenſe.	177		Sardiceſe.
	Arelatenſe III.	147		H.		Syrmicenſe.
	Avernenſe.	198	H Ieroſolymitanum I.	9		T.
	Amelianenſe I.	166	Aliud.	71	T Arraconenſe.	
	Amelianenſe II.	190	Hiſpalenſe I.	212	Taurinaſenſe.	
	Amelianenſe III.	212	Hiſpalenſe II.	228	Telenſe.	
	Amelianenſe IV.	199	I Lerdenſe.	172	Toletanum I.	
	Amelianenſe V.	208		I.	Secundum.	
				L.	Tertium.	
	B Abſeſenſe.	395	L Aodicenum.	76	Quartum.	
	Bracarenſe I.	244	Lateranenſe I.	291	Quintum.	
	Bracarenſe II.	244	Aliud.	364	Sextum.	
	Bracarenſe III.	266	Aliud.	411	Septimum.	
			Lugdunenſe I.	371	Octavum.	
	C Abilonenſe.	160	Lugdunenſe II.	375	Nonum.	
	Carpentoraſenſe.	146		M.	Decimum.	
	Carthaginenſe de Rebaſis.	21	M Articoſenſe I.	219	Undecimum.	
	Carthaginenſe I.	59	Mattiſenſe II.	221	Duodecimam.	
	Carthaginenſe II.	90	Mildeſitanum.	118	Decimumtertium.	
	Carthaginenſe III.	92	Mogunciarum.	327	Tributenſe.	
	Carthaginenſe IV.	96		N.	Tridentinum.	
	Quintum.	104	N Eoczarſenſe.	32	Turonenſe I.	
	Sextum.	123	Nicenum I.	34	Turonenſe II.	
	Septimum.	124	Nicenum II.	309		V.
	Czaraugſtanum.	177	P Ariſenſe.	207	V Valentinum Gallie.	
	Chalcedonenſe.	148. 153		P.	Valentinum Hiſpanie.	
	Coloniſenſe.	61	R Egiſenſe.	132	Valenſe.	
	Conſtantiſenſe.	386	Remenſe.	333	Venericum.	
	Conſtantinopolitanum.	83	Romanum.	41	Viennenſe.	
	Aliud.	182	Aliud.	61		W.
					VV Ormatienſe.	

INDEX RERUM.

- verecundè subterfugisset, in Pontificem eligitur. 379
- Adulterorum poena. 29. Adulteræ indiritus non potest fieri Clericus. 33. Cum adultero lapsus relabente, quid agendum? 48. Adulter adulteram ne in uxorem ducat. 355
- Ædicio vulgata pro authentica habenda. 421
- Alex deserviens Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, communione privandus. 5. Alea Clericis interdicta. 291
- Affinitas ex Baptismo, & inter quos? 476
- Ex Confirmatione, & inter quos? ibid.
- Ex copula illicita, & inter quos? 332
476. Ex copula licita, & inter quos? 303-370
- Affinium in gradibus prohibitis contrahentium poena. 332
- Albericus Comes Tusculanus filium suum adhuc adolescentem in Sedem Petri intrusit. 360
- Alexander II. Henricum Germaniæ Regem causam dicturum Romam evocavit. 36
- Alexandrinus Episcopus non ponitur æqualis Episcopo Romano per Canonem VI. Concilii Niceni per illa verba: *Quoniam quidem Episcopo Romano pariter mos est.* 37-38
- Altaria, quæ passim per agros, aut vias constituuntur, & in quibus nullæ reliquæ martyrum conditæ sunt, ab Episcopo everrenda. 105
- Altaria à solo Episcopo consecrantur. 229
- Amalricus in Concilio Lateranensi hæreticus damnatus, jussu Philippi Galloꝝ Regis exhumatus, & exustus est. 366. ejus impia dogmata. ibid
- Andronicus schismam Guitorum reduxit: & Patrem suum Michaëlem Paleologum, eo quod in Concilio Lugdunensi unioni cum Ecclesia Romana consensisset, nec plebeia quidem sepultura dignatus fuit. 377-378
- Angelos non esse purè incorporeos dixit Joannes Theſſalonienſis in VII. Synodo generali, sed ejus opinio in hac parte non fuit admittenda Synodo. 317
- Angelus de Caprio eligitur in Pontificem, & assumit nomen Benedicti XIII. 384. In Concilio Constantiensi deponitur. 385
- Anima rationalis immortalis, & quomodo hoc intelligatur? 276. 417. Per se, & essentialiter est forma corporis humani. 381. 413. Poena statuentium in homine duas animas 348. Est una tantum. 348
- Animæ justorum non plenè purgatæ; flammis purgatorii purgantur: 402. Plenè verò purgatæ mox in celum recipiuntur ibid. Joannis XXII. contraria opinio; & ejus retractatio. 383
- Annatarum usum Bonifacius IX. introduxit. 384. Eum in Eugenio IV. damnavit Concilium Basiliense 398. sed factò plenè retractatio. 401
- Annui census, quibus conditionibus emi possint, aut vendi? 408. Quomodo illæ conditiones obligent, & ubi? ibid.
- Anniversarium, seu commemorationem omnium fidelium defunctorum introductum operâ S. Odoloni Abbatis Cluniacensis. 361
- Annuntiationis Festum, quandonam in Hispaniis celebrandum? 299
- Antiochena Ecclesia tertia post Romanam. 367. fuit aliquando prima. 30
- Antiochenum Concilium fuit ab Arianis collectum; ideoque non est admittendum. 62
- Apostoli omnes pari consortio cum S. Petro honorem, & potestatem acceperunt: ita tamen, ut Princeps eorum fuerit. 11. In locum eorum successerunt Episcopi. ibid.
- Inter Apostolos fuit quædam discretio potestatis; & licet cunctorum par esset electio, Beato tamen Petro concessum est, ut aliis præmineret. 31. 181
- Apostoli in ultima cæna Sacerdotes novi Testamenti instituti. 462. cap. 1. 464

I N D E X R E R U M.

can. 2. Eisdem & eorum successoribus data potestas consecrandi Corpus, & Sanguinem Christi. ibid.
Appellare licet, etiam in causa criminali. 19
Appellationis ordo 351. In quibus causis non liceat appellare? 443. Appellationis causa, si Apostolica auctoritate eam in partibus committat contigerit, cui committenda? 444. Quid appellanti agendum? & quid ei a quo appellatus? 414
An licitum appellare ad Sedem, & a Sede Apostolica? 168. Appellare ad futurum Concilium, irritum, & erroneum. 409
Aqua miscenda vino consecrando. 355. 464
Aquæ benedictæ usus. 13
Arbitrium, Vide liberum arbitrium.
Archi-Episcopi ab omnibus Episcopis suffraganeis ordinantur. 14. Sine pallio missas non dicant. 220
Archi-Presbyter a suo loco sine consilio per Episcopum non moveatur. 203
Agnus negavit consubstantialitatem filii cum Patre. 35. Contra eum coactum fuit Concilium Nicenum, in quo fuit condemnatus 35. Ejus condemnationi subscriperunt trecenti, & 12. Patres: sex subscribere noluerunt, qui cum Ario per Constantinum Imperatorem in exilium acti sunt. 36
Aniani rebaptizandi, nisi constaret in Patre, & Filio, & Spiritu S. eos fuisse baptizatos. 52
Armeniorum unio cum Ecclesia latina in Concilio Florentino. 302. Decreta super eorum unione. 403
S. Athanasii Sermo de imagine Domini nostri Jesu Christi, quæ cæca a Judæis sanguinem dedit. 313
Auribus quid? 447. cap. 4. Est donum Dei, & Spiritus S. impulsus. ibid. Non potest per se ad justificationem peccatorem adducere. 447. cap. 4. tamen cum ad Dei gratiam in Sacra-

mento parentiæ impetrandam disponit. ibid.
Auguria & divinationes observantium pœna. 39

B.

Baptizatus in aegritudine est irregularis. 33. Quis possit in ea irregularitate dispensare? ibid. Baptizatus linicidus chrismate. 34. Rebaptizandi sub conditione, qui nullo testimonio se baptizatos esse noverint. 105. Omnes homines baptizandi sunt propter peccatum originale. 118. Non licuit olim, nisi in casu necessitatis, extra tempus paschale baptizare. 226
Baptismus est vitæ spiritualis janua 404. Ejus materia, & forma. 404. 430. Ejus minister ordinarius, & extraordinarius. 404. Ejus effectus. 31. 404
Baptismus tollit totum id, quod veram, & propriam rationem peccati habet. 422
Baptismus Joanni non habuit eandem vim cum Baptismo Christi. 435. can. 1. Collatus ab hæreticis est validus. 435. can. 4. Per Baptismum homo fit debitor non solum fidei, sed totius legis. 435. can. 7. etiam præceptorum Ecclesiæ. ibi. can. 8. Recordatione Baptismi suscepti non irritantur vota post Baptismum facta, nec peccata remittuntur, vel de mortalibus sunt venialia. 435. can. 9. 10
Baptismus iterari non potest. 591. 66. 495. can. 11. Pro ejus collatione non expectandum tempus ætatis, quæ Christus baptizatus fuit. 435. can. 12
Baptizandi sunt parvuli. 436. can. 13. etiam orti a baptizatis parentibus. 429. Dum adoleverint, non sunt incipogandi pro facili habendo Baptismo. 436. can. 14.
Baptizatus potest gratiam baptismi amittere. 435. can. 435. can. 5
Baptismus satærinæ merione s. olim in Hispania non fiebat nisi unicus. 233
Pro usus collatione nihil exigendum.

INDEX RERUM.

248. nec aliquid tribuendum Clericis.

Baptismus est perfectum medium ad salutem tam parvulis, quam adultis: 381 utriusque per eum gratia, & virtutes infunduntur. 381

Baptismus collatus à nesciente lingua Latina sub hac verborum forma: ego Te baptizo in Nomine Patria, & Filia, & Spiritus Sancta, declaratus fuit validus. 306

Baptismus, an sit majus Sacramentum quam confirmatio? 31

Debet fieri in nomine SS. Trinitatis 181

An valeat, vel valeat collatus in nomine Christi? 339

Basilense Concilium legitime fuit indictum; sed statim factum illegitimum. 396

Basilii Imperator noluit subscribere actis VIII. Synodi nisi post Legatos Sedium Patriarchalium. 340. Ejus alloquutio ad Episcopos stantes pro Phorio. 345. item ad totam Synodum. 352

Begardorum, & Beguinarum errores. 381 eorum condemnatio. 382

Benedictus V. ab Ottone in Germaniam exul depellitur, ubi Martyr occubuit. 385. Ob hoc Otto cum exercitu punitur. ibid.

Benedictus VIII. Urbe, & sede pulsus, in eam restituitur. 360. Ejus tempore in regione Aquitanie tribus diebus sanguinem pluisse fertur, qui ab humana carne abtergi non poterat. 460

Benedictus IX. tertio Sedem invasit. 360

Benedicti XI. ex ordine FF. Prædicatorum egregia humilitas. 380

Beneficia, præsertim curata, qualibus personis conferenda. 436

Beneficia plura curata, aut alias incompatibilia nemo habeat. 396. 414. 436. c. 4

Ipsis beneficiis ipso jure privatus existit, qui plura hujusmodi recipere, vel retinere presumpserit. 426. cap. 4

nisi sit qualibet iuxta formam ju-

ris 414. In pluralitate beneficiorum potest Pontifex dispensare cum personis sublimibus. 369

Beneficia unius Diocesis alterius Diocesis beneficio perpetuo non uniantur. 457. cap. 2. Uniones perpetue beneficiorum examinantur ab Episcopis, & quas per subreptionem, vel obreptionem obtenta fuerint, irritæ declarentur. 437. cap. 6

Beneficia curata Cathedralibus, Collegiatis, seu etiam aliis Ecclesiis, vel monasteriis perpetuo unita, ab Ordinariis singulis annis visitantur. 437

instituantur Vicarios, etiam perpetuos. ibid.

Beneficia regularia, Religiosa tantum istius ordinis concedantur. 457. c. 10

Beneficium nemo potest obtinere ante annum ætatis decimumquintum. 470. c. 6

Beneficiati habentes beneficia personalem residentiam de jure vel consuetudine exigentia, residere teneantur. 433

Beneficiati, quorum beneficio annexum est, ut dicant, vel cantent missam vel Evangelia, vel Epistolas, si teneantur infra annum ordines suscipere, & sub qua pena? 465. 466. cap. 4

Berengarius negavit realem præsentiam Christi in Eucharistia: sed illam hæresim aliquoties abjuratam, & resumptam, tandem in fine vitæ sententiæ repudiavit. 361. Notabile ejus dictum pro veritate realis præsentia, dum exspirabat. ibid.

Berengarii hæresim circa realem præsentiam Christi, quam tamen ipse abjuraverat, reduxerunt Joannes Ocolampadius, & Svinglius. 417

Bigamus est irregularis. 3. 115. 116. 147. 164. 128

Bonifacii Germanorum Apostoli quaestione digna. 309

Bonifacii Episcopi, & Martyris notabilis responsio, ad interrogationem, an liceret Sacramenta conficere in va-

sis ligacis? 354

Boni-

INDEX RERUM.

Bonifacii, cognomento *Francis* tyrannis in *Benedictum* VI. 358. Eum singulari iussu in carcere. *ibid.* Ejus Sedem invasit, assumpto nomine *Bonifacii* VII. *ibid.* Eum Urbe, & Sede expulit *Benedictus* quidam Romanus. 399. Constantinopoli rediens, iterum Sedem invadit, Joanne XIV. detruso in carcerem, & fame enecato. 349. Misericordis ejus exitus. *ibid.*

Bona Clericorum, non habentium habesdem, sunt Ecclesiarum quibus dividenda? *ibid.*

Bona Clericorum conquesta, dividantur inter Ecclesiam, & heredes. 256

Bona Ecclesiarum in quot partes dividenda, & quibus distribuenda? 42. 246. Habeatur notitia, quae sunt bona Ecclesiarum, quae Episcopis? 66. Eorum dispensatio pertinet ad Episcopum, non vero proprietatis. 99. Quando, & qualiter Episcopus bona Ecclesiarum possit distrabere? 133. 170. 216

C.

Calamitatis, seu torris crinibus uti non licet. 297. utentes, excommunicentur. 298

Calixtus I. matrimonia inter consanguineos primus prohibuit. 16. Instituit jejunium quatuor temporum. *ibid.*

Celestinus III. Constantiam Monachum, Rogerii Regis Fratrem in Monasterio Pantormitano occidit, & eadem, Henrico VI. dispensatione Apostolica in matrimonium copulavit. 363

Canones Apostolorum. I. Non sunt legitimi; continent tamen subinde multa utilia. *ibid.*

Canones Concilii Ancyran. 25

Canones Concilii Neocaesariensis. 32

Canones Concilii Nicens. 36

Canones Concilii Arelatenensis primi. 51

Canones Concilii Gangrensis. 53

Canones Concilii Arelatenensis secundi. 56

Canones Concilii Carthagenensis I. 59

Canones Concilii Antiocheni III. 62

Fuit ab Antiocheno creatum. *ibid.*

Canones Concilii Sardicenis. 67

Canones Concilii Syriacensis illegitimi. 73

Canones Concilii Laodicenis. 76

Canones Concilii Constantinopolitani generalis primi. 83

Canones Concilii Valentini. 85

Canones Concilii Carthagenensis II. 90

Canones Concilii Carthagenensis III. 92

Canones Concilii Carthagenensis IV. 96

Canones Concilii Carthagenensis V. 104

Canones Concilii Toletani I. 106

Canones Concilii Milevitan. 118

Canones Concilii Ephesini. 126. 128

Canones Concilii Regiensis. 132

Canones Concilii Arauscani I. 139

Canones Concilii Arauscani II. 141

Canones Concilii Valentis. 145

Canones Concilii Arelatenensis III. 147

Canones Concilii Chalcedonensis. 152

Canones Concilii Romani. 169

Canones Concilii Tarracoenensis. 166

Canones Concilii Epauruentis. 169

Canones Concilii Romani. 170

Canones Concilii Ilerdensis. 172

Canones Concilii Aurelianensis I. 176

Canones Concilii Gerandensis. 177

Canones Concilii Caesaraugustani. 177

Canones V. Synodi Constantinopolitanae. 187

Canones Concilii Aurelianensis II. 190

Canones Concilii Aurelianensis III. 192

Canones Concilii Avernenis. 198

Canones Concilii Aurelianensis IV. 199

Canones Concilii Turonensis II. 202

Canones Concilii Parisiensis. 207

Canones Concilii Aurelianensis V. 208

Canones Concilii Hispanensis. 212

Canones Concilii Toletani III. 213

Canones Concilii Matritonenis I. 219

II. 221

Canones Concilii Antiodorensis. 225

Canones Concilii Hispanensis II. 228

Canones Concilii Bracarensis I. 244

II. 247

Canones Concilii Toletani VII. 249

VIII. 253

IX. 254

INDEX RERUM

IX.	245
X.	257
XI.	262
Canones Concilii Lateranensis.	251
Canones Concilii Cabilonenfis.	260
Canones Concilii Bracarenfis III.	266
Canones Trullani 282. Non sunt legiti- tini.	283
Condicit tamen multa utilia. ibid. E- ciam multa Romanz Eccleſiz Decre- ta contraria. 284. pro quo vide ad- ditiones Sylvi ad Canonem 2. 3. 36. 42. 55. 67. 82	
Concilium Trullanis non ſubſcriptur Pontifex, & vel maxime poſt Imper- torem.	299
Canones Trullanos, licet ad inſtantiam Imperatoris Juſtiniani, approbate vo- luit Joannes VII.	302
Canones Concilii Gallicani.	307
Canones ſeptimz Synodi generalis.	324
Canones Concilii Moguntiani.	328
Canones Concilii Rhemenſis.	333
Canones Concilii Wormatienſis.	340
Canones Concilii Conſtantinopolita- ni IV.	347
Canones Concilii Triburienſis.	353
Canones Concilii Lateranenſis.	364
Canones Concilii Viennenſis.	381
Canones Concilii Conſtantienſis non quoad omnia legitimi.	386
Canones Concilii Baſilienſis illegitimi.	396
Canones Concilii Florentini.	403
Canones Concilii Lateranenſis.	413
Canones Concilii Tridentini de Juſti- ficatione.	430
De Baptiſmo.	434
De Euchariſtia.	442
De Penitentia.	452
De Extrema Unctione.	474
De Sacra Communione.	460
De Sacrificio Miſſz.	464
De Ordine.	469
De Matrimonio.	447
Canonicorum qualis eſſe debeat obſer- vantia regularis?	328

In Capitulo Cathedrali Eccleſiz, vel Collegiata nullus vocem habeat, qui ſaltem non ſit Subdiaconus. 465. cap. 4	
Cardinales in Romana Curia reſideant; & ſub qua pzna.	414
Carolus Dux Lotharingiz a Benedi- cto VII. Corpus S. Godeſcalci accepit, & Bruxellas intulit.	359
Causa reſervari poſſunt, ne a quolibet abſolvantur. 449. cap. VII. 4. 3. can. XI	
Caſtitas vidualis nuptiis pzferenda. 406	
Cereus Paſchalis a Zozimo Papa. 123	
Chore-Epiſcopis, non licet Presbyteros vel Diaconos ordinare: vel quidquam agere ſine mandato Epiſcopi. 63. Quz iſtis prohibita?	229
Chore-Epiſcopi duplicis generis. 63. 64 Nihil ſunt in Eccleſia, & eorum in- ſtitutio Sacris Canonibus contraria.	82. 110
Chriſma quoranzp conſciendum. 19. Ab Epiſcopo, 34. 108. Non a Presbyteris.	42. 90. 95
Chriſma poſt Baptiſmum datur. 80. il- lud Presbyter ſingulis annis per ſe- ipſum a proprio Epiſcopo petat. 99.	145. 225
Chriſmate an liceat Presbytero? & quo Chriſmate?	108. 109
Chriſma quid? 404. Eſt materia Sacra- menti Confirmationis. ibid. a ſolo E- piſcopo conſici poteſt.	340
Chriſtus, quomodo non duo, ſed unus?	340
Chriſtus pro omnibus mortuus eſt. 418 cap. 3. Non tamen omnes mortis ejus beneficium accipiunt. ibid.	
Chriſtus tamquam caput in membra, & ſicut vires in palmytes, in ipſos juſti- ficatos jugiter virtutem inſluit, quz bona eorum opera ſemper antecedit, comitatur, & ſubſequitur. 430. cap. 16	
Chriſtus non ſolum datus eſt hominibus ut redemptor, cui fidant, ſed etiam ut legiſſator, cui obediant. 432. can. 25	
Chriſtus integrum hominem ſuſcepit. 81 Unus eſt ante ſecula, & in ſeculo na- tus. ibid. Verus Deus. 128	128

INDEX RERUM.

- In Christo non est dividenda substantia post unitatem.** 128. Si quis Christum dixerit Theophoron, id est, Deum ferentem, anathema sit, 128
- Christus, Deus & homo.** 129. 190. Propria virtute glorificatus est, & divina signa complevit. 129. Factus Pontifex, & Apostolus noster, quando Verbum Caro factum est. 129. Non pro se obtulit semetipsum. 129
- Ante adventum Christi fuerunt aliqui Reges, & Sacerdotes.** 267. Non vero post. 268.
- In Christo una persona, duz naturas, duz nature.** 179. 187. 188. 242. 251. Non est alius, Deus Verbum miracula faciens? 187
- Christus persona composita.** 187. in eo non nisi una substantia. ibid. Una adoratione adorandus Christus Deus, & homo. 188. Non fuit subiectus passionibus anime, & concupiscentiis, ut impie voluit Theodorus. 189
- In Christo, duz voluntates, & operationes.** 252. 172. De quo Legenda VI. Synodus Generalis per totum.
- In Christo tres substantie.** 463
- Claves Ecclesie non solum dantur ad solvendum, sed etiam ad ligandum.** 454. can. 15
- Clemens I. licet ordinatus a S. Petro, cessit Lino, & Cleto.** 10. sic declaravit Joannes III. 210
- Clementis IV. egregia erga suos sanguineos moderatio.** 374
- Clemens V. Sedeni Petri transfulit Avenionem.** 385
- Clericus, qui in caupona cibum sumpsit nisi in necessitate, excommunicatur.** 6. 78. 94
- Clerici comam non nutriant, sed desuper caput in modum spheræ radant.** 15. 100
- Clericorum nemo cum extranea femina habitet, nisi fuerit soror, vel propinqua.** 22. 56. 60. 93. 100. 178. 212. 308
- Clericus coram iudice seculari causam non dicat.** 43. Sine consensu Episcopi. 135. Non implicet se negotiis alienis. 60. Ludicris spectaculis non intersit. 80. In continentia vivat. 87. 90. 104. 112. 192. 203. 227. Eam viveant. 236
- Clerici, qui nihil habentes ordinati sunt, & tempore Episcopatus, vel Clericatus sui agros, vel prædia suo nomine comparant, crimine invasionis rerum divinarum habeantur obnoxii.** 96
- Clericorum vestis qualis esse debeat.** 100. 220. 456. Victum, & vestitum sibi artificio, vel agriculturâ præparent. 100
- Incontinentes, omni Ecclesiastico honore priventur.** 112
- Clerici, qui de iudicio suorum Episcoporum conqueruntur, a vicinis Episcopis audiantur.** 122
- Clerici nuptialia vitent convivium.** 136. Canes aut accipitres non habeant. 136
- Ante sententiam suis bonis spoliandi non sunt; & si spoliati fuerint, restituantur in integrum.** 127
- In obsequio necessitate positi, a sanguine humano, etiam hostili abstineant.** 172
- Clericus infamatus, debet se purgare septem testibus.** 174. Cum secularibus sine permissione Episcopi habitare non præsumat. 191. Qui furtum fecerit, aut falsitatem commiserit, degradetur. 193
- Duo Clerici in uno stratu non recumbant.** 204
- Clerici Clericos ad publica iudicia non trahant.** 217. 220. Ad locum examinationis reorum non accedant. 224
- Clericis, qualis honor a secularibus exhibendus?** 223
- Clericis, a maturinis se absentantibus, quæ antiquitus pœna constituta?** 332
- Clericus non potest ascendere ad majores Ordines, nisi prius in minoribus moratus fuerit.** 348
- Clericos tallis, collectis, & aliis exactio-nibus gravantes, etiam propter necessitates communes excommunicari.** 369.
- S S S Cler-

I N D E X R E R U M

Clerici faciales, aut Regulares in ci-
vilibus causis mercedum, & misera-
bilium personarum coram Ordinariis
conveniri possunt. 438. cap. 14

Clericus visitari, puniri, & corrigi po-
test ab Ordinario. 455. c. 4

In Clericis conjugatis observanda con-
stitutio Bonifacii IX. 470. c. 6

Cognatio Spiritualis inter quos matri-
monium dirimat? 332

Collegium puerorum: vide, Domus puc-
rorum.

Commenda Monasteriorum non come-
dendz. 414

Communicans cum excommunicato, ex-
communicatur. 2

Communicent Clerici in diebus solem-
nibus celebranti assistentes. 2. Item
omnes fideles. ibid. In cana Domini
universi debent communicare. 15. Ter-
tium in anno cuilibet communicandum,
videlicet in Paschate, Pentecoste, Na-
tali Domini. 20

Post Concilium Tridentinum omnes fi-
deles, qui pervenerunt ad annos dis-
cretionis, debent singulis annis com-
municare saltem in Paschate. 442.
can. 9. Non tenentur parvuli. 460. c. 4

Communicaciones ultimarum voluntatum
quando, & per quos fieri possint? 446.
cap. 6

Concilia Provincialia bis in anno cele-
branda. 65. 175. 329. Fiant singulis
annis. 92. 220. 301

Concilia Generalia propter communes
causas; Provincialia propter particu-
lares celebranda. 120

Concilia Generalia non convocanda sine
authoritate Apostolicæ Sedis. 211

Concilia Generalia singulis decenniis
celebranda, decrevit Concilium Con-
stantiense. 392

Concubinariorum pena. 398. 477. cap. 8

Concubinæ nomine intelligi potest vera
uxor, sed sine dote. 108

Concupiscentia manet in renatis: non
tamen nocet non consentientibus. 422

Quo sensu ab Apostolo vocetur pec-
carum? 423

Confiteri quamprimum debet Sacerdos,
qui in necessitate sine confessione sui
peccati mortalis celebravit. 441. cap. 7

Confessio peccati mortalis præsentienda
ad hoc, ut aliquis digne communi-
cet. 441. cap. 7. Ad hoc non sufficit
contritio. ibid. & 443. cap. 11

Confessio Sacramentalis est necessaria
ad salutem. 452. can. 6. Debet esse
integra, id est, omnium mortalium,
quorum post diligentem discussionem
homo conscientiam habet. 448. cap. V.
453. can. VI

In Confessione explicandæ circumstan-
tiæ, quæ speciem mutant. 448. cap. 5

Confessio non est impossibilis, nec car-
nificina. 448. 459. can. 8. Non est in-
ventum humanum. ibid. Modus con-
fiteri secretò non est alienus ab in-
stitutione Christi. 453

Confirmationis Sacramentum à solis E-
piscopis confici potest, alioquin est ir-
ritum, & nullum. 30. 111. An sit
majus Sacramentum quam Bap-
tismus? 31. Iterari non potest. 166

Confirmatio est verum, & proprium Sa-
cramentum. 404. 436. can. 1. Eius
materia, & forma. 44. Effectus. 31.
404. Minister. 404. 436. can. 3

Consanguinitas, & affinitas in quo gradu
matrimonium dirimant? 370

Constantinus Imperator à S. Sylvestro
baptizatus, à lepra curatus, & Chris-
mate unctus. 34. dotavit Romanam
Ecclesiam. 35. In Concilio Nicæno
libellos litium quorundam Episcopo-
rum ad invicem, antequam legerentur,
in ignem projici curavit. 35. 36

Constantinus non præfedit in Synodo
generali VI. 270

Constantinopolitanæ Civitatis Episco-
pus an primatum habent post Episco-
pum Romanum? 84. An sit ei æqua-
lis? 162. Magna Legatorum Leonis
Pape contra Græcorum Episcopos
pre

INDEX RERUM.

pro primatu Romanz Ecclesie con- stantia. ibid.	Cornelii. 20
Constantinopolitanz Sedis Episcopus voluit sibi arrogare titulum Capitris omnium Ecclesiarum. 224	Decreta Damasi I. Dionysii. 23
Consuetudines servandz, quz non sunt contra fidem. 14	Decreta Eleuthecti. Evaristi. 12
Contritio quid sit? 447. cap. 4. Quz importet? <i>ibid.</i> Hominem non recon- ciliat Deo sine Sacramento Pœnitent- tiz voto. ibid.	Eusebii. 30
Contritio est duplex: alia perfecta, alia imperfecta. 447. cap. IV. Quz utra- que? ibid.	Euthiciani. 24
Contritio imperfecta non potest per se peccatorem ad justificationem perdu- cere. 447. cap. 4. tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento pœnitentiz impetrandam disponit, ibid.	Decreta Fabiani. Felicis I. 23
Contritio non facit hominem hypocri- tam. 453. can. 5	Felicis II. 76
Corpora Sanctorum de loco ad locum transferri non possunt sine consilio Principis, vel Episcopi, & S. Synodi licentia. 332	Felicis III. 165
Cyprianus cum Africanis voluit, bap- tizatos ab hæreticis esse rebaptizan- dos. 20. 21. Contrarium diffinivit Cornelius in Concilio Romano. 20. 22 D.	Felicis IV. 178
D ecimz fructuum locis Sacris præ- standz. 222	Decreta Gaii. Gelassii. 166
Decimz de omnibus solvendz Deo. 331	Gregorii III. 203
Quibus de causis? 353	Decreta Higinii. Hilarii. 164
Decreta Apostolica quanti faciendz? 336	Hormisdz. 174
Decreta Alexandri I. 13	Decreta Joannis I. Joannis II. 179. 182
Agapeti I. 180	Joannis III. 210
Anacleti. 10	Joannis X. 382
Anastasio I. 104	Innocentii I. 110
Anastasio II. 169	Decreta Liberii. 74
Aniceti. 84	Decreta Marcellini. Marcelli I. 30
Anteri. 18	Melchiadis. 31
Decreta Benedicti I. 210	Decreta Nicolai I. Nicolai III. 335. 336
Bonifacii I. 124	Nicolai III. 378
Bonifacii II. 179	Decreta Pelagii II. Pii I. 211
Decreta Calixti I. 16	Pii I. 14
Caletini I. 224	Decreta Simmaci. Simplicii. 170
	Siricii. 85
	Sixti I. 13
	Sixti II. 22
	Sixti III. 131
	Sotheri. 15
	Stephani I. 22
	Decreta Thelesphori. 13
	Decreta Victoris I. 15
	Vigilii. 180
	Urbani I. 17
	Decreta Zachariæ. Zosimi. 303
	Zosimi. 123
	Degradatio aliquando licita, & quz re- quitat? 444

INDEX R E R U M.

Demonstrationes, seu Banna fieri debent
antè matrimonium. 475. cap. I

Si meritò timeatur, matrimonium mali-
tiosè impediri posse, si fiant omnes de-
nuntiationes, fiat una; vel saltem Pa-
rocho, & duobus testibus præsentibus,
matrimonium celebretur, & ante con-
summationem denuntiationes fiant.

475. cap. I

Quis possit in denuntiationibus seu bân-
nis dispensare? ibid.

Deus non expectat voluntatem nostram,
ut à peccato purgemur. 141. Sed vo-
luntatem purgandi in nobis operatur.

ibid.

Quoties bona agimus, Deus in nobis,
atque nobiscum ut operemur, opera-
tur.

142

Deus nostales amat, quales futuri sumus
ipsius donò, non nostros meritò.

143

Unus atque idem est Deus Novi, & Ve-
teris Testamenti.

406

Deus impossibilia non jubet: sed ju-
bendo monet facere quod possis; &
petere quod non possis; & adjuvat ut
possis.

428. cap. II

Deus sua gratiâ semel justificatos non de-
serit, nisi ab eis priùs deseratur. 428.
cap. II. Operatur in justis velle, &
perficere, nisi ipsi gratiæ diviniæ de-
suerint.

429

Deus sua dona vult esse nostra merita. 430
cap. 16. Non operatur mala opera ita,
ut bona.

421. can. 6.

Possessi à Diabolo sunt irregulares. 266

Diaconi Presbyteris Corpus Christi non
tradant. 39. Judicentur à tribus Ep-
iscopis. 61. 91. 353. Non ordinentur
ante 25. annum ætatis. 98. 234. 147

Post Concilium Tridentinum ante an-
num 23. 472. cap. 12. Quomodo or-
dinandi?

97

Diaconus Eucharistiam corporis Christi
præsentante Presbytero & jubente in ne-
cessitate populo eroget. 99. Sect, se-
dente Episcopo.

ibid.

Diaconi continentiam promittant. 472.
cap. 13

Diaconissa, quæ post ordinem dedit in-
pserit, anathema sit. 150. Ejus ne-
cessaria ætas. ibid. Nulla fiat imposi-
tum.

192

Diligere Deum, profus donum Dei est.

144

Dimissoriales litteras non licet Capitulis
Ecclesiarum intra annum Sedis vacan-
tis concedere, nisi quis artatus fuerit
ratione beneficii accepti vel recipien-
di. 437. cap. 10. Contravenientium
pæna.

ibid.

Pro litteris dimissorialibus nihil datur
Episcopis. 460. cap. 1. Pro illis vel
pro testimonialibus Notarii qui sala-
rium nullum habent, & ubi consue-
tudo accipiendi invaluit, decimam
tantum partem unius aurei accipere
possunt.

460. cap. 1

Dioscori Archiepiscopi Alexandrini ac-
cusatio. 154. 156. Ejus suiipsum de-
fensio. Ibid. & 155. Ejus tergiver-
satio. 157. Ejus in excommunicando
Leone Papa temeritas, & condemna-
tio.

ibid.

Dionysius Papa Presbyteris Ecclesias di-
vini, parochialisque, ac Dioceses in-
stituit.

23

Dispensationes nullæ, aut rarò dantur in
contrahendis matrimoniis, idque ex
causa.

476. cap. 5

Dispensationes in secundo gradu nun-
quam fiant, nisi inter magnos Princi-
pes, & ob causam publicam. 476. cap. 5

Dominicâ die opera servilia non exer-
cenda. 196. 226. nec etiam mercatura.

331

Dos dari potest ingressuris in monaste-
rium.

326

E.

Ebrietati deserviens Episcopus, Pres-
byter, vel Diaconus, excommuni-
candus.

5

Ebrietas magnum malum, ex quo omnia
mala pullulant. 24. Soque omnibus
Christianis vitandum. ibid. Ebrieta-
tem cavere volens, est excommuni-

can-

INDEX RERUM.

- candus usque ad congruam emendationem. 332
- Ecclesia Romana non ab Apostolis, sed ab ipso Domino primarum obtinet, & eminentiam potestatis super universas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem.** 11.30.35.181.211.311
- Ejus elogium à Lucio II. 22. Numquam erravit. 23. 24. Ad eam licite appellatur, ab ipsa verò numquam.** 88
- In ea vera fides, & salus, & non extra illam.** 179
- Est Caput omnium Ecclesiarum.** 224. Est hierarchica. 469. can. 6
- Eos, qui ad Ecclesiam confugiunt, tradi non oportet.** 139. Homicidæ, adulteri, & fures gaudent immunitate Ecclesiæ. 176. 222. 301
- Electio juridica tripliciter fieri potest.** 369
- Elemosina non potest dari pro fure aut latrone, sine signo penitentis in peccato moriente.** 354
- Episcopatus duos, aut archiepiscopatus recipere vel retinere nemo præsumat.** 436. cap. 2
- Episcopus à duobus vel tribus Episcopis ordinandus.** 1. 10. 37. 53. 91. Uxorem propriam non abiciat, & quomodò hoc intelligendum. 1. 2
- Episcopus sæculares curas non admittat.** 2
- Potest transire de una Ecclesia in aliam propter majorem religionis profectum;** 165. 211. & non aliàs. 2. 12. 18. 65. 67. 99. 149
- Episcopus simoniacè ordinatus deiciendus, & Ordinator ejus.** 3. Item, qui per potestatem sæcularem Episcopatum obtinuerit. ibid.
- Episcopus peregrinus non recipiatur sine commendatitiis litteris.** 4
- Episcopus in aliena provincia non potest Clericos ordinare.** 4. 641. Nec in sua non suam. 72. 246. 46. De bonis Ecclesiæ non potest suis consanguineis aliquid dare. 4. 7. Bona ipsius debent esse divisa à bonis Ecclesiæ. 4
- Episcopus, qui negligentis circa Clericum, & populum agit, excommunicatur.** 4
- Episcopi in necessitate alant clericos.** 6
- Qualiter contra Episcopum procedendum?** 7. Non admittendi contra ipsum testes, nisi probatissimi. 11. Judicetur à duodecim Episcopis. 61. 9. Appellare potest ad Pontificem. 68. Depoñendus, qui militiæ vacaverit. 8. Publicis administrationibus se non immisceat. 8
- Episcopi successerunt in locum Apostolorum.** 11. Eorum Ordo à Christo institutus. 11
- Sententia eorum timenda, etsi injusta.** 18
- Episcopum duo Presbyteri, & tres Diaconi in omni loco comitentur.** 22
- Per gradus omnium Ordinum Episcopatum assumat.** 24
- Episcoporum qualis debeat esse mensura** 98. quales vestes. 98. Ordinatus præter conscientiam, & voluntatem Metropolitani, non debet esse Episcopus. 37. 57. 65. 165
- Episcopus alterius Episcopi plebes, vel fines non usurper.** 61. sine consilio Episcoporum Provincie & Metropolitanani Imperatorem non accedat, & sub qua pena? 64. *Vide additionem Sylviæ* ibid.
- Episcopus non potest sibi successorem constituere.** 65. 164. Habet potestatem dispensandi res Ecclesiasticas. 66
- Episcopi instituendi non sunt in vicis, vel parvis civitatibus.** 68. Non fiunt immediatè ex Laicis. 70. Antequam ordinentur, examinentur, si naturà prudentes sint, si dociles, si moribus temperati. 96. Qualiter consecrandi? 97
- Episcopo non licet à sua Ecclesia plusquam tribus hebdomadibus abesse.** 71
- Per seipsum, non per Choriëpiscopos, seu Vicarios Ecclesiam suam regant.** 81. 83
- Episcopo prædicante, nemo exeat Ecclesia sub pena excommunicationis.** 98

INDEX R E R U M.

- In Ecclesia sublimior sedet quam Presbyteri; non inra domum. 99.
- Ipsa sedente Presbyteri sedent; Diagoni stent. ibid.
- Episcopus, quando, & qualiter possit bona Ecclesiarum distrahere? 133. Quando haeredes non habet, alium quam Ecclesiam non relinquat haeredem. 135
112. Canes, aut accipitres non habet. 136. 169
- Episcopi singulis annis diocesim visitent, & basilicas restituant. 166. Per se vel Presbyteros. 237. Quem ordinem servare debeant in visitando? 248
- Episcopus potest damnare haereticos. 168 a suis subditis reprehendendus non est. 172
- Episcopus defunctus, per viciniorem Episcopum honorifice tumulandus, & ejus exequia celebranda. 172. Pro sepultura defuncti Episcopi praeter expensam necessariam nihil accipiat. 191
- Nec pro balsamo Baptismi. 248. Nec pro consecratione Ecclesiae. *ibid.* Quid possint accipere in visitatione? 248
- Episcopus, pauperibus, vel infirmis, qui non possunt suis manibus laborare, victum, & vestitum largiatur. 176. 209 etiam carcere detentis. ibid.
- Episcopi, qualiter eligendi? 198. a quibus debeat esse immunis, ut eligi possit? 235
- Episcopus irregularem ordinans, unius anni spatia omni officio Sacerdotii est suspensus. 200. Non potest exactiones suas Diocesi, vel Clericis imponere. 218
- Episcopi fornicarii qualiter puniendi? 254
- Quid possint conferre Ecclesiae, vel monasterio? 256. suos consanguineos Ecclesiae, vel monasteriis non praeficiant. 258
- Non sine duo Episcopi in una civitate. 250. Debent praedicare. 264. praesertim diebus Dominicis. 287
- Episcopi, in sui recessione non possunt patrem chirographos a Clericis. 348
- Qualis eis honor debeat a Principibus secularibus? 349. Per Tyrannidem; vel versutiam promotus, deponendus. 348
- Episcopus non potest agere in Ecclesia sibi non subiecta, sine licentia Episcopi istius Ecclesiae. 351. Pallio uti non potest nisi statutis temporibus, & locis. 351
- Episcopi curent, ne quis praedicator, ex falsis informationibus, vel aliis calumniose vexetur. 424. Praedicationis munus Regularibus extra claustra, & obedientiam viventibus; neque etiam Presbyteris secularibus sibi non notis, non permittant. 242. Neque etiam Quaestoribus elemosynariis. *ibid.*
- Episcopi tenentur residere; & quae non residentium poena? 433. cap. 1. Dux ex causa rationabili dispensant super residentia alicujus Beneficiati, debent providere de Vicario, ei que congruam portionem fructuum assignare. 433. c. 2 & 437. cap. 5
- Episcopus non potest in alterius Diocesi exercere Pontificalia, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantum. 434. cap. 5
- Episcopus, debet esse ex legitimo matrimonio. 436. cap. 1. Visitare debet singulis annis beneficia, curata, Cathedralibus, & aliis Ecclesiis perpetuo unita; & instituire Vicarios cum assignatione tertiae, vel majoris portiois fructuum. 437. cap. 7. debet etiam singulis annis visitare Ecclesias quascumque quomodolibet exemptas. 437. cap. 8
- Episcopus, nisi ob causam ex qua deponendus, vel privandus veniret, personaliter comparere non debet. 445. c. 6
- Episcopi, nulli Archiepiscopo subiecti, vicinum aliquem Metropolitanum eligant, cujus Synodo provinciali inter sint. 477. cap. 2
- Epistola Concilii Constantiensis ad Innocen-

INDEX RERUM.

- nocentium cum erroribus Pelagii, & Celsii. 117
- Epistola responsoria Innocentii ad præcedentem. 117
- Epistola Concilii Milevitani ad Innocentium, unâ cum relatis Pelagii erroribus. 117
- Epistola responsoria Innocentii. *ibid.*
- Epistola Innocentii ad Decentium. 110
- Ad Epuperium. 112
- Epistola Siritii ad Episcopos Africanos. 86
- Epistola S. Ambrosii, & aliorum Episcoporum ad Siritium. 88. 89. 90
- Epistola Cælestini I. 124. 125
- Sixti III. 131
- Hormisdæ. 174
- Felici. 182
- Benedicti I. 200
- Pelagii II. 211
- Agatonis. 271
- Leonis. 282
- Epistola Bonifacii Germanorum Apostoli ad Zachariam. 303
- Zachariæ ad eundem Bonifacium. 305
- Eucharistia solebat dari in manus Virorum. 228. 227. 298. Si quis proberetur Eucharistiam acceptam non sumpsisse, sit anathema in perpetuum. 177. 265
- Non licet mulieri Eucharistiam nudâ manu sumere. 227
- Eucharistia non potest sumi à non jejunis, nisi in casu infirmitatis. 389
- Non est à Laicis sumenda sub utraque specie. 389. & 399. 459. cap. 1. can. 1 sumpcionem sub utraque specie, justè abolevit Ecclesia. 460. cap. 2. & can: 2 Confititur in azymo, & fermentato. 402
- Sacramenti Eucharistiz materia. 404
- ejus forma, & effectus. 405. 406. 440. c. 2
- Cur vino admiscenda modica aqua? 404
- Eucharistiz Sacramentum institutum in ultima cæna. 439. cap. 1. Realiter continet Corpus, & Sanguinem Christi. *ibid.* & 442. etiam ante usum. 440. cap. 3
- Ex vi verborum sub specie panis continetur Corpus Christi, sub specie autem vini, sanguis. 440. cap. 3. *anym* autem propter naturalem coactionem: & ipsâ divinitas propter hypostaticam unionem. *ibid.*
- Eucharistiz debetis cultus lætitiæ. 440. cap. 4. & 442. can. 6. In ea fit transsubstantiatio. 440. cap. 4. Non remanet in ea substantia panis & vini. 442
- Ritè servatur in Ecclesiis, ut ad infirmos deferatur. 441. cap. 6. & 442. can. 7
- Ad dignè Eucharistiam sumendam requiritur necessariò confessio Sacramentalis existenti in peccato mortali. 441. cap. 7. Non sufficit ad hoc contritio. 443. can. 11
- Quælibet species continet totum Christum. 442. can. 3 & 460. cap. 3
- Omnes fideles, dum ad annos discretionis venerint tenentur ad Eucharistiam sumendam singulis annis, saltè in Paschate. 442. can. 9. Non tenentur parvuli. 460. cap. 4
- Sola fides non est ad eam sufficiens preparatio. 443. can. 11
- Eucharistiz triplex usus. 441. cap. 8
- Eugenius IV. deponitur à Concilio Basiliensi. 400. Contradicit suæ depositioni. *ibid.* Durante Concilio Basiliensi, Concilium aliud celebravit ferariz, ibi quidem inchoatum, sed florentiz absolutum. 401. Amadzum Ducem Sabaudiz, ex solitudine à Concilio Basiliensi contra se electum in Pontificem, omnesque ejus electores, & sequaces, ut hæreticos, & schismaticos damnavit, nisi intra 50. dies respiscerent. 401
- Eustachii errores, & sequacium. 53. 54
- Excommunicatus ab uno Episcopo, non est ab aliò recipiendus. 37
- Exorcistz quomodo ordinandi? 97
- Extrema unctio est Sacramentum. 112, 405. 451. 454. can. 2
- Ejus materia, forma, effectus. 405. 406. cap. 1. & 2, 454. can. 2. Ejus minister. 111. 451. 452. 454
- Qui

INDEX RERUM.

Quibus, & in quibus corporis partibus sit conferenda? 405. Quando conferenda? F. 405

Ferdinandus Rex Catholicus expulsit à toto suo regno Judæos, & Saracenos. 242

Festum Corporis Christi Feriâ quintâ post octavam Pentecostes celebrandum. 381. Quis hoc ordinaverit? ibid.

S. Thomas Aquinas petivit, & obrinuit ejus institutionem per totam Ecclesiam ab Urbano IV. 374. Composuit etiam officium Festi Corporis Christi. ibid.

Fidelium initium non est ex nobis, neque ipse credulitatis affectus. 141

Fides sine operibus mortua est. 328

Sine fide nulli unquam justificatio contigit. 426. cap. 7

Nullus sibi in sola fide blandiri debet, putans, fide solâ se esse constitutum hæredem. 428. cap. 11

Fides non amittitur quolibet peccato mortali. 429. cap. 15

Solâ fide impius non justificatur. 431. ca. 9

Fides justificans non est ipsa fiducia divinæ misericordiæ peccata remittentis propter Christum. 431. can. 12

Fides non amittitur semper amissâ gratiâ. 431. can. 28. Tunc remanet vera fides, sed non viva. ibid.

Fides, seu professio fidei Concilii Niceni. 41

Concilii Syrmienfis. 73

Constantinopolitani I. 84

Toletani I. 108

Septimæ Synodi Generalis. 322

Concilii Lugdunensis II. 377

Damasii Papæ. 82

Fides Romanorum ex Concilio Chalcedonensi. 152

Episcoporum, & Primorum Goticæ Gentis. 215

Quintiani Episcopi. 197

Basilii, prius hæretici. 310

Fidelis infideli ne copuletur. 45. Nec hæretico. 77

Filius Dei, est æqualis Patri. 11

Formula interrogandi suspectos de hæresi, & erroribus Wiclef, & Joannis Hus. 394

Fortitudinem Gentilium mundana cupiditas; fortitudinem Christianorum Dei charitas facit. 143

Fredricus Imperator omni honore, & imperio ab Innocentio IV. privatus, & propter quas causas? 373

Fundatores Ecclesiarum, si ad inopiam devenierint, ab iisdem alantur. 237

Fundatoris hæredes, foundationis curam habeant. 255

Quamdiu fundatores Ecclesiarum in vivis sunt, earum curam habeant, & ministros præsentent. 255

G.

Gehennæ metus, quid in homine operetur? 447. Non est peccatum, nec facit homines hypocritas. 453. can. 5

Gelasius Papa declaravit, admittendam Synodum Chalcedonensem, excepto decreto de æqualitate Ecclesiæ Constantinopolitanæ cum Romana. 267

Videtur favere Hieronymo circa obsevantiâ legalium. 267

Gentilem uxorem potest jam factus fidelis dimittere, vel retinere. 24

Glorietur nemo de suo, quasi non acciperit. 143

Gratia Dei, qua justificamur, non solum peccata dimittit, sed etiam adjuvat, ne committantur. 118. 125. Non solum præstat, ut cognoscamus faciendâ, sed etiam, ut facere diligamus, & valeamus. 118. Præstat, ut lex impleatur, non solum faciliè (ut voluit Pelagius) sed etiam absolutè. 119. 125. 430. can. 2

Nisi gratia Dei juvemur, insidias diaboli evitare non possumus. 124. sine gratia, per liberum arbitrium nemo potest consergere. 124

Quoties bona agimus, Deus in nobis, & nobiscum operatur. 142

Omnis

I N D E X R E R U M

Omnis sancta cogitatio ex Deo est. 125
 142
 Gratia Dei non confertur ad invocatio-
 nem humanam; sed facit, ut invocetur
 a nobis. 141. causat initium fidei. *ibid.*
 Gratia operatur in nobis, ut credamus,
 velimus, & operemur sicut oportet. 142
 430. can. 3.
 Gratia non subicitur humilitati, aut
 obedientiæ humanæ. 142. Est, etiam
 renatis, & Sanctis invocanda. 142.
 Præcedit merita. 143
 Qui gratiam putat esse naturam, iis ce-
 cisse dicitur: ergo Christus gratis mor-
 tuus est. 143
 Gratia per Baptismum accepta, omnes
 baptizati Christo auxiliante, & coo-
 perante, quæ ad salutem pertinent,
 possunt si fideliter laborare voluerint,
 adimplere. 144
 Gratia justificationis amittitur per quod-
 libet peccatum mortale. 429. 432
 Gratia est aliquid inhærens animæ, &
 non solum favor extrinsecus. 431. can. 11
 Datur etiam non prædestinatis. 431.
 can. 17
 Augeretur per bona opera. 432. can. 24
 Sine gratia non potuit primus homo cu-
 stodire salutem quam accepit. 143
 Gratiæ expectatiæ, & ad vacatura sunt
 abrogatæ. 481
 Gratianus Præbiter schisma trium Pon-
 tificum dissolvit, persuadendo, ut om-
 nes tres Pontificatu cederent. 360.
 Ob hoc ipse tamquam liberator Ec-
 clesiæ in Pontificem eligitur, assum-
 ptio noniue. Gregorii VI. *ibid.* Ab
 Henrico Germaniæ Rege, injusto præ-
 textu comm. s. Simonis, sede pel-
 litur, & in locum ipsius, Episcopus
 Bambergensis Sindgerus subrogatur,
 de consensu Populi, & ipsius Grego-
 rii Pontificatum ultra abdicantis, ne
 novum schisma oriretur. *ibid.*
 Gregorius VII. Henricum IV. Impera-
 torem, privatum prius omni regia po-
 testate anathemate damnavit, nec

prius absolvere eum voluit; quam de-
 posito regali ornamento, nudis pedi-
 bus asperum licet hieme ipsum Pon-
 tificem accederet, pace cum Ecclesia
 iurejurando firma. 362
 Gregorius IX. Avenione Romam redi-
 xit Sedem Apostolicam. 384
 S. Gudulæ Corpus à quo Bruxelles illa-
 tum? 399

H.

Henricus Rex Germaniæ lanceam ex
 clavis Christi confectam, à Ru-
 dolpho Italiæ Rege obtinuit. 357
 Hæres defuncti Episcopi sit Ecclesia. 333
 Hæretici vitandi. 19
 Hieronymus de Praga suæ hæresis ab-
 juratio 391. resumptio. *ibid.* condem-
 natio, & supplicium. 392
 Homicidii pena. 49. item, necantiam
 factus ex fornicatione, & adulterio. 291. 49
 Homicida etiam occultus est irregula-
 ris. 457. Quid de casuali? *ibid.*
 Homo non habet de suo nisi mendacium,
 & peccatum. 143
 Quando homines ita faciunt quod vo-
 lunt, ut divinæ serviant voluntati,
 quamvis volentes agant quod agunt,
 illorum tamen voluntas præparatur. 44
 Honorius Papa non fuit Monarchita. 270
 311. 312. 345
 Honorius III. Ordinem S. Dominici com-
 probavit, ac Pontificio diplomate. *Ordi-
 nem FF. Predicatorum* nuncupavit. 371
 Hugo à S. Caro, primus ex Ordine
 FF. Predicatorum Cardinalis. 372.
 Composuit commentaria fa. ossissima,
 juxta quadruplicem sensum, in totam
 Scripturam. Item Concordantias, ut
 vocant, Bibliorum. *ibid.*

I.

Iacobus, qui dicebatur justus, à S. Pe-
 tro, Jacobo, & Joanne, Hierosoly-
 morum Episcopus ordinatus. 14
 Ibas Episcopus Edessæ accusatur, & in-
 noxius

I N D E X R E R U M.

- noxius declaratur. 161. Nestorium
 decies milles anathematizat. *ibid.*
 Jejunium quadragesimale. 13. Quatuor
 temporum 16. In diebus jejuniorum
 nullæ lites gerendæ, sed Dei laudibus
 vacandum. 76
 In diebus jejuniorum quadragesimæ, ab-
 stinendum à conjugibus. 76. Quid in
 illis agendum? 355
 Jejunia indicenda tempore peccatis, famis,
 & alterius tribulationis. 76
 Jejunium, etiam in cena Domini non
 solvendum. 80. 288
 Ignorantia, mater cunctorum errorum,
 maxime in Sacerdotibus Dei evitanda.
 236
 Imagines feri in Ecclesiis, quare ali-
 quando, & cur prohibentur? 47
 De imaginum antiquo, ac pio usu vide
 in VIII. Synodo generali per to-
 tam. 311. Earum usus ab Apostolis. 316
 Imagines movent. 313. per ipsas manu-
 ducimur ad recordationem salutatis
 mortis Christi. 314. Non fiant à Ca-
 tholicis, ut adorentur ut Dii, sed ut
 eas videntes, ad imitationem facino-
 rum honorum incitemur. 315
 Imaginem, seu similitudinem Christi fac-
 imus; non propter similitudinem
 adoramus; sed quo mens per ea, quæ
 conspexit, sursum volet. 315. 321
 Imago, à Judæis cæsa sanguinem reddi-
 dit. 313
 Quod est lectio doctis, hoc imago est
 indoctis. 316
 S. Patres antiqui, qui steterunt pro cultu
 imaginum, recensentur. 317
 Quemadmodum despiciens Imperatoris
 imaginem, non aliter castigatur, quam
 si ipsum Imperatorem contumeliâ affe-
 cisset, ita, qui imaginem alicujus San-
 cti injuriâ afficit, in illum injurius
 est. 317
 Præsentium hæreticorum, putà Calvi-
 nistarum & aliorum argumenta contra
 cultum imaginum vide soluta. 318
 Imaginum cultus quadringentis annis
 ante Synodum generalem VII. ma-
 nutententur. 319. 320
 Anathematismi contra impugnatores
 imaginum. 329
 Imagines Christi & Sanctorum, quæ
 honore cum libro Evangeliorum ho-
 noranda sunt: & quare? 347
 Imaginum usum doceant Episcopi. 482
 Nulla insolita imago ullo in loco poni
 potest, nisi ab Episcopo approbetur. 482
 Immunitate Ecclesiæ gaudent, qui ad
 Ecclesiam confugiunt. 139. Eâ gau-
 dent Homicidæ, Adulteri, & fures. 176
 222. 301
 Imperator non nisi jussu Pontificis potest
 Synodum congregare. 270
 Imperatoris præsentia in Conciliis
 non est authoritativa, sed solum hono-
 raria. 337. 470
 Imperatores Basilius & Constantinus
 subscripserunt VIII. Synodo Gene-
 rali post legatos Patriarcharum O-
 rientis. 342
 Ad Imperatores non spectant ea, quæ
 spiritualia sunt. 337. Eorum potestas,
 quibus actibus discreta à potestate
 Pontificis. *ibid.*
 Imperatores nullis Synodis interfuerunt,
 nisi fortè in quibusdam, ubi de fide
 tractatum est. 337
 Imperatores non debent facta quorum-
 cumque Pontificum, & Sacerdotum
 judicare. 338. Notabile de hoc di-
 ctum Constantini. *ibid.*
 Impressorum cantelæ. 421
 Incarnatio Verbi Dei. *De ea videndum*
Concilium Ephesinum per totum 128.
Item, Concilium Lateranense. 251. Item,
Toletanum XI. 463. Facta est in Chri-
sto unio naturarum per compositio-
nem in una persona. 187. Videnda
V. Synodus per totum. 186
 Solus Filius humanam naturam assu-
 psit. 242
 In Incarnatione non fuit Deitas copulata
 carni prius animatæ, aut prius præ-
 factæ. 276
 Indul-

I N D E X R E R U M .

- Indulgentiæ , & aliæ spirituales gratiæ per Ordinarios locorum , adhibitis duobus de Capitulis , qui eleëmofynas oblatas gratis & fideliter colligant , publicentur. 462. Quales possunt dare Episcopo? 364
- Indulgentiarum usus in Ecclesia servandus. 485
- Indulgentias publicari curavit Leo X. pro iis , qui , ad perficiendam Vaticanam , voluntariam eleëmofynam contulissent. 412
- Indulgentiarum istarum promulgatio per Germaniam commissa Joanni Teresio Dominicano ; & hinc Lutheri invidia ; indulgentiarum corrosio , oppugnationo , & apostasiæ ipsius , ac hæresum origo. 412
- Infidelitate amittit fides. 429. cap. 15
- Infirmorum pauperum cura incumbit Episcopo , etiam in temporalibus. 209
- Interdicti tempore possunt Monachi , & Clerici januis clausis &c. celebrare divina. 364
- Joachimi Abbatis liber condemnatur , sed non persona. 366
- In irregularitatibus , & suspensionibus provenientibus ex delicto occulto potest Episcopus dispensare. 479. excipiuntur tamen aliquæ. ibid.
- Judæi non possunt proponi in Judices Christianis. 298. 220. Nec ulla eis officia publica injungi. 217. 240. Nec testes esse. ibid. Nec habere servos Christianos. ibid. Si emerint , libertate donentur. ibid.
- Quid agendum cum Judæis converti petentibus? 135
- Judæi , quando inter Christianos procedere non possint? 156. 220. Ipsorum mancipia quomodo possint redimi? 220 & quo pretio? ibid.
- Judæi ad fidem non sunt cogendi. 239. Nisi fidem Christi semel susceperint. ibid. Eorum filii , post baptismum , sunt ab iis separandi. ibid.
- Item utro facta fidelis. ibid.
- Judæi ad fidem conversi , cum non conversis non communicant. 239
- Judæi in omni Christianorum Provincia habitus Christianis distinguantur. 371
- Judex esse , accusator simul & testis nemo potest. 19
- Judices sæculares , qui Clericos vel Abbates ad suum tribunal trahunt , excommunicandi. 462
- In judicio querendum , cujus sit conversationis , & fidei accusans , & accusatus. 105
- Julius II. inchoavit Basilicam Vaticanam. 412. *Justificatio.*
- Ad justificationem nec gentes per vim nature , nec Judæi per legem ascendere potuerunt. 425. cap. 1. 430. can. 1
- Justificatio , est solum per Christum. ibid. cap. 2. 3. Non est omnium. ibid.
- Justificatio , quid? ibid. cap. IV. Quæ preparatio ad eam necessaria? & unde sit? ibid. cap. V
- In ea , homo se non habet merè passivè. ibid.
- Quæ justificationem antecedant? 426. c. 6
- Non est sola remissio peccatorum ; sed & Sanctificatio & renovatio interioris hominis. ibid. cap. 7
- Quæ ejus causæ? 426. cap. 7
- Quomodo intelligi debeat , impium per fidem , & gratis justificari? 427. cap. 8
- Ad justificationem non sufficit fiducia peccatorum remittendorum , atque requiritur certa fides , quod peccatum sit remissum. ibid. c. 9. & f. 421. can. 13. 14
- Quantitas justificationis est juxta propriam cujuscumque dispositionem , & cooperationem. 426. cap. 7
- Ejus incrementum , & quomodo fiat? 427. cap. 10
- Homo justificatus non potest vincere tentationes carnis , mundi , & diaboli sine Dei gratia. 249
- Non justificatur solâ imputatione Justitiæ Christi. 431. can. 11
- Justificatus , non est liber ab observantia mandatorum. 428. c. 11. & 432. can. 6

I N D E X R E R U M .

Dei precepta non sunt ei ad obser-
vandum impossibilia. *ibid.*
Justificari, quandoque in peccata venia-
lia incidunt; non tamen propterea
desinunt esse iusti. 428. cap. 11. & 431
can. 23
Justificatus, non in omni opere suo pec-
cat mortaliter. 428. cap. 11. & 432.
can. 27. Neque venialiter. *ibid.*
Iusti per sua opera vitam aeternam pro-
mereri possunt. 430. cap. 16
Justificatus, non potest in accepta iustitia
perseverare sine speciali auxilio Dei.
432. can. 22. Potest cum auxilio speci-
ali. *ibid.*
Semel justificatus potest adhuc peccare,
& gratiam amittere. 432. can. 23
Iustus non peccat, bene operando intuitu
aeternae mercedis. 432. can. 31
Iustus meretur augmentum gratiae. 430.
can. 32

L.

Laius Clerico erimen inferre non
audeat. 34
Laius non potest fieri Sacerdos, nisi per
gradus. 343-347
Lectio S. Scripturae miscenda in omni
Sacerdotum mensa. 216
Lectio S. Scripturae habeatur ab iis, qui
præbendam, seu stipendium habent
S. Theologiae Lectoribus depura-
tum. 423. si in Ecclesiis Metropolita-
nis, & aliis insigniorum oppidorum
hujusmodi emolumenta non sint de-
putata, præbenda primo vacatura ipso
facto ad hunc usum perpetuo depu-
rata intelligatur. 423
Lectio S. Scripturae habeatur etiam in
Monasteriis Monachorum, & Regu-
larium, qui eam suis dignioribus ma-
gistris commendare debent. 423
Ecclesiae, quæ defectu proventuum Lec-
tionem Theologiae tollerare non pos-
sunt, habeant saltem Magistrum, qui
Grammaticam pauperes doceat. 423
Lectores, qualiter ordinandi? 97
Liberius, an consenserit Constantio hæ-

retico? 77. Subscriptis condemnationi
Athanasii, non causâ fidei, sed ratione
criminum, quæ ipsi falso obijcieban-
tur. *ibid.*
Per liberum arbitrium nemo potest con-
furgere. 124. Nemo est est bonus suis
viribus. 125. Per Christum, libere
benè utimur arbitrio. *ibid.*
Liberum arbitrium in omnibus, qui de
prævaricatione primi hominis proce-
dunt, est vitiatum. 142
Nemo potest per liberum arbitrium ad
gratiam Baptismi pervenire. 142
Liberum arbitrium in primo homine in-
firmatum, non potest liberari nisi per
gratiam. 143. Nemo de quacumque
miseria liberatur, nisi per gra-
tiam. *ibid.* In melius mutatur homo
per gratiam, in pejus per peccatum
Adæ. 143
Liberum arbitrium ita inclinatum, &
attenuatum est per peccatum, ut nul-
lus postea aut diligere Deum sicut
oportet, aut credere in Deum, aut
operari propter Deum, quod bonum
est, possit; nisi gratia eum, & mise-
ricordia divina præveniat. 144
Liberum arbitrium hominis à Deo mo-
tum, & excitatum non merè passivè se
habet. 431. Sed potest discutere si
velit. *ibid.* can. IV.
Liberum arbitrium post Adæ peccatum
non est amissum & extinctum: nec
est res de solo titulo, vel titulo, sine
re. 431. can. 5
Liberi arbitrii est, vias suas malas facere.
431. can. 6
Libri Canonici, qui? 408. 410
Nulli libri impuntantur sine legitima
licentia; & contravenientium pena.
415. 411
Quid requiratur pro impressione libro-
rum ipsorum Regularium? 421
De rebus Sacris tractantes libros nemo
imprimere vel impium facere præsu-
mat sine nomine Authoris. *ibid.*
Litteræ dimissoriales. *Vide, Dimissoriales.*
Loca.

I N D E X R E R U M

Locationes Beneficiorum in præjudicium successorum, sunt invalidæ. 482
cap. 11

Locare jurisdictiones Ecclesiasticas non licet. ibid.

Ludovicus Bavarus, quæ egerit contra Joannem XXII. 382? In ejus locum Petrum de Corbario in Pontificem consecrari curavit. ibid.

Lutherus, unde sumpsit occasionem suarum hæresum? 412

M.

M Ahomeris origo, vita, ingenium, ætas, obitus, sepulchrum. 227

D. Marcus auditor S. Petri, & filius à Baptismo. 9

Marcellinus Papa idolo thus adolevit. 24 de sua idololatria convictus, & confessus, seipsum condemnavit, cum nemo eum (quia Caput Ecclesiæ) voluisset condemnare. 15. Crimen suum Martyrio delevit. ibid.

B. V. M A R I A verè Dei Genitrix. 128 188. Theotocos. 130. Virgo in partu, & post partum. 251. Non est comprehensa sub Decreto Concilii Tridentini de peccato originali. 423

Circa hoc observandæ constitutiones Sixti IV. sub pœnis in iisdem contentis. ibid.

Magistratui seculari nefas, prohibere Ecclesiastico Judici, ne quem excommunicet. 484. cap. 3

Qui violaverit virginem, eam matrimonio ducat. 7

Matrimonio juncti, bïduo, & triduo orationibus vacent & castitatem custodiant. 12

Contrahentibus successivè plura matrimonia injungebatur aliqua pœnitentia. 111

Neque dimissa, neque dimissus possunt alteri matrimonio jungi. 111

Matrimonium Christiani cum Judæa, vel Ecopæra, est nullum. 192. Item inter relictam Patris, filiam uxoris, relictam fratris, sororem uxoris, con-

sobrinam, aut sobrinam relictam avunculi vel patris. 193. Item Christiani cum Ethnica, vel e contra. 295

Matrimonium cum muliere non valente ob infirmitatem debium reddere, est nullum, si videlicet ea infirmitas fuerit antecedens, & sit perpetua. 303

Matrimonium in principio mundi institutum in beneficium naturæ. 476. Ad rationem Sacramenti elevatum in lege gratiæ. ibid. Gratiam causat. ibid. Tantum est unum cum una. ibid. Tria ejus bona. 406

Matrimonii impedimentum ex cognitione spiritali orta ex Baptismo. 476

Item ex cognatione spiritali orta ex Confirmatione. ibid. Ad quos prædictum impedimentum utriusque cognationis se extendat? ibid. cap. 2

Matrimonii impedimentum ex publicâ honestate. 476. Ad quos se extendat? ibid. cap. 3

Matrimonii impedimentum ex affinitate orta ex copula fornicaria. 476. Ad quos se extendat? ibid. cap. 4

Impedimentum rap-tus. 476. c. 6. Quando illud tollatur? ibid.

Impedimentum voti solemnîs, & simplicis Clericorum. can. 9

Matrimonia clandestina Ecclesia semper detestata fuit. 475. caput 1. erant tamen valida. ibid. Nunc sunt invalida, si videlicet non contrahantur præsentente paroco, vel alio Sacerdote de ipsius, seu Ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus. 475. cap. 1

Matrimonii impedimenta Ecclesia potuit inducere, nec in iis statuendis erravit. 474. can. 3 4

Matrimonii vinculum non solvitur propter hæresim, molestam cohabitationem, aut affectuam absentiam conjugum. 475. can. 5. nec propter adulterium. ibid. can. 7

Matrimonium ratum non consummatum, Solvitur per solemnem professionem Religionis. can. 6

INDEX RERUM.

Matrimonium quantum ad thorum solvi potest urgente causa. 475. can. 8
 Matrimonii solemnizatio certis anni temporibus tunc prohibita. 475. can. 11
 Quando ea non liceat? 477. cap. 10
 Matrimonialis causæ pertinent ad Judices Bæthefiasticos. 475. can. 12
 Matrimonium contrahentes, triduo saltem ante consummationem confiteantur, & communicent. 476
 Matrimonium contrahere homini vago difficulter permittatur. 477. c. 7
 In matrimoniis contrahendis intra gradus prohibitos, nullò modò, quæ raro datur dispensatio. 812. In secundo gradu nunquam, nisi ob publicam causam, inter magnos Principes. 476 cap. 5. fiat gratis. *ibid.*
 Quid agendum cum eo qui scienter, vel ignoranter intra gradus prohibitos matrimonium contraxerit? 476. cap. 5
 Matrimonium suos subditos contrahere cogentes, ipso facto sunt excommunicari. 477 cap. 9
 Matrimonii status postponendus virginali. 475. can. 10
 Medici ante omnia curent advocare medicos animarum. 308. cap. 22. Sub pena excommunicationis nemo medicorum pro salute corporali aliquid ægroti suadeat, quod in periculum animæ convertatur. *ibid.*
 Merces aliqua pro divinis Sacramentis recipi non potest. 265
 Matrimonia in Ecclesia non exercenda. 295
 Merita Sanctorum sunt dona Dei. 125
 Meretricum aiores excommunicandi 296
 Metropolitani nihil agant in parochiis aliorum Episcoporum præter eorum conscientiam. 4
 Sine ejus consensu nemo ordinetur Episcopus. 91. & aliter ordinatus, pro non Episcopo habeatur. 37. 57. 65
 Litteris convocatoris ad Concilium solus subscribat. 120
 Metropolitanæ, non per subiectos Episco-

pos, sed per semetipfos exercent ministeria Episcopalia. 351
 Metropolitanæ quibus adstantibus ordinandus? 192. can. 2. & fol. 14. A quibus eligendus? *ibid.*
 Metropolitanæ Primatus super alios Episcopos suæ regionis, & ad quid illi ad eum teneantur. 63
 Metropolitanæ per seipfos propriam Diocesim visitent, aut legitime impediti, per suum Vicarium Generalem, aut visitatorem. 478. c. 3
 Metropolitanus quolibet triennio non prætermittat Synodum in Provincia sua cogere. 477. cap. 2. cogat singulis annis. 191. 210
 Metropolitanæ duo in eadem provincia esse non possunt. 150. Gerit solitudinem totius Provincie. 63
 Metropolitanæ non gravet subiectos Episcopos. 350
 Ministri mali sibi tantum nocent. 170
 Miracula nova non recipienda, nisi recognoscente, & approbante Episcopo. 482
 Missa, à jejuniis celebretur. 94. 229. 249
 Quo tempore celebranda? 13. In nocte nativitatæ Missæ celebrandæ. *ibid.*
 In uno altari in una die duas Missas dicere non licet. 226. nec in quo fecit Episcopus. *ibid.*
 Missam integram die Dominica sæculares audiant. 136
 Missa celebranda non est nisi in sacratissimis locis, nisi magna compulerit necessitas. 178
 Missæ possunt fieri pro eo, qui in aliquo crimine fuerit interceptus. 191
 Missarum reductio, quibus commissa? 484. cap. 2
 Missa Cathecumenorum durabar usque ad finem Evangelii, & concionis. 102
 Missæ Cathecumenorum quilibet interesse poterat. 102
 Monachum aut paternam devotio facit, aut propria professio. 341
 Monachi licentiam non habeant vagandi extra

INDEX RERUM.

- extra Monasterium. 204. Uxorē ducere non potest. *ibid.* etsi duxerit, ab ea sepatetur. Quæ ducentium pœna? *ibid.*
- Monachis, quomodò, & quoties jejundum; & quando non? 204. Quid agendum de vagantibus sine licentia Episcopi? 151
- Monachi sine licentia Abbatis non ordinentur. 172
- Monachi, vel Monachæ pretio recepti unâ cum recipientibus de Monasterio expellantur in locum arctioris religionis, ad agendam perpetuam penitentiam. 370. Recipientorum ætas. 289
- Monachi adulterantis pœna. 226. Item habentis peculiare: vel furtum facientis. *ibid.*
- Monachus non habeat commatres. *ibid.*
- Monasteria sine conscientia Episcopi non extruenda. 135. 149
- Monasteria duplicia, id est utriusque sexus simul, fieri non possunt. 327
- Monasteria Monachorum mulieres non ingrediantur. 204. 226. Nec viri mulierum. 482. cap. 5
- Monasteria Virginum Monachis committantur: & quæ eorum cautela? 230
- Regularium, relinquuntur sub eorum cura. 483. cap. 9
- Monasteria Papæ subjecta ab Episcopis tamquam delegatis gubernentur. 483 cap. 8
- Monialis quomodo consecranda? 297. Ante annum quadragesimum non veletur. 234
- Moniales non induantur pretiosis vestibus eo die, quo ingressuræ sunt Monasterium. 220. Non possunt propterea relinquere Monasterium, & ad aliud se conferre. 327
- Moniales saltem singulis mensibus confessionem faciant & Eucharistiam percipiant. 483. cap. 10
- Monomachia, seu duellum, prohibita, & sub qua pœna? 485. cap. 17
- Montes pietatis à Leone X. confirmati. 414
- Motus concupiscentiæ non nocent non consentientibus. 422
- Moyse non vidit Deum, nec usus in hoc mortali corpore. 12
- Mulierum pœna neonomiam suæ factus ex fornicatione, & adulterio. 29. 49
- Mulieres vitæ non habent non iudicant. 59. & 13. Nec cubos uruntur. *ibid.* cap. 17
- Mulieres Sacramenta non ingrediantur, id est ad altare ante arcedum. 80. Non doceant. 203. cap. 99. nec baptizent. *ibid.* cap. 100. Et quomodo hoc intelligendum? *ibid.*
- Mulier non possit Sarras attingere, nec thur adolere. 124
- Mulieri non licet nudâ manû Eucharistiam accipere. 227. Olim unaquaque dum communicabat, Dominicalem suam habere debebat, id est lineamentum nitidum in quo Eucharistiam acciperet. 227
- Mulieres simul cum viris non laventur. 295

N.

- N**atura humana etiam in illa integritate in qua condita est, maneret, nullò modò seipsam Creatore suo non adjuvante salvaret. 143. can. 19
- Naturæ humanæ imbecillitas ad justificandos homines. 425. cap. 1. Natura quid possit? 243. cap. 22
- Natura, & gratia. *ibid.* cap. 21
- Naturarum in Christo unio &c. Vide *Christus.*
- Necessitati fidelium iuxta singulorum necessitatem dispensanda Ecclesiæ oblatæ. 17
- Neophiti non ordinandi in Clerum. 56
- Non in Præsbyteros, nec in Episcopos. 37. Eusebii synodus adjuvanda. 397
- Niceanum Concilium profanum. 75
- Nicenium Concilium legitimum, quod dicitur Vli. Synodus generalis, convocatum pro cultu imaginum, & veneratione Reliquiarum, 309. Interfuerunt illi Legati Pontificis Romani. *ibid.*

INDEX R E R U M

ibid. Non est rejectum à Concilio
 Francofurdienſis; nec potuit. 324
 Non approbavit Canones Apoſtolorum,
 nec Trullanos. ibid.
 Nicolaus I. reſcidit acta Pſeudo-Sy-
 nodi Metenſis in qua confirmata ſae-
 rat Teutpergæ, legitimæ uxoris Lo-
 tharii expulſio, & Walfredæ pellicis
 ſubintroducio. 335
 Nicolaus II. Benedictum Pſeudo-Pa-
 pam, occupatâ Sede, & omni officio
 Sacerdotali privavit. 361. numquam
 diem prætermiſit, quin duodecim pau-
 peribus pedes ablueret. ibid. Conſti-
 tuit, jus eligendi Pontificem penes
 Cardinales eſſe. idd.
 Notarii, quando, & quantum pro litteris
 dimiſſorialibus accipere poſſint? 460
 cap. I
 Notarios, etiam Apoſtolicâ, Imperato-
 riâ, vel regiâ, auctoritate creatos, ex-
 aminatione factâ, poteſt Episcopus
 vel ad tempus, vel in perpetuum ab
 uſu ſuorum officiorum prohibere. 466
 Novatus Hæreticus. 18. Novatianorum
 hæreſis. 380. Eam relinquentes, hu-
 liter ad Eccleſiam recipiendi? 38
 Novitii renuntiatio, aut obligatio non
 fiat ſine ſicentiâ Episcopi, vel ejus
 Vicarii & quando ſolùm fieri poſſit?
 483. cap. 16. Non ſortitur effectum niſi
 ſecutâ professione. ib. d.
 Novitii ſinito tempore novitarius ſi hæ-
 biles inveniantur ad proficiendum, re-
 cipiantur, vel rejiciantur. 483 cap. 26.
 Novitii quam ætatem habere debeant,
 ut validè profiteantur? 485. cap. 15
 Nuptiæ non ſunt in quadrageſima. 80
 Item, à ſeptuageſima uſque ad octavam
 Paſchæ; & tribus hebdomadibus inter
 Feſtivitatem S. Joannis Baptiſtæ; &
 ab adventu Domini aſque poſt Epi-
 niam. 172
 Nemo occultè nubat, ſed publicè acceptâ
 beneſictione Sacerdotali. 173
 Ad ſecundas nuptias nemo tranſeat niſi
 certus de morte conjugis. 297

Nuptiæ tertiz, & quartæ non ſunt pro-
 hibitz. 406
 In nuptiis Chriſtianorum non ſaltem. 80
 O.
 Oeconomum inſtituere, ad quem
 pertineat Sede Episcopali va-
 cante? 480. cap. 16
 Oblationes panis, & vini quando, & à
 quibus faciendæ. 20. Hz, & aliz com-
 mittuntur Episcopis pro fidelium ne-
 ceſſitate. 17. Non ſunt convertendæ
 in profanos uſus. ibid. Per quem col-
 ligendæ? 247
 Obſervantia mandatorum Dei non eſt
 impoſſibilis. 428. cap. 11. 431. can. 18
 Odium, qui deponere noluertur, excom-
 municentur. 35
 Opera bona nulla facit homo, quæ non
 Deus præſtat, ut faciat. 143. In omni
 bono opere nos non incipimus, & po-
 ſtea per Dei miſericordiam adjuva-
 mur; ſed ipſe nobis fidem, & amorem
 ſui inſpirat. 144
 Opera mala à Deo non ſunt poſſivè, ſed
 ſolum permiſſivè. 431. can. 6
 Opera omnia ante juſtificationem facta,
 non ſunt peccata. 431. can. 7
 Opera pia mortuis proſunt. 402
 Oecolampadius, & Zuinglius errorem
 Berengarii circa præſentiam realem
 in Euchariſtia, reduxerunt. 417
 Officium Corporis Chriſti à S. Thoma
 compoſitum. 474. Alicujus circa hoc
 contraria, ſed infundata affectio. ibid.
 Onera Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſti-
 cis ne quidem per Pontificem impo-
 nenda, niſi ex magna neceſſitate, vel
 utilitate univerſalem Eccleſiam con-
 cernente, & de conſenſu Cardina-
 lium. 393 Vide, *Tullius*
 Orationis Dominicæ efficacia. 233
 Orationes niſi approbatæ à Synodo,
 non cantentur. 220
 Oratio ad altare ſemper dirigatur ad
 Patrem. 94
 Orationes, ſeu præces, ſi aliquis ſibi de-
 ſcripſerit,

INDEX RERUM.

- scripserit, quando tantum eis uti possit. ibid.
- Ordinatio fiat titulo beneficii, & non patrimonii, nisi Episcopo in utilitatem Ecclesie aliter visum fuerit. Ordinatus titulo patrimonii, illud alienare non potest; nisi. 460.c.2. Nemo ordinetur absque titulo. 149
- Ordinatio istius irrita, qui sine consensu proprii Episcopi, ab alio Episcopo ordinatus fuerit. 40. Non citò aliquis de ordine in ordinem promovendus. 115
- Ordinibus Sacris initiati, Philosophiæ, vel Poësi ultra quinquennium post Grammaticam, sine aliquo studio Theologiæ, vel Juris Canonici non incumbant. 413. Qui ordinati non possint? 115.cap.2
- Ordinarii locorum quondam possint procedere contra exemptos? 415. tenentur singulis annis visitare quas-cumque Ecclesias etiam exemptas. 437.cap.8
- Ordinationes Episcoporum intra tres menses fieri debent. 152
- Ordo, est verum Sacramentum. 405. 468 cap.3. & 469. can. 3. In eo datur Spiritus S. ibid. can. 4. Imprimis characterem. 403. 468. cap.4. Ejus materia, forma, & minister. 405. Concilium Florentinum non assignavit integram ejus materiam. ibid.
- Præter Sacerdotium dantur alii majores, & minores ordines. 469. can. 2. sunt septem; & eorum nomina ac propria cujusque ministeria à principio in usu fuerunt. 468.cap.2
- Ordo Episcoporum & Sacerdotum à Christo institutus. 11. An præter istos, etiam alii ordines? ibid. Textus Aniceti in hoc vitiat. ibid.
- Ordines majores quam ætatem requirant? 472.cap.12. Per interstitia conferendi. ibid. cap. 13. 14. Habent annexum votum perpetuæ castitatis. 472 cap.13
- Ordines minores, an exempti, & Abbates, & quibus conferre possint? 470.c.10
- Ordines minores non omnes simul conferantur. 470. cap. 11. Duo majores non conferantur eodem die, etiam Regularibus privilegiatis. 472.cap.13
- Ordines statutis à jure temporibus conferendi. 470. cap. 8. Ante eorum collationem quid Episcopo agendum? ibid. cap. 7
- Originale peccatum. Vide . peccatum Originale.
- Ostentari, qualiter ordinandi? 97

P.

- Papa non inducatur à quoquam nisi in causa hæresis. 345. Non potest aliquid condere vel mutare contra statuta Patrum. 123. Quomodo hoc intelligendum? ibid.
- Parochias divisit, ac instituit Dionysius Papa. 23
- Parochiales Ecclesie non uniantur Monasteriis, Abbatibus, præbendis, vel aliis quibuscumque beneficiis, hospitalibus, vel militiis. 480.cap.13
- Parochie, quæ summam centum ducatorum, annuis pensionibus non excedunt, nullis pensionibus, aut reservationibus fructuum graventur. 480.c.13
- Parochiales Ecclesie statim ac vacaverint, in ea Episcopus statim idoneum Vicarium ponat, donec ei de Rectore providerit. 481.cap.18
- Ad Parochialem curam obtinendam possit indici concursus. 481. cap. 18. Si vota eorum coram quibus sit concursus fuerint paria, Episcopus potest alterutri parti accedere. ibid.
- Moneatur populus audire Verbum Dei in Ecclesia ubi commodè fieri potest. 478
- Parochi, & curam animarum habentes, inter Missarum solemnias, frequentet aliquid exponant de iis, quæ in Missa leguntur. 464 Item Catechismus Tridentini. 497.cap.6

INDEX RERUM.

- Parochi in suis Ecclesiis prædicent, & quibus maximè diebus?** 478
Parochi præsentia requiritur pro validitate matrimonii. 475. cap. 1
Parvuli à parentibus traditi Monasteriis, non possunt Monasterio egredi, & matrimonio jungi. 341
De celebrando Pascha controversia: & omnium Ecclesiarum Asiae propter inobedientiam excommunicatio. 14. 15. 16
Patriarchalium Sedium ordo 367
Patriarcha nullus potest eligi, nisi irreprehensibiliter omnem gradum Ecclesiasticum transegerit per diffinita tempora. 347
Patriarchæ Constantinopolitani obitus in Concilio Florentino, ejusque Catholicæ ac Romanæ fidei confessio. 402
Patroni peccati mortaliter, nisi quos digniores & Ecclesiæ utiliores indicaverint, præfici curaverint. 477. cap. 1
Patroni, quid facere debeant intra duos menses à possessione? 480
Patroni, neque in iis, quæ Sacramento rum administrationem spectant, neque visitationi honorum Ecclesiæ se ingerant; nisi quatenus id eis ex institutione competat. 478. cap. 3. Ad quos illa spectent? *ibid.*
Patronatus titulus ex authentico documento probari debet, & secundum ordinem Juris. 484
Præsentatos à Patrono, si idonei non sint, potest Episcopus repellere. 484 cap. 9
Mortalis peccati dispar pœna, à pœna peccati originalis. 402
Peccatum Mortale.
Quolibet peccato mortali gratia justificationis amittitur, sed non fides. 429 cap. 15
Non sola infidelitas est peccatum mortale. 432. cap. 27
Justificati, non in omni opere suo peccant mortaliter. 425. cap. 11
Peccatum Veniale.
Quantumvis julli, & Sancti in hac vita quandoque cadunt in levia peccata, quæ venialia dicuntur. 428. cap. 11
Peccata venialia citra omnem præsumptionem confiteri licet. 448. cap. 5
Peccatum Originale.
Peccatum originale in omnes homines transit. 422
Origine unum est, & propagatione, non imitatione transfunditur. *ibid.* Inest unicuique proprium. *ibid.*
Peccatum originale per aliud remedium tolli non potest, quam per meritum Christi. 422. expiari debet lavacro regenerationis. *ibid.*
Per gratiam, quæ in baptisinate confertur, remittitur reatus originalis peccati, & tollitur totum id, quod veram, & propriam rationem peccati habet. 422. Ipsum tolli, non est, non imputari, vel radi. *ibid.*
B. Virgo Maria non est comprehensa sub Decreto Concilii Tridentini de peccato originali. 433. Observandæ tamen circa hoc Constitutiones Sixti IV. *ibid.*
Peccati originalis dispar pœna in inferno, à pœna peccati mortalis. 402
Tota pœna non semper remittitur cum culpa. 550. cap. 8 453. can. 12
Pœnitentia Privata.
Fuit pœnitentia universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quovis tempore, ad gratiam, & justitiam consequendam necessaria. 445. cap. 1. etiam iis, qui baptismi Sacramento ablui perivissent. *ibid.*
Pœnitentia ante adventum Christi non erat Sacramentum. 446. cap. 1. nec est post ejus adventum cuicumque non baptizato. *Sacramentum, Pœnitentia.* *ibid.*
In nova lege Pœnitentia est baptizatis verum Sacramentum. 446. cap. 1. Ubi institutum? *ibid.* Quibus verbis? *ibid.* In quo differat à Baptismo? 446. c. 2
Rectè dicitur secunda post naufragium tabula. 452
Paroi-

INDEX RERUM.

Penitentiae Sacramenti Minister. 405.
 449. c. 6. Materia. 405. 446. Forma. ibid.
 Necessitas. 453. can. 6. Ejus effectus.
 405
Partes. 405. 446. cap. 3. 451. can. 4. De
 partibus ejus in particulari. 447. cap. 4
 & 5. 450. cap. 8
Penitentiae Sacramentum de jure divino
 requirit integram confessionem om-
 nium mortalium, quae post diligens
 examen occurrunt. 448. cap. 5. Item
 circumstantiarum, quae mutant spe-
 ciem. ibid. Non venialium peccato-
 rum. ibid.
Per Penitentiae Sacramentum ablata
 poena aeterna, plerumque remanet tem-
 poralis persolvenda. 450. cap. 8. 453
 can. 12
Quovis tempore non est deneganda pe-
 nitentia postulatam, cum Deus sit cor-
 dis inspector. 125. Denegantium poena.
 6. can. 51
Penitentia danda secundum formam
 Canonum antiquorum. 217. Publica,
 si crimen sit publicum. 479
*Si sanitur, deinceps mansura perversitas,
 non est benignitas remittentis, sed consen-
 tientis offensio.* 168
Qualiter agendum cum penitente in
 mortis articulo? 265. 113. 125
Penitens qui petita prius penitentia ob-
 mutescit, vel in phrenesim agit, re-
 conciliandus, & Eucharistia ei danda.
 101. 140
Cujus is qualitatis esse debeat, & cujus
 aetatis? ibid. Censetur praesens in
 choro, quamdiu confessiones in Ec-
 clesia audit. ibid.
Petrini, sine commendatitiis suorum
 ordinariorum ad divina celebranda
 non admittantur. 472. cap. 16
In casu perplexo quid agendum? 253
Perseverare non potest justus sine auxi-
 lio speciali: 432. can. 22. Neque primus
 homo potuit. 143. can. 19
Perseverantiae donum non potest haberi
 nisi a Deo. 428. cap. 13. De eo nullus

est certus. ibid. & 431. can. 16. Dicitur,
magnum. ibid.
Picturae in Ecclesia non fiant, & qua-
 liter intelligendum? 47
Poena talionis plestendus, qui defecerit
 in probatione. 20. 131.
S. Petrus primus accepit potestatem li-
 gandi, atque solvendi. 11. Eodem die,
 quo Paulus, passus est Romae. 11. 35
Petrus de Voragine Ordinis FF. Prae-
 dicatorum. 379
Unde sic dictus? ibid. Stupenda ejus
 memoria. ibid.
Petri Oxoniensis errores, & eorum ab-
 juratio. 409
Philippus Dux Burgundiae Brugis Flan-
 drorum Ordinem aurci velleris in-
 stituit. 386
Philippus III. expulit ex Hispania
 2000. Maurorum. 242
Policronii Monachi infania suscitatio-
 nis mortui, in probationem unius volun-
 tatis in Christo. 279
Pontifex Romanus Successor Petri. 402
Pontifex Romanus solus cognoscat, &
 terminet causas criminales majores
 contra Episcopos. 478. Si causa extra
 Romanam Curiam sit committenda,
 non committatur nisi Metropolitanis;
 vel Episcopis: & quid ipsi in eis pos-
 sint? 478
Pontifex ad Cardinalitiam dignitatem
 non assumat nisi viros dignissimos. 477
 cap. 5
Pontificem deponere in qua causa liceat?
 386. Vide *Papa*.
Potamii Braccarenfis Episcopi sui ipsius
 accusatio, & condemnatio poena. 259
Nemo in hac mortali vita praesumere
 potest, se esse de numero praedestina-
 torum. 428. cap. 12. Nec tenetur ad
 hoc credendum. 431. can. 15. Nemo
 praedestinatus ad malum. 144
Praedicare per seiplos tenentur Episcopi,
 Archiepiscopi, Primates, & alii Ec-
 clesiae Praelati. 423. etiam Archi-pref-
 byteri curam animarum habentes,
 die-

INDEX RERUM

diebus sabbatis Dominicis, & festis. 424
 Item Parochi. 478. Quid prædicare
 debeant? *ibid.* & 464. 497. Negligen-
 tium pœna. *ibid.*
 Ad hoc compellantur Curati, etiam Re-
 gulares, et si aliis exempti. *ibid.*
 Regulares, in Ecclesiis etiam suorum Or-
 dinum prædicare non possunt sine li-
 centia suorum Superiorum, & sine pe-
 tita ab Episcopo Benedictione. 424
 Ut in Ecclesiis non suorum Ordinum
 prædicent, ultra licentiam superioris,
 etiam licentiam Episcopi habere de-
 bent. 424
 Quid agendum cum eis, qui errores,
 scandala, vel hæreses prædicaverint?
 424
 Nullus Prædicator vel ex malis infor-
 mationibus, vel aliis calumniose vexetur.
 424
 Quætores elemosynarii prædicare non
 permittantur. 424
 Prædicans sine licentia Pontificis, vel
 Episcopi, excommunicandus. 367
 Prælati malus non amittit potestatem.
 337. Non est vitandus propter causam
 criminalem aut sententiam. 348
 Præscriptio non habet locum in rebus
 Ecclesiæ. 176
 Præscriptio absque bona fide, nulla
 est. 369. Anni requisiti ad præscri-
 bendum alterius Episcopatum. 237
 Princeps, seu Potestates seculares ju-
 rent, quod de terris sibi subjectis uni-
 versos hæreticos ab Ecclesia denota-
 tos, exterminare studebunt. 366
 Privilegia, & res Ecclesiis donatas, & ab
 eis triginta annis possessas, nulla pote-
 stas secularis auferre potest. 359. can. 18
 Contravenientium pœna. *ibid.*
 De processione Spiritus S. Concilium
 Tolentanum XI.
 Proximi nemo potest ad dignitatem
 cui animarum cura est annexa, nisi qui
 vigesimum quintum ætatis annum at-
 tigerit &c. 480
 Promovendi ad alias dignitates, quibus

animarum cura non est annexa, Cle-
 rici assumantur idonei, non minores
 22. annis. *ibid.*
 Promoti ad majores Ecclesias intra quod
 tempus ordinandi? 437
 Promoti ad Canonicatus, & dignitates
 in Ecclesia Cathedrali, debent facere
 professionem fidei, & jurare obedi-
 entiam perpetuam S. Romanæ Ecclesiæ.
 Purgatorium. 402. Animæ in eo detentæ
 juvantur fidelium suffragiis. *ibid.*

Quadragesimæ jejunium omnibus
 impositum. 13. 134
 Quadragesimæ tempore olim non fiat
 Sacrificium nisi in Dominicâ, & Sab-
 bato. 291. Decretum hoc est contra-
 rium consuetudini Romanæ Ecclesiæ.
ibid.
 Quadragesimæ tempore nuptiæ non
 fiant. 80. 477. cap. 10. item abstin-
 dum à conjugibus. 76
 Quadragesimæ tempore Sabbato non esse
 jejunandum contra consuetudinem
 Romanæ Ecclesiæ, determinavit Ca-
 non Trullanus quinquagesimus quar-
 tus. 292
 Quadragesimæ jejunium violans reus
 Resurrectionis Dominicæ. 254
 Quarta funeralium solvenda, ubi solvi
 consuevit. 485. cap. 13
 Quæstiones graviores ad Sedem Apo-
 stolicam referendæ ex statuto Apo-
 stolorum. 16

R.

Raptus, est impedimentum dirimens
 Matrimonium, & quamdiu? 476
 cap. 5
 Raptorum pœna. *ibid.*
 Nullus Regularis sine sui Superioris li-
 centia, quovis pretextu se alicui sub-
 jiciat. 482. cap. 4
 Regulares, qui studiorum causâ ad Uni-
 versitates mittuntur, in Conventibus
 tantum habitent, alioquin ab ordina-
 riis contra eos procedatur. *ibid.*
 Regulares in Monasteriis, quibus immi-
 net

I N D E X R - E R U M.

- net cura animarum personarum secularium, hujusmodi curam exercentes subsunt Episcopo. 483. cap. 11. Quinam ab hoc sint exempti? *ibid.*
- Regulares publicent in suis Ecclesiis censuras, quæ à Sede Apostolica, vel ab Episcopis mandantur. 483
- Regularium controversias de precedentiia Episcopus, ammota appellatione, componat. 483. cap. 13
- Regularis quando ab Episcopo puniri possit? 383. cap. 14
- Regularis reclamans suam professionem, non audiatur, nisi intra quinquennium. 483. cap. 19. Quid ad hoc requiratur? *ibid.*
- Nullus Regularis transire potest ad laxiorem religionem. 484. cap. 19
- Nemini Regularium concedatur facultas occultè ferendi habitum suæ religionis. 484. cap. 19
- Regulares in Ecclesiis suorum ordinum predicare non possunt, nisi habita licentiâ suorum Superiorum, ac benedictione ab Episcopo petita. 484
- Regulares in aliis Ecclesiis prædicare non possunt sine licentiâ suorum Superiorum, similiter & Episcopi. 424
- Regulares tam viri, quam mulieres secundum regulam, quam professi sunt, vitam instituant. 482. cap. 1. In particulari bona immobilia, vel mobilia non possident, & sub quâ pænâ? 382
- Regularium Monasteria, exceptis FF Minoribus & Capucinis, possunt possidere bona immobilia. 482. cap. 3
- Regulares nova Monasteria non ædificent, sine licentiâ Episcopi. 482. cap. 3
- Reipublicæ necessitas vel utilitas si tanta fuerit, ut Episcopus cum Clero subsidia per Ecclesias duxerit conferenda, ea conferre possunt, dummodo Romanus Pontifex prius consulatur. 369
- Reliquæ antiquæ extra capsam non ostendantur. 370. Inventas autem de novo, nemo publicè venetari præsumat, nisi prius autoritate Papæ fuerint approbatæ. 370. Reliquiæ novæ non recipiendæ nisi recognoscen- te, & approbante Episcopo. 482
- Reliquiarum honor ab Episcopis docendus, & prædicandus. 482
- Reparatio hominis post lapsum continet, non modo cessationem à peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritum, & humiliatum, sed etiam eorundem Sacramentalem confessionem saltem in voto. 429. cap. 14
- Episcopus, dum cum aliquo beneficiario disp. nat. super residentiâ, quid agere oporteat? 433
- Residere tenentur Primates, Patriarchæ, Metropolitanæ, & Episcopi. 433 478
- Per sex menses absentium pænâ: & iter: malia, si per alios sex. *ibid.*
- Residere tenentur etiam Cardinales. 471
- Omnes etiam obtinentes beneficia de jure, vel consuetudine personalem residentiam exigentia. 433. cap. 2
- Nulli suffragari possunt privilegia, seu indulta perpetua de non residentia, aut de fructibus in absentia percipiendis. 433. cap. 2
- Resignare beneficium nemo potest, nisi factâ mentione, quod ad ejus beneficii titulum sit promotus. 460. cap. 1
- Reus ad Ecclesiam confugiens non potest inde extrahi, nec inde condemnari ad pænâ vel mortem. 331. Ritus Ecclesiæ in Sacramentis sine peccato omitti, aut mutari non possunt. 435
- Romana Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore obtinet principatum. 11. 30. 35. 62. 165. 181 S.
- S**acerdotium novum in nova lege. 468
- Sacerdos non potest solus missam dicere. 333
- Non potest celebrare in vasis ligneis. 354
- Sacerdos non potest deponi, nisi à sex Episcopis. 493
- Pænâ Sacerdotis alicui danti christiana prætextu medicinar, vel maleficii. 330

INDEX RERUM.

- Sacerdos cautus sit erga penitentes.** 341
can. 7
- Sacramenta novæ legis sunt septem.** 403
434
- Eorum differentia à Sacramentis veteris legis.** 403. 434. Eorum proprii effectus.
403
- Sacramenta tribus perficiuntur. ibid.** Tria dumtaxat impingunt characterem.
403. 435
- Sunt omnia instituta à Christo.** 434. can. 1
- Non sunt paria. ibid.** can. 3. Sunt necessaria ad salutem, licet non singula singulis. 434. can. 4. Dum suscipiuntur, eorum vis, & usus pro capri suscipientium explicetur. 479. cap. 7
- Sacramenta continent gratiam, quam significanc, eamque conferunt non ponentibus obicem.** 434. can. 6. Semper eam conferunt, quantum est ex parte Dei. 435. can. 7
- Non sunt signa tantum acceptæ per fidem gratiæ, vel notæ quædam Christianæ professionis.** ibid.
- Conferunt gratiam ex opere operato.** 435. can. 8
- Ad eorum valorem requiritur intentio Ministrorum.** 435. cap. 11
- Sacramenta validè conficiuntur, & conferuntur à ministro existente in peccato mortali.** 435. can. 12
- Fuit perpetuè potestas in Ecclesia statuendi, vel mutandi, quæ suscipientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi magis expedire iudicaret, salva eorum substantia.** 459. c. 2
- Sacrificium Missæ Christus in cæna instituit.** 462. cap. 1. Est propitiatorium. 463. cap. 2
- In Sacrificio Missæ est eadem Hostia, idem offerens, qui in Cruce, solâ offerendi ratione diversa.** 463. cap. 2
- Offeritur pro vivis, & defunctis. ibid.** Soli Deo, licet etiam ad honorem, & memoriam Sanctorum. 462. c. 3. 464. can. 5
- Sacrificium Missæ non passim celebrandum vulgari lingua.** 464. c. 8
- In Missa offertur verum, & proprium Sacrificium.** 464. can. 1
- Non est tantum laudis, & gratiarum actionis; nec nuda commemoratio Sacrificii in cruce peracti, sed propitiatio pro peccatis tam vivorum, quam mortuorum.** 464. can. 3
- Per illud non irrogatur blasphemia Sacrificio Christi, nec huic per illud derogatur.** 464. cap. 4
- In Sacrificio Missæ modica aqua vino miscenda, & quare?** 464. cap. 7
- Sacrificium, & Sacerdotium, Dei ordinatione conjuncta.** 468
- Observanda in Sacrificio Missæ, & evitanda.** 469
- Non in serico, sed in lineo celebrandum.** 30. 34
- Sacrificium Missæ in eventu languoris ab altero perficiendum.** 250
- Sacrificium præsanctificatorum, quid?** 291
- Sanctorum invocationem debent Episcopi docere.** 482. Sancti pro nobis supplicanc. 313
- Sanctimonialium clausura restituenda.** 480. cap. 5. Nulli liceat eam ingredi sine licentia Episcopi. ibid.
- Nulli Sanctimonialium licet Monasterium egredi sine approbatione Episcopi.** 482 cap. 5
- Sanctimoniale, saltem singulis mensibus consistantur, & communicent.** 483. c. 10
- S. Scripturam nemo ad suos sensus contorqueat.** 421
- S. Scripturæ lectio habeatur ab iis, qui præbendam seu stipendium habent S. Theologiæ deputatum.** 423
- Si in Ecclesiis Metropolitanis, & aliis insigniorum oppidorum talia evolutamenta non sint deputata, præbenda primò vacatura, ipso facto ad hunc usum perpetuè deputata intelligatur.** 423. Vide Lectio.
- Scholastici Ecclesiarum Cathedralium in Collegio seu Seminario puerorum per se docere debent, vel per substitutum.** 473. cap. 18
- Scho-

INDEX RERUM.

- Scholasticæ dignitas non conferatur, nisi idoneis ut per se in dicto Collegio doceant. *ibid.*
- Seminarium seu Collegium puerorum singulæ Cathedralis, Metropolitanæ, & his majores Ecclesiæ habeant, ut in Ecclesiasticis disciplinis instituantur. 473. cap. 18. Quales illi pueri esse debeant? *ibid.* Ipsorum vettitus, educatio, & disciplina. *ibid.* Ex quibus bonis alendi? *ibid.*
- Si quæ Ecclesiæ ob paupertatem hæc Seminaria erigere non possint, quomodo per Synodum provincialem vel Metropolitanam providendum? 473. c. 18
- Ad quos in illis Seminariis docere pertineat? 473. cap. 18
- Simoniacorum pœna. 148
- Sifenandi Regis devotio, & oratio in Synodo Toletana IV. 232
- Sponsaliorum fidem parentes frangere non possunt, & sub qua pœna? 48 c. 53
- Quæ eorum pœna? *ibid.* Quando am possint eam fidem frangere? *ibid.*
- Sponsalia valida sola inducant impedimentum publicæ honestatis. 476
- Desponsata non potest alteri nubere. 30
- Qui desponsatam ducit, reus est adulterii. 296
- Sponsi, & sponsæ, quomodo benedicendæ? 98
- Subdiaconi quomodo ordinandi? 97
- possunt Sacra Vasa portare. 846. Debent vivere continentiam. 472. Debent uno anno manere, antequam ascendant. *ibid.*
- Subsistentia.*
- In V. Synodo generali actione 4. non legendum: *Trium Personarum una subsistentia*; sed, *una substantia.* 272. 273
- SS. Trinitas numerabilis facta est personarum subsistentiis. 276
- In Trinitate subsistentiæ tres. *ibid.*
- Symbolum Fidei singulis diebus Dominicis in Ecclesiis cantandum. 216
- Syrmiense Concilium fuit ab Arianis coactum. 73
- Superiores quicumque eligantur per verba secreta. 482. cap. 6
- T.
- T**empla sine reliquiis Sanctorum non consecranda. 325
- Tentationes graves nemo vincere potest sine gratia. 429
- Tonsuræ primæ quales imiciandi? 429
- Traditio Apostolica est, Veneratio, & cultura Sanctorum. 318
- Trinitas.*
- In Trinitate tres Personæ, vel proprietates, & una essentia. 179
- Trinitatis mysterium probatur Scripturis. 211
- Trinitatis opera inseparabilia. 242
- In Trinitate subsistentiæ tres. 276
- Trinitas numerabilis facta est personarum subsistentiis. 276
- Tyrannus non potest licitè occidi per quemcumque vasallum seu subditum ante sententiam Judicis. 391
- V.
- V**agi non faciendè ad Matrimonium admittendi. 477
- Vasa Sacra non tangenda à mulieribus. 124. Non tangenda nisi a ministris Sacratæ 13. Non sunt humanis usibus applicanda. 267
- Victor Papa excommunicavit totius Asiæ Ecclesias, eo quod nolent obtemperare Decreto de die celebrandi Pasche. 15
- Vidua, & pupilli non conveniantur à Judice sine consensu Episcopi. 222
- Vicarii Episcoporum ad id specialiter deputati, possunt in foro conscientiæ absolvere à quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis. 479. c. 6
- Non possunt absolvere ab hæresi occultis; sed hoc possunt soli Episcopi per sed ipsam. *ibid.*
- Vidua, vel Virginem Monasterium ingredi, aut habitum suscipere quomodolibet impediens, excommunicatus. 483. c. 18
- Virgi-

INDEX RERUM.

Virginitas anteponenda statui maximo-
niali 475. Item Viduali. 406. 475.
can. 10

Virginem, qui violavit, eam ducat. 7

Vita æterna bene operantibus propo-
nenda ut gratia, & ut merces.

Visitare Diœceses qui teneantur, & pos-
sint? 478. cap. 3. In visitatione nihil
accipiat præter victum. ibid.

Visitationis Festum institutum à Con-
cilio Basileensi. 401

Uctio extrema est verum Sacramentum
405. 451. 454. Eius materia, forma
effectus. 405. 451. cap. 1. 4. & fol. 254
can. 2. Quibus, & in quibus corpori-

partibus conferendum? 405. Quando
conferendum? 451. 402. cap. 3. & 454
can. 4

Voluntates, & operationes dux in Chri-
sto. 252. 272. De hoc legenda VI.
Synodus generalis per totum. 269

Voluntates in Christo non fuerunt coor-
dinaræ, sed voluntas ejus humana sem-
per subjecta fuit divinæ. 281


Votum nemo Deo rectè vovet, nisi à
Deo acceptit. 143

Z.

Z Acharizæ Papæ responsa ad Boni-
facium Germanorum Apollolum
lectione digna. 305

FINIS.









117-a

